COLLECTANEA DOCTORVM TAM VETERVM, QVAM RECENTIORVM, In Ius Pontificium vniuersum.

TOMVS II.

In quo continentur Collectanea in duos posteriores Decretalium libros.

AVCTORE AVGVSTINO BARBOSA I.V.D. LVSITANO, Prothonotario Apostolico.

ROMAE, Ex Typographia R. Cameræ Apost. M.DC.XXIX.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

INDEX TITVLORVM

Quarti, & Quinti Libri Decretalium, in hoc Secundo Tomo contentorum, iuxta ordinem alphabeticum.

Appro-

Approbatio Operis.

Imprimatur si videbitur Reuerendiss. P. Magist. Sac. Palatij Apost.
A. Episc. Hieracen. Vicesg.

EGo Felix Contelorius I.V. & Sacræ Theologiæ Doctor, de mandato Reuerendiss. P. F. Hiacynthi Petronij Sacri Apost. Palatij Magistri perlegi D. Augustini Barbosæ Lusitani I. V. D. &c. opus, quod inscribitur, Collectanea Doctorum tam veterum, quàm recentiorum, &c. super Tertium, Quartum, & Quintum Libros Decretalium, Sextum, Clementinas, & Extrauagantes Ioannis XXII. & Extrauagantes communes, & nihil in eo reperi, quod fidei, & bonis moribus aduersetur, & ideò opus hoc summo ingenio, & industria elaboratum ad Reip. vtilitatem Typis mandari posse censeo, in quorum fidem me propria manu subscripsi Romæ hac die 4. Augusti 1621.

Felix Contelorius manu propria.

Imprimatur.
Fr. Andreas Biscionus Prædic. Gener. & Socius Reuerendiss. P. Magist.
Fr. Nicolai Rodulfii S.P. Apost. Magistri Ord. Prædic.

COLLECTANEA DOCTORVM

tam veterum, quàm recentiorum, qui ſuper ſingulas, ſeu principaliores libri Quarti Decretalium Rubricas, Textus, & Gloſſas ex profeſſo, vel incidenter ſcripſerunt.

De Sponſalibus, & Matrimonijs. Tit. I.

SVper hanc rub. ſcripſerunt Zabarella, Ioannes Andr. Ancharan. Butr. Felin. Panorm. Præpoſit. Marian. Socin. Petr. Gregor. Alex. de Neuo, Stephan. Ranchin. *in continuatione titulorum Decretal.* Durand. *in ſpeculo Iuris lib. 4. ſub hoc tit.* Ioan. de Londris *in breuiario Sanctorum Canonum*, Petr. de Rauenna *in compendio Iuris Canonici*, Martin. Meſnart. *in epithome Decretal.* Dani. Venator. *in analyſi methodica Iuris Pontificij*, Goffred. & Hoſt. *in ſumma huius tit.* Alex. Caſſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.*

De materia huius tit. vide *Verac. in ſpeculo coniug.* Viuald. *in candelabro aureo tit. de Matrim.* Matienſo *tit. 1. lib. 5. noua recop.* Card. Bellarm. *in ſuis controu. tit. de Matrim.* Iuli. Sanazar. *de Matrim. diſſolut.* Franc. Anton. Oliuer. *de nullitate Matrim.* Petrum de Ledeſma *in ſpeciali tract. de Matrim. & in ſua ſumma p. 1. de Sacramento Matrim.* Henriq. *in ſum. lib. 11. de Matrim.* prax. Epiſcop. *p. 1. verbo Matrimonium*, Steph. Quaranta *in ſumma Bullarij verbo Matrimonij impedimenta, & verbo Matrimoniales diſpenſationes*, Ægid. de Coninck *de Sacram. to. 2. diſp. 21. cum ſeqq.* Io. Franc. Leo *in theſauro fori eccleſiaſtici. p. 2. c. 19. de ſponſal. & Matrim.* Rebellũ *de obligat. Iuſtitia p. 2. lib. 3. de contractu Matrimonij*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 31. de Matrimonij ſacramento*, Io. Petr. Fontanella *in tractatu de pactis nuptialibus, ſiue capitulis Matrimonialibus*, Franciſc. Molin. *de ritu nupt. & pactis in Matrim. conuentis*, Fr. Baſil. Ponc. *in tract. de impedimen. Matrimonij*, Io. Gutier *in ſpeciali tractatu de Matrimonio*, Bonacinã *in tractatu de magno Matrimonij Sacramento*, omnium latiſsimè tribus tomis totam hanc materiam eleganter tractauit doctiſs. Thom. Sanchez, illius quidem ſacri ordinis, qui nominis, quod ſuper omne nomen eſt, titulo præſignitur.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Matrimonium valet quamuis non ſeruetur conſuetudo regionis.*
3 *Conſuetudinis nulla ſunt vires circa ſubſtantiam matrimonij.*
4 *Præſtatur intellectus ad hunc tex.*
5 *Statutum laicorum diſponens circa ſubſtantiam matrimonij inhibendo, vel impediendo illud, vbi eccleſia non improbat, non valet.*
6 *Princeps ſecularis inter Chriſtianos addere poſſet impedimenta irritantia niſi Eccleſia eam facultatem ſuo iudicio reſeruaſſet.*
7 *Statuta prohibentia mulieribus ne extra territoriũ nubant, nulla ſunt.*
8 *Conditio poſita per teſtatorem hæredibus ſuis ne cũ alicuius ſecta hominibus matrimonium contrahãt an iure ſuſtineatur? remiſsiuè.*
9 *Mulier nubendo viro alterius fori mutat ſuæ originis forum.*
10 *Coniuges tenentur ſimul habitare ad adiuuandum ſe mutuo, atque familiam promouendam.*

Cap. De Frãcia. I. *Ex Cõc. Tribur.*

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hoſt. Henric. Boich, Anchar. Butr. Felin. Panor. Præpoſ. Marian. Socin. Petr. Greg. Alex. de Neuo, Caſal. *in annot.* Ximen. Toletan. *in concord. vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij p. 1.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 557.* deſumitur *ex Concilio Triburienſi cap. 39.* refertur à Burchard. *lib. 9. Decret. cap. 67.* & Iuo. *p. 8. cap. 213.* & ab Anton. Auguſt. *collect. 2. Decretal. lib. 4. tit. 1. cap. 1.*

2 Probat hic tex. valere Matrimonium etiamſi nõ ſeruetur conſuetudo regionis, vt per *Perez l. 1. gloſ. 4. pag. 24. tit. 1. lib. 5. Ordinam. Cened. pract.*
3 *& canonic. quæſt. lib. 1. quæſt. 21. à princip.* Nullę enim ſunt cõſuetudinis vires circa ſubſtantiam Matrimonij Abb. *hic n. 3.* Zabarell. *nu. 5.* & alij quos refert Sanch. *de Matrim. lib. 7. diſp. 4. nu. 9.* vbi *nu. 11.* exiſtimat conſuetudinem legitimè præſcriptam, & rationi conſonam (qualis petitur *in cap. fin. ſup. de conſuet.* ad legem ſtatuendam, & ad ſtatuta derogãda) vires habere inducendi nouum impedimentum dirimens, ac ſubinde Matrimonium aduerſus eam conſuetudinem initum eſſe nullum; & addit ibi conſue-
4 tudinis Galliæ violationem in præſenti nõ obſtare valori Matrimonij, eo quod deficeret po-

5 testas in inducentibus eam; quia statutum laicorum disponens circa substantiam Matrimonij inhibendo, vel impediendo illud, vbi Ecclesia non improbat nec impedit, non valet, vti disponens de materia spectante ad Ecclesiam, ita Bernard. *reg.* 698. Cou. *de sponsal. p.* 2. *cap.* 6. §. 10. *nu.* 16. Brunell. *de sponsal. concl.* 19. *n.* 1. Gaet. *in repet. c. ad limina* 30. *q.* 1. §. 4. *nu.* 299. *cum seqq.* Posset
6 tamen Princeps secularis inter Christianos addere impedimenta irritantia, nisi Ecclesia eam facultatẽ suo iudicio reseruasset, vt per Angl. *in florib. Theolog. p.* 1. *de Matrim. q.* 13. *de impedimentis consanguin. art.* 3. *diffic.* 4. Barthol. de Ledesma *de Matrim. dub.* 29. *concl.* 1. *in fine* Petr. de Ledesma *eod. tract. q.* 50. *art.* 1. *dub.* 1. Henriq. *in sum. lib.* 12. *de Matrim. cap.* 1. §. 4. Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *disp.* 3. *n.* 1.

7 *Causatus est quod eã, non sua etc.*

Notatur ad hoc quod statuta prohibentia mulieribus ne extra territorium nubant nulla sunt vt per Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 2. *differ.* 7. *nu.* 26. *cum seqq.* & à *nu.* 34. disputat an conditio posita per testatorem hæredibus suis ne cum alicuius sectæ hominibus Matrimonium contrahant Iure sustineatur.

9 Notatur etiam ad hoc quod forum suæ originis mutat mulier nubendo viro alterius fori, vt per Duenh. *reg.* 377. Nam coniuges tenentur simul habitare, & conuiuere ad iuuandum se mutuò, atque familiam promouendam Valeri. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *n.* 302.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Sponsalia etiam legitimè contracta per mutuum sponsorum dissensum dirimuntur.*
3 *Procedit text. in præsenti cum sponsi simul liberè mutuo consensu non coactè sponsalia præcedentia dissoluunt.*
4 *Sponsaliorum dissolutionem quomodo facere debeat Ordinarius, ostenditur.*
5 *Impedimentum publicæ honestatis nullum nascitur ex sponsalibus mutuo consensu dissolutis.*
6 *Sponsalia iurata certæ alicui personæ etiam intuitu Dei mutuo dissensu dissoluuntur.*
7 *Remissio, qua dissoluuntur sponsalia, debet esse libera, non metu, aut dolo inducta.*
8 *Sponsalia obligant sub culpa mortali.*
9 *Iuramentum à parte partis remitti potest.*

Cap. Præterea. II. *Innoc. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarell. Ioan. Andr, Hostien. Henric. Anchar. Butr. Felin. Panorm. Præpos. Marian. Socin. Petr. Greg. Alex. de Neuo, Casal. *in annot.* Cened. *collect.* 97. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontificij pag.* 557. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 1. *cap.* 11. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *par.* 6. *cap.* 33.

2 Probat hic tex. sponsalia etiam legitimè contracta per mutuum sponsorum dissensum dirimi, vt per Brunel. *de sponsal. concl.* 9. *nu.* 2. & plures apud Cened. *ad Decretal. collect.* 97. *n.* 4. quibus adde Sanch. *de Matrim. lib.* 1. *disp.* 52. *n.* 2. Rebello *de obligat. iustitiæ p.* 2. *lib.* 4. *q.* 8. *sect.* 1. *n.* 1. Fr. Molin. *de ritu nupt. lib.* 1. *comp.* 15. *n.* 23. Bonacin. *de Matrim. q.* 1. *p.* 10. *n.* 1. Aegid. de Coninck *de Sacram. & censur. to.* 2. *disp.* 23. *dub.* 1. *n.* 1. Gutier. *de Matrim. c.* 24. *à princ.* vbi *n.* 3. obseruat textum in præsen-
3 ti verè & propriè tunc procedere cum sponsi simul liberè mutuo consensu non coactè sponsalia præcedentia dissoluunt, & *nu.* 4. aduertit
4 oportere pro maiori negotij securitate quod prædicta vera remissio vtriusque partis fiat coram Ordinario ecclesiastico contrahentium; & prius moneantur & modis omnibus inducantur ad obseruantiam fidei interpositæ, & inter se præstitæ de contrahendo Matrimonium, vt in hoc tex. quo facto per iudicẽ si adhuc partes consentiant in dissolutione sponsalium, iudex eam dissolutionem approbabit, licentiamq. vtrique concedet libere cum alio contrahendi.
5 Et ex his sponsalibus, quæ mutuo consensu dissoluuntur nullum nasci publicæ honestatis impedimentum tenet Basil. Ponc. *de impedimentis Matrimonij cap.* 18. §. 2. *vers. sequitur quinto,* Sanch. *lib.* 7. *disp.* 68. *n.* 21. quod quidem verum est, nam Sacra Congreg. Concilij censuit sponsalia per verba de futuro contracta posse quandoque ante contractum Matrimonium per verba de præsenti mutuo contrahentium consensu dissolui, ac vbi sic dissoluta fuerint nullũ hodie inducere impedimentum, prout testantur Rebell. *de obligat. iustit. p.* 2. *lib.* 3. *q.* 14. *n.* 2. & *in declarat. sect.* 5. *n.* 99. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 4. *tit.* 5. *l.* 1. *in declar. n.* 86. & 72. quos refero *de offic. & potest. Episcopi p.* 3. *Alleg.* 51. *n.* 188.

6 Amplia principalem textus conclusionẽ procedere in spõsalibus iuratis certæ alicui personæ, et intuitu Dei, hoc est propter eius amorẽ & eleemosynam pauperi faciendam, nam tunc per huiusmodi personæ, cuius intererat, remissionem, etiamsi vtrinque iurata sint, mutuo quoque dissensu dissoluuntur. Vide Cou. *in cap. quãuis pactum, de pactis lib.* 6. *p.* 1. §. 3. *n.* 1. & 4. & *de spõsalib. p.* 1. *cap.* 5. *in initio n.* 1. Nau. *in man. cap.* 22. *n.* 25. Brunel. *d. concl.* 9. *n.* 1. & 2. & *concl.* 16. *n.* 11. Fr. Emman. *in Sum. tom.* 1. *cap.* 245. *n.* 10. Lancel. *Instit. Iuris Canon. lib.* 2. *tit. de sponsalib. verbo liberent.* Petr. Greg. *Syntag. Iuris p.* 2. *lib.* 8. *c.* 2. *n.* 8. Matienf. *in rub. tit.* 1. *glos.* 1. *n.* 45. *lib.* 5. *nouæ recopil.* Menoch. *de arbitr. casu* 103. *n.* 2. Henriq. in *sum. lib.* 11. *de Matrim. cap.* 14. §. 6. Viuald. *in candelabro aureo p.* 1. *de sponsalib. cap.* 5. *n.* 31. Sanch. *d. disp.* 52. *n.* 6. & 7. Gutier. *d. cap.* 24. *nu.* 1. *vers. quod.* Rebello *d. q.* 8. *sect.* 1. *nu.* 3. Aegid. de Coninck *d. disp.* 23. *dub.* 1. *n.* 2. vbi cũ
7 Leon. Lessio intelligit modo libera vtrinque sit remissio;

remiſsio; ſi enim vna pars alteram metu, vel dolo ad remittendum induceret, maneret nihilominus in conſcientia obligata, ſecus ſi rationibus, vel precibus non nimium importunis alteram ad remittendum induceret.

8 *Ut præſtitam fidem obſeruent.*

Quia ſponſalia obligant ſub culpa lethali. Petr. Sot. *lect.* 18. *de Matrim.* §. *quoad primum*, Couar. *de ſponſal. p.* 1. *cap.* 4. *in initio n.* 2. Sarmi. *ſelect. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 3. Fr. Emman. *d. tom.* 1. *cap.* 244. *n.* 1. Beja *reſponſ. caſuum conſcientiæ p.* 1. *caſu* 18. Vega *in ſum. lib.* 6. *caſu* 105. Brunel. *d. concl.* 16. *n.* 9. Petr. à Ledeſma *de Matrim. q.* 43. *art.* 1. *dub.* 3. Viuald. *d. p.* 1. *de ſponſalib. cap.* 4. *n.* 23. Perez *l.* 1. *verſ. contrarium tamen, tit.* 1. *lib.* 5. *Ordinam.* Anaſtaſ. Germon. *de ſacrorum immunit. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 86. & 87. Gutier. *de Iuram. confirm. p.* 1. *c.* 51. *n.* 5. Henriq. *d. lib.* 11. *cap.* 13. *n.* 2. Matienſ. *in rub. tit.* 1. *gloſ.* 1. *n.* 43. *lib.* 5. *nouæ Recop.* vbi Azeued. *l.* 1. *n.* 15. Sanch. *de Matrim. lib.* 1. *diſp.* 27.

9 *Et poſtea eandem ſibi remittunt.*

Ergo iuramentum à parte parti remitti poteſt, ad quod iam citaui Doctores ad *cap.* 1. *in princ. ſup. de Iureiur.*

10 *Commonendi ſunt, & omnibus modis, &c.* Intellige prout dixi *ad cap. ex litteris in* 2. *inf. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1. *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2. *Affinitas non oritur abſque ſeminis emiſsione.*
3. *Declaratur tex. in præſenti.*
4. *Impedimentum publicæ honeſtatis ex ſponſalibus ante ſeptennium initis ideo in præſenti oritur, quia cõtrahentes erãt proximi ſeptennio, & conſenſiſſe mutua cohabitatione cum nixu ad copulam.*
5. *Pars tutior in dubio eſt ſequenda.*
6. *Amplia non ſolum in dubio facti, ſed etiam in dubio Iuris, quando ſcilicet dubitatur vtrum lex ſit ſtatuta nec ne, intellige prout infra.*
7. *Impedimentum publicæ honeſtatis per Conc. Trident. reſtrictum eſt ad primum gradum.*
8. *Delictum in dubio præſumitur in foro Conſcientiæ cum agitur de ſalute Animæ.*
9. *Sponſalia ante ſeptennium validè contrahuntur malitia ſupplente ætatem.*
10. *Intellige in Matrimonio quando adeſt potentia generandi cum diſcretione.*
11. *Sponſa de futuro aliquando vocatur vxor.*

Cap. Iuuenis. III. *Eugen. iij.*

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellemer. Ioan. And. Anania, Hoſt. Henric. Anch. Butri. Panorm. Præpoſ. Marian. Socin. Petr. Gregor. Alex. de Neuo, Cened. *collect.* 19. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ p.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontificij pag.* 3. Alzgona *in compendio Iuris Canon. pag.* 557. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 1. *cap.* 18. & eſt poſt *Concil. Lateranen. par.* 12. *cap.* 8.

2 *Quod complere non potuit.* Ergo copula imperfecta, ideſt ſine ſeminis effuſione ſufficit ad contrahendam affinitatem, nam conſtat ex hoc tex. iuuenem, qui puellam nondum ſeptennem duxit, & forſan tentauit conſumare, nec potuit, nõ poſſe permanere in Matrimonio poſtmodum cum conſobrina eius contracto, & ideo hanc ſententiam ſolus ſequitur Mich. Medina *lib.* 5. *de ſacrorum hominum continent. cap.* 76. At citra dubium eſt tenendum ex ſola vaſis fœminei penetratione abſque ſeminis emiſsione minime oriri affinitatem, prout tenent plures citati d. Cened. *ad Decretal. collect.* 19. *n.* 1. quibus adde Azeued. *l.* 7. *n.* 17. *tit.* 20. *lib.* 8. *nouæ Recopil.* Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 64. *n.* 8. vbi plures refert, & *n.* 19. reſpondet cum Sot. *in* 4. *diſt.* 41. *q.* *vni. art.* 2. *col.* 3. *verſ. ex quo fit, & verſ. quod ſi obij-
3 *cias*, impedimentum dirimens non eſſe inductũ
in hoc tex. propter nixum ad copulam, quaſi ex
illo oriatur affinitas, ſed propter publicam honeſtatem
ex ſponſalibus de futuro, quæ ibi præceſſerant,
ortam, & ideo dicitur in hoc tex. propter
honeſtatem Eccleſiæ id impedimentũ eſſe;
4 Nec obſtat quod ex ſponſalibus contractis ante
ſeptennium non oritur publica honeſtas, ex
eo quod ſponſalia ante ſeptennium nulla ſint; reſpondetur enim ideo ex ſponſalibus ante ſeptennium initis oriri in præſenti publicæ honeſtatis impedimentum, quia apparet contrahentes eſſe proximi ſeptennio, & conſenſiſſe mutua habitatione cum nixu ad copulam, quo caſu oriri publicam honeſtatem reſoluit Baſil. Pont. *de impedim. Matrim. cap.* 18. §. 2. *verſ. ſequitur* 4.

5 *Quod certius exiſtimamus, &c.*

Notatur ad hoc quod in dubijs tutior pars eſt ſequenda, vt per Cou. *in cap. alma mater p.* 1. §. 2. *n.* 5. *caſu* 1. & *de ſponſal. par.* 1. *cap.* 4. §. 1. *n.* 9. Fr. Emman. *in ſum. tom.* 2. *cap.* 51. *n.* 6. *concluſ.* 4. Vgolin. *de cenſuris tab.* 1. *cap.* 14. *in princip. n.* 14. Sayr. *eod. tract. lib.* 1. *cap.* 16. *n.* 30. & *lib.* 6. *cap.* 2. *n.* 16. & *in claui Regia lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 9. & 36. Flores de Mena *vari. quæſt. lib.* 1. *q.* 9. *n.* 18. Azori. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *q.* 4. & *cap.* 19. *q.* 10. & *lib.* 11. *cap.* 15. *q.* 2. Baſil. Ponc. *de impedimẽtis Matrimonij cap.* 26. §. 2. Sanch. *de Matrim. lib.* 2. *diſp.* 41. *n.* 9. & *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 10. & *n.* 50. Vaſquez 1. 2. *q.* 19. *art.* 6. *diſp.* 65. *cap.* 3. & *diſp.* 66. *cap.* 1. vbi expreſsè reſoluit non tantum in dubio facti, nem-
6 pe quando dubitatur an res aliqua ſit in ſe licita,
aut illicita, ſed etiam in dubio Iuris, vt quãdo dubitatur an lex ſit ſtatuta necne, eſſe ſemper tutiorem partem ſequendam. P. Salas 1. 2. *q.* 21. *ſect.* 8. *diſp. vni. ſect.* 17. *n.* 152. dicit etiam in dubio Iuris loquendo per ſe, & regulariter tutiorem partem eſſe neceſſariò eligendam, & *n.* 154. limitat niſi per accidens cauſa vitandi magnum

incommodum, tunc enim ait licere partem minus tutam eligi.

7 *Tùm propter honestatem Ecclesiæ.* Hodie per Concil. Trid. *sess. 24. de reform. Matrim. cap. 3.* hoc impedimentum publicæ honestatis restrictum est ad primum gradum, & ita declarauit Pius V. *Motu proprio incip. Ad Romanum spectat de anno* 1568. prout referunt Nau. *in man. cap. 22. n. 56.* Sanch. *d. lib. 7. disp. 7. n. 5.* Rebell. *de obligat. Iustit. p. 2. lib. 4. in appendice n. 98.* Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 31. n. 128.* Aegid. *de Coninck de Sacram. & censur. tom. 2. disp. 32. dub. 5. n. 70. concl. 3.* Ego ipse *de officio & potest. Episcopi p. 3. Allegat. 51. n. 182.* vbi numeris seqq. quando impedimentum hoc publicæ honestatis ex sponsalibus oriatur.

8 *Tùm propter prædictam dubitationem.* Ergo delictum in dubio præsumitur in foro conscientiæ cum de salute animæ agitur vt per Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præs. 2. n. 40.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. compar. 5 n. 12.*

9 In glos. [Dubia] ibi *(sine quia malitia supplebat ætatem quoad sponsalia)* Notatur ad hoc quod malitia supplente ætatem valide contrahuntur sponsalia ante septenniũ vt per Anton. Cuchum *lib. 5 instit. maior. tit. 10. n. 11.* Viuald. *d. tit. de sponsal. n. 14.* Vega *lib. 6. Sum. casu* 101. Cou. *de sponsalib. p. 1. cap. 2. n. 1.* Petr. de Ledesma *de Matrim. q. 43. art. 2. dub. 2.* Fr. Ludou Lopez *p. 1. instruct. consci. tit. de Matrim. cap. 37.* Perez *l. 1. glos. 1. vers. secunda opinio tit. 1. lib. 5. Ordin. pag. 6.* Henriq *in Sum. lib. 11. cap. 13. n. 9.* Gutier. *in auth. Sacramenta puberum Cod. si aduersus vendit. n. 5. & in tract. de Matrim. cap. 2. n. 10.* Sanch *lib. 1. disp. 16. n. 9.*

10 In ead. glos. ibi *(sicut supplet malitia quoad Matrimonium)* Intellige quando adest potentia generandi cum discretione, vt per Aloys Ricci. *in decisionibus Curiæ Archiep. Neapol. decis. 101. p. 1.*

11 In glos. [Coniux] ibi *(idest sponsa)* In Iure enim sponsa de futuro aliquando vocatur vxor, Sanch. *de Matrim. lib. 1. disp. 1. n. 1.* Gutier *eod. tract. cap. 1. n. 6.* Quandoque vero vxoris appellatione etiam in statutis venit spõsa de præsenti vt per Franc. Molin *de ritu nupt. lib. 3. q. 6. n. 44.* vbi *n. 47.* resoluit quod vxoris appellatione in fauorabilibus sponsa de præsenti continetur.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Impedimentum publicæ honestatis etiam ex nullis sponsalibus oritur.*
3 *Impedimentum ex sponsalibus irritis descendens extendebatur vsque ad quartum gradum.*
4 *Hodie attento Iure nouissimo Conc. Trident. id impedimentum non excedit primum gradum consanguinitatis, siue in linea transuersa, siue in recta.*
5 *Impedimentum publicæ honestatis attento Iure nouissimo Conc. Trident. oritur ex sponsalibus validis, non vero ex illis, quæ fuerunt inualida.*
6 *Matrimonium putatiuum publicã honestatẽ producit.*
7 *Impossibile est quod contra bonos mores fit.*
8 *Sponsalia sunt promissio futurarum nuptiarum.*

Cap. Ad audientiã IV. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserũt Abb. antiq. Innocentius Collectar. Zabarel. Ioannes Andr. Host. Henric. Boich, Anch. Butr. Panor. Præpos. Mari. Socin. Petr. Greg. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag. 4.* Alagona in *compendio Iuris Canonici pag. 557.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 1. cap. 1.*

2 Probat hic tex. publicæ honestatis impedimentum etiam ex nullis spõsalibus oriri, vt per Cou *de sponsal. p. 2. cap. 6. §. 2. à princip.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 31. n. 126.* & alios, quos refert Sanch. *de Matrimonio lib. 7. disp. 68. n. 9.* vbi
3 etiam cum alijs resoluit impedimentũ ex sponsalibus irritis descendens extendi quoque ad quartum vsque gradum, neque in hoc tex. summum Pont. aliquid disponere de gradu in quo sponsalia irrita producunt hoc impedimentũ, sed ad casum specialem in quo consultus fuit, respondet, late de hoc impedimento publicæ honestatis Basil. Ponc. *de impedimentis Matrim. cap. 18. §. 2.* vbi in vers. *Igitur primu*, asserit olim attento Iure communi ex sponsalibus certis & absolutis, etiam si nulla essent, dummodo non essent inualida ex defectu consensus oriri impedimenta ad dirimenda sequentia tam sponsalia, quàm Matrimonia, non tamen ad præcedẽtia. At vero Iure nouissimo Concilij Trid *sess. 24. de reform. Matrimonij cap. 3.* limitatur solum-
4 modo ad primum gradum, & cum indistinctè loquatur intelligi debet vt id impedimentum non excedat primum gradum consanguinitatis siue in linea transuersa, siue in recta. Quare iniens sponsalia non potest validũ Matrimoniũ contrahere cum patre, matre, fratribus, sororibus, vel filiis spõsi alterius, vel sponsæ; at potest cũ consanguineis siue ascẽdentibus, siue descendentibus, siue collateralibus. Vide Sanch. *lib. 7. disp. 68. n. 10* Gutier. *de Matrim. cap. 103.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 31. cap. 18. à n. 126.* Aegid. Coninck *de Sacram. tom. 2. disp. 32. à n. 58.* Rebello *de obligat. Iustitiæ p. 2. lib. 3. q. 14.* & præterea statuit idem Concil *d. cap. 3.* vt tantum oriatur ex sponsalibus validis, non vero ex his, quæ fuerint inualida, quamuis ratione id acci-
5 derit; Vnde non oriri ex sponsalibus contractis inter illos inter quos non potest valere Matrimonium ratione alicuius impedimenti, nec ex sponsalibus celebratis post priora sponsalia, nec ex conditionatis ante aduentum conditionis tenet idem Basil Ponc. *loco proxime citato*, & Ego ipse pluribus ad id relatis Doctoribus *de officio & potestate Episcopi p. 3. Alleg. 51. n. 183. cum seqq. vsque ad n. 188.*

6 Eam

6 *Eam habere casu aliquo, &c.* Notatur ad hoc quod Matrimoniũ putatiuum publicam honestatem producit vt per Tiraqu. *de Iure mariti glos.8.n.269.*

7 In glos. [Habere non potest,] ibi *(sed impossibile id quod contra bonos mores est)* Vide Perez *l.1. glos.3.pag.144.col.1.tit.2.lib.5.Ordinam.*

8 In ead. glos. ibi *(quæ sunt promissio futurarum nuptiarum)* Vide Sanch. *de Matrim. lib. 1. disp. 1. n.7.* Francisc.Molin. *de ritu nupt.lib.1.cap.14.n.13.* Rota *decis.113.n.8.* apud Farin. *p.1. recent.* Franc. Leo *in thesauro fori ecclesiast.p.2.cap.9.n.15.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Sponsa per verba de futuro non tenetur sequi sponsum suum quocunque vadat.*
3 *Sponsalia dissoluuntur ob sponsi absentiam in terram longinquã, quando de proximo nulla est spes reditus.*
4 *Vxor non tenetur sequi per Orbem virum vagabundum si tempore contracti matrimonij ignorabat illum esse vagabundum.*
5 *Sponso in longinquam se regionem transferente absque sponsæ licentia poterit sponsa derelicta alij nubere, & in hoc est correctum Ius Ciuile per Canonicum.*

Cap. De illis. V.

1 SVper hunc tex. scripserũt Abb.antiq.Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Ioan. Andr. Anania, Host. Henric Boich, Anch Butr. Panor. Præpos. Marian. Socin Petr.Greg. Alex. de Neuo, Cened. *collect. 74.* Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian.*in rationali lib.4.Iuris Pontificij pag.4* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 558.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal.lib.4.tit. 1.cap.4.* & est post Conc.Lateranen. *par.6.cap.12.*

2 Probat hic tex sponsam per verba de futuro non teneri sequi sponsum suum quocunque vadat, vt per Tiraq. *de Iure mariti glos.1.n.24.* Farin. *in praxi crimin.p.5.q.142.n.167.* Sanch. *de Matrim. lib.1.disp.54.n.vlt.*

3 *Dimittit terram se ad alias partes transferens.* Ergo sponsalia non dissoluuntur ob quamcunque sponsi absentiam, sed dum in terrã longinquam se transfert, ita post multos à se citatos resoluit Sanch. *d. disput. 54. nu. 10. & n.11.* similiter intelligit vbi de proximo sponsi reditu minime est spes, cum transferre se aliquò diuturnitatem quandam importet, *& n.13.* resoluit quod quando sponsus de licentia sponsæ se in longinquum transtulit cum conuentione de absentiæ tempore, tantùm tenetur sponsa eo tempore expectare, itaut alij nubere possit si statuto tempore sponsus non venerit.

4 In glos. [Transferentes,] ibi *(vnde non tenetur sequi ipsum vagabundum)* iuncto ibi *(imo de vxore iam cognita.)* Notatur ad hoc quod vxor non tenetur sequi per Orbem virum vagabundum, vt per Bernard. *reg.800.limit. 2.* Farin. *d. q. 142. n 269* Intellige si tempore contracti Matrimonij ignorabat maritum esse vagabundũ, secus si sciebat, quia tunc tenetur eum sequi, vt per Palat. *in repet. cap. per vestras de donat. inter virum, in princip. §.9.n.13* Cou. *de sponsal. p.1.cap. 7. in initio n.5.* Nau. *in man.cap.14.n.20.* Guillelm. Bened. *in cap. Raynuntius, verbo eidam Petro n.89. sup. de testam.* Tiraq. *l.1.connub.glos.1 p.1.n.39.* Fr. Emman. *in sum.p.1.cap.2.n.15.* Perez *l.29.tit.11. lib.4.Ordinam.* Menoch. *de arbitr.casu 469.n.4.5.& 7.* Azeued. *l.29.in fine tit.3.lib.3.nouæ Recop.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.31.n.311.* Gutier. *de Matrim.cap.13.* Bonacin. *eod.tract.q.4.puncto 6.n.24.* Sanch. *de Matrim.lib.1.disp.41.n.5.* Farin. *d.q.142. n.272.* vbi *n. 274.* resoluit quod in hoc casu potius præsumitur scientia, quàm ignorantia.

5 In glos. [Liberum,] ibi *(post tres annos secundum l.2.Cod.de repud.)* Vnde hæc glossa in ea est sententia vt tempus, quo tenetur sponsa absentẽ sponsum expectare Iure Ciuili præscriptũ (scilicet trium annorũ si in alia Prouincia sit sponsus *l.2.C.de repud.* & duorum si in eadem quando abest ex causa probabili & iusta, non tamen necessaria *l.2. C. de sponsal.* denique expectãdus donec cesset impedimentum si absuerit ex causa necessaria, vt ob parentum obitum, morbũ, &c. *l.sæpè ff. hoc tit.* quæ Iura ita conciliat Sanch. *d.disp.54.n.4.)* seruandũ sit, itaut in hoc Ius Canonicum minime Ciuile correxerit. Ita tenent in præsenti Host. *verbo liberum.* Ioan.Andr. *n. 6.* Butr. *n. 4.* Anch. *n.2.* Greg. Lop. *l. 8. verbo fasta tit.1.par.4.* Menoch.de arbitr. *casu 454. n.7.* Matiens. *in rub. tit.1.glos.1.n.48.lib.5.nouæ Recop.* Siluest. Rosel. Anton. Cuch. D.Antonin. & ali, quos refert, licet non sequatur, Sanch. *d. disp. 54. n.5.* Verum probabilior sententia ait correctum esse Ius Ciuile per Canonicum, & ita sponso in longinquam se regionem transferenti non obtenta sponsæ licẽtia liberum esse huic relictæ alij nubere; ita tenent in præsenti Card. Zabarel. *vers. quæro.* Alex.de Neuo *n.15.* Præpos. *n.5.* Couar. *de sponsal.p.2.c.5.in initio n.7.* Fr. Emman. *in sum.to.1. cap.245.n.4.* plures quos refert, & sequitur Sãch. *d.disp.54.n.6.* Gutier. *de Matrim.cap.30.n.3.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.31.n.261. vers. octauo.* Bonacina *de Matrim.q.1.puncto 6.n.8.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Vis duplex est, alia absoluta, alia conditionalis, remissiuè.*
3 *Vis etiam duplex, alia præcisa, alia causatiua.*
4 *Metus duplex est, alius cadens in virum constantem, alius in virum non constantem.*
5 *Metus alius dicitur grauis, alius dicitur leuis, remissiuè.*

Cap. De muliere. VI.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Ioan. Andr. Anania, Hoſt. Henric. Boich, Anchar. Butr. Panor. Præp. Mari. Socin. Petr. Greg. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ p. 2. Viuian. in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag. 5.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 557.* Refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 1. cap. 5.* & eſt poſt Concil. Lateraneñ *par. 6. cap. 19.*

2 ***Cum inter vim, & vim ſit differentia.*** De duplici vi, abſoluta ſcilicet & cõditionali agit Sanch. *de Matrim.*
3 *lib. 4. diſp. 1. n. 1.* Et de vi præciſa, & vi cauſatiua
bene Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 3. q. 98. à n. 3.*
4 Et de duplici metu, vno cadente in virum conſtantem, altero in virum inconſtantem agit idẽ
Franc. Molin. *lib. 1. cap. 3. n. 38. cum ſeqq.* Sanch. *d. diſp. 1. à n. 8.* vbi *n. 10. cum ſeqq.* refert, & explicat quinque cõditiones requiſitas adhoc vt me-
5 tus cadat in conſtantem virum. Et quis cenſeri debeat grauis & leuis metus optimè differit Baſil. Ponci. *de impedimentis Matrimonij cap. 29. §. 6.* Et vide quæ dixi *ad cap. veniens 15. inf. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Vſus communis loquendi attendendus, & obſeruandus eſt in matrimonijs contrahendis in dubio ad explicandum quem valorem habeant verba prolata.*
3 *Vſus communis vtendi, & loquendi inſpicitur.*
4 *Appellatio vulgaris pro lege habetur.*
5 *Verborum communis ſenſus qualitas & conditio perſonarum attendenda eſt.*
6 *Verba ſecundum communem vſum loquendi ſunt intelligenda.*
7 *Dictiones interpretandæ ſunt iuxta eum ſenſum, qui vulgari & communi vſu, ac legum prouinciæ ſignificatione eſt receptus.*
8 *Conſenſus contrahentium ſufficit quod explicetur ab altero alteri per interpretem.*
9 *Verba interpretanda ſunt ſecundum propriam ſignificationem.*
10 *Verborum tenor ſemper eſt attendendus.*
11 *Verba ſecundum ſimilitudinem ſunt intelligenda, quando de mente non conſtat.*
12 *Confeſſio partis ambigua vt iuuet alteri parti debet peti per eam declarari.*

j. Cap. Ex litteris. VII.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Ioan. Andr. Anania, Hoſt. Anchar. Butr. Henric Panor. Præpoſ. Marian. Socin. Petr. Gregor. Alex. de Neuo, Caſal. *in annot.* Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontific. pag. 6.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 558.* Refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 1. cap. 6.* & eſt poſt Concil. Lateraneñ *par. 4. cap. 3.*

2 ***Ad communem verbi intelligentiam recurratur.*** Notatur ad hoc quod in Matrimoniis contrahendis in dubio ad explicandum quem valorem habeant verba prolata communis vſus loquendi attendendus, & obſeruandus eſt, vt per Cou. *de ſponſalib. p. 2. cap. 4. §. 1. n. 2.* Gutier. *canonic. quæſt. lib. 1. cap. 21. à n. 3. & de Matrimon. cap. 3. n. 14.* Sanch. *eod. tract. de Matrim lib. 1. diſp. 18. n. 4.* Camer. *de Matrim. cap. 2. dub. 5.* Bonacin. *eod. tract. q. 1.*
3 *puncto 1. n 17.* Nam communis vſus vtendi & loquendi inſpiciendus eſt, vt per Caſſan. *in conſuet. Burgund. rub. 1. §. 8. in princ. n. 10. & rub. 9. §. 17. n. 8. fol. mihi 325. verſo,* Tiraq. *de retractu lig. §.*
4 *1. gloſ. 2. n. 3. & §. 2. gloſ. 1. n. 5. cum ſeqq.* & vulgaris appellatio pro lege habetur Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſ. 11. n. 68. & 69. & glo. 13. n. 62.*
5 Et verborum communis ſenſus, qualitas, & cõditio perſonarum attendenda eſt, vt per Cou. *de ſponſal. p. 2. cap. 4. §. 1. n. 2.* Socin. *reg. 536. limit. 8.* Ac
6 verba ſecundum communẽ loquendi vſum ſunt intelligenda Surd. *conſ. 313. n. 87. & conſ. 454. n. 18.* Card. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 8. n. 1.* & ſecundum communem hominum intellectum Perez *l. 2. glo. cornudo in princ. glo. 3. tit. 9. lib.*
7 *8. Ordin.* Sunt denique dictiones interpretandæ iuxta eum ſenſum, qui vulgari & communi vſu, ac legum prouinciæ ſignificatione receptus eſt. Cou. *lib. 3. vari. cap. 5. n. 1.*

8 In gloſ. [Intellexerit.] Notatur ad hoc quod ſufficit vt ipſi contrahentes alter alteri explicent conſenſum per interpretem, vt per Ioan. Andr. *hic n. 5.* Abb. *n. 3.* & Præpoſ. *n. 4. verſ. ſecundo,* Cou. *de ſponſalib. p. 2. cap. 4. §. 1. n. 3.* Sanch. *de Matrim. lib. 1. diſp. 39. n. 3.* vbi etiam ſimiliter reſoluit ſufficere hodie, vt conſtet Parocho & teſtibus de mutuo conſenſu per interpretem.

9 In gloſ. [Propoſuit] ibi *(non eſt recedendum à ſignificatione verborum.)* Nam verba interpretanda ſunt ſecundum propriam ſignificationem, Brunor. à Sole *in locis communib. verbo Verba 1.* Cardoſ. *in praxi iudicum eod. verbo n. 6.* Mantic. *de coniecturis vltimarum volunt. lib. 8. tit. 18. n. 35.* D. Barboſ. in *l. quia tale nu. 37. ff. ſoluto matrim.* Melch. Phæbos *Luſit. deciſ. 77. n. 14. tom. 1.* Card. Tuſch. *tom. 8. lit. V. concl. 91.* Rota apud Farin. *deciſ.*
10 *352. n. 1. p. 1. recent.* quia verborum tenor ſemper eſt attendendus. Franciſc. Molin. *de ritu nuptiarum lib. 1. cap. 20. n. 7.*

11 In gloſ. [Intelligentiam] fin. ibi *(tunc id quod veriſimilius eſt, accipiendum eſt.)* Notatur ad hoc quod licet contra proferentem inſtrumenta fiat interpretatio, primo loco inſpiciendum eſt, quod veriſimilius eſt, etiamſi ſit pro proferente, vt per Tiraq. *in l. ſi vnquã C. de reuocandis donat. in præfat. n. 54.* vnde verba ſecundum ſimilitudinem ſunt intelligenda quando de mente non conſtat.

Cardin.

Cardin. Tuſch. *tom. 8. lit. V. concl. 94.*

12 In ead gloſ. ibi *(poſtea in confeſſionibus, &c.)* Ex hac gloſſa colligit D. Barboſ. *in l. ſi quis intentione ambigua n.9.ff.de iudic.* cautelam circa illum, qui ſe vult iuuare ex confeſsione aduerſarij, vt ſi ambigua ſit, petat per partem declarari, ne aliàs in dubio fiat interpretatio.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
3 *De vi, & effectibus dictionis, maxime, remiſſiuè.*
4 *Declaratur tex. in cap. iuuenis, ſuprà hoc tit.*

Cap. Sponſam. VIII.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Io. Andr. Anania, Hoſt. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Mari. Socin. Petr Greg Alex. de Neuo, Viuian. *in rationali lib.4. Iuris Pontificij pag.6.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.559.* Refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. decretal. lib.4. tit.1. cap.7.* & eſt poſt Concil. Lateranen. *par.6. cap.4.*

2 Circa impedimentum publicæ honeſtatis oriens ex ſponſalibus dixi ſupra commodiùs *ad cap. ad audientiam 4. hoc tit.*

3 In gloſ. [Nubili,] ibi *(illud, maxime, ponitur proprie comparatiue)* de vi, & effectibus dictionis, maxime, dixi in *meis Remiſſ. de dictionibus & clauſulis dict. 168.*

4 In ead. gloſ. ibi *(idem videtur ſi eſt proxima ſeptennio, & doli capax ſup. eod. iuuenis.)* Aduertit Baſil. Ponci. *de impedimentis Matrimonij cap.18.§.1.* ideo in *d. cap. iuuenis 3. ſup. hoc tit.* ex matrimonio ante ſeptenniũ oriri publicæ honeſtatis impedimentum, quia iam erant proximi ſeptennio, & ita parum diſtabat, idq. colligit quia tentauit vir eam cognoſcere, licet implere non potuerit, ex quo præſumit malitiam ſufficientem ad conſenſum.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Verba futuri temporis nulla addita particula faciẽte ſignificare de præſenti, important ſponſalia, non Matrimonium, vt tenet probabilior opinio.*
3 *Intelligitur tex. in præſenti.*
4 *Terminus quando ſtatuitur ab actu, non à die actus computatur tempus de momento ad momentum.*
5 *Marito non licet propter adulterium vxoris aliam ipſa viuente ducere.*
6 *Coniugi innocenti vtrum liceat, vbi fornicatio eſt notoria, propria auctoritate diuertere ab adultero?*

Cap. Ex parte. IX.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Ioan. Andr. Anania, Hoſt. Henric. Butr. Anch. Panor. Præpoſ. Mar. Socin. Pet. Gregor. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ p.1. & 2.* Viuian. *in rationali lib.4. Iuris Pontificij pag.6.* Alagona *in cõpendio Iuris Canonici pag.559.* Refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit.1. cap.8.* & eſt poſt Concil Lateranen. *par.6. cap.25.*

2 *Quod eam ab eo tempore pro coniuge teneret.* Notatur ad hoc quod quando verbis futuri temporis importantibus executionem nulla additur particula faciens ſignificare de præſenti, veluti habebo, tenebo, tractabo te, &c. eſt Matrimoniũ, vt per Zabarel. hic *n.1. q.1. & 3.* Abb. *n.3.6. & 7.* & Præpoſ. *n.6.* Gregor. Lopez *l.2. verbo e prometo tit.1. p.4.* Menoch. *de præſump. lib.3. præſ.3. n.3. & conſ. 168. n. 4. & 5.* Niſi præcedant verba clare ſignificantia contractum ſponſalium. Menoch. *d. præſ.3. n.4.* Couar. *de ſponſalib. p.2. cap.4. §.1. n.4.* Gutier. *Canon. quæſt. lib.1. cap.21. n.36.* Fr Emman. *in ſum. tom.1. cap.216. n.6.* Sed contrarium probabilius eſt, & ita per huiuſmodi verba habebo, tenebo te in vxorẽ; vel iuro aut promitto quod te habebo pro legitima vxore, aut quod non aliã ducam vxorem niſi te, induci tantum ſponſalia tenent & pluribus tuentur Ioan. Andr. hic *n. 3.* Anchar. *n.4.* Henric. Boich *in fine.* Alex. de Neuo *n.27.* Cou. *d.§.1. n.5.* Gutier. *d. cap.21. à n.29.* Henriq. *in ſum. lib.11. cap.11. n.6.* Anto Cuch Veracr. Barthol. à Ledeſm. & alij quos refert, & ſequitur Sanch. *de Matrim. lib.1. diſp.18. n.18.* vbi *n.21.* re-
3 ſpondet ad hunc tex. quod ſcilicet conſenſus de futuro ex particula adiuncta, ab eo tempore, importat conſenſum de præſenti. & licet mulier reſpondens non repetat eam particulam, ſubintelligitur tamen cum reſpondeat iuxta verba præcedentia viri: & nuncupatim quod verba, promitto quod te habebo pro legitima vxore, adiuncta particula, ab hoc tempore, Matrimonium important, tenet Menoch. *d. conſ. 368. n.13.*

4 *Ab eo tempore.* Notatur ad hoc quod quando ſtatuitur terminus ab actu, non à die actus computatur tempus de momento ad momentum, vt per Tiraq. *de retractu lig.§.1. gloſſ.11. n.24.* Garc. Gironda *de priuilegiorum & exemptionum explicat. n.493.*

5 *Quia igitur nemini licet, &c.* Notatur ad hoc quod non licet marito propter adulterium vxoris aliam, ipſa viuente, ducere, vt per Perez *l. 2. gloſ. porque no puede tit.15. lib.8. Ordin. & l.1. gloſ.1. pag.5. verſ. in cõtrarium tit.1. lib. 5. eiuſd. Ordin.* Sanch. *de Matrim. lib.10. diſp.2. n.2.*

6 *Sine manifeſta cauſa fornicationis dimittere.* Ergo à contrario ſenſu, vbi fornicatio eſt notoria licebit coniugi innocenti propria auctoritate diuertere ab adultero quoad habitationem, de quo vide Cou. *de ſponſalib. p.2. cap.7. §.5. n.12.* Greg. Lop. *l. 2. verbo ſiendo tit. 2. part. 4.* Corr. *in memorab. verbo vxor ſuſcepta.* Henriq. *in ſum.*

lib. 11. cap. 17. n. 2. ad finem. Fr. Emman. *tom. 1. Sum. cap. 240. n. 4.* Surd. *de alimentis tit. 7. q. 16. n. 18.* Iacob de Graffiis in *decision. aureis lib. 2. cap. 84. n. 9.* D. Barbos. *in rub. ff. soluto matrim. p. 2. n. 26.* Sanch. *de Matrim. lib. 10. disp. 12. n. 12.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Impubes doli capax an cum iuramento obligetur.*
3 *Concordatur tex. in præsenti cum tex. in cap. requisiuit, infra hoc tit.*
4 *Iurans se vnam ex pluribus ducturum, & postmodum aliquam ex illis carnaliter cognoscat, an illa sponsalia transeant in matrimonium, & quid attento decret. Conc. Trident.*

ij. Cap. Ex litteris. X.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Ioan. Andr. Anania, Host. Henric. Butr. Anchar. Panor. Præpos. Marian. Socin. Petr. Greg. Alex. de Neuo, Casal. *in annot.* Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag. 7.* Alagona *in cõpendio Iuris Canonici pag. 559.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 1. cap. 9.* & est post Concil. Lateranẽ. *par. 6. cap. 26.*

2 *Impubescentes,* & ibi, *cõtra suum iuramentum, &c.* Ego impubes doli capax cum Iuramento obligatur, vt tenent Abb. *hic n. 6.* & Alex. de Neuo *n. 15.* Seraphin. *de priuilegijs Iuram. priuil. 83. n. 24.* Mich. Grass. *tom. 1. communium opinion. lib. 5. tit. 27. n. 16. pag. 767.* Greg. Lop. *l. 6. verbo maior tit. 16. part. 6.* Gutier. *in auth. Sacramenta puberum n. 117. C. si aduersus vendit.* Cald. Pereira *in l. si curatorem verbo minoribus n. 9. Cod. de in integ. restit.* Valer. Reginald, *in praxi fori pœnitent. lib. 31. n. 261. vers. sexto,* Gabr. *commun. tit. de minorib. concl. 5. n. 39.* Verum desiderari pubertatẽ in minore iurante vt eius Iuramentum contractum firmet tenent alij numero & fama non inferiores, videlicet Couar. *in cap. quamuis p. 3. §. 1. n. 3. & de sponsal. p. 1. cap. 5. §. 1. n. 4.* Anton. Gom. *var. lib. 2. cap. 14. n. 18.* Menoch. *cons. 29. n. 37.* plures per Sanch. *in præcepta Decalogi lib. 3. cap. 12. à n. 27. & de Matrim. lib. 6. disp. 38. n. 16.* vbi aduertit quòd licet in causa matrimoniali, quippe quæ integrũ intellectum potius, quàm certã ætatem exigit, Iuramentum impuberis pubertati proximi obliget, ad confirmandos tamen cæteros contractus alias inualidos non satis est nisi pubertas adsit.

3 *Et si monitis non acquieuerit censura compellas.* Aduerte quod fidẽ non seruans prius monẽdus est per iudicem sponsalium, & si renuat cogendus est per censuram, & per carcerem, nisi attentis circunstantijs prudenter arbitretur iudex ex inuitis nuptijs grauia mala & scandala timeri, veluti perpetuas dissensiones, iurgia inter coniuges, virum relicta vxore discessurum, tunc enim potius est monendus quàm cogendus, qui fidem seruare non vult, quo casu loquitur, & sic necessariò intelligi debet tex. *in cap. requisiuit. inf. hoc tit.* si illius verba, monenda est potius (id est prius) quàm cogenda, legere nolis, prout alij legunt. Vide Cou. *de sponsalib. p. 1. cap. 4. in initio n. 3.* Greg. Lopez *l. 2. verbo quando, & l. 7. verbo apremiar el 1. tit. 1. par. 4.* Mench. *de successionum creat. §. 28. n. 15.* Gutier. *de Iuram. confirm. p. 1. cap. 51. n. 4. & canon. quæst. lib. 1. cap. 18. n. 10.* Petr. de Ledesma *de Matrim. q. 43. art. 1. dub. 3.* Menoch. *cons. 386. n. 1.* Farin. Rotæ *decis. 107. n. 2. p. 4. suorum operum de delictis,* Azeued. *l. 1. n. 15. & 16. tit. 1. lib. 5. nouæ Recop.* Sanch. *de Matrim. lib. 1. disp. 29. à princ.* Perez *l. 1. glos. 1. col. 4. vers. in oppositum tit. 1. lib. 5. Ordin.* Ceuall. *communium contra commun. q. 604. n. 12. & 14.* Aloys. Ricc. *in praxi fori ecclesiast. resolut. 207. n. 1.*

4 In glos. [Sub iuramẽto,] ibi *(Hic posuit Laur. talem quæstionem, &c.)* Disputat hæc glossa quæstionem illam, vtrum iurans se vnam ex pluribus ducturum, & postmodum aliquam ex illis carnaliter cognoscat sponsalia illa transeant in Matrimonium?. & postquã hinc inde plura adduxit in negatiuam partem inclinat, addens tamen cogendum esse illam ducere. Verum probabilius est transire in Matrimonium, quia ea erant sponsalia conditionata ante electionem, qua sequuta manent absoluta, hanc autem electionem factam esse per copulam censetur, nam per copulam purificatur conditio, & sponsalia conditionata transeunt in Matrimonium *cap. de illis, inf. de condit. appos.* Ita contra hanc glossam tenent in præsenti Ioan. Andr. *n. 10.* Butr. *n. 16.* Anchar. *n. 7.* Panor. *n. 7.* Alex. de Neuo *n. 25.* & Præpos. *n. 6.* Couar. *de sponsal. p. 1. cap. 4. §. 1. n. 17.* Menoch. *de præsump. lib. 3. præs. 1. n. 13. & 17.* Nau. *sub hoc tit. cons. 38. n. 7. in antiq.* Spin. *in speculo testam. glos. 15. princ. n. 65.* Bonacos. *commun. crimin. p. 1. verbo promittens fol. 140. verso,* Sayr. *in claui Regia lib. 1. cap. 6. n. 21.* bene Sanch. *de Matrim. lib. 1. disp. 26. n. 8. vbi n. 9.* intelligit quando illæ Matrimonium promittenti repromiserant, & *n. 10.* quando promissio fuit facta cum vna ex certis, non vero incertis fœminis, & *n. 11.* quando promissio contrahendi fuit cum vna ex pluribus, non vero si fuisset facta pluribus insimul. Hodie attento decreto Conc. Trid. *sess. 24. de reform. Matrim. cap. 1.* huiusmodi spõsalia cõditionata iam non transeunt in Matrimoniũ per copulam cum quadã ex illis fœminis subsequutã, ac proinde per illam non efficiuntur sponsalia pura, & absoluta, vt obligent ad contrahendum ex Sanch. *d. disp. 26. n. 12.* quicquid dicat Spino *d. glos. 15. n. 65.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Filiofam. licet experiri aduersus patrem pro repetenda vxore.*

3 *Factum proprium quando est graue, & notabile, etiã data longinquitate temporis, præsumitur quis scire.*

4 *Tota Ciuitas, vel Prouincia plerunque submittitur interdicto ob culpam vnius, qui illius dominus est.*

5 *Diuinorum nomine, quæ contineantur ostenditur.*

6 *Interdicti tempore prohibetur recitare horas canonicas ex officio publico.*

7 *Baptismus tam paruulis, quàm adultis tempore interdicti ministrari potest cum solemnitate Vnctionis, benedictione fontis, & susceptione patrinorum.*

8 *Interdicti tempore sanis, & morientibus conceditur Pœnitentia sacramentum, cum duplici tamen limitatione.*

9 *Sacramentum sanctissimæ Eucharistiæ tempore interdicti, vt viaticum ministrari potest.*

10 *Matrimonij sacramentum quoad sui substantiam licitè, & indistinctè tempore interdicti contrahi põt.*

11 *Ordinis sacramentum in loco interdicto, & personis interdictis conferri non potest.*

12 *Pœnitentiæ sacramentum Catholicus recipere potest ab hæretico in extremo vitæ periculo.*

Cap. Non est vobis. XI.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Boich, Butr. Anch. Panor. Præpos. Maria. Socin. Pet. Greg. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.1. & 2.* Viuian. *in rationali lib.4. Iuris Pontificij pag.7.* Alagona *in cõpendio Iuris Canonici pag.560.* refertur ab Antonio August. *collect.1. Decretal. lib.4. tit.1. cap.13.*

2 *Iustum & honestum esse, &c.* Notatur ad hoc quod filiofam. licet experiri aduersus patrem pro repetenda vxore, cum sit res, quam filius non acquirit patri, vt per Larã *in l. si quis à liberis in princ. n.61. cum seqq.* & præcipue *n.65. ff. de liberis agnosc.*

3 *In quacunque prouinciarum, &c.* Notatur ad hoc quod quando factum proprium est graue, & notabile, etiam data longinquitate temporis, præsumitur quis scire, vt per Mascard. *de probat. concl.735. n.2.*

4 Notatur etiam ad hoc quod ob culpã vnius, qui Ciuitatis, aut Prouinciæ dominus est, vel in ea habet seculare, ecclesiasticamve iurisdictionem, tota Ciuitas, vel Prouincia submittitur interdicto, vt per Couar. *vari. lib.2. cap.8. n.10.* Nobilibus tamen plerunque deferri solitum est, vt in litteris contra illos obtentis soleat poni hæc clausula. Prouiso ne in terram dicti nobilis excommunicationis, vel interdicti sententiã proferas, nisi à nobis super hoc mandatũ receperis speciale, vt refert Tiraq. *de nobilit. cap.20. n.162.*

5 *Nulla diuina officia.* Aduerte eo nomine diuinorũ cõtineri omnia exercitia Sacris Ordinibus maioribus, vel minoribus deputata, vt si acolytus offerat vrceolos, subdiaconus Epistolam solemniter cantet cum manipulo, & diaconus Euangelium, Sacerdos Missam dicat, Episcopus Ordines conferat, aut Virgines, Abbates, altaria, & calices consecret, vel si Presbyter hebdomadarij officium agat in Choro dum Matutinum, aut aliæ Horæ Canonicæ peragũtur, hæc omnia diuina esse Officia asserens nouam esse rationẽ ab alijs non perpensam resoluit Nau. *in man. cap.27. n.171.* & post Cou. & alios, Henriq. *in sum. lib.13. cap.44. in princ. iuncta lit. A.* Vgolin. *de censuris tab.5. cap.5. §.2. n.2.* & alij plene relati à Sayr. *eod. tract. lib.5. cap.15. à n.4. & cap.14. à n.10.* quorum sententiam partim sequitur partim improbat Soar. *eod. tract. de censur. disp.34. sect.3. n.5. & 7.* vbi à principio latè disputans communem doctrinam sequitur quatenus officia deputata alicui Ordini interdicto prohiberi censet ea esse explicans, quæ fiunt à ministris ab Ecclesia deputatis ex eorum officio, & ipsius Ecclesiæ nomine, ideoq. non immerito etiam Ecclesiastica
6 officia dici posse notat *d. n.5.* Vnde bene infertur solum prohiberi tẽpore interdicti recitari Horas Canonicas ex officio publico, modo communi Ecclesiæ nomine, non ita si priuatim dicantur responsoria, Horæ diuinæ, vel nocturnæ, vt post Nau. explicant Sayr. *d. cap.14. n.25.* Soar. *d. sect.3. n.9.*

7 *Præter Baptismum paruulorum.* De Iure Decretalium per tex. in præsenti, & *in cap. responso, inf. de sent. ex comm.* licitum tantum erat tempore interdicti administrare sacramentum Baptismi paruulis, quo nomine videbatur denegari adultis in quibus tanta non cernitur necessitas: Verum etiam adultis administrari posse expresse decidit *tex. in c. quoniam de sent. excomm. lib.6.* ex ratione, quàm insinuat ibi propter moræ periculum, addit etiam posse Baptismum administrari cum solennitate Vnctionis, & consequenter catechismi, & exorcismi, Vide Vgolin. *d. tab.5. cap.7. §.4. n.1. & 2.* Soar. *d. disp.33. sect.1. n.3.* Fr. Emman *quæst Regul. tom.3. quæst.109. art.3. in princ.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.32. tract.3. n.23.* Bonacina *de censuris disp.5. puncto 2. §.1. à n.1.* Sayr. *d. cap.7. n.3.* qui etiam resoluunt fontem benedici, & susceptores, seu patrinos posse adhiberi, ex reg. cõcesso vno conceduntur omnia necessaria ad illud vnũ, de qua *in l. ad rem mobilem, ff. de procurat. & in cap. præterea, de officio deleg.*

8 *Et Pœnitentias morientium.* Aduerte per hunc tex. tempore interdicti morientibus tantùm, & infirmis concedi Pœnitentiæ sacramentum, de nouo vero Iure *in cap. alma mater, post princ. vers. quia vero, de sententia excomm. lib.6.* sanis etiam conceditur, vbi rationem red-

dit,

dit, ibi; *propter promitatem & facilitatem hominis ad peccandum summe necessaria est*, cum duplici tamen limitatione; prima est vt recipiens non sit excommunicatus excepto mortis periculo; secunda modò non fuerit aliquo modo in causa culpabili, ob quam latum est interdictũ, aut non sit specialiter interdictus. Vide Cou. *in d. cap. alma p.2.§.3.n.1.* Viuald. *in candelabro aureo tit. de interdicto n.*201. Vgolin. *d. tab.5.cap.7.§.6.* Henriq. *in sum. lib.13.cap.45.§.1.* Fr. Emman. *d.q.*109. *art.3. vers. quantum ad sacramentum Pœnitentiæ*, Sayr. *d.cap.7.n.8.* Soar. *d. sect.1. à n.13.* Bonaci-
9 na *d. puncto 2.§.3. n.1.* De Sacramento vero sanctissimæ Eucharistiæ quod tempore interdicti vt viaticum ministrari posit dicam commodius ad *cap. quod in te, de pœnit. & remiss.*

10 Et de Sacramento Matrimonij quod licitè, & indistinctè quoad sui substantiam cõtrahi possit tempore interdicti, atque ita tam in Ecclesia, quàm à personis specialiter interdictis, late defendi multis pro hac parte citatis Doctoribus *in tract. de officio & potestate Episcopi p.2. Alleg.*
11 32. *à n.*198. Et quod in loco interdicto, & personis interdictis Ordinis sacramentum conferri non posit, dixi *ead. p.2. Alleg.*11. *à n.*18.

12 In glos. [Baptismum.] ibi (*vnde etiam in necessitate possunt recipi ab hæretico.*) Notatur ad hoc quod Catholicus sacramentum Pœnitentiæ recipere potest ab hæretico in extremo vitæ periculo, vt post D. Thom. Angel. Rosel. & alios tenent Azori. *instit. moral. p.1. lib.8. cap.11. q.12.* Valeri. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.1. n.*60. Aegid. Coninck *de Sacramẽtis, & cens. tom.12. disp.*14. *à n.*234. Quicquid contrarium teneãt Cou. *in cap. alma mater p.1.§.6. n.8.* Nau. *in man. cap.*26. *n.*26. *& in cap.1. de Pœnit. dist.6. n.87. & in §. laboret, n.2.* nisi intelligas quando hæreticus & schismaticus fuerit omnino ab Ecclesia repulsus & condemnatus, cum Gutier. *canon. lib.1. cap.1. n.67.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Testis vnicus sufficit ad impediendũ Matrimonium contrahendum.*
3 *Amplia quamuis esset denunciator, seu accusator, allegaretq. suam turpitudinem.*
4 *Amplia etiam quamuis nolit testari nisi clam, & absque nominis publicatione.*
5 *Testis ad impediendum Matrimonium requiritur quod asserat cum iuramento se certò scire impedimentum.*
6 *Testi publicè confitenti turpitudinem suam ad impediendum Matrimonium, an sit fides adhibenda, ostenditur.*

ij. Cap. Præterea. XII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem Ioan. Andr. Anania, Host. Henric. Butr. Anchar Panorm. Præpos. Marian. Socin. Petr. Greg Alex. de Neuo, Casal. *in annot.* Ximen. Toletan. *in cõcordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.1. & 2.* Viuian. *in rationali lib.4. Iuris Pontif. pag.7.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.*560. refertur ab Anton. August. *collect.1. Decretal. lib.4. tit.1. cap.16.* & est post Concil. Lateran. *par.50. cap.30.*

2 Probat hic tex. vnicum testem sufficere ad impediendum Matrimonium contrahendum, vt per Nau. *in man. cap.22. n.83.* prax. Episcop. *p.1. verbo Matrimonium §.10. vers. secundum*, Greg. Lopez *per tex. ibi in l.18. tit.9. par.4.* Perez *l.8. glos.1. pag.361. col.1. tit.15 lib.2. Ordin.* Nau. *in cap. Sacerdos de Pœnit. dist.6. n.27.* Mascard. *de probat. concl.63. & concl.1035. n.3.* Gutier. *canon. quæst. lib.1. cap.11. n.28.* Sanch. *de Matrim. lib.1. disp.71. n.1.* idem Gutier. *eod. tract. cap.36. n.2. cum seqq.* qui
3 duo vltimo loco citati id ampliant etiamsi testis non fuerit citatus, sed per partem oblatus, & quamuis esset denuntiator seu accusator, allegaretq. turpitudinem suam.

4 *Sed hoc publicè confiteri recusat.* Notatur ad hoc quod vnicus testis sufficit ad impediendum Matrimonium cõtrahendum quamuis nolit parte citata & publicè, sed clam, & absque nominis publicatione testari, ita tenent in præsenti Innoc. *n. vni.* Butr. *n.6.* Abb. *n.7.* Alex. de Neuo *n.4.* Præpos. etiam *n.4.* Mascard. *d. concl.*1035. *n.4.*

5 *Nisi Iuramentum interuenißet.* Ergo requiritur vt testis asserat cum iuramento se certò scire impedimentum, vt tenet Cou. *de sponsal. lib. p.2. cap.6. §.10. n.21.* Gutier. *d. cap.11. n.*32. & ita de certa scientia deponere Nau. *cons.2. n.1. sub tit. de consanguinit. & affin.* Sanch. *d. disp.*71. *n.10. & 11.* vbi etiam tenet testem de solo auditu testificantem non impedire, quamuis alter testis simul cum eo absque iuramento de certa scientia deponeret.

6 In glos. [Publice.] Notatur hæc glossa ad hoc quod testi publicè confitenti in casu huius tex. non est fides adhibenda, quæ recipitur à Io. Andr. *hic n.5.* Sed merito eam reprobant Host. *hic paulo post princ.* Butr. *n.7.* Abb. *n.7.* Alex. de Neuo *n.7.* Præpos. *n.7.* quos refert, & sequitur Sanch. *d. disp.71. n.3. vers. imo.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Amoris ardore nihil est vehementius.*
3 *Amor ebrietati æquiparatur, quia rectum iudicium subuertit.*
4 *Amanti, qui furore libidinis, & amoris aliquid prohibitum fecit, aliquatenus parcendum est.*
5 *Matrimonia contracta inter amore excæcatos, vt plurimum exitum habent infelicem.*
6 *Matrimonium à filiofam. contractum sine parentum consensu validum est.*
7 *Leges, seu statuta prohibentia filijs Matrimonia con-*

contrahere abſque parentum conſenſu ; ſunt inualida.

j. Cap. Veniens. XIII.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Collectar. Zabar. Ioan. Andr. Hoſtien. Henric.
Boich, Anch. Butr. Panor. Præp. Pet. Greg. Alex.
de Neuo, Ximen. Toletan. *in cōcordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ p.1. & 2.* Viuian. *in rationali lib 4. Iuris Pontificij pag.*8. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.*560. refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 1. cap.* 17. & eſt
poſt Concil. Lateranen. *par.* 50. *cap.* 31.

2 ***Adamauit in tantum.*** Nihil enim ardore amo-
ris vehementius eſt, quem intra debitos limites
carcerare potius eſt philoſophicum, quàm muliebre, vt per Tiraq. *de pœnis temper. cauſa* 4. *n.* 2.
in fine, & de præſcrip. §. 1. gloſ. 4. prope fin. verſ. ſed
3 *& amorem,* Farin. *in praxi crimin. q.* 98. *n.* 79. Amor
ebrietati æquiparatur ex *gloſ. verbo bacchata in §. fin. Inſtit. de ſucceſſ. ſubl.* Mench. *illuſtrium quæſt. cap.* 48. *n.* 43. Direct. Inquiſit. *p. 2. q. 56. pag.* 382. *in fine*, Farin. *d. q. 98. n.* 77. Et rectū iudicium ſubuertit Maſcard. *de probat. concl.* 86. *n.* 20. Vnde ali-
4 quatenus parcendum eſſe amanti, qui furore libidinis, & amoris aliquid prohibitum fecit, cū
id videatur feciſſe quaſi furioſus, & demens tenent Clar. *§ fin. q. 60. n. 7. verſ. eſt & amore,* Menoc. *de arbitr. caſu* 328. *n. 1. cum ſeqq.* Emman. Soar. *in theſauro communium opinion. verbo pœna n.* 159.
Tiraq. *d. cauſa 4. n. 1. cum ſeqq.* Farin. *d. q. 98. n.* 80.
5 Matrimonium tamen inter amore excæcatos
contractum, validum eſſe reſoluit Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol.* 135. licet vt plurimum habeat infelicem exitum, vt aduertunt Menoch. *conſ. 59. à n.* 45. Gutier. *canonic. quæſt. lib. 1. cap. 20. n. 18. cum ſeqq.* Cened. *ad Decretal. collect. 20. n.* 5.

6 ***Quod parētes mulieris ipſius ignorantes, &c.*** Notatur ad hoc quod Matrimonium à filiofam. contractū
ſine parentum conſenſu validum eſt, vt per Cou. *de ſpōſal. p. 2. c. 3. §. 8.* & plures quos refert Valdeſ. ad Xuar. *l. 2. tit. de los caſamentos pag.* 47. Perez *l. 1. gloſ. 5. pag. 37. col. 1. & pag. 39. col. 2. verſ. conſtat etiam tit. 1. lib. 5. Ordin.* Gutier. *canon. quæſt. lib. 1. cap. 20. n. 1. & 2. & in tract. de Matrim. cap. 79. à princ.* Melch. Phebos Luſit. *deciſ. 45. n. 10. cum ſeqq.* Franc. Molin. *de ritu nuptiarū lib. 2. differ. 7. n.* 8. poſt Sayr. Bellarm. & Sanch. reſoluit Bonacin. *de magno Matrimonij ſacramento q. 4. puncto 17. n.* 23. & hodie hoc parum habet difficultatis ob expreſſam diſpoſitionem Cōcilij Trid. *ſeſſ. 24. de reform. Matrimonij cap. 1. in princ.* ibi, quique falsò affirmarunt Matrimonia à filijsfam. ſine conſenſu pa-
7 rentum irrita eſſe. Vnde cum poſſint filij & filiæ
inſcijs, & contradicentibus parentibus nubere ſi id faciant Iure permittente pœnā non merentur *arg. l. Gracchus C. ad legem Iuliam de adulter.* & ideo leges municipales, ſeu ſtatuta prohibentia filijs Matrimonia contrahere ſine parentum voluntate ſub pœna exhæredationis, aut priuatione legitimæ, ſeu dotis omnino inualidas, & de Iure abrogatas eſſe tenent multi inſignioris eruditionis & pietatis viri, qui rectius de Matrimonij ſacramento ſentiunt, quoniam cum Principes nequeant ſuper illo aliquid ſtatuere, quod liberum ſit Sacramentum, conſequenter pœna adiecta non poteſt nullum, & iniquum ſtatutum validare, vide Cou. *de ſponſal. p. 2. cap. 3. §. 8. n.* 5. Roderic. Soar. *tit. de los caſamientos verſ. quarto 1. lib.* 3. vbi Valdeſ. *pag. mihi* 50. Greg. Lop. *l. 4. verbo deſheredar. tit. 7. par.* 6. Molina *de primog. lib. 2. cap. 16. n.* 6. Azeued. *l. 2. n. 5. tit. 1. lib. 5. noua recop.* vbi Matienſ. *gloſ. 4. n. 2. & n.* 49. Menoch. *de arbitr. caſu 453. n. 8. & de præſumpt. lib. 4. præſ. 189. n. 55. & conſ. 69. à n.* 22. Burg. de Pace *conſil. 20. n.* 8. Surd. *de aliment. tit. 1. q. 6. n.* 2. Tiber. Decian. *reſp. 13. n. 10. vol. 1. & reſp. 24. n. 13. vol. 4.* Viui. *Neapol. deciſ. 523. n.* 3. plures quos refert Cened. *ad Decretal. collect. 58. n.* 7. quibus adde Baptiſt. Coſt. *de ſcientia & ignor. facti 2. diſt. 40. n. 71. & reg. 11.* D. Barboſ. *in l. 1. p. 4. n. 27. 32. & 35. ff. ſoluto matrim.* Ceuall. *communiū contra commun. q. 5. n. 2. & q. 314. n.* 3. Petr. de Ledeſma *in ſum. p. 1. de ſacramento Matrim. cap. 7. concl. 5. dub. vnic.* Pichard. *in princ. Inſtit. de nuptijs n. 6. & & 11. & in princ. Inſtit. de inoff. teſtam. n.* 9. Armendar. *in addit. ad recopilat. legum Nauarra fol. 158. à n.* 124. Gutier. *de Matrim. cap.* 80. vbi refert alia loca ſuorum operum, optimè Franc. Molin. *de ritu nuptiarum lib. 2. differ. 7. n. 9. cum ſeqq.* Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib. 2. concl.* 95. Don Garc. Maſtrillo *Siciliæ deciſ.* 163. Benedict. Aegid. *in repet. l. Titia p. 3. à n. 30. cum ſeqq. ff. de cond. & demonſt.* Ex Theologis Azori. *inſtit. moral. p. 2. lib. 2. cap.* 2. Molina *de iuſtit. tract. 2. diſp. 176. verſ. dubium.* Sanch. *de Matrim. lib. 4. diſp.* 25. Rebell. *de obligat. iuſtitiæ p. 2. lib. 2. q. 14. ſect. fin.* Aegid. Coninck *de ſacram. & cenſuris tom. 2. diſp. 28. n. 48. cum ſeqq.* Valeri. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 19. n. 19. verſ. quod vero attinet.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Matrimonium contractum metu cadente in conſtantem virum ad eum finem iniuſtè incuſſo eſt nullum.*
3 *Exterior expreſſio interni conſenſus eſt pars eſſentialis ipſius contractus matrimonij.*
4 *Nuptiæ coactæ malos exitus habere ſolent.*
5 *Metus minor magis excuſat fœminam, quàm virum.*

Cap. Cum locū. XIV. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innocentius, Collectar. Zabarel. Ioan. Andr. Hoſtien. Henric. Boich, Anch. Butr. Panor. Præpoſ. Caſal. *in annot.* Petr. Greg. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriuſque Iuris cū legibus Caſtellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag.* 4. Alagona *in compendio Iuris*

Cano-

Canonici pag. 561. refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal.lib.4.tit.1.cap.19.*

2 *Locum non habeat consensus, vbi metus, &c.* Qui scilicet posſit cadere in constantem virum, vt interpretatur glossa in præsenti verbo metus, nam Matrimoniũ contractum metu cadenti in constantem virum ad eum finem iniustè incusso est nullum, Vide Mozz. *de contract.lib.tit.de Matrim.in initio n.5.vers.item debet esse talis*, Matiens. *in rub. tit.1.glos.1. à n.27.lib.5.nouæ recop.* Gutier. *de Iuram.confirmat.p.1.cap. 57. n. 22.* Menoch. *de præsumpt.lib.3.præs.4. à n.3.* plures Doctores relatos à Ced. *ad Decretal. collect.93. n. 1.* quibus adde ex nouioribus Viui. *tom.1. commun.opin. lib.5.tit. 2. n.5.p. 703.* Bonacos. *commun. crimin.p.1. verbo Matrimoniũ fol.111.verso,& p.2.eod.verbo fol.48.* D.Barbos. *in rub.ff.solut.matr.p.4.n.29.& 30.* Flamin. *de resign.benefic.lib.13.q.2.n.6.* Aloys.Ricc. *in collect.decis.p.3.collect.535.* Azor. *instit. moral. p.1. lib.1.cap.11.q.5.* Marc.Anto.Genueſ. *in praxi curiæ Archiep. Neapol.cap.87.* Sayr. *in claui Regia lib.2. cap.2.n.11.* Sanch. *de Matrim.lib.4.disp. 12. n. 18.* Paul.Comitol. *respons.moral lib.1.q.111.& q.122. n.3.* Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.2. concl. 93.* Rebello *de obligat. Iustitia p.2.lib. 2.q.11. à n.7. vbi n.9.* quod metus leuis non impedit Matrimonium & *num.10.* idem resoluit de metu reuerentiali, de quo etiam Mench. *illust. quæst.cap.35.n.17.*

3 *Matrimonium autem solo consensu contrahitur.* Notatur ad hoc quod exterior expreſsio interni consensus est pars essentialis ipsius contractus Matrimonij, atque adeo Sacramenti, vt per Sanch. *de Matrim.lib.2.disp.30.n.3.* Aegid.de Coninck *de Sacram. & censuris tom.2. disp.24.dub. 8. n. 63.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.31.n.16.*

4 *Et sequatur exitus, qui de inuitis, &c.* Notatur ad hoc quod nuptiæ coactæ malos exitus habere solent, vt per Farin. *p.4. decis. 69. n. 16.* Cened. *ad Decretal. collect.161.n.1.*

5 In glos.[Metus] ibi *(minor tamen metus magis excusat fœminam, quàm virum)* Vide Cou. *de sponsalib.p.2.cap.3.§.4.n.9.* Molin. *lib.2.de primog.cap.3. n.10.* Sarmi. *lib.2.select.cap.11.nu.11.* Fr.Emman. *tom.1.sum.cap.131.concl.3.n.3.* Seraphin. *de priuilegijs Iuram.priuil.110.n.14.* Menoch. *de arbitr.casu 135.n.4. & 5.* Ioan.Garc. *de nobilit.glos.17.n.2.3. & 20.* Henriq. *in sum.lib.11.cap.9.n.3.in comm.lit. D. & n.4.* Tiraq. *l.9.connub. glos.1.p.9.n.160.* Flamin. *de resignat. benefic. lib.13.q.1.n.61.* Sanch. *de Matrimonio lib.4.disp.3.n.2.* Gutier. *cons.16.n.3.& 4. & eod.tract.de Matrim.cap.77.n.2.* vbi *n.3.* dicit quod eodem modo minor metus cadit in puerum quàm in virum.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Coitus antecedens sponsalia non præsumit Matrimonium contractum.*
3 *Metus cadens in constantem virum ad eum finem iniustè incussus annullat matrimonium in vtroque foro.*
4 *Metus quando iustè incutitur nõ reddit irritum Matrimonium.*
5 *Metus excusat etiam eum, qui in illum incidit culpa sua.*

ij. Cap. Veniens. XV. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Hentic. Boich, Butr. Anchar. Panorm. Præpos.Petr.Greg.Alex. de Neuo, Casal. *in annot.* Ximen.Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib.4. Iuris Pontificij pag.9.* Alagona *in cõpendio Iuris Canonici pag.561.* refertur ab Anton.August. *collect.2.Decretal.lib.4.tit.1.cap.2.*

2 *Post fidẽ præstitã cognouerit, &c.* Ergo coitus antecedens sponsalia non præsumit Matrimonium contractum, vt per Cou. de *sponsalib.p.1.cap.4.§.1.n.13.* Menoch. *de præs.lib.3.præs. 1. n. 42.* D. Barbos. *in rub. ff. soluto Matrim. p. 1. n. 107.*

3 *Alioquin secundæ, &c.* Aduerte quod licet Matrimonium nullum sit in vtroque foro per metum cadentem in constantem virum ad eum finem iniustè incussum Henriq. *in sum. lib.11.cap. 9.n.1.* Sanch. *de Matrim.lib.4.disp.12. n.18.* Valer. Reginald. *in praxi pœnit.lib.31. à n.75.* tamen il-
4 lud irritum non reddit metus quando iustè incutitur, vt docent in præsenti Zabar. *n.2.* Host. *ad fin. in 1. solut.* Ioan. And. *n.8.* Anch. *n.6.* Henric. *n.3.* Præpos. *n.5.* & Abb. *n.8.* quos refert, & sequitur Sanch. *d.lib.4.disp.13.n.3.vers.quarto*, vbi *n. 9.* dicit ideo in præsenti irritum fuisse Matrimonium ad quod pater coegit iuuenem repertum cum filia in eodem lecto, quia iniustè coegit volens eum interficere, quod iniustum erat, nec etiam pater poterat auctoritate propria iustè talem cogere ad Matrimonium, quia id iudicis officiũ est, vt aduertit Valer. Reginald. *d.lib.31. n. 79.* vbi etiam resoluit valere potuisse Matrimonium si pater non venisset animo cogendi illum ad Matrimonium, sed animo interficiendi ob eam culpam, ille autem precibus impetrasset ab eodem patre, vt vitam sibi condonasset sub conditione quod filiam suam acciperet in vxorem, tunc enim metus non esset incussus, vt Matrimonium fieret, nec conuentio illa coniungeret vt Matrimonium obtineretur per metum, sed vt metus per Matrimonium toleratur, de quo etiam Fr.Basil. Ponc. *de impedim. Matrimonij*

cap.

cap. 19. §. 12. *verſ. neque obſtat*, vbi etiam dicit metum mortis in præſenti iniuſtè illatum fuiſſe.

5 In gloſ. [Vt vxori] fin. ibi (*& eſt hic argumentum quod licet culpa mea inciderim in metũ, nihilominus excuſor propter metum.*) Hæc gloſſa recipitur in præſenti per Hoſt. *ad fin. ſuper verb. niſi metu coactus*, Ioan. Andr. *n.* 8. Anton. *n.* 3. Anch. *n.* 7. Card. *n.* 1. Henric. Boich. *n.* 1. Præpoſ. *n.* 2. Nau. *in man. cap.* 17. *n.* 15. quos refert, & ſequitur Sanch. *d. lib.* 4. *diſp.* 8. *n.* 9.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*

2 *Sponſalia iurans poteſt religionem ingredi non contracto Matrimonio.*

3 *Declaratur tex. in præſenti.*

4 *Sponſalia iurans, & poſtea adſtringens ſe religionis voto non poteſt ſine peccato mortali Matrimonium inire animo firmo ingrediendi religionem ante conſumationem.*

Cap. Commiſſum. XVI.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Collectar. Zabar. Ioan. Andr. Hoſtien. Henric. Anch. Butr. Panorm. Præpoſ. Petr. Greg. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in cõcordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ p.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 10. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 561. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 1. *cap.* 4.

2 *Quod tutius eſt ei, &c.* Verba hæc important conſilium, ac proinde illum qui ſponſalia iurauit poſſe religionem ingredi non contracto Matrimonio tenent D. Thom. *in* 4. *diſt.* 27. *q.* 1. *art.* 3. *& in addit. ad* 3. *p. q.* 43. *art.* 3. *in concl.* Sot. *d. diſt.* 27. *q.* 2. *art.* 5. *dub.* 1. Silueſt. *in ſum. verbo Matrimonium* 7. *q.* 5. Nau. *in man. cap.* 22. *n.* 26. Menoch. *de arbitr. caſu* 455. *n.* 10. Soar. *de relig. tom.* 1. *tract. de iuram. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 2. *cum ſeqq.* Cou. *de ſponſal. p.* 1. *cap.* 5. *in initio n.* 11. Veg. *in ſum. lib.* 6. *caſu* 41. Fr. Emman. *in ſum. tom.* 1. *cap.* 244. *n.* 5. Pet. de Ledeſma *de Matrim. q.* 43. *art.* 3. *dub.* 1. *diffic.* 2. Lancellot. *inſtit. Iuris Canonici lib.* 1. *de ſponſal. cap.* 15. *verbo conſultius*, Henriq. *in ſum. lib.* 11. *cap.* 13. *n.* 3. *& cap.* 14. *n.* 3. Sanch. *de Matrim. lib.* 1. *diſp.* 43. *n.* 3. Vnde retenta hac ſententia, & intellectu ad tex. in præſenti excuſari poſſunt circuitus Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 11. *cap.* 5. *q.* 4. *verſ. videtur itaque*, videlicet quod iuuenis de quo in præſenti ſub biennij finem ſuſpenſo & incerto animo fuit contraheret ne Matrimonium, an religioſorum inſtitutum ſuſciperet, & ita rem totam in tempus differebat, nec enim promiſſum præſtabat, nec ad religioſorum ordinem tranſibat, & proinde Pontifex decernit vt puellam ducat vxorem, & deinde ad religionis ſtatum ſe conferat ſi velit, cum in dubio tutius & certius ſit eligendum, & cum is iuuenis dubius ſit vtrum ex his duobus agat, & propterea rem totã in dies differat, ſatius ducit Pontifex vt Matrimonium contrahat, & iuſiurandum ſeruet, ſiquidem poſt Matrimonium ratum, & non conſumatum intra duorum menſium ſpatium, quod Ius concedit, deliberare poterit ſi velit de toto ad religioſæ vitæ inſtitutum tranſire; nam facilius eſt confugere ad communem intellectum vt ſupra.

3 In gloſ. [Tutius.] ibi (*vel dic tutius ſaltem quoad opinionem.*) Secundum hanc gloſſam tenent Sot. Angel. Silueſt. & Lancellot. ſupra citati, quos ſequitur Sayr. *in claui Regia lib.* 5. *cap.* 7. *n.* 4. *verſ. ſecunda propoſitio*, Pontificem in præſenti intelligere tutius eſſe prius contrahere non ſecundum rei veritatem, ſed iuxta vulgi opinionem exiſtimantis illum eſſe periurij reum, niſi prius Matrimonium ineat. Verum hunc intellectum improbat Sanch. *d. diſp.* 43. *n.* 5. meliorem reputans quem ſupra ex illo & alijs præſtitimus, quod ſcilicet Summus Pont. tutius conſulit Iuramentum adimplere non quidem de præcepto, ſed de conſilio ob euitandum ſcandalum puſillorum, & propter reuerentiam Iuramenti.

4 In ead. glo. ibi (*videtur facere contra conſcientiam, & ſic peccat.*) Notatur ad hoc quod iurans ſpõſalia, & poſtea adſtringens ſe religionis voto non poteſt ſine peccato mortali Matrimonium inire animo firmo ingrediendi religionem ante conſumationem, vt per Hoſt. paulo poſt princ. *in præſenti*, & Ioan. Andr. *n.* 3. Butr. *n.* 9. Præpoſ. *n.* 5. Fr. Emman. *in ſum. tom.* 1. *cap.* 244. *n.* 5. & alios plures quos refert & ſequitur Sãch. *d. diſp.* 43. *n.* 7.

5 In gloſ. [Lege.] Hæc gloſſa, & Hoſt. in præſenti ſuper hoc verbo remittunt lectorem ad cap. licet de regular. vbi ponitur ſimile verbũ, & conſtat non accipi pro voto; ſed *gloſ. eod. cap. licet, verbo priuata*, Hoſtien. *ſuper eod. verbo*, explicant ex amore & charitate Dei, addit Hoſt. vel ex lege, quæ inſtinctu Spiritus Sancti cordibus imprimitur.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*

2 *Cogendus qualiter quis debeat ad Matrimonium poſt ſponſalia à ſe iurata.*

3 *Nuptiæ coactæ malos exitus habere ſolent.*

Cap. Requiſiuit. XVII. *Luci.* 3.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hoſtien. Henric. Butr. Anch. Panor. Præpoſ. Pet. Greg. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ p.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 11. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 562. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 1. *cap.* 12. & eſt poſt Concil. Lateranen. ſub Alex. III. *par.* 45. *cap.* 6.

B 2 Quod

1 *Quod cum libera debeant esse Matrimonia, &c.* Intellige ab omni extrinseca necessitate, non tamen à necessitate intrinseca, hoc est vt ex consensu obligentur partes ad obseruandum, quod promiserunt, & tunc Matrimonia ab hoc non debent esse libera, quia esset euacuare omnem neruum Matrimonij si diceremus quod consensus non adstringeret inuitos, ita Gutier. *de iuram. confirmat. p. 1. cap. 51. n. 4. & canon. quæst. lib. 1. cap. 18. nu. 10. vers. vltimo non possum,* & alij relati per Cened. *ad Decretal. collect.* 161. *n.* 2. non est enim contra Matrimonij libertatem quod Ecclesia homines Iure compellat post sponsalia præsertim iurata Henriq. *in sum. lib. 11. cap. 13. §. 4.* monendo eos prius, & postea cogendo per censuram, si exponatur verbum potius. de quo in præsenti, idest prius, iudex tamen debet semper procedere cum prudentia absque strictissima coactione, ne consensus requisitus ad Matrimonium deficiat, & si sponsum ita obstinatum esse videas, vt liberè Matrimonio consentire repugnet, monitione potius quàm exactissima coactione vtatur, & hoc etiam potest esse quod sensit tex. in præsenti in illis verbis [monenda est potius, quàm cogenda,] Vide Couar. *de sponsal. p. 1. cap. 4. in initio n. 5.* Perez *l. 1. glos. 1 pag. 4. vers. non obstat, tit. 1. li. 5. Ordinam.* Azeued. *l. 1. nu. 15. & 16. tit. 1. lib. 5. nouæ recopil.* Menoch. *cons.* 386. *n.* 2. benè Sanch. *de Matrim. lib. 1. disp. 29. nu.* 7. vbi *n.* 8. dicit iudicem si censura lata viderit sponsum esse pertinacem, nihilq. censuram prodesse absoluturum esse à censura quamuis sponsus absolutionem minime petat, & vide dicta *ad cap. ex litteris, il secondo, sup. hoc tit.*

3 *Cum coactiones difficiles, &c.* Notatur ad hoc quod nuptiæ coactæ malos exitus habere solent Farin. *p. 4. decis. 69. n.* 16. Cened. *ad Decretal. collect.* 161. *n.* 1. Id enim plerumque etiam contingere solet quando inter impares contrahuntur, Menoch. *cons.* 385. *n.* 8. Sanch. *de Matrim. lib. 2. disp. 6. n. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Matrimonium pendente lite contractum valet.*
3 *Error qualitatis, seu dolus antecedens, Matrimonium non irritat.*

Cap. Cum in Apostolica. XVIII. *Vrban. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anch. Panor. Præpos. Petr. Greg. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantys vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Ponti. pag.* 12. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 561. refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 1. cap. 10.* & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *par. 6. cap. 21.*

2 *Pendente lite.* Ergo Matrimonium pendente lite contractum valet, vt per Couar. *de sponsal. lib. p. 2. cap. 8. §. 1. n. 8.* Mascard, *de prob. concl.* 1023. *n.* 8.

3 *In maritali copula, &c.* Notatur ad hoc, quod error qualitatis, seu dolus antecedens Matrimonium non irritat, vt per Couar. *de spons. p. 2. cap. 3. §. 7. n. 3. & lib. 1. variarum cap. 5. n. 1.* Perez *l. 1. vers. dubitatur vtrum Matrimonium dolo contractum tit. 1. lib. 5. Ordinam. pag.* 15. Molin. *de Iustitia tract. 2. disput. 259. vers. illud postremo, & disput. 352. n. 5.* Valen. *2. 2. disput. 5. q. 20. puncto 4. §. 2. probatur conclusio,* Flam. *de resignat. benefic. lib. 13. q. 3. n. 11.* Petr. de Ledesma *de Matrim. q. 51. art. 2. dubio 3. paulo ante secundam conclusionem,* Gutier. *de Matrimon. cap. 89. num.* 4. Sanch. *eod. tract. lib. 7. disput. 18. nu.* 18. vbi *n.* 19. non capit limitationem nisi tantus esset dolus, vt consensum auferret.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Matrimonium secundum contrahere non potest mulier nisi per certum nuntium certificata fuerit de morte primi viri.*
3 *Testis vnus de visu an probat mortem, ostenditur.*
4 *Fama sola non sufficit ad probandam mortem viri, vt vxor secundo nubat.*
5 *Iudicis prudentis arbitrio relinquitur qualis debeat esse certitudo mortis prioris viri, vt vxor secundo nubat.*
6 *Mulier secundò nubens adhuc viuo primo viro, ab omni pœna excusatur si verisimiliter credidit primum fuisse mortuum.*
7 *Certitudo ad probandam viri mortem sufficit per testes, seu probabilitatem moralem.*

Cap. In præsentia. XIX. *Clem. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Ancharan. Panorm. Præpos. Casal. *in annot.* Petr. Greg. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantys vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificy pag.* 12. Alagona *in compend. Iuris Canonici pag.* 561. refertur ab Antonio Augustino *collectan. 2. Decretalium lib. 4. tit. 1. cap. 3.*

2 Probat hic tex. mulierem nunquam posse secundum Matrimonium contrahere, nisi per certum nuntium certificata fuerit de morte primi viri, non obstante quacunque lon-

ga

ga abſentia, vt per Couar. *de ſponſ. par. 2. cap. 7. §. 3. n. 3.* Greg. *l. 6. tit. 9. par. 4.* Antonium Gomez *l. 80. Tauri n. 31.* Nauar. *conſil. 15. ſub hoc tit. in prima editione*, Perez *per tex. ibi in l. 7. gloſ. 1. tit. 15. lib. 8. Ordinam.* Maſcard. *de probat. concl. 1069. n. 3. cum ſeq. & concluſ. 1074. n. 4.* Ioſeph. Ludou. *Peruſ. deciſ. 12. n. 7.* Fr. Emman. *in ſumma tom. 1. cap. 233. n. 2. & 4.* D. Barboſa *in rub. ff. ſoluto Matrimon. p. 2. num. 71. & 72.* plures DD. refert Cened. *ad Decretal. collect. 171. n. 3.* Henriq. *in ſumma lib. 12. cap. 6. nu. 4.* Gutier. *practicarum lib. 2. q. 8. n. 3. cum ſeqq. & de Matrimon. cap. 51. n. 1. cum ſeqq.* Sayr. *in claui Regia lib. 1. cap. 13. n. 28.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 31. n. 70. cum ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *in praxi fori eccleſ. reſol. 231.* Paul. Comit. *reſponſorum moral. lib. 1. q. 127. cum ſeqq. & præcipuè q. 132.* Farin. *in praxi crim. p. 5. q. 140. num. 50. cum ſeqq.* latè Sanch. *de Matrimon. lib. 2. diſput. 46.* Et in hoc Iura Ciuilia Digeſt. Cod. & Authenticorum per tex. in præſenti eſſe correcta aſſerunt hic omnes, & Gutier. *d. q. 8. n. 4.* Farinac. *d. q. 140. n. 52.* plures quos refert & ſequitur Sanch *d. diſp. 46. n. 6.*

3 *Donec certum nuntium, &c.* Ergo per vnum teſtem de viſu deponentem, aliàs idoneum mors viri probata cenſeretur, ſic Hoſtienſ. Abb. Angel. & Veracr. quos refert licet non ſequatur Sanch. *d. diſput. 46. n. 10.* admittit Farin. *d. q. 140. n. 73.* eo caſu, quo coniux obierit in loco ita diſtanti vt facilè nequeant aliæ probationes haberi. Verum Sanch. licet cum hac limitatione Farinac. ſententiam recipiat, aſſerit multò magis ſibi placere nunquam ſufficere vnum teſtem, intelligens verbum (nuntiũ) de quo in tex. in genere neutro, ita vt ſignificet, *la noua*: ſed non poteſt dici nuntium certum, quod voce vnius habetur, cum Iura clament vocem vnius eſſe vocem nullius *l. iuſiurandum, verſ. ſimili modo, C. de teſtib. cap. veniens, in fin. ſu-*
4 *pra eod. tit.* Vnde ſolam famam non ſufficere, niſi alijs adminiculis adiuuetur reſoluunt Menoch. *remedio 4. adipiſcenda n. 672.* Maſcard. *de prob. concl 1075. n. 4. cum ſeqq.* Abb. Silueſt. Anton Gabr. S. Antonin. Sot. & alij quos refert, & ſequitur Sanch. *d. diſp. 46. n. 15.* quibus adde Farin. *d. q. 140. n. 61. cum ſeqq.* Paul. Commit. *d. lib. 1. q. 127. n. 2.* Rebel. *de obligation. Iuſtitiæ p. 2. lib. 3. q. 3.* Baſil. Ponc. *de impedimentis Matrim. cap. 13. §. 5.* vbi etiam *in verſ. ex dictis* ampliat etiamſi verè obijſſet coniux, reſoluens tunc Matrimonium re vera nullum fore ſi fœmina ſola fama de obitu viri mota contraheret.

5 *De morte.* Cum hæc certitudo mortis prioris viri non omnino qualis eſſe debeat præſcribi poſsit, hoc Iudicis prudentis arbitrio, attentis circunſtantijs occurrentibus relinquitur, Vide Couar. *d. §. 3, n. 4.* Maran. *in repet. l. ſi poteſt, ff. de acquir. hared.* Perez *l. 3. prope finem tit. 1. lib. 5. Ordin. pag. 50. & lib. 7. tit. 15. lib. 8. pag. 318.* Fr. Emman. *d. cap. 233. n. 2.* Menoch. *de arbitrar. caſu 420. num. 128. & de præſump. lib. 6. præſump. 49. num. 28.* Gutier. *d. q. 8. num. 9.* Farinac. *d. q. 140. nu. 75.* Sanch. *d. diſp. 46. nu. 7.* vbi *nu. 8.* aduertit illud eſſe ſpeciale in morte probanda, vt teſtes non citata parte, ſed ex mero Iudicis officio examinari poſsint.

6 In gloſ. [Viris.] Notatur ad hoc, quod mulier ſecundò nubens adhuc viuo primo viro ab omni pœna excuſatur, ſi veriſimiliter credidit primum mortuum fuiſſe, vt per Anton. Gomez *l. 80. Tauri, nu. 31. in princ.* Farin. *d. q. 140. num. 42.* vbi *num. 43.* ſecus reſoluit ſi mulieris credulitas ſuper morte viri non fuerit iuſta, & veriſimilis, & multò minus ſi fuerit ficta, falſa, & ab ea procurata.

7 In gloſ. [Donec.] fin. Notatur ad hoc quod certitudo ad probandam viri mortem non tantùm requiritur per certum nuntium, ſed etiam per teſtes, ſeu probabilitatem moralem, ita vt iudicio prudentis probabilis, & certa iudicetur mors, vt per Abb. *hic in fin.* & Alex. de Neuo *nu. 22.* Couar. *d. §. 3. nu. 3.* Ioſeph. Ludou. *d. deciſ. 12. nu. 7.* Gutier. *d. q. 8. nu. 4.* Maſcard. *concl. 1074. nu. 4.* & plures alios, quos refert, & ſequitur Sanch. *d. diſput. 46. nu. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Matrimonium quod quis contraxit cum meretrice, validum eſt.*
3 *Meretricem trahere de lupanari, & accipere in vxorem proficit in remiſſionem peccatorum.*
4 *Condemnatus ad mortem an effugiat mortis pœnam ſi velit ducere in vxorem meretricem in publico lupanari exiſtentem. & nu. 5.*
6 *Meretrix dicitur, quæ multorum libidini paret.*
7 *Meretrix non eſt, quæ peccatum aliquod occultè commiſit, vel alicuius amore capta ei ſui copiam fecit.*
8 *Meretrix dicitur à merendo, quaſi mereatur ſtipendia.*
9 *Meretricium genus infamè.*
10 *Meretrices tanquam perſonæ turpes non poſſunt capere ex teſtamento fratris ad excluſionem fratrum.*
11 *Meretrices cur permittantur in Chriſtiana Republ. oſtenditur.*

Cap. Inter opera. XX. *Clem. iij.*

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Io. Andr. Hoſt. Henric. Butr. Anch. Panorm. Præpoſ. Cened. *collect. 140.* Petr. Greg. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag. 13.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 563.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 2. Decretal. lib. 4. tit. 1. cap. 5.*

2 *Et duxerint in vxores.* Ergo Matrimoniū, quod quis contraxit cum meretrice validum reputatur, vt per Duen. *reg.* 350. *limit.* 8. *vers. contrariam.* Palat. *in repet. cap. per vestras, infra de donat. inter virum & vxorem notab.* 3. §. 16. *num.* 2. Clar. *in* §. *fin. q.* 98. *n.* 6. Menoch. *cons.* 18. *n.* 12.

3 *In remissionem proficiat peccatorum.* Notatur ad hoc quod meretricem trahere de lupanari, & accipere in vxorem proficit in remissionem peccatorum, vt per Couar. *de sponsl. p.* 2. *cap.* 8. §. 11. *n.* 3. Viu. *tom.* 2. *commun. opinion. lib.* 9. *tit.* 33. *n.* 1. *vers. meretricem.* Gutier. *canonic. quæst. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 25. Farin. *fragment. criminal. littera C. nu.* 642. plures, quos refert Cened. *ad Decretal. collect.* 140. *num.* 10.

4 Quæstio est ad præsens institutum non contemnenda vtrum scilicet condemnatus ad mortem eius pœnam effugiat, si velit ducere in vxorem meretricem in publico lupanari existentem? In qua partem affirmatiuam sequuntur Suar. *in addit. ad Anton. Gomez variarum tom.* 3. *cap.* 13. *nu.* 37. *littera M.* Plac. *de delict. lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 6. Viuian. *lib.* 1. *commun. opin. verbo condemnatus ad mortem, vers. tertio etiam,* Rebuff. *in comment. ad l.* 245. *ff. de verb. signif.* Farin. *d. littera C. verbo condemnatus, nu.* 641. Benedict. Aegid. *in repet. l.* 1. *C. de sacrosf. Eccles. p.* 3. §. 5. *n.* 8. Cui opinioni non obstat quod huiusmodi condemnatus ad mortem non voluntariè, sed metu ipsius mortis, vt illam effugere posśit, meretricem in vxorem ducere videtur, quia facillimè respondetur (si hæc pars vera in se fuisset) validum esse huiusmodi Matrimonium, quia is metus non eò tendit, vt Matrimonium fiat, sed propriè & spontè id euadendi medium eligit, sic post Sotum Couar. Cordub. & alios, resoluit Sanch. *de Matrim. lib.* 4. *disp.* 12. *nu.* 8. vbi *nu.* 9. idem dicendum esse putat, etiamsi ipse damnatus minimè offerat Matrimonium, sed alius ei promittat immunitatem ab ea pœna si certam fœminam ducat.

5 Verum his non obstantibus veritas est in contrarium, tùm quia tex. in præsenti solum agit an actus ille ducendi meretricem in vxorem, proficiat ad remisśionem peccatorum, & licet dicat quod sic, non ideò tamen quidquam in foro exteriori disponit, sed in foro animæ; tùm quia contrariæ partis affirmatiuæ nullam afferre posśumus concludentem rationem, nisi quod per Matrimonium cum meretrice maior reo videtur pœna imponi quàm per mortem, quæ quidem ratio nec est sufficiens, nec pia; tùm denique quia ipsa affirmatiua opinio vltra quam nec ex Iure probetur, nec pro se habeat sufficientem rationem, tenderet in graue Reipub. præiudicium si in praxi obseruaretur. Quare hanc contrariam negatiuam opinionem meritò tuentur Gam. *de Sacram. præstandis, vltimo supplicio damnatis q.* 4. *n.* 10. Tiraq. *de pœnis temperandis causa* 56. *in fin.* Bobadil. *in sua Politica lib.* 3. *cap.* 15. *nu.* 142. Cened. *ad Decretal. collect.* 140. *nu.* 10. *post princ. & practicarum, ac canonicarum quæstionum lib.* 1. *q.* 9. *nu.* 19.

6 In glos. [Publicas.] ibi (*& dicitur meretrix, quæ multorum libidini patet*; &c.) ita Couar. *de sponsl. p.* 2. *cap.* 8. §. 11. *nu.* 4. Bermon. *de publicis concubinarijs, verbo concubinam dimittat n.* 10. *cum seqq.* Gomez *l.* 61. *Tauri. n.* 3. Menoch. *de arbitr. casu* 201. *n.* 7. *& casu* 328. *n.* 4. Mascard. *de probat. concl.* 1066. *n.* 4. *cum seqq.* Matienſ. *l.* 10. *glos.* 4. *n.* 2. *tit.* 3. *lib.* 5. *noua recopil.* Farin. *cons.* 33. *n.* 30. vbi *additio littera R. & in praxi crim. q.* 136. *nu.* 76. *cum seqq.* Ioseph. Sesse *Aragonia decis.* 95.

7 *n.* 8. *&* 9. vbi *n.* 10. dicit meretricem non esse, quæ peccatum aliquod occultè cum aliquo commisit, vel alicuius amore capta ei sui copiam fecit. Farin. *d. q.* 98. *n.* 86. Rota apud eundem *decis.* 445.

8 *n.* 2. *p.* 1. *recent.* Dicitur autem meretrix à merendo, mereri enim est stipendia facere Pet. Greg. *syntagmatum Iuris lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 1. Menoch. *d. casu* 335. *n.* 5. Farin. *d. q.* 136. *n.* 80. Bened. Aegid. *tract. de Iure, & priuilegio honestatis art.* 9. *de meretrice.*

9 Huiusmodi tam turpe mulierum genus (quæ turpes, & infames reputantur in Iure Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiastici decis.* 166. *nu.* 87. & nuncupatim, vt tanquam turpes personæ

10 non posśunt capere ex testamento fratris ad exclusionem fratrum, Gomez *tom.* 1. *variar. cap.* 11. *n.* 38. *vers. ex quib.* Crass. §. *testamentum q.* 46. *n.* 8. Cald. Pereira *qq. forens. in commentar. ad* §. *furor. n.* 44. *in medio, Instit. de inoff. testam.* Bened. Aegid. *d. art.* 9. *de meretrice, n.* 13. & Steph. Grat. *Marchia decis.* 216. *n.* 3.) esse permittitur in Chri-

11 stiana Repub. ad maiora mala euitanda, adeo vt lupanaria meretricibus sint deputata Couar. *de sponsl. p.* 1. *cap.* 4. *n.* 7. Menoch. *casu* 335. *n.* 6. *cum seqq.* Matien. *l.* 6. *glos.* 1. *n.* 13. *tit.* 18. *lib.* 5. *noua recop.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo cum non absimilis, n.* 12. Mascard. *de prob. concl.* 1053. Hieron. Fernan. de Otero *in interpretatione cap. vltimo de consuetudine nu.* 68.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Matrimonium metu graui extortum ratificatur per diutinam habitationem mutuam & spontaneam.*
3 *Consensus præsumptus ex mutua cohabitatione hodie non sufficit, nisi denuo ratificetur coram Parocho, & testibus, obseruata Concilij Tridentini forma.*

Cap. Ad id. XXI.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Anchar. Butr. Felin. Panorm. Præpos. Cened. *collect.* 93. Petr. Gregor. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontificij pag.* 13. Ala-

gona in *compend. Iuris Canon. pag.* 563. refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 1. *cap.* 7.

2 Probat hic tex. per diutinam habitationem mutuam, & spontaneam ratificari prius Matrimonium metu graui extortum, vt per Couar. *de sponsalib. p.* 2. *cap.* 3. §. 6. *n.* 1. *cum seqq.* Greg. *l.* 15. *verbo le plugueisse tit.* 2. *partita* 4. Menoch. *de præsump. lib.* 3. *q.* 4. *n.* 24. *cum seqq.* Mascard. *de probat. concl.* 1051. *à n.* 35. Cened. *ad Decretal. collect.* 93. *n.* 2. Henriq. *in summa lib.* 11. *cap.* 9. *n.* 7. Sanch. *de Matrim. lib.* 4. *disputat.* 18. *n.* 3. vbi *n.* 5. cum supra citatis Doctoribus, quos refert, concludit non esse necessariam habitationem anni, & dimidij, quam hic text. exigere videtur; narrat enim facti contingentiam dum eius temporis habitationem ponderat: vnde rectè dicit prudentis arbitrio diffiniendum esse hoc tempus, qui in dubio considerabit fugiendi opportunitatem, habitationisq. moram: nam quando constat de spontanea cohabitatione, tunc data opportunitate si illicò, & incontinenti non fugit satis esse momentaneam cohabitationem resoluit idem Sanch. *d. disp.* 18. *n.* 6.

3 Hodie tamen attento iure nouissimo Concil. Trid. *sess.* 24. *de reform. Matrim cap.* 1. præsumptus consensus ex mutua cohabitatione non sufficit nisi de nouo ratificetur coram Parocho, & testibus obseruata eiusdem Concilij forma, ita Gutier. *Canonic. quæstionum lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 7. Perez *l.* 1. *glos.* 5. *pag.* 41. *vers. quinto tit.* 1. *lib.* 5. *Ordin.* Ceual. *communium contra commun. q.* 604. *n.* 19. Matienso *in rub. tit.* 1. *glos.* 5. *n.* 53. *cum seqq. lib.* 5. *noua recop.* Spin. *in spec. testam. glos.* 25. *principali n.* 61. Cened. *d. collect.* 93. *n.* 5. Franc. Molin. *de ritu nuptiarum lib.* 1. *comparat.* 12. *n.* 26. Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi allegat.* 32. *n.* 149. Cened. *practic. & canonic. lib.* 1. *q.* 30. *n.* 15.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Sponsalia irritantur per subsequens Matrimonium validè celebratum cum alia persona.*
3 *Sponsalia priora de futuro non dissoluuntur per posteriora iuramento firmata.*
4 *Sponsalia præfixo termino non adimpleta reddunt liberum ab eorum fide illum per quem non stetit.*
5 *In Matrimony promissione an possit alter alteri abscnti stipulari, ostenditur.*

Cap. Sicut ex litteris. XXII.

Innoc. iij.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Præpos. Casal. *in annot.* Petr. Greg Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castella p.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontificij pag.* 14. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 563. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 1. *cap.* 1.

2 Probat hic tex. sponsalia irritari per subsequens Matrimonium validè celebratum cum alia persona, vt per Surd. *cons.* 164. *n.* 11. Henriq. *in summa lib.* 11. *cap.* 14. §. 2. Gutier. *de Matrim. cap.* 27. *n.* 1. *cum seqq.* Menoch. *de arbitr. casu* 455. *n.* 9. Lessi. *de iust. lib.* 2. *cap.* 40. *n.* 74. Coninck *disp.* 23. *dub.* 4. *n.* 28. Bonacina *de Matrim. quæst.* 1. *puncto* 7. *n.* 2. Sanch. *eod. tract. lib.* 1. *disput.* 48. *à princ.* vbi *n.* 3. resoluit priora sponsalia hoc casu omnino extincta esse, ac proinde soluto Matrimonio nullam illam perficiendi obligationem superesse, & *n.* 5. aduertit quod si sponsus ea sponsa virginem violasset teneretur soluto Matrimonio eam ducere, non vi sponsalium, quæ extincta sunt, sed ratione damni illati, nisi iam aliunde esset satisfactum.

3 Priora vero sponsalia de futuro non dissoluuntur per posteriora iuramento firmata, quia hoc casu non datur fortius vinculum sicut in priori, nec iuramentum obligare potest cum fuerit de re iniqua, & in præiudicium tertij iuxta *reg. non est obligatorium de reg. iur. lib.* 6. quare ita tenent Gutier. *de iuram. confirmat. p.* 1. *cap.* 51. *n.* 6. Couar. *de spons. p.* 1. *cap.* 4. *in princ. n.* 3. Matienso *ad rub. tit.* 1. *glos.* 1. *n.* 44. *lib.* 5. *nouæ recopil.* plures quos refert, & sequitur Sanch. *d. lib.* 1. *disp.* 50. *n.* 2. vbi *n.* 6. resoluit quod quando secunda sponsalia non fuerunt valida, quia contrahens primis ligatus erat, nec erat iusta recedendi causa, si ante celebratum Matrimonium cum priori dissoluantur sponsalia, non tenetur hic ad posteriora.

4 *Nisi forsan, &c.* Notatur ad hoc quod liber fit ille à sponsalium fide si absque eius culpa sponsalia præfixo termino impleta non fint, ita Couar. *de sponsal. p.* 1. *cap.* 5. *in initio n.* 8. Greg. *l.* 7. *verbo excusacion tit.* 1. *par.* 4. Aegid. *de Sacram. & censur. tom.* 2. *disp.* 23. *n.* 46. Valer. Reginal. *in praxi fori pœnitent. lib.* 31. *num.* 261. *vers.* 7. Sanch. *d. lib.* 1. *disp.* 53. *num.* 1. vbi *n.* 5. resoluit quod si tempore ipso, quo sponsalia contrahuntur apponuntur termini, tunc lapsus termini eximit ab obligatione illum per quem non stetit: cum enim nullus sit contractus perfectè initus, sed in ipsomet sponsalium contractu terminus imbibitus sit, censetur adiectus ad extinguendam obligationem, & in hoc casu loquitur text. in præsenti clarè demonstrans in præcitatis verbis terminum de quo agit in ipsomet contractu interpositum fuisse. Vnde necessarium est vt dicamus si sponsalibus iam contractis tractetur ex interuallo de die celebrandi Matrimonium lapsum termini neutrum liberare à sponsione, quia cum accedat contractui sponsalium perfectè inito censetur adiectus potius ad sollicitandam, quàm ad extinguendam obligationem, & in hoc posteriori casu procedere potest *reg. tex. in l. Celsus* 27. §. 1. *ff.* de

de recept. arbitr. quicquid dicat *glos. hic verbo, ad fatuum,* contra quam sic conciliant vltra supracitatos DD. Gutier. *de Matrim. cap. 24. nu. 6.* Bonacina *eod. tract. q. 1. puncto 6. n. 6.* Rebello *de obligat. Iustit. lib. 4. q. 8. sect. 4. n. 20.*

5 ***Cum L. Parochianus, &c.*** Ex huiusmodi verbis colligitur speciale esse in Matrimonij promissione, vt possit alter alteri absenti stipulari, idest acquirere illi obligationem, & proinde non poterit promittēs resilire etiam ante absentis acceptationem, vt per *glos. verbo nihil, in cap. vbi non est 30. q. 2.* & Alex. de Neuo *hic n. 15.* Verum Sanch. *d. lib. 1. disput. 7. n. 32.* id intelligit si alter stipulans contraheret promittendo pro absente Matrimonium, quia est mutuus contractus vtrinque celebratus, & sicut stipulans potest cogi, vt curet, & faciat quod in se est, ad quod se obligauit, ita & promittens tenetur fidem seruare, & ideo in præsenti promissio, quam pater fecit de tradendo filiam firma est non ratione sponsalium, quia parentes ipsi ea contrahere non possunt pro filijs absque eorum consensu, *cap. vnic. §. fin. de desponsat. impub. lib. 6.* sed ratione promissionis. Potest ideo stipulans antequam parti absenti intimet remittere hanc sponsionem, quia obligatio non est acquisita absenti, sed huic stipulanti: sed si intimaret absenti, & ille acceptaret iam non posset remittere: quia Ius vt alter fidem sibi seruaret cessit in absentem, in cuius fauorem stipulatus fuerat.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Mutus, & surdus possunt contrahere Matrimonium.*
3 *Verba non sunt necessaria in Matrimonio carnali.*
4 *Edictum de Matrimonio est prohibitorium.*

Cap. Cum apud. XXIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anch. Panorm. Præpos. Petr. Greg. Alex. de Neuo, Ximen. Tolet. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Vinian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag. 15.* Alagona *in compend. Iuris Canonici pag. 564.* refertur ab Antonio Augustino *collect. 3. Decretal. lib. 4. tit. 1. cap. 3.*

2 ***An mutus, & surdus possint, &c.*** Ex his verbis colligunt aliqui mutum simul, & surdum non posse contrahere Matrimonium, ex eo quia cum in plurali numero loquatur videtur loqui de diuersis, quorum alter mutus, alter vero surdus sit, vt per Flamin. *de resignat. benef. lib. 5. q. 3. n. 26.* Bollum *in Oeconomia canonica classe 2. cap. 4. §. 7. lit. G.* Cæterum in contrarium est communis, & recepta Doctorum opinio asserentium posse mutum simul, ac surdum, si intellectum perspicacem habeat, ita vt signis edoceri possit quid sit Matrimonium, & signis iudicare consensum, validè contrahere sponsalia, & Matrimonium, quæ quidem resolutio ex hoc tex. probatur vbi in responsione sic dicitur, videtur si talis (nempe surdus, & mutus de quo erat quæstio) velit contrahere non debet sibi denegari, &c. vbi collocatur in singulari videtur intelligere de eodem vtroque morbo laborante: quare hanc sententiam defendunt Couar. *de spons. par. 2. cap. 2. in fin.* Greg. *in l. 5. verbo que fuesse tit. 2. partita 4.* Donat. à Fin. *tom. 1. commun. opinionum lib. 5. tit. 2. n. 30. pag. 705.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo cum non absentibus n. 58. cum seqq. & de nominat. emphyt. q. 1. nu. 30.* Matienso *in rub. tit. 1. glos. 1. nu. 67. lib. 5. nouæ recopil.* Spin. *in Speculo testamentorum glos. 9. rub. nu. 3.* D. Barbosa *in l. cum Prætor §. fin. nu. 29. ff. de iudicijs.* Sanch. *de Matrimon. lib. 1. disput. 8. nu. 12.* Gutier. *eod. tract. cap. 8. nu. 1. cum seqq.* Franc. Molin. *de ritu nuptiarum lib. 1. comparat. 31.* ampliantes præcipuè tres vltimo loco citati, etiamsi aliquis sit simul mutus, surdus, & cæcus, &c.

3 ***Et sufficiat ad Matrimoniū, &c.*** Ergo in Matrimonio carnali verba non sunt necessaria etiam in ijs, qui loqui possunt, sed sufficit vt consensus contrahentium Matrimonium, aliquo signo exprimatur. Vide Viui. *to. 1. commun. opinionum lib. 5. tit. 2. n. 59. pag. 307.* Aegid. *de Sacram. & censuris tom. 2. disp. 24. n. 65.*

4 ***Quod cum probibitorium, &c.*** Notatur ad hoc quod edictum de Matrimonio est prohibitorium, vt per Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsump. 16. n. 11.* Perez *l. 1. glos. 1. p. 5. vers. quæritur præterea tit. 1. lib. 5. Ordinam.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Furiosus non potest Matrimonium contrahere.*
3 *Mente captus rationis vsu omnino destitutus Matrimonium contrahere non potest.*
4 *Ebrius ebrietatis tempore Matrimonium non potest contrahere.*

Cap. Dilectus. XXIV.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Præpos. Marian. Socin. Petr. Greg. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Vinian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag. 15.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 564.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 4. tit. 1. cap. 4.*

Probat

2 Probat hic tex. furioſum non poſſe Matrimonium contrahere, vt per Couar. de ſponſ. p. 2. cap. 2. n. 8. Greg. l. 6. verb. el que fueſſe loco tit. 1. p. 4. Henr. in ſum. lib. 11. cap. 13. n. 10. Spin in ſpec. teſta. gloſ. 10. rubr. n. 5. Cened. ad Decretal. collect. 148. n. 1. Valer. Reginal. in praxi fori pœnitent. lib. 31. n. 66. cum ſeq. Sanch. de Matrim. lib. 1. diſput. 8. n. 15. cum ſequentibus, Gutier. eodem tract. cap. 8. n. 5. intelligentes ſupradictam concluſionem quando furioſus, vel mentecaptus rationis vſum omnino deſtitutus perpetuo furore laboraret.

3 Vnde ex ratione huius tex. bene deprehenditur mente captum rationis vſu omnino deſtitutum, ſicut & furioſum Matrimonium contrahere non poſſe, vt tenent Couar. d. c. 2. n. 8 Henriq. lib. 11. cap. 4. n. 3. Sanch. d. diſput. 8. n. 15. Gutier. d. cap. 8. n. 12.

4 Sic etiam colligitur ebrium ſi ebrietatis tempore contrahat ſponſalia aut Matrimonium dum rationis vſu orbatus eſt, nihil facere, quia libero conſenſu & debita deliberatione caret, tenent Couar. d. cap. 2. n. 9. Cened. d. collect. 148. n. 2. Sanch. d. diſp. 8. n. 19. vbi n. 20. non immerito dubitat quid dicendum ſit ſi ebrius & demens tempore ſanæ mentis voluntatem habuerāt cōtrahendi ſponſalia aut Matrimonium, illamq. tempore ebrietatis, aut dementiæ exequantur.

5 In gloſ. [furore] ibi (quandoque tamen furioſus per dillucida interualla redit ad ſanam mētem) Aduerte quod ſi furioſus habeat dillucida interualla, & dubitetur an actus ab ipſo geſtus, ſit geſtus tempore furoris vel interualli, in dubio præſumitur geſtus tempore furoris, vt tenēt Menoch. de præſump. lib. 6. præſump. 45. n. 63. Maſcard de probat. concl. 39. n. 4. Sanch. d. diſp. 8. n. 17. Cald. Pereira quæſtionum forenſ. conſ. 24. n. 4. cum ſequentibus Gutier. d. ca. 8 n. 14. Valer. Reginal. d. lib. 31. n. 68. Furor enim præſumitur durare omni tempore, & illa dillucida interualla, quia ſunt per accidēs minime præſumuntur, Molina de primogen. lib. 2. cap. 9. n. 30 Ioſeph. Ludou. tom. 3. comm. opinionum tit. de prob. concl. Vnica verſ. infertur 193. pag. mihi 477. Menoch. d. præſump. 45. n. 18 & conſ. 374. n. 45. Maſcar. concl. 824. n. 4. Molina de Iuſtit. tract. 2. diſp. 136. n. 3. Sanch d. n. 17. verſ. & ratio eſt, Valaſ. conſult. 145. n. 13. & 14. Farin. fragm. crim. p. 1. lit. F. verbo furioſus n. 317. cum ſeq. Limita tamē niſi ex actus qualitate, qui ita bene geſtus eſt vt oſtendat non factum eſſe eo demente, præſumatur geſtum tempore ſanæ mentis, ex Menoch. d. præſumptione 45. n. 66. & Matienſo in rub. tit. 1. gloſ. 1. n. 67. lib. 5. noua recopilat. Sanch. d. n. 17. verſ. limita tamen, Farin. d. verbo furioſus n. 326. cum ſeqq.

6 In eadem gloſ. ibi (& tunc ſi contrahat tenet) Notatur ad hoc quod furioſus habens dillucida interualla poteſt eo tempore ſponſalia & Matrimonium contrahere; tunc enim rationis vſus particeps eſt, ſequuntur hic Io. And. n. 5. Henric. n. 1. Alex. de Neuo n. 16. Præpoſ. n. 1. & alij citati à Sanch. d. diſput. 8. n. 16.

7 In eadem gloſ. ibi (ſed pone quod mulier &c.) Notatur ad hoc quod neceſſarius non eſt cōſenſus vtriuſque coniugis ſimul tempore præſtari, ſed ſatis eſt temporis mora intercedente conſenſus ab vtroque præſtari, modo ille prioris coniugis reuocatus non ſit: ita Couar. de ſponſ. p. 2. cap. 4. in initio n. 7. Brunel. de ſponſal. concl. 13. n. 2. Greg. l. 10. verbo ni conſienten tit. 1. part. 4. Petr. de Ledeſma de Matrim. q. 45. art. 3. dub. 2. Viuald. in candelabro aureo p. 1. tit. de Matrim. n. 42. Fr. Eman. in ſumma tom. 1. cap. 216. n. 8. Azeued. l. 2. n. 20. ad fin. tit. 16. lib. 6. noua recopil. Henriq. in ſum. lib. 11. cap. 3. n. 6. Sanch. de Matrim. lib. 2. diſput. 32. n. 3.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Verba neceſſaria non ſunt in Matrimonio contrahendo ſed ſatis ſunt in quibuſcunque ſigna conſenſum exprimentia.*
3 *Annuli immiſſio, & recipio ſi præceſſerint verba vnius operantur verbum expreſſum alterius.*
4 *Sponſalia ſunt ſi ſponſus habito tractatu inter amicos de Matrimonio contrahendo miſit arrhas, vel iocalia, nihil aliud exprimens, & ſponſa acceptauit.*

Cap. Tuæ fraternitati. XXV.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hoſtien. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Præpoſ. Marian Socin. Petr. Gregor. Alex. de Neuo, Cened. collect. 21. Ximen. Toletan. in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ p. 1. & 2. Viuia. in rationali lib. 4. Iuris Pontific. pag. 15. Alagona in compendio Iuris Canonici pag. 564. refertur ab Ant. Auguſt. collect. 3. Decretal. lib. 4. tit. 1. cap. 5.

2 *Nam & mutus ſine verbis poteſt contrahere.* Ergo verba neceſſaria non ſunt in Matrimonio contrahendo, ſed ſatis ſunt in quibuſcunque ſigna conſenſum exprimentia ita Couar. de ſponſal. p. 2. cap. 4. in init. n. 1. Victor. in ſumma de Matrim. n. 250. Brunel. de ſponſ. concl. 14. n. 2. Bellarm. lib. 1. de Matrim. cap. 8. ad 2. obiectionem, Iacob de Graffijs in aureis deciſ. p. 2. lib. 1. cap. 12. n. 10. ad finem, Caroc. in tract. de Iuram. deciſ. q. 11. 13. princip. n. 2. & 3. Viui. opin. 488. n. 1. Fr. Eman. in ſum. tom. 1. cap. 216. n. 5. Nau. in man. cap. 22. n. 20. Greg. l. 5. verbo palabras tit. 2. p. 4. Pet. de Ledeſma de Matrim. q. 45. art. 2. dub. 2. Humada l. 2. gl. 2. n. 2. tit. 1. p. 1. Gama de Sacram. præſt. in vltim. ſupplicio damnatis q. 4. n. 6. Spino in ſpeculo teſt. gloſ. 15. princip. n. 3. & 13. Moza. de contractib. tract. de ſponſalib. tit. de ſubſtātialibus ſponſ. n. 4. & tract. de Matrim. tit. de ſponſ. Matrimonij n. 2. Maſcard. concl. 1024. n. 2. Bartholom. à Ledeſma de Matrim. dub. 17. fol. 1271. D. Gutier. de Matrim. cap. 46. à n. 10. Frat. Baſil. Ponc. de impedimentis Matrimonij cap. 29. §. 1. à princ. Matien. in rub. tit. 1. gloſ. 1. n. 22. lib. 5. noua recopil. Soar. de Sacram. q. 60. art. 8. diſp. 2. ſect. 5. & 2. Henriq. in ſum. lib. 11. cap. 2. nu. 6. plures per Cened. ad Decretal. collect. 21. & alios per Sanch. qui hanc opinionem ſequi-

sequitur *d. disput.31.num.5. vbi n. 6.* respondet ad hunc tex. quatenus dicit verba esse necessaria quoad Ecclesiam, idest quoad clariorem probationem, vel vtilia ad meliorem probationem; vel potest intelligi de verbis non propriè sed latè, ita vt amplectantur & omnia signa, quibus perinde ac verbis exterius exprimitur consensus interior ad Matrimonium requisitus, secundum Valer. Reginal. *in praxi fori pœnitentialis lib.* 31. *n.* 17. Et etiam multipliciter respondet Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. comp. 3. n. 67. cum seqq.*

In glos. [verba 2] ibi (& *idem crede si per alios
3 contrahatur subsequente annuli subbarratione.*) Notatur ad hoc quod si verba vnius præcesserint immissio annuli & recipio operantur verbū expressum alterius, & consensum, vt per Menoch. *de præsump. lib. 3. præsump. 2. n. 4.* Mascar. *de probat. concl. 1024. n. 2. & 3.* Sanch. *de Matrim. lib. 1. disput. 22. n. 3.*

4 Sic etiam quādo habito tractatu inter amicos de Matrimonio contrahendo spōsus misit arrhas, vel iocalia nihil aliud exprimens, & sponsa acceptauit, sunt sponsalia, quia hoc est sufficiens mutuæ promissionis signum quando sponsæ de tractatu constitit, ita Henriq. *in summa lib. 11. cap. 13. num. 6.* addens idem esse si pecunias nomine sponsalitiorum mittat, Sanch. *d. disp. 22. n. 5.* Gutier. *de Matrim. cap. 12. n. 5.*

5 In glos. eadem, ibi (*verba & signa*) imo potius dicere debebat per disiunctiuam signa, vel verba, vt aduertit Perez. *l. 2. glos. 2. pag. 208. tit. 7. lib. 5. Ordinam.* & tunc confirmaretur resolutioni Doctorum, quos sup. retuli *n. 2. hoc eod. cap.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Sponsalia non iudicantur matrimonium in foro conscientia si sponsus diceret se ad sponsam accessisse animo fornicario.*
3 *Intentioni secundum quam verba proferuntur standum est in foro conscientia.*
4 *Verbo quod quis non expressit mente non videtur cogitasse.*
5 *Protestatio, qua alter coniux protestatus est ante Matrimonium se nolle per quacunque verba postea à se dicta Matrimonium contrahere, non prodest Matrimonio postea inito.*
6 *Dictio, forte, regulariter est nota dubitationis.*
7 *Confessionis arcanum reuelare non licet, vt Matrimonium aliquod probetur.*
8 *Matrimonij quæ sit materia & forma ostenditur.*

Cap. Tua nos XXVI.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collectar. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anch. Panor. Præpos. Mar. Socin. Pet. Gregor. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantys vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag. 16.* Alagona *in cōpendio Iuris Canonici pag. 164* refertur ab Anton. August. *collect. 4. Decretal. lib. 4. tit. 1. cap. 1.*

2 Probat hic tex quod in foro interiori animæ (quem conscientiæ appellamus) si sponsus diceret se ad sponsam accessisse affectione fornicaria non coniugali no iudicantur illa sponsalia Matrimonium, secus tamen in foro exterioriori, vt per Couar. *de sponsal. p. 1. cap. 4. §. 1. n. 9.* Menoch. *de præsump. lib. 3. præsump. 1. n. 23. & 129.* nam si quis non habuit contrahendi animum Matrimonium non est contractum, idem Menoc. *cons. 135. n. 13.* Quia in foro conscientiæ standū est inten-
3 tioni secundum quam verba proferuntur Bonacina *de Matrim. q. 1. puncto 1. à n. 14.*

4 *Quod qualiter tibi constiterit non videmus.* Notatur ad hoc quod verbo quod quis non expressit mente non videtur cogitasse, vt per Card. Tusch. *tom. 8. lit. V. concl. 89. n. 3.*

In glos. [Mulierem] ibi (*sed pone quod aliquis
5 protestetur, &c.*) Notatur ad hoc quod protestatio, qua alter coniux protestatus est ante Matrimonium se nolle per quæcunque verba postea à se dicta Matrimonium contrahere, non prodest, sed adhuc præsumitur ab ea discessum esse Matrimonio postea initio, vt per Nauar. *in manu. cap. 22. n. 78.* & alios citatos à Sanch. *de Matrim. lib. 2. disput. 45. n. 18.* vbi *n. 19.* intelligit si fiat altero ignorante, aut si sciuit vel dissensit protestationi, secus tamen si ea protestatio fiat altero coniuge sciente, & consentiente, de quo etiam Couar. *de spons. p. 2. cap. 2. n. 3.* Mascard. *de prob. concl. 1248. n. 12.* Matien. *in rub. tit. 1. glos. 1. n. 66. lib. 5. nouæ recopil.*

6 In glos [videtur forte] Hæc dictio regulariter est nota dubitationis, Rebuff. *in coment. ad l. 38. vers. forte ff. de verb. sig. & in compendio alienat. num. 71.* Cened *practicarum, & Canonic. quæstion. singul. 36. n. 1.* Card. Tusch. *tom. 2. lit. D. concl. 281. num. 1.* Ego ipse *de dictionibus & clausul. dict. 109. n. 2.* vbi numeris sequentibus alia videre poteris de hac dictione.

7 In glos. [Qualiter] ibi (*in pœnitentiali iudicio, in quo cuilibet est credendum, &c.*) Notatur ad hoc quod archanum Confessionis reuellare licet vt Matrimonium aliquod probetur, vt per Roman. *in l. si non speciali col. penul. C. de testam.* Ias. *in l. 1. §. huius study n. 6. ff. de Iustit. & in l. patre furioso n. 7. ff. de his qui sunt sui. vel alie. Iuris*, Cassan. *cons. 1. vers. ad secundum præsuppositum n. 17.* Contrarium tamen verius est, & sequuntur Couar. *de spons. p. 2. cap. 8. §. 12. à n. 9.* Salz. *ad Bernar. in pract. cap. 109. lit. A. vers. sunt ex nostris*, Mascar. *concl. 377. à n. 4.* Menoc. *de præsump. lib. 6. q. 95. n. 3.* Gutier. *Canon. quæstion. lib. 1. cap. 11. n. 50.* Nec huic veriori sententiæ repugnat glos. *in præsenti*, nam si ea diligenter introspiciatur non dicit nec intelligit Confessionem factam in foro Pœnitentiali posse adduci in foro iudiciali, sed tantum in eod. foro pœnitentiali, vt non obscure demonstrant

verba illa (hoc ei confessus fuit in pœnitentiali iudicio in quo cuilibet est credendum) expone verbum in quo, idest in quo iudicio pœnitentiali, & non iudiciali, dum de hoc foro iudiciali nulla fuerit facta mentio, & ideo ad illud relatio fieri non potest.

8 In glos. [Nec forma] ibi (*pro substantia est ibi consensus, & pro forma verba, &c.*) Notatur ad hoc quod consensus cōtrahentium est materia, verba autem, quibus illi exprimuntur, forma, quia cōsensus informatur per verba, ita Nauar. *in manu. cap.22.n.20.* Alex. de Neuo *hic n.25.* Humada *l.2.n.19. in fine tit.1. par.1.* Vel melius dicere poteris contrahentes esse materiam, verba autem formam, prout tenent Couar. *de spons. p.2. cap.1. §. vnico, n.8.* Zambran. *in decis. casuum conscientiæ cap.7. de Matrim. in prin. n.2.* & hanc partē esse veram ac tenendam dicit Gutier. *de Matrim. cap.41. n.1. vers. tertia.* Denique si magis placet cum receptiori DD. opinione dicere poteris verba, & signa, quibus consensus exprimitur, esse sibi inuicem materiam, & formam, & huius partis actores sunt Bellarm. Soar. Ledesma, Spin. Fr. Emman. & alij quos refert, & sequitur Sanch. *de Matrim. lib.2. disp.5. n.6.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Fama non sufficit ad impediendum Matrimonium adhibitis de cōtraria fama clarioribus probationib.*
3 *Consanguineorum iuramentum admittitur contra famam, quæ impedit Matrimonium.*
4 *Testi se offerenti ad testificandum creditur in materia in qua agitur de peccato euitando.*
5 *Fama ad impediendum Matrimonium non debet esse priuata.*
6 *Scandalum quando timetur ex Matrimonio inter contrahentium consanguineos potest Iudex illud cōtradicere.*

Cap. Cum in tua. XXVII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Anchar. Butr. Panorm. Præpos. Marian. Socin. Petr. Greg. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.1. & 2. Viuian. in rationali lib.4. Iuris Pontificij pag.17.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.565.* refertur ab Anton. August. *collect.4. Decretal. lib.4. tit.1. cap.2.*

2 *Vel contra famam.* Notatur ad hoc quod non satis est fama ad impediendum Matrimonium adhibitis de contraria fama clarioribus probationibus vt per Nauar. *in cap. sacerdos de pœnitent. distinct.6. n.27.* Masca. *de prob. concl.1031. n.14.* Sanch. *de Matrim. lib.1. disput.71. n.16.*

3 *Huiusmodi iuramentū exhibeas propinquorum.* Ergo ad deponendum contra hanc famam admittitur consanguineorum iuramentum vt per Mascar. *d. concl.1031. n.16.* Anton. Gabri. *commun. tit. de criminal. concl.8. nu.44.* Menoch. *de arbitr. casu 243. n.4. & casu 454. n.1. & 2.* Sanch. *d. disput. 71. n.17.* Gutier. *de Matrim. cap.36. n.15.*

4 *Sponte oblata.* Notatur ad hoc quod in materia in qua agitur de peccato euitando testi se offerenti ad testificandum creditur, vt per *Hippolit. sing.140. ad finem.*

5 In glo. [licet fama.] Intellige quod fama ad impediendum Matrimonium non debet esse priuata, idest si constet iudici vt priuato, quamuis ei facultatem det ad inquirendum, & recipiendum probationem de illa; ita Abb. & Alexan. de Neuo, quos refert Sanchez *d. disput. 71. n.15.* secus dicentes quando aliquid constat iudici vt notorium, quamuis enim id non probetur potest iudex iuxta illud iudicare: qui etiā aduertunt posse Iudicem ea fama priuata dnctū per se ipsum de plano, & sine aliquo ordine iudiciario diligenter de impedimento inquirere.

6 In glos. [scandalo.] Notatur ad hoc quod quando scandalum timetur ex Matrimonij cōtractu inter contrahentium consanguineos, potest & debet iudex contradicere Matrimonium, vt per Menoch. *cons.1. n.44. & 66.* Gutier. *canon. quæst. lib.1. cap.20. n.20. & 23.* Sāch. *de Matrim. lib.1. disputat.14. n.3.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Metus an irritet ipso iure Matrimonium.*
3 *Metus cadens in constantem virum quo iure irritet Matrimonium, ostenditur.*
4 *Matrimonium coactum non ratificatur per copulam subsecutam metu graui extortam.*
5 *Metus cadens in constantem virum quis dicatur.*

Cap. Consultationi. XXVIII. *Honor. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. And. Host. Henric. Anch. Butri. Panorm. Præpos. Mari. Socin. Petr. Gregor. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.1. & 2.* Viuian. *in rationali lib.4. Iuris Pontificij pag.17.* Alagona *in compendio Iuris Canonic. pag.565.*

2 *Erunt non immerito audienda.* Ergo metus nō irritat ipso iure Matrimonium, sed fœmina metu passa audienda est vt Matrimonium irritetur. Sed hæc verba aliū sensum habent, decidit enim tex. audiendam esse fœminam non vt Iudex rescindat Matrimonium metu contractum, sed vt declaret esse irritum, vt aduertit Sanch. *de Matrim. lib.4. disp.12. n.26. in princ.* ac proinde illa est vera conclusio Matrimo-

trimonium contractum metu cadente in constātem virum ad illum finem iniustè incusso esse nullum in vtroque foro, ad quod citaui supra plures Doctores.

3 Notatur etiam ad hoc quod Matrimonium metu cadente in constantem virum contractum Iure positiuo irritatur, vt per Nauar. *in man. cap. 22. n. 50.* Henriq *in summa lib. 11. cap. 9. n. 1. & 3.* plures, quos refert & sequitur Sanch. *d. lib. 4. disp. 14. n. 2. vers. eandem*, quibus adde Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 1. cap. 11. q. 6. Sayr. in clau. regia lib. 2. cap. 2. n. 11.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnitent. lib. 31. n. 75.* Et licet hæc opinio verior sit, contraria tamen, quæ ait metum cadentem in constantem virum irritare Matrimoniū Iure Diuino, & naturali probabilitate non caret, eāq. sequuntur Couar *de spons p 2. cap. 3. §. 5. n. 6.* Matien. *ad rub. tit. 1. glos. 1. n. 189. lib. 5. noua recop.* Molina *de iustitia tract. 2. disp. 326. in solutione ad secundum* Barbosa *in rub. ff. soluto Matrim. p. 4. n. 30.* Paul. Comitol. *responsor. moralium lib. 1. q. 122.* Basil. Ponc. *de impediment. Matrimonij q. 29. §. 13.*

4 *Nec aa eandem carnaliter accessum habuit.* Ergo Matrimonium coactū ratificatur per copulā subsecutam metu graui extortam, vt tenent Paludan. Gabr. Sot. Angl. Vega, & alij citati à Sanch. *d. lib. 4. disput. 18. n. 13.* Verum multò probabilior est sententia cōtraria, quæ ait nullo modo esse Matrimonium quando aliquis metu graui cogitur contrahere & consumare, ita Abb. *hic in fine* Præp. *n. 2.* & Alex. de Neuo n. 10. Nauar. *in man. cap. 22. n. 51. ad fin.* Petr. de Ledes. *de Matrimonio q. 47. art. 3. dub. penul* Menoch. *de præsump. lib. 3. præsump. 4. n. 31. cum sequentibus*, Henriq. *d. cap. 9. n. 7.* Sanch. *d. disput. 18. n. 15.* vbi ait tex. in præsenti, & similes tantummodo probare Matrimonium coactum per copulam voluntariam ratificari.

5 *Qui potuit cadere in constantem virum.* Aduerte hæc verba magis prouerbij loco pro eo metu, qui non leuis, & vanus est, accipiēda esse quàm vt verbis inhærendū sit. vnde sufficiet metus, qui cadat in fœmina constante, quare pensandum est ad annullandū Matrimonium, aut alios contractus à fœmina metu celebratos quid fœmina constans tunc metueret pensata naturali fœminarū inconstantia, quibus à natura inest minor animi vigor, corporisq. fortitudo, ita Sanch. *d. lib. 4. disput. 3. n. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Pœna adiecta contractui sponsalium est prorsus irrita, & fidem violans non tenetur in vtroque foro eam soluere.*
3 *Pœna promissa in spōsalibus vel Matrimonijs quare solui non teneatur, arrha autem sic, ostenditur.*
4 *Pœna etiam promissa à parentibus vel consanguineis adiecta contractui sponsalium est irrita.*
5 *Amplia quamuis pœna sit modica attenta contrahentium dignitate.*
6 *Pœna adiecta contractui Matrimonij quamuis non possit exigi, potest tamen exigi interesse consistens in damno emergenti.*
7 *Pœnas apponere in sponsalibus an sit peccatum mortale, remissiue.*

Cap. Gemma. XXVIII.
Greg. ix.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Præpos. Marian. Socin. Petr. Greg Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag. 18.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 566.*

2 Probat hic tex. pœnam adiectam contractui sponsalium esse prorsus irritam, ac proinde fidē violantem non teneri in vtroque foro eam soluere, ita Couar. *de sponsalibus p. 2. cap. 3. §. 7. num. 5.* Greg. *l. 39. verbo la pena tit. 11. par. 5.* Sanch. *de Matrim. lib. 1. disput. 30. n. 2.* Chamer. *cap. 2. de Matrim. dub. 9.* Nald. *verbo sponsalia, num. 10.* Card. *Tusch. tom. 7. concl. 401. n. 3.* Gutier. *de Matrim. cap. 17. à princ.* Bonacin. *eod. tract. q. 1. punct. vltimo*, Quamuis Molin. *de Iustitia, disput. 151. vers. dub.* Aegid. *de Sacram. & censur. tom. 2. disput. 22. dub 5. n. 29.* & alij sentiant posse pœnam apponi soluendam ab eo, qui iniuste dissoluerit sponsalia.

3 Dubium facit cur pœna promissa in sponsalibus, vel Matrimonijs non valeat, nec exigi possit vt supra citati DD. asserunt, arrhæ autem sic, vt habetur *in l. vlt. C. de spons.* Imprimis Costan, *tract. de spons. cap. 1. n. 8. cum sequenti*, Coua *d. §. 7. n. 7.* Anton. Gomez *l. 50. Tauri n. 12.* Aegid. *d. disputat. 22. dub. 3. n. 14.* Sanch. *d. lib. 1. disput. 31. n. 9.* & alij ab eo citati asserunt eam esse rationem, quia pœna facilius promittitur cum verbo tantum promittatur soluenda in futurum: arrhæ vero maturiori consilio traduntur, cum statim, & ipso facto tradātur, ob idque ius aliter disposuit in arrhis, quā in pœnis, eo quod quilibet procliuior sit (vt ait Bart.) ad verba de ore, quàm ad pecuniam ex crumena depromendam. Verum licet hæc differentiæ ratio sit communiter recepta, tamen magis placet illa, quam adducit conlusitanus noster Valascus *consultat. 2. n. 1.* vbi ait veram esse rationem differentiæ, quia arrha datur in signū, & ad securitatem rei gestæ; pœna vero non pro securitate, sed vt ad nuptias adstringantur contrahentes.

4 Amplia principalem tex. conclusionem procedere etiamsi pœna sit promissa à parentibus, vel consanguineis, vt per Ias. *in l. 1. n. 9. ff. de in Ius vocan.* Greg. *l. 39. verbo querer. tit. 11. par. 5.* Azeued. *l. 2. n. 3. tit. 2. lib. 5. noua recopil.* Matienso *in rub. tit. 1. glos. 2. n. 2. eod. lib. 5.* Sanch. *d. disput. 30. n. 3. & lib. 4. disp. 4. n. 8.* Gutier. *de Matrim. cap. 17. n. 2.* Am-
5 plia etiam quamuis pœna sit modica attenta

con-

contrahentium dignitate, vt per Couar. *d.§.7.n.5*.Matienſo, & Azeued.dictis locis, Gutier. *cap.17.n.5*.Sanch.*dicta diſput.30.n.11*.vbi *n.14*. reſoluit quod licet hæc pœna exigi non poſsit, poteſt tamen exigi intereſſe cõſiſtens in damno emergenti de quo etiam Rebel. *de obligat. iuſtitiæ p. 2. lib.4.q.7.n.5*.Gutier.*d.cap.17.n.14*. Bonacina *d.q.1.puncto vltimo n.6*.Amplia etiã quamuis huiuſmodi pœna poſita ſit in ſponſalibus cum iuramento, nam eo non obſtante quaſi minime obligans ad rem illicitam, & prohibitam pœna ſoluenda non eſt,vt reſoluunt plures, quos referũt, & ſequuntur Sanch *d lib.1.diſputat.32.n.21*. Gutier.*d cap.17 n.19.& 21*.Bonacin.*d.puncto vltimo n.2*. quicquid oppoſitum ſentiant Leſſ.*de Iuſtitia lib.2.cap.17.dub.7.n.56*. Aegid.*d.diſputat.33.dubio 5.n.24*.Amplia denique vt etiam nõ valeat pœna, qua coniuges ſe obligant abſtinendum ab alio coniugio poſt illud diſſolutum , vt per Sanch *de Matrim.lib.7.diſput.88.n.37*.Vtrum vero ſit peccatum mortale apponere in ſponſalibus huiuſmodi pœnas vide Sanch. *d.lib.1.diſput.30. num.2*. Gutier.*d.cap.17.n.1*. Aegid.*d.dubio 5.n.23*. Bonacina *d. puncto vlt.n.3*.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Sponſalia de futuro per copulam ſubſecutam transeũt in Matrimonium.*
3 *Matrimonia præſumpta ceſſarunt per* Concil. *Tridentin.*
4 *Probatio in contrarium non admittitur contra probationem Iuris, & de Iure.*
5 *Fictio admittit probationem in contrarium.*
6 *Præſumptio Iuris, & de iure admittit probationem in contrarium per partis confeſsionem, & per teſtes legaliſsimos.*
7 *Probatio contra præſumptionem Iuris & de Iure eſt valida parte non opponente, niſi agatur de iure publico, vel fauore animæ.*

Cap. Is, qui fidem XXX.

1 SVper hunc tex ſcripſerunt Abb.antiq. Innocentius, Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hoſt. Henric.Boich,Butr.Anch.Panor Præpoſ. Maria. Socin. Pet. Greg.Alex. de Nenos Caſal. *in annot.* Cened. *collect.131*.Ximen.Toletan.*in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtell.cap. 1. & 2*. Viuian. *in rationali lib.4. Iuris Pontificij pag. 19*. Alagona *in cõpendio Iuris Canonici pag.566*.

2 Probat hic tex. ſponſalia de futuro per copulam ſubſecutam tranſire in Matrimonium , vt per Couar *de ſponſ p.1.cap.4.§. 1. n.2.cum ſequentibus*: Tiraq.*de retractu conuent.ad finem tit. n.77*. Victoria *de Sacra.n.241.cum ſeqq*.Greg.*l.3. verbo con ella & l.8. verbo mas en todas tit.1.part.4*. Palat. *in repet.rub.de donat.inter virũ & vxor.§.4.n.1*.Franc. Leo *in theſauro fori eccleſ.p.2.cap.9. n.18*.Maſcar. *de prob.concl.1027*.Franc.Molin *de ritu nuptiarum lib.1.comp.10.n.10.& compar.12.n.15*.Menoch. *lib.3. præſump. 1. n.6. cum ſequentibus* Gutier. *de Iuram. confirmat. p.1. cap.51. n. 12. & de Matrimonio cap.27.n.4*.Valer.Regin.*in praxi fori pœnitent.lib.31.n.20.verſ.1*.plures per Cened *ad Decretal.collect.131. num.1* .Quæ quidem concluſio adeo vera erat, vt etiamſi ſponſus præſente ſponſa, & conſentiente proteſtatus eſſet nolle per huiuſmodi copulam Matrimonio conſentire,adhuc illud probabatur ex ead.copula ſubſecuta poſt ſponſalia , vt reſoluunt Menoch.*d.præſump.1.n.15*.Maſc. *concl.1027.n.11*.Gutier.*d.cap.51.n.14*.ſic etiam quando quis vnam ex pluribus ducturum promittebat cognita poſtmodum carnaliter vna ex illis,ſponſalia illa tranſibant in Matrimonium cum ea, Menoc.*d.præſump.1.n.13.& 14*.Spino *in ſpeculo teſtam.gloſ.15.princip.n.65*. Sanch. *de Matrim.lib.1. diſp.26.n.8*.

3 Hodie per Concil.Trid *ſeſſ.24. de reformatione Matrimonij cap. 1*. ceſſarunt Matrimonia præſumpta, ita vt eo attento ſponſalia per copulam ſubſecutam,vel alios actus occultè habitos iam in Matrimonium non tranſeant , niſi conſenſus verus,& expreſſus pręſtetur coram Parocho,vel teſtibus: vnde DD. noſtri Hiſpanici vnico ore cenſuerunt tex.in pręſenti ſublatum fuiſſe Trid. Conc.decreto *in d. cap. 1*. eorum omnium prior huius ſententiæ auctor fuit Nau. vir memorandus,& omnium,quos anteriora ſecula pepererũt,in Diuino,Canonico,& Cæſario Iure doctiſſimus ſimul & pijſsimus, *in man.cap.25. n.144*. & ante *cap. 22. n. 28*, quem ſequuntur Perez. *l. 1. gloſ.5. verſi. ſecundo corrigitur tit. 1 lib. 5. Ordinam. & l.2. gloſ.2.ante fin. verſ. infertur etiam tit. 15. lib. 8. eiuſdem Ordinam.pag.289*. Azeued.*l.1. n. 29. & 37.tit.1.lib.5. nouæ recop. & l.4. n. 25. tit. 2. eiuſd. lib.5*.Matienſo, *in rub. tit.1. gloſ.1.n.53.54.& 62. eiuſd.lib.5*.Gutier. *canonicar. lib.1. cap.18. n.4. & de Iuramento confirmat. p. 1. cap.51, n.12. cum ſeqq*. Spino *d. gloſ. 15. n. 65. cum ſequentibus*,Henriq. *in ſumma lib.11.cap.3.n.7*.Ceual.*commun. contra commun.q.130.n.7.& q.604.n.20.& q. 750. n.34*. Cened.*d. collect.131. n.2*. Sanch.*de Matrim. lib.3. diſputat.40.n.3*.optime Franc.Molin.*comparat.10.d. n.13*. & poſt virum illum inſignem mox eũ ſequuti fuerunt Itali,præcipue Menoch *d præſump.1.n.99*.Maſcard.*concl.129.n.7*.& alij ab ipſis relati,apud quos hæc eſt receptiſsima opinio, quicquid audacius quàm par ſit contrariam tenuerint Io Per.Bini.*conſ.62.n.33*.Triuiſan. *dec.20.n.4.lib.1*.

4 *Contra præſumptionẽ tamen, &c.*

Notatur ad hoc quod contra probationem Iuris & de Iure nõ admittitur probatio in contrarium, vt per Donat. à Fina *tom. 1.commun.opin.lib.4.tit.9.n.369.pag.512*.Azeued.*l.4. n.13. tit.9.lib.4. nouæ recop*.Menoch. *de præſump.lib.1.præſump. 31. & 60*.Maſcar.*de prob.concl.1222*. Dyoniſ.Paul.*de vera quatuor Patriarchalium ſed.erect.cap.16.n.12*.Farin.*in praxi crim. p.1.q.36. n.1000.cum ſeqq*.Cened. *d.collect.131.n.3*.Alex.Trentacinq. *variarum reſolut.lib.2.tit.de præſump.reſolut 2*. Valaſc. *conſult.52. n.13*.

n.13. Aldrete *de religiosa disciplina tuenda lib. 2. cap. 7. n. 5.* Fictio tamen admittit probationem in contrarium Gonzal. *ad reg. 8. Cancellaria, glos. 51. n. 29.*

5 Illa vero resolutio dessumpta ex proxime citatis verbis huius tex. aliquas recipit limitationes, videlicet per partis confessionem; per eã enim præsumptio Iuris & de Iure admittit probationem in contrarium, vt per Turzan. *tom. 1. cõmun. opin. lib. 4. tit. 9. n. 284. pag. 507.* Donat. à Fina *d. n. 369.* Menoch. *remed. 1. recuper. n. 221.* Hippol. *cons. 17. n. 7. & 8. & cons. 127. n. 20.* Mascar. *d. concl. 1222. n. 11.* idem Menoch. *d. lib. 1. præsump. 61.* Itẽ & per testes legalissimos, Hippol. *cons. 1. n. 77.* Menoch. *d. lib. 1. præsump. 64.* Illud tamen aduertendum duxi omni casu admissam probationem contra præsumptionem Iuris & Iure parte non opponẽte esse validam. vt resoluũt Cald. Pereira *de extinct. emphyteusis cap. 17. n. 10.* & Mascard. *d. conclus. 1222. n. 18.* vbi *n. 19.* limitat quando ageretur de Iure publico, vel fauore animæ.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Sponsalia & Matrimonium quibus verbis contrahi censeantur, ostenditur.*
3 *Verba in Matrimonio an sint necessaria, remissiuè.*
4 *Matrimonium de præsenti prius contractum præfertur secundo etiam copula carnali consumato.*
5 *Sponsalia priora dissoluuntur per Matrimonium cũ alia contractum.*
6 *Annulum tradens vir fœminæ consensum coniugalẽ exprimenti Matrimonium censetur contrahere.*

Cap. Si inter. XXXI.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collectar. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Boich, Anch. Butr. Panor. Præpos. Casal. *in annot.* Petr. Greg. Alex. de Neuo. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cũ legibus Castella p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4, Iuris Pontificij pag. 20.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 566.*

2 Probat hic tex. in prima eius parte, quod quando verba in contractu Matrimonij proferuntur de præsenti, vt si vir dicat accipio te in vxorem, hoc casu contrahitur Matrimonium, quando vero sonant in futurũ, & denotant principium actus tantummodo, vt si vir dicat, promitto quod te ducam in vxorem, tunc solum contrahuntur sponsalia, ita Menoch. *cons. 368. n. 11. & 12.* Mascard. *de probat. concl. 1331.* Gutier. *de Matrim. cap. 3. n. 2. cum seqq.*

3 *Verbis consuetis expresso.* Ergo in Matrimonio verba sunt necessaria, sed pro veritate consule Fr. Eman. *in summa tom. 1. cap. 216. n. 5.* Hẽriq. *in sũma lib. 11. c. 2. n. 6.* Valor. Regin. *in praxi fori pœnit. lib. 31. n. 17. & 18.* late Sãch. *de Matrim. lib. 2. disp. 31.* & citatos *ad cap. tua 25. sup. hoc tit.*

4 *Etiamsi sit carnalis copula subsequuta, &c.* Notatur ad hoc quod Matrimonium de præsenti prius contractum præfertur secundo etiã carnali copula consumato vt per D. Barbos. *ad rub. ff. solut. Matrim. p. 2. n. 82.* vbi etiam agit de difficultate illa ex *reg. l. quoties C. de rei vend.* quæ huic resolutioni obstat, & *n. 85.* post alia dicit quod ideo primum Matrimonium de præsenti præfertur secundo Matrimonio copula consumato, quia cum ex primo Matrimonio dominium corporis ad potentiam copulæ sit translatum in vxorẽ, non potest ille, qui iam dominus nõ est sui corporis, illud in aliam vxorem transferre ad eand. potentiam copulæ, arg. *cap. quod autem sup. de iurepatron.*

5 *Verum si inter ipsos &c.* Notatur ad hoc quod priora sponsalia dissoluuntur per Matrimoniũ cum alia contractum, vt per Sanch. *de Matrim. lib. 1. disput. 48.* Gutier. *eod. tract. cap. 27. à princ.* Valer. Regin. *in praxi fori pœnitent. lib. 31. n. 260.* Vnde si sponsalia sint contracta cum duabus, & secunda fuerit carnaliter cognita præsumitur cũ ea Matrimoniũ in præiudicium primæ sponsæ, ita Menoch. *de præsump. lib. 3. præsump. 1. n. 17.*

6 In glos. [Dicente] ibi *(per immissionem annuli)* Notatur ad hoc quod si vir fœminæ consensum coniugalem exprimenti annulum tradiderit, Matrimonium censetur contrahere, vt per Couar. *de spons. p. 2. cap. 4. n. 3. in princ. & in vers. id tamen,* Menoch. *de præsump. lib. 3. præsump. 2. n. 4.* Mascard. *de prob. concl. 1024. n. 2. & 3.* Sanch. *de Matrim. lib. 1. disp. 22. n. 3.* Gutier. *eod. tract. cap. 12. n. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Præsumptio proueniens ex copula non prouenit ex nisu, & conatu ad illam.*
3 *Nisus ad copulam facit præsumi adulterium.*
4 *Conatus non reputatur pro actu perfecto.*
5 *Affectus non præsumitur nisi sequatur effectus.*

Cap. Adolescens. XXXII. & vlt.

1 SVper hunc tex. scripserũt Abb. antiq. Innocentius, Collectar. Zabarel. Ioannes Andr. Host. Henric. Boich, Anch. Butr. Panor. Præpos. Mari. Socin. Petr. Greg. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castella p. 1. & 2.* Viuian. *in ration. lib. 4. Iuris Pontificij pag. 20.* Alagona *in compend. Iuris Canonic. pag. 566.*

2 Probat hic tex. quod etsi præsumatur contractum Matrimonium inter sponsos ob subsecutã copulam carnalẽ, attamen præsumptio hæc non insurgit quando copula verè secuta non fuit, sed solum interuenit nisus, & conatus ad eam, vt per Menoch. *de præsump. lib. 1. præsump. 21. n. 2. & præsump. 57. n. 1.*

Licet

3 *Licet sæpe nisus fuerit.* Faciens scilicet quidquid potuit, ita quod per eum non stetit perueniendo ad actum proximum, & immediatum, vt per Boer. *decis.* 316. *n.* 1. nihilominus tamen ex hoc præsumitur adulterium Perez *l.2.glos.3.pag.* 291.*col.2.tit.*15.*lib.*8.*Ordinam.*

4 *Cum conatus non habuisset effectum.* Notatur ad hoc quod conatus non reputatur pro actu perfecto Boer.*d.decis.*
5 316.*n.*2. Nam affectus non punitur, nisi sequatur effectus Duen. *reg.* 35. Thomas de Thomas. *in floribus legum reg.*18. Aloys. Ricc. *in collect. decisionum p.*5.*collect.*1895. Bened. Aegid. *in comment. ad l. ex hoc Iure ff. de iustit. & iure p.* 1. *cap.* 7. *n.* 32. Franc. Galet. *in margarita casuum conscientia, verbo affectus.* Brun. à Sole *in locis commun. eod. verbo,* Farin. *in praxi crim.p.*1.*q.*17.*n.*49. Card. Tusc. *tom.*2. *lit. C. conclus.* 544. quorum aliqui limitant in delictis atrocissimis, videlicet in crimine læsæ maiestatis, simoniæ, assasinij, veneficij, & in volente aliquem veneno perimere.

De Desponsatione impuberum. Tit. II.

SVper hanc rub. scripserunt Zabarel. Io. Andr. Anch. Butr. Panor. Præpos. Marian. Socin. Alex. de Neuo, Durand *in breuiario aureo Iuris Canonici, & in speculo Iuris sub hoc tit. lib.*4. Stephan. Ranchin. *in continuat. titulorum Decretal.* Ioan. de Londris *in breuiario Sanctorum Canonum,* Petr. de Rauenna *in compendio Iuris Canonici,* Martin. Mesnart. *in epithome Decretal.* Dani. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontificij,* Goffred. & Host. *in sum. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Verbum, debet, importat de sui natura necessitatem.*
3 *Filius de honestatis debito tenetur adimplere sponsalia, quæ pater ipsius nomine contraxit.*
4 *Filius, vel filia licet patris consensum honestè exigant ad Matrimonium, tamen eo non petito tenet contractus coniugalis.*
5 *Filius quoad contrahendum Matrimonium non tenetur parenti illud præcipienti obedire.*
6 *Refertur nouus intellectus ad tex. in præsenti.*

Cap. Tua nos. I. *Hormisda.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Præpos. Marian. Socin. Alexand. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.*22. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.*568. refertur ab Ant. August. *collect.*1. *Decret. lib.*4.*tit.*2.*c.*2.

2 *Omnino debet hoc adimplere.* Ergo debet filius de præcepto implere sponsalia, quæ pater ipsius nomine contraxit, tum ex illo verbo, debet, quod importat de sui natura necessitatem, vel præceptum, vt referunt citati per me *de diction. & clausul. dict.* 62. tùm quia adest etiam dictio, omnino, quæ præcisam necessitatem importat, vt etiã resoluunt citati per me *d. tract. dict.*206.*n.*3. Quare ita hanc partẽ per hunc tex. tuentur Sot. *in* 4.*dist.*29.*q.*1.*art.*4.*concl.*3. Nauar. *in man. cap.*14.*n.*15. Fr. Emman. *in summa tom.*1.*cap.*231.*n.*6.

3 Alij vero melius verba prædicta huius tex. intelligunt non de præcepti, sed de honestatis debito: sic *glos. hic, verbo debet,* quam sequuntur in præsenti Io. And. *n.*8. Zabar. *n.*1. Butr. *n.*4. Anch. etiam *n.*4. Abb. *n.*7. Henric. Boich. *n.*4. Præpos. *n.*4. & Alex. de Neuo *n.*13. Sarm. *selectarum lib.*1. *cap.*13.*n.*8. Petr. de Ledesma *de Matrimon. q.* 43. *art.*2.*ad fin.* Henriq. *in summa lib.*11.*cap.*13.*n.*13. Sanch. *de Matrim. lib.*4.*disp.*23.*n.*3. Rebel. *de obligat. Iustitia p.*2.*lib.*4.*de sponsal.q.*6. Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib.*31.*n.*23. Bonacin. *de Matrimon. q.*1.*puncto* 4.*n.*9. *vers. nec obstat cap.*1. Nam ve-
4 rum est quod licet filius vel filia patris consensum honestè exigat ad Matrimonium, tamen eo non petito tenet contractus coniugalis, vt per Couar. *de spons. p.*2.*c.*3.§.8.*n.*1. Perez *l.*1. *colum.*8. *glos. e se qualquiere tit.*15.*lib.*5.*Ordinam. pag.*285. Bonac. *cõmun. crim. p.*1. *verbo Matrimoniũ fol.*111. Menoch. *cons.*69.*n.*19.*cũ seqq.* & *cons.*198.*n.*38. & *de arbitr. casu* 453.*n.*8. & *de præsump. lib.*4. *præsump.* 189.*n.*55. Franc. Viui. *Neapol. decis.*523.*n.*3. Gama *Lusitania decis.*314.*n.*3. Ceual. *commun. contra commun. q.*503. *n.*30. Baptista Costa *de facti scientia, & ignorantia reg.*11. Bernard. Græuæus *ad practicam Cameræ Imper. lib.*2. *concl.* 95. *considerat.*1. Et
5 filius quoad contrahendum Matrimonium est ita liber, & sui iuris, vt non teneatur parenti illud præcipienti obedire sub aliqua lethali culpa, nisi quando multò interesset parentum, vt filius tale Matrimonium ineat, veluti si esset medium ad graues inimicitias componendas, quæ essent inter parentes, & consanguineos eorum cum quibus est contrahendum Matrimonium, vt per Pet. de Ledesma *de Matrimon. q.*47.*art.*6.*dub.* 2.*concl.*2. Menoch. *cons.*69. *n.*28. & 31. Fr. Emman. *in summa tom.*1.*cap.*201.*n.*6. Henriq. *in summa lib.*11.*cap.*6.*n.*6. D. Barbosa *in l.*1. *ff. soluto matrim. p.*4.*n.*37. Sanch *d. disput.*23.*n.*4. Sair. *in claui regia lib.*7.*cap.*5.*n.*12. Ceual. *d.q.*503. *sub n.*33. Bernard. Græuæ. *d. concl.*95.*consid.*1.*n.*8.

6 Verum licet supradictus intellectus ad nostrũ tex. communis sit, & receptus, tamen ei acquiescere nunquam potui, offendit enim eius litterã; Ideo aduertendum duxi præcipuam filiorum curam ad patrem ea ætate, qua se gubernare non possunt, pertinere, idest vsque ad 14. annum Aristot. *lib.*5. *Aethicorum cap.*6. D. Tho. 2.2.*q.*100.*art.*

C 12.

12. & quodlib. 2. art. 27. Sot. in 4. dist. 27. q. 2. art. 2. Ledesma in 2. 4. q. 9. art. 10. Couar. lib. 3. variarum cap. 14. n. 3. & ideo si pater filium religioni offert, vel eum collocat Matrimonio non poterit vsque ad 14. annum contradicere, sed dicitur in patris voluntate vsque ad eam ætatem perseuerare, cũ infirma illa ætas non habeat voluntatem sanam, l. furiosi ff. de reg. Iuris, perfecto aut 14. anno bene potest repugnare & resilire, & sic sunt intelligẽda Iura, quæ dicunt, Monachũ facit paterna deuotio vel professio, s. vsque ad decimũquartum ætatis annum facit Monachũ paterna deuotio, postea vero perfecto 14. anno professio voluntaria profitentis cap. si virum, cap. cum simus, sup. de regularibus, cap. monachum 20. q. 1. vnde iam colligitur ad nostrum tex. vera interpretandi ratio, quia hic minor septennio contraxit sponsalia, & pater pro eo, & ita vsque ad 14. annum non potest dissentire, quo impleto vel ratificate, vel dissentire potest cap. 1. 20. q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Præceptum de quo in hoc tex. obligat ad mortale.*
3 *Sponsalia contrahentes ante septennium an peccent mortaliter, ostenditur, & n. 4.*
5 *Episcopus potest dispensare vt impuberes Matrimonio copulentur.*

Cap. Vbi non est. II. *Nicol.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Collectar. Zabar. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Anch. Butr. Panorm. Præpos. Mar. Socin. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. in cõcordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2. Viuian. in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag. 23. Alagona in compendio Iuris Canonici pag. 568. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 2. cap. 4.

2 *Districtius inhibemus ne aliqui, etc.* Ergo huiusmodi præceptum de quo in tex. obligat ad mortale, vt docent Petr. de Ledesma de Matrim. q. 43. art. 2. dub. 3. Henriq. in summa lib. 11. cap 13. n. 13. Sanch. de Matrim. lib. 1. disput. 17. à princ. Valer. Reginal. in praxi fori pœnitent. lib. 31. n. 171. vers. notandum est secundo.

3 Sed maximum dubium est an tex. in præsenti intelligatur de sponsalibus, in quo dubio duæ sunt Doctorũ sententiæ sibi inuicem contrariæ. Prima ait tex. in præsenti etiam loqui de sponsalibus, ac perconsequens contrahentes sponsalia ante septennium peccare mortaliter, nisi vrgentissima necessitas, vel ignorantia legis illos excuset, ita glos. verbo coniungantur, in præsenti, quam hic sequuntur Host. sup. eod. verbo, Io. And. n. 5. Anch. n. 3. Butr. n. 7. & Alex. de Neuo n. 10. Henriq. d. cap. 13. n. 13. Bonacina de Matrim. q. 2. puncto 4. n. 6. resoluentes etiam pueros ante septenniũ sponsalia contrahentes peccare mortaliter si tunc habeãt rationis vsum, & ob ignorantiam legis non excusentur.

4 Verum altera sententia probabilior, & receptior tenet tex. in præsenti non intelligi de sponsalibus, & sic nullo modo esse culpã læthalẽ cõtrahere sponsalia ante septennium, quia hic tex. dicit non coniungantur, at sponsalia nõ sunt proprie coniunctio, sed coniunctionis promissio, & cum tex pœnalis, & prohibitoria sit non est extẽdenda vltra proprium significatum; tùm quia si pueri ante septennium rationis vsu destituti sunt, non habent culpam, & nihil prorsus agunt, sed more psittaci verba proferunt; si autem vsus rationis septenniũ præueniat, ea esset ætas Canonibus præscripta ad sponsalia, vt resoluunt citati DD. ad cap. iuuenis n. 9. sup. de sponsal. Quare hanc partẽ merito tuentur Sanch. d. disp. 17. n. 4. Aegid. de Sacrament. & censuris tom. 2. disp. 21. dub. 5. n. 54. Gutier de Matrim. cap. 2. n. 14.

5 *Nisi forte, &c.* Notatur ad hoc quod Episcopus potest dispensare vt impuberes Matrimonio copulentur, ad illumque pertinere cognitionem an causa sit iusta vt Matrimonium ineant, videlicet quando sunt prope ætatem, & dubium est an malitia eã suppleat, ita Henriq. d. cap. 13. num. 12. vbi dicit dispensationem valere pro vtroque foro, refert Sanch. de Matrim. lib. 7. disp. 104. n. 12. sequitur Bonacina de Matrim. q. 2. puncto 4. n. 13. & sentire videtur Valer. Reginal. in praxi fori pœnit. lib. 31. n. 171. vers. notandum est secundo, quos refero ego ipse de officio, & potestate Episcopi p. 2. allegat. 35. n. 20. vbi addo summum Pontificem voluisse dispensationem de qua hic tacite Episcopis concedere cum illam sibi non reseruasset, iuxta resolluta per me dicto tractatu allegat. 33. n. 17.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Fœmina cur citius pubescant quã masculi, ostẽditur.*
3 *Matrimonium ante pubertatem initum validũ est, si adsit potentia generandi, & sufficiens discretio ad se obligandum.*
4 *Masculus, & fœmina ante pubertatem non præsumuntur apti ad generationem.*
5 *Potentia generandi ante pubertatem an aliquando extitisset, ostenditur.*

Cap. Puberes. III.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anch. Panor. Præpos. Mar. Socin. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. in concordantijs vtriusque Iuris cum legib. Castellæ p. 1. & 2. Viuian. in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag. 23. Alagona in compendio Iuris Canonici pag. 568. Desumitur ex D. Isid. lib. 11. ethymol. cap. 2. & refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 2. cap. 7.

2 *Quamuis tardissime pubescat.* Hic curiose interrogari potest cur fœminæ citius

tius pubescant quàm masculi, & respondebitur hoc totum naturæ tribuendum, quæ mulieres citius admonet generationi, sicut enim est breuioris vitæ, ita citius perficitur, vide Tiraq. *l. 6. connub. gl. 1. p. 6. n.* 38. Gutier. *in authen. sacram. puberum n. 1. & 2. C. si aduersus vendit.* & remissiuè *de Matrim. cap. 2. n. 17. in fine.*

3 *Et generare iam potest.* Notatur ad hoc quod validum est Matrimonium ante pubertatē initum si tunc adsit potentia generandi, & sufficiens discretio ad se obligandum, vt per Couar. *de spons. p. 2. cap. 5.* Cened. *ad Decretal. collect. 18. n. 5. & 6.* latè Sanch. *de Matrim. lib. 7. disput. 104. n.*

4 *1. cum seqq.* vbi *n. 4.* resoluit quod in dubio nec masculus, nec fœmina præsumuntur apti generationi ante dictam pubertatis ætatem completā; de quo etiam Surd. *cons. 364. n. 33.*

5 Nec mirum est, quod ante pubertatem adsit potentia generandi, Salomon enim in decimo, vel vndecimo anno genuit Roboam; Achaz eiusdem ætatis Ezechiam genuit; puer nouem annorum nutricem grauidauit, vt refert D. Greg. *lib. 4. dial.* relatus à *glos. in sum. 20. q. 1.* & D. Hieron. *epist. 32. ad Vitalem presbyt.* narrat se audiuisse idem de puero decem annorum: de quibus omnibus vide si lubet Tiraq. *d. gl. 1. p. 6. n. 37.* Couar. *d. cap. 5. n. 5.* Henriq. *lib. 11. cap. 13. n. 11. in commento lit. P.* Ferrer *in constitut. Cathaloniæ glos. 1. n. 12.* Pineda *in Monarchia Ecclesiast. lib. 3. cap. 22. §. 4. ante fin.* Nauar. *cons. 39. n. 13. sub tit. de sponsalib. in antiq.* vbi etiam refert puellam decem annorum peperisse in regnō Neapolitano, & Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 104. n. 29.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Sponsalia requirunt ætatem septem annorum completorum.*
3 *Aetatem eandem ad sponsalia, & diuersam ad Matrimonium cur Ius præscripserit in viris & fœminis, ostenditur.*
4 *Impedimentum publicæ honestatis non oritur ex spōsalibus contractis cum minore septennio.*

Cap. Litteras. IV. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Ancharan. Panorm. Præpos. Mar. Socin. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in cōcordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag. 24.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 568.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 2. cap. 5.* & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *par. 12. cap. 2.*

2 *Antequam septimum annum cōpleuisset.* Ergo septennium completum desideratur in sponsalibus, vt per Couar. *de spons. p. 1. cap. 2. n. 2.* Perez *l. 1. glos. 5. vers. quæ autem, tit. 1. lib. 5. noua recop.* Henriq. *in summa lib. 11. cap. 13. n. 9.* Sanch. *de Matrim. lib. 1. disput. 16. n. 2.* Gutier. *eod. tract. cap. 2. n. 1. cum seqq.* Bonac. *eod. tract. q. puncto 4. n. 1. cum seqq.* qui etiam resoluunt sponsalia contracta ante septennium malitia ætatem nō supplente esse nulla, nisi paulò ante septennium contracta sint, vel post legitimam ætatem expresse vel tacitè ratificentur.

3 Hic curiosè quæri potest cur eandem ætatem ad sponsalia in viris, & fœminis ius præscripserit, cum tamen diuersam ad Matrimonium petat, Resp. Sanch. *de Matrim. lib. 1. disput. 16. n. 2.* ex eo procedere, quia ad sponsalia sufficit rationis vsus, qui eodem tempore viris, & fœminis aduenit, ad Matrimonium vero potentia generandi desideratur, quæ tardius in viris reperitur.

4 *Matrimonium non dissoluas.* Ergo ex sponsalibus contractis cum puella minore septennio, non oritur impedimentum publicæ honestatis, vt per Sot. *in 4. dist. 41. q. vnica, artic. 2. vers. vnde sine habens defectum ætatis,* Veracr. *in speculo coniugatorum p. 1. art. 52. vers. secunda conclusio,* & Steph. de Gaeta *in repet. cap. ad limina 30. q. 1. in §. 4. n. 485.* quos refert Cened. *ad Decretal. collect. 19. n. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Sponsalia nulla ob defectum ætatis postquam illa aduenerit, expressè, vel tacitè ratificari possunt.*

Cap. Accessit. V.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panor. Præpos. Mar. Soc. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag. 25.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 568.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 2. cap. 6.* & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *p. 6. cap. 7.*

De materia vide dicta ad cap. præced. quod concordat cum textu in præsenti.

2 *Si consensus postea non accedit.* Ergo sponsalia nulla ob defectum ætatis postquā illa aduenerit expressè vel tacitè ratificari possunt, vt per Sanch. *de Matrim. lib. 1. disp. 16. n. 5.* Gutier. *eod. tract. cap. 2. n. 8. & 9.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Iuramentum deferendum est viro super copula habita cum vxore ad eius domum traducta, & quomodo id intelligi debeat, declaratur.*

3 *Iuramento viri dicentis se copulam habuisse cum impubere non est standum.*
5 *Verba (circa duodecimum) quomodo intelligenda.*
6 *Pubertati proximus quando quis dicatur relinquitur Iudicis arbitrio.*

Cap. Continebatur. VI. *Alex. iij.*

1 Super hunc tex. scripserunt Abb.antiq.Innoc. Collect. Zabarel.Io.And. Host. Henric.Butr. Anch.Panor.Præpos.Mari Socin.Casal. *in annot.* Alex. de Neuo, Ximen.Toletan.*in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.1. & 2.* Viu. *in ration.lib.4.Iuris Pontif.pag.26.* Alag. *in compend.Iuris Canon.pag.569.* refertur ab Anton.August. *collect.1.Decretal.lib.4. tit.2. cap.8.* & est post Concil. Lateranen. *p.6.cap.10.*

2 *Si id firmauerit iuramento.* Notatur ad hoc quod viro super copula habita cum vxore ad eius domum traducta, & cum eo cohabitante deferendum est iuramentum vt per Viu. *tom.1.commun.opin lib.5.tit.2.n.3.vers.idcirco.* Mascard. *de prob.concl.312.n.23.& concl.452.n.14.& concl.1410.n.12.cum seqq.* Farin. *de delict.p.4.decis. 32.n.1. & Rotæ decis.281.n.4. in collect. nouiss.* Intellige procedere extante sola assertione viri & mulieris, nam stabitur tunc viro iuranti non autẽ mulieri vt tex. habet; si vero per alias probationes mulier intentionem suam, & assertionem probaret, tunc magis stabitur mulieri, quam viro quamuis iurato, cum tex. hic, & similes locũ habeant cum mulier non probat contrarium, ita Tiraq. *de retract.tit.1.§.4.gl.1.n.1.* Mascard. *d.concl. 312.n.25.& concl.1410.n.15.*

3 Vtrum autem standum sit iuramento viri dicentis se copulam habuisse cum impubere, quæstio est non contemnenda, in qua verior tenet opinio non sat esse id iuramentum, quia tex. in præsenti *in vers. si autem,* diuersificari debet à præcedentibus in facto, & in Iure, ob particulam illam aduersatiuam, autem, iuxta tex. & DD. per me citatos *de distinct. & claus. dict.37.* & ideo debet intelligi dum ibi dicitur puellam pubertati proximam à viro cognitam non esse ab eo separandã quando ea copula sufficienter probatur; quando autem paulo ante ibi dicitur standum iuramento viri in hac copula, intelligitur quando fœmina pubes est. ita Alex. de Neuo in præsenti *n. 32.* Sãch. *de Matrim.lib.7.disp.104.n.33.* quicquid Abb. *hic n.7.* Butr. *n.10.* & Præp. *n.3.* resoluant standum tali iuramento, ac iudicari Matrimoniũ si puella proxima fuerit pubertati, vt in vndecimo anno, vel circa duodecimum.

4 *In decretis.* In Concil. apud Compend. *c.20.* vt est apud Burchard. *lib.9.Decret.cap.42.* & Iuon. *p.8.cap.280.*

5 *Aetati proxima, &c.* Intellige de vndecimo exacto, & non de plene perfecto, & verba alia, ibi, vel circa duodecimum, intellige de semestri ante finem duodecimi Menoch. *de arbitr. casu 57. n. 34.*

6 In glos. [Proxima,] ibi (*potest dici quod cum distat à pubertate per sex menses.*) Hæc glossa dicit pubertati proximum dici eum, qui ab ea per sex menses distat, sequuntur hic Innoc. *n.2.* Anch. *n.4.* Zabarel. *n.3. & 6.* Alex. de Neuo *n.23.in fine,* & Abb. *n. 9.* vbi refert valde notandum ad statuta loquentia de proximo alicui ætati, vt talis dicatur quando ab illa sex mensibus, aut minori spatio distat. Verior tamen est illorum opinio, qui totum reliquerunt iudicis arbitrio, ex quorum numero sunt Couar. *de sponsalib. p.2.c.5.n.5. & in Clem. si furiosus p.3. in initio n.5.* Duenh. *reg.259. limit.3.* Mich.Grass. *tom.1.comm.opin.lib. 2.tit.4.n. 24.pag.339.* Gutier. *in auth. Sacramenta puberum n.4.C.si aduersus vendit.* Menoch. *de arbitr.casu 57. n.21.* Surd. *consil.364.n.32.* Farin. *in praxi. crim.p.3. q.92.n.12.& p.4.decis.72.n.3. & in collect.1.decis. Rotæ nouiss. decis.246.n.4.* Ceuall. *commun.q.291.* Sanch. *de Matrim.lib.7.disp.104.n.40.* Valer.Reginald. *in praxi fori pœnitent.lib.31.n.172.& seq.* vbi etiam tenet pubertati proximum posse dici illũ, qui habet discretionẽ ad coniugalem consensum intelligendum, & potentiam ad carnalem copulam, quæ quidem potentia, ac proximitas ad pubertatem cognosci potest tribus modis. Primus est quando inter personas Matrimonio coniunctas intercedit copula carnalis. Secundus quando quis ante pubertatem habet copulam cum quacunque persona. Tertius ex signis corporis, de quibus omnibus plenè Sanch. *d.disp.104.n.24. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Impuberes duo si sponsalia contrahant neuter potest ante pubertatem resilire, pubes tamen factus potest quilibet.*
3 *Impubes sponsalia contrahens si factus pubes non reclamauerit ea ratificare censetur.*
4 *Sponsalia inualida dissolui possunt absque Iudicis auctoritate vbi adest certitudo causa, & facti.*
5 *Pubes cum impubere contrahens nunquam resilire potest nisi impubes cum pubes factus fuerit reclamauerit.*
6 *Pubes prius factus potest statim resilire, nec tenetur pubertatem alterius expectare quando sponsalia à principio ambobus impuberibus contracta fuerunt.*
7 *Sponsalia impuberum ita firmantur iuramento, vt neutri liceat pubertatem adepto resilire.*
8 *Iuramentum quando in sponsalibus non interuenit, an sint inuiti compellendi, remissiuè.*
9 *Approbatum semel non potest reprobari.*

Cap. De illis. VII.

1 Super hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocentius Collectar. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anch. Panorm. Præpos. Mari. Socin. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantys vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.1. & 2.* Viuian. *in rationali lib.4. Iuris Pontif. pag.27.* Alagona

gona *in compendio Iuris Canonici pag.569.* refertur ab Auton. Auguſt. *collect.1. Decretal. lib.4. tit.2. cap.9.* & eſt poſt Concil Lateran. *par.26. cap.26.*

2 Probat hic tex. quod ſi duo impuberes ſponſalia contraham, neuter poteſt ante pubertatem reſilire, pubes tamen factus poteſt quilibet, ita Cou. *de ſponſalib. p.1. cap.5. §.1. n.1.* Greg. *l.7. verbo excuſacion tit.1. p.4.* Veg. *lib.6. ſumma cap.105.* Viuald. *in candelabro aureo p.1. de ſponſalib. cap.5. n.44.* Barthol. à Ledeſma *dub.11. de Matrim. poſt concl.4.* Nau. *conſ.2. nu.2. ſub hoc tit. in antiq. & conſ.1. in nouis,* Gutier. *canonic. lib.1. cap.18. n.10.* Petr. de Ledeſma *de Matrim. q.43. art.3. caſu 10.* Matienſ. *in rub. tit.1. gloſ.1. n.51. lib.5. nona recop.* Henriq. *in ſum. lib.11. cap.13. n.5.* Sanch. *de Matrim. lib.1. diſp.51. n.6.* Gutier. *eod. tract. cap.29. à princip.* etiam reſoluentes tex. in præſenti eſſe intelligendum de impuberum ſponſalibus.

3 *Cum ad annos illos peruenerit, reclamauerit.* Si vero non reclamauerit, quãuis expreſſe ſponſalia non ratificet, indiſſolubilia manebunt, quia eo ipſo quod non reclamat videtur in ea priori volũtate perſiſtere; ita poſt Hoſt. tenet Sanch. *d. diſput.51. n.15.* vbi *n.16.* reſoluit diſſoluta manere ſponſalia ſi impubes ante pubertatẽ reſiliat ab eis, & poſtea non mutet eum diſſenſum, nec amplius recordetur poſt pubertatem, & *n.14.* tenet illo caſu poſſe impuberem factum puberem à ſponſalibus reſilire, ſi ſtatim pubertate adepta reſiliat, & intelligit illud ſtatim triduo ante, vel poſt pubertatẽ.

4 *Iudicio Eccleſiæ poterunt inuicem ſeparari.* Ergo ſponſalia inualida non propria, ſed iudicis auctoritate ſunt diſſoluẽda, vt per Innoc. *hic n. vnic.* Sed verius eſt vbi adeſt certitudo cauſæ, & facti nullam deſiderari Iudicis auctoritatem, vt tenent Nau. *in man. cap.22. n.28* Greg. *l.8. verbo mas em todas tit.1. p.4.* Fr. Emman. *in ſum. cap.245. n.11. tom.1.* Camerot. *cap.2. de Matrim. ad fin.* Emman. Sa *verbo ſponſalia 12.* Aegid. *de Sacram. & cenſur. to.2. diſp.23. dub.8.* Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib.31. n.268.* Gutier. de *Matrim. cap.35. n.4.* Bonacin. *eod. tract. q.1. puncto 10. n.5. cum ſeqq.* Sanch. *d. lib.1. diſp.69. à princ.* vbi *n.11.* reſpondet tex. in præſenti nolle eſſe neceſſarium Eccleſiæ iudicium, ſed tantùm iubere vt Eccleſiaſticus Iudex, ſi corã ipſo impubes adepta pubertate reclamauerit, cũ ſeparet.

5 *Mulier autem, &c.* Notatur ad hoc quod pubes cũ impubere contrahens nunquam reſilire poteſt, niſi impubes cum pubes factus fuerit modo ſupra relato reclamauerit, vt per omnes in præſenti, Henriq. *d. cap.13. n.5. & cap.14. n.7.* Nau. *conſ.2. aliàs 1. in nouis ſub hoc tit.* vbi etiã reſoluit non poſſe puberem etiam de conſenſu impuberis reſilire, quia ob fragilem ætatem impubes cõſenſu ſufficienti ad ſponſalium diſſolutionem caret, ſequitur Sanch. *d. diſp.51. n.10.* Gutier. *de Matrim. cap.29. n.8.* Valeri. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.31. num.261. verſ.6. in fine.*

6 In gloſ. [Minoris.] Quicquid hæc gloſſa inuoluat tu dic prius puberẽ factum poſſe ſtatim reſilire, nec teneri pubertatem alterius expectare, nã tex. hic *in verſ. Si vero,* loquitur quãdo is, qui tpe ſpõſaliũ erat impubes factus pubes reclamat; at vero *in verſ. mulier* qñ ſponſaliũ tẽpore pubes erat, & reclamat altero impubere exiſtẽte; ita in præſenti Hoſt. *ſuper verb. negauerit,* Io. Andr. *n.4.* Anch. *n.2.* Abb *n.5.* Alex. de Neuo *n.15. & 16.* & alij, quos refert & ſequitur Sanch. *d. diſp.51. n.9.*

7 In gloſ. [Iudicio.] Notatur ad hoc quod ſponſalia impuberũ ita firmantur iuramento, vt neutri liceat pubertatem adepto reſilire, ſequuntur hic Io. And. *n.4.* Anch. *n.4.* Abb. *n.6.* Præp. *n.1.* Ale. de Neuo *n.13.* Cou. *de ſponſalib. p.1. c.5. §.1. n.3. & in c. quamuis pactũ p.3. §.1. n.3.* Henriq. *lib.11. c.14. n.7.* & alij, quos refert & ſequitur Sanch. *d. diſp.51. n.22.* vbi *n.23.* aſſerit iuramentum hoc vt firmet ſponſalia præſtandum eſſe ab impuberibus doli capacibus. Gutier. *d. cap.29. n.12.*

8 In ead. gloſ. ibi *(ſi vero iuramentum non interuenerit in ſponſalibus non ſunt inuiti compellendi.)* Cõtra hanc gloſ. inſurgit Perez *l.1. gloſ.1. col.6. verſ. ex his infertur, tit.1. lib.5. Ordinam pag.3.*

9 In gloſ. [Semel.] ibi *(arg. quod ſemel probatum eſt amplius non poſſum reprobare.)* Vide Tho. de Thomaſſetis *in floribus legum reg.37.* Surd. *conſ.18. n.2. & conſ.351. n.41. & deciſ.132. n.4.* Sanch. *de Matrim. lib.9. diſp.6. n.9.* Mari. Antonin. *vari. lib.2. reſolut.30. n.25.*

10 In ead. gloſ. ibi *(item arg. quod contractus claudicat.)* Vide Perez *l.2. glo.1. pag.184. in fin. tit.7. lib.5. Ordinam.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Ante pubertatem non licet reſilire à ſponſalibus præſumptis.*
3 *Sponſalia de futuro per copulam ſubſecutam tranſeunt in Matrimonium:*
4 *Niſus ad copulam facit præſumere potentiã ad illã.*
5 *Impuberem poſſe procreare, & generare poſſibile, & contingibile eſt.*

Cap. A nobis. VIII.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Io. And. Hoſt. Henr. Butr. Anch. Panor. Præp. Mari. Socin. Alex. de Neuo, Ximen. Tolet *in concord. vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ p.2.* Viu. *in rationali lib.4. Iuris Pontif. pag.28.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.570.* refertur ab Anto. Auguſt. *collect.1. Decretal. lib.4. tit.2. c.10.*

2 Collige ex hoc tex. quod ſicut à ſponſalibus veris non licet reſilire ante pubertatẽ, ita neque à præſumptis, quæ reſultant ex Matrimonio per verba de præſenti ab impuberibus contracto, vt per Cou. *de ſponſal. p.1. c.5. §.1. n.1.* Ant. Cuch. *lib.5. inſtit. mai. tit.10. n.80.* Sanch. *de Matrimon. lib.1. diſp.51. n.7.* Gutier. *eod. tract. cap.29. n.13.*

3 *Nisi carnalis commixtio, &c.*

Notatur ad hoc quod sponsalia de futuro per copulam subsequutam transeunt in Matrimoniũ de quo plures citaui Doctores *ad cap. 11, qui fidẽ 30. sup. de sponsal.* Et Matrimoniũ sustineri si proximus pubertati attẽtauerit copulã tenet Surd. *cons. 364. n. 3.* nam nisus ad copulam facit præsumere potentiam ad illam Cou. *de sponsal. p. 1. cap. 4. §. 1. n. 20.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 1. n. 53.* 4 Sanch. *lib. 7. disp. 104. n. 26.* Verba tamen textus non verificantur in omni defloratione, sed in ea, quæ interuenit cum his, qui à natura habiles sunt ad generandum, vel ad concipiendum Farin. *Rota decis. 246. à n. 11. in 1. collect. nouiss.*

5 *Cum interdum illa, &c.* Est enim possibile, & contingibile impuberem posse procreare, & generare, vt per Ferr. *in constit. Cathaloniæ glos. 1. n. 12.* & de pluribus generantibus in nono, decimo, & vndecimo anno mentionem feci *ad cap. puberes 3. n. 4. sup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Matrimonium contractum ante legitimam ætatem validum est si malitia suppleat ætatem.*
3 *Sponsalia ante septennium valide contrahuntur malitia supplente ætatem.*
4 *Potentia generandi ante pubertatem quomodo probetur, & ex quibus dignoscatur, ostenditur.*
5 *Malitia quando dicatur supplere ætatem ostenditur.*

ij. Cap. De illis. IX.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Boich. Butr. Anchar. Panorm. Præpos. Petr. Greg. Alex. de Neuo, Casal. *in annot.* Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag. 28.* Alagona *in cõpendio Iuris Canonici pag. 570.* refertur ab Anton. August. *collect. 2. Decretal. lib. 4. tit. 2. cap. 12.* & est post Concil. Lateranẽ *par. 50. cap. 41. vers. de illis vero.*
2 Probat hic tex. validum esse Matrimonium contractum ante ætatem legitimam si malitia suppleat ætatem, vt per Cou. *de sponsalib. p. 2. cap. 5. n. 3.* Tiraq. *in l. 6. connub. glos. 1. p. 6. n. 38. & in præfat. primog. n. 181.* Costa *in cap. si pater p. 1. verbo impuberes n. 8. & seq. de testam. lib. 6.* Greg. *l. 6. verbo la sabedoria tit. 1. part. 4.* Henriq. *in sum. lib. 12. cap. 7. n. 2.* Cened. *ad Decretal. collect. 18. n. 2.* Cald. Pereira *in l. si curatorem verbo vel aduersarij dolo n. 55.* Surd. *cons. 364. n. 1.* Valeri. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 31. n. 172.* Sic etiam malitia supplente ætatẽ valide contrahuntur sponsalia ante septennium Viual. *in candelabro aureo p. 1. tit. de sponsalib. n. 14.* Petr. de Ledesma *de Matrim. q. 43. art. 2. dub. 2.* Perez *l. 1. vers. secunda opinio, tit. 1. lib. 5. Ordin.* Henriq. *lib. 11. cap. 13. n. 9.* Sanch. *de Matrim. lib. 1. disp. 19. n. 9.* & alios citaui *ad cap. 3. n. 9. sup. de sponsalib.*

4 *Quod potuerunt copula carnali coniungi.* Idest si de facto se coniunxerint vt interpretatur Host. hic, vnde potẽtiam generandi ante pubertatẽ nullatenus probari posse nisi per actualem copulam, & dum de hac non constiterit minimè posse dici malitiam supplere ætatem ad Matrimonium petitam resoluũt Tancred. & Host. *in cap. puberes sup. hoc tit.* vbi etiam Henric. *n. 3.* D. Antonin. *p. 3. tit. 1. cap. 19. in princ. col. 3. immediate ante vers. & quia secundum.* Sed verius est posse potentiam ad copulã ex signis probari, quamuis copula nondum habita sit, quia tex. in pręsenti ponderat propinquitatem pubertati, ac coeundi potentiam vt impuberis Matrimonium valeat, sentit ergo potentiam non ex sola copula probari, sed ex alijs quoque signis, nam aliàs non potentiam, sed potius copulam ipsam ponderaret; ita hic Innoc. & Ioan. And. *n. 3.* Abb. *n. 4.* Præp. *n. 1.* & Alex. de Neuo *n. 8.* Cou. *d. cap. 5. n. 3.* Per. *l. 2. verbo de quatorze tit. 15. lib. 8. Ordin.* Menoc. *de arbitr. casu 58. n. 8.* Surd. *cons. 364. n. 1. in fine* Sanch. *d. disp. 104. n. 28.* Basil. Ponci. *de impedimentis Matrim. cap. 32. §. 5. vers. sed quæres,* vbi etiam dicit signa arbitrio Iudicis cum medicorum consilio relinquenda, qui loquentur inspecta ætate, qualitate corporis, educatione, soli & cœli natura, feminis etiam effusione, si aliquando id continget, alias etiam cõiecturas adducit Sanch. *vbi proxime n. 29.* vbi dicit quod Iudex arbitrabitur inspecta personæ qualitate, membrorum dispositione, ac valetudine bona.

5 *Cum in eis ætatem suppleuisse malitia videatur.* Quando scilicet possunt copula carnali coniungi, vnde nomine malitiæ intelligi solam generandi potentiam, atque ita in quacunque ætate hæc adsit posse valide iniri Matrimonium resoluunt Canonistę nostri *in d. cap. puberes 3. hoc tit.* Brunel *de sponsal. concl. 28. decl. 3. n. 9.* Perez *l. 1. vers. rursus non obstat, tit. 1. lib. 5. Ordin. pag. 3.* Sed multò probabilius est nomine malitiæ supplentis ætatẽ ad Matrimonium petitam comprehendi potentiam ad copulam, ac prudentiam, & discretionẽ ad intelligendam consensus coniugalis vim, vt per Abb. *hic n. 4.* & Alex. de Neuo *n. 7.* Cou. *d. cap. 5. n. 3.* Siluest. Tabien. Sot. Henriq. & alios, quos refert, & sequitur Sanch. *d. disp. 104. n. 21.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Nisus ad copulam facit præsumere potentiam ad illam.*
3 *Confessioni coniugis aduersus se ipsam quare in hoc tex. statur.*
4 *Confessioni coniugis contendentis Matrimonium esse contractum in præiudicium sui ipsius statur.*

Cap. Atteſtationes. X.
Vrban. iij.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb.antiq.Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hoſt. Henric. Butr. Anch. Panorm. Præpoſ. Petr. Greg. Alex. de Neuo, Ximen. Tolet. *in concord. vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ p. 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag. 29.* Alagona *in compend. Iuris Canonici pag. 570.* refertur ab Antonio Auguſt. *collect. 1. Decret.lib. 4.tit.2. cap. 13.*

2 *Et licet niſus fuiſſet.* Quia niſus ad copulam facit præſumere potentiam ad illam vt per Cou. *de ſponſalib.p.2.cap.4.§.1.n.20.*Menoch.*de præſumpt. lib.3.præſ.2.n.52.*Corraſ.*lib.3.miſcelan.cap.4.n.6.* Henriq.*in ſum.lib.11.cap.13.n.11.* Sanch. *de Matrim.lib.7.diſp.104.n.26.*Baſil.Ponci *de impedimentis Matrim.cap.32.§.5.verſ. ſed quæret.*

3 *Mulier tamen credit ſe virginem euaſiſſe.* Ideo hic confeſsioni coniugis aduerſus ſe ipſam ſtatur, quia confitetur ea, quæ Ius ipſum niſi contrarium probatio oſtenderit, præſumit: confeſſa mulier fuit virum nō dum puberem virginitatis tentaſſe clauſtrum perfringere: præſumit Ius hunc adhuc impuberem impotentem, nec copulæ aptum,aut coniunctioni muliebri,etſi ſecus ſi malitia (vt gloſ. ait) ætatem ſuppleret, item cum confeſſa hic mulier fuiſſet ſe virginem euaſiſſe facile præſumitur, cum qualitas hæc ſit à natura indita,Abb.Zabar.& alij in *cap.1.de adulter.* Aym.*conſ.166.n.5.*Maſcard.*concl.* 1410. *à n.1.*Menoch.*lib.6. præſ. 89. à princ.*

4 In gloſ.[Euaſiſſe.] Nota ſtari confeſsioni coniugis contendentis Matrimonium eſſe contractū & valuiſſe in præiudicium ſui ipſius,ac proinde ſufficere etiam confeſsionem alterius coniugis pro Matrimonio ſtantis abſque fama, ſequitur Cou.*de ſponſ.p.2.cap.4.§.1.n.4.* niſi,inquit, ſit aliqua colluſionis præſumptio:propter quod colluſionis periculum relinquitur iudicis arbitrio an talis confeſsio vtriuſque coniugis pro Matrimonio ſtantis ſufficiens ſit,ita Menochius *de arbitr. caſu* 103.*n.9.*Maſcard.*de probat.concl.*1035.*n.31.* Sanch.*de Matrim.lib.2.diſp.45.n.35.* quicquid in re tam ardua huiuſmodi confeſsionem non ſufficere aſſerant multi,quos refert & ſequitur Menoch.*de præſump.lib.3.præſ.1.n.9.cum ſeqq.& conſ. 15.n. 3.* & diſtinguat Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.1.comp.15.n.39.*

5 In gloſ.[Circa]ibi*(forte per ſex menſes.)* Notatur ad hoc quod pubertati proximus dicitur is, qui per ſex menſes à pubertate diſtat, vide tamē pro veritate quæ dixi *ad cap.3.n.vlt.ſup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Metus reuerentialis niſi minæ aut verbera illi adiungantur, non cadit in virum conſtantem.*
3 *Metus reuerentialis datur in omni illo,qui Iure aliquo ſubiectionis alieni ſubeſt.*
4 *Sponſalia metu graui contracta non firmantur iuramento.*
5 *Metus illatus poſt ſponſalia inita eſt iuſta cauſa illa diſſoluendi.*

Cap. Ex litteris. XI.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hoſtien. Ancharan. Butr. Henric. Boich, Panorm. Præpoſ. Marian. Socin. Petr. Gregor. Alexand. de Neuo, Ximen.Toletan.*in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ p. 1. & 2.* Viuia.*in rationali lib.4. Iuris Pontific.pag.29.*Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.570.*refertur ab Anton.Auguſt. *collect.1. Decretal. lib.4. titul.2. cap. 14.*

2 *Vbi nolens & inuita minis parentum impulſa, &c.* Ergo ſolus metus reuerentialis, niſi minæ, aut verbera, aut alius metus grauis illi adiungātur,non cadit in virum conſtantem, ac proinde nec anullat Matrimonium, nec alios cōtractus reſcindit,ita Couar.*de ſponſ.p.2.c.3.§.6.n.7.& Hippol ſing.347.incip. Matrimonium,& cōſ. 124.n.16.*Gomez.*t.2. variar.cap.14.n.27.* Soar. *alleg.24.n.5.*Gutier.*in authen. Sacramenta puberū n.94.C.ſi aduerſus vendit.& conſil.16.n.16. & de iuram.confirmat.p.1.cap.1.n.15.* Greg.*l.10. verbo todo tit.1.part.4.*Molina *de primog.lib.2.cap.3.n.9.* Gama *Luſitanæ deciſ.250.n.4.& deciſ. 262. n 1.* Azeued.*l.9.n.28 tit.1. lib.5.nouæ recopil.*Flam. *de reſig.beneficior.lib.13.q.1.n.172.& ſeq.* Matienſo *l. 11. gloſ.3.n.2.tit.1.lib.5.nouæ recopil.*Io.Garzia *de nobilitate gloſ.17.n.11.& 19.*Henriq.*in ſumma lib. 11.cap.9.n.5.*D.Barboſa *in l.2.§.fin. n.7.ff. ſoluto Matrim.*plures DD.refert Sanch. *de Matrim.lib. 4. diſp. 6. n.7.* quibus adde Cald. Pereira *in l. ſi curatorem verbo læſis n. 40.* & *de renouat. emphyteuſis q.16.n.59.* Ceual. *comm. contra communes quæſt. 727.n.21.cum ſeqq.*Caſtil. *quotidianarum q. lib. 3. cap.1.n.147.*Mendez à Caſtro *in praxi Luſitan. lib. 3.cap.22.n.25. prope finem*, Rebell. *de oblig. Iuſtitiæ.p.2. lib.1.q.5.à n.10.* Valer. Regin. *in praxi fori*
3 *pœnitent.lib. 31.n.83.cum ſeqq.*vbi *n.85.* dicit metum reuerentialem dari in omni illo,qui iure aliquo ſubiectionis ſubeſt alicui, vt in clerico reſpectu Epiſcopi,in laico reſpectu Magiſtratus, in filio vel filia reſpectu patris,aut matris (quando hæc perinde ac ille auſtera fuerit, & ſolita minas exequi) aut aliorum aſcendentium; item in fratre vel ſorore reſpectu fratris maioris,ſi cū hoc habitet, ab eoque gubernetur: itemque in minore annis reſpectu ſui curatoris: ac demum in nepote, aut nepte reſpectu patrui,vel auunculi cum quo habitat, & à quo gubernatur.

Iura-

4 *Iurata fuit.* Notatur ad hoc quod spōsalia metu graui cōtracta non firmantur iuramēto, nec ratione illius obligant, aut relaxatione indigent, vt per Fr. Emman. *in summa tom. 1. cap. 231. concl. 4. n. 4. & cap. 244. concl. 4. n. 4.* Sanch. *d. lib. 4. disput. 21. n. 3.* quamuis *n. 2.* asserat esse probabilem contrariam sententiā tenentem ad iuramentum obligare, indigereq. relaxatione, & pro ea citet S. Bonau. Siluest. Henriq. Petrum à Ledesma, & alios.

5 *Tempore procedente, &c.* Ex his verbis colligit Alex. de Neuo in præsenti *n. 5. & 6.* metum illatum post sponsalia inita esse iustam illa dissoluendi causam siue ab impuberibus, siue à puberibus contracta sint; sed illū reprobat Sāch. *d. lib. 4. disp. 19. n. 3.* ex ea ratione quia si sponsalia semel valida fuerunt, coactio subsequens circa Matrimoniū, cum minime ipsa inficiat, solum Matrimonium ipsum irritabit manentibus illęsis sponsalibus; eo vel maxime quia puer ille, cui sponsalium obligatio acquisita erat, in nulla metus culpa fuit, parentes quippe puellæ illi metū incusserunt.

6 *Nec ad eandem carnaliter accessum habuit.* Ergo Matrimoniū coactum ratificatur per copulam subsecutam, de cuius cōclusionis veritate iam dixi.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Copulam afferenti fauore Matrimonij creditur.*
3 *Resilienti absque causa manifesta à sponsalibus non requisito Ecclesiæ iudicio imponitur pœnitentia.*

Cap. Duo pueri. XII. *Clem. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collectar. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anch. Panor. Præpos. Mar. Socin. Pet. Gregor. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag. 30.* Alagona *in cōpendio Iuris Canonici pag. 570* refertur ab Anton. August. *collect. 2. Decretal. lib. 4. tit. 2. cap. vnico.*

2 *Dicat se non cognouisse prius, &c.* Colligunt omnes in præsenti ex hoc tex. credi viro asserēti copulam Matrimonij fauore, quod copula firmabatur; secus fore si nō ad Matrimonij valorem, sed ad probandum delictum ageretur, hi tum Io. Andr. *in præsenti prope finem* Host. *super verbo non cognouisse,* Butr. *n. 14.* Abb. *n. 6.* Alex. de Neuo *n. 12.* quos refert Sanch. *de Matrim. lib. 2. disp. 21. n. 7.*

3 *Iudicio Ecclesiæ non requisito.* Obstant quæ supra dixi *ad cap. de illis 6. verba sua, vndec. &c.* Sed respondeo ideo in hoc tex. summū Pontif. imponendam iubere competentem pœnitentiam cuidam, qui pro sua opinione iudicio Ecclesiæ nō requisito à sponsalibus resiluit, quia agebatur de resiliente absque causa manifesta, & clara, tūm quoad veritatem, tū quoad institiā, ita Ludou. Beia *respons. casuum conscientiæ p. 1. casu 13. vers. nec obstat, pag. mihi 194.* Vel si magis placet dic cum Sanch. *d. lib. 1. disp. 69. n. 11.* tex. hunc loqui de Matrimonio de præsenti, à quo alter coniux absque iusta causa recesserat.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Sponsalia inita contra Pontificis interdictum cum decreto irritante sunt inualida.*
3 *Multa fieri prohibentur, quæ facta tenent.*
4 *Dictio, omnino, illicta verbo carere importat ipso iure.*
5 *Matrimonium aduersus Pontificiam prohibitionem initum quando sit inualidum, ostenditur.*

Cap. Ad dissoluendum. XIII. *Innoc. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Præpos. Casal. *in annot.* Petr. Greg. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag. 30.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 571.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 4. tit. 2. cap. 1.*

2 *Quod si contra interdictum nostrum, &c.* Notatur ad hoc quod sponsalia inita contra Pontificis interdictum cum decreto irritanti quamuis generali, nec sponsalium mentionem facienti, sunt inualida, vt per Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 2. n. 9.* vbi *n. 10.* resoluit per *cap. 2. de Matrimon. contracto contra interd. Eccles.* Matrimonium aduersus simplicem probationem Pontificiam initū, nimirum absque decreto irritanti esse validum,
3 ex ea ratione quia multa prohibentur fieri, quæ facta tenent, de quo principio vide Scobar *de ratiocin. cap. 6. n. 38.* Anton. Monachum *Bononiens. decis. 19. n. 22.*

4 *Omnino carere.* Idest ipso iure, ex traditis per Tiraq. *in l. si vnquā C. de reuoc. dona. n. 164. verbo reuertatur.* Vnde si constitutio dicat hæreticum, vel emphiteutam cadere omnino à beneficijs, vel ab emphiteusi intelligitur ipso iure, sine ministerio, seu facto hominis, & sine sententia priuationis, vt per Rebuff. *in comment. ad l. pecuniæ 178. vers. 2. ff. de verb. sig.* Rebell. *de oblig. iustitiæ p. 1. lib. 1. q. 6. n. 44.* Bernardin. Muscatel. *de modo fideiubendi p. 1. modo 14. n. 12.* Cened. *practicarum quæst. sing. 24. num. 6.*

In glos. [Irritū] ibi (*sed quid si contraherent Ma-*

tr-

trimonium contra interdictum &c.) Notatur ad hoc quod Matrimonium aduersus Pontificiam prohibitionem initum non est inualidum, nisi aliud subsit impedimentum dirimens, & manifestè loquitur quando est interdictum cum decreto irritanti: nam præmiserat cæteros contractus initos aduersus Pontificis decretum irritans esse inualidos, secus eo decreto irritante minime adiecto prohibitioni: & immediatè quærit quid in Matrimonio aduersus Papæ interdictū celebrato & respondet tanquam quid speciale esse validum, & ita hanc gl. intelligunt Abb. hic *n. 9. &* Zabarel. *etiam n. 9.* quos refert Sanch. *d. disput. 2. n. 3.* vbi *n. 9.* cum Alex. de Neuo *hic n. 21.* constituit discrimen inter sponsalia, & Matrimonium, aduersus huiusmodi prohibitionē cōtracta vt illa irrita sint, hoc autē minime, nisi addatur clausula specificam mentionem Matrimonij irritationis faciens, quia Matrimonium cum sit res adeo ardua, & grauissimum negotium, illud irritare specificam clausulam poscit, ad sponsalia vero irritanda non desideratur ea clausula specifica, sed satis est generalis cum ea irritare non sit res tanti momenti.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Dicito, circiter, modicum tempus significat.*
3 *Matrimonium fœminæ cui modicum tempus ad duodecimum annum completum deficit, est inualidum, nisi malitia suppleat ætatem.*
4 *Sponsalia annuli subarrhatione in Matrimonium transeunt.*
5 *Matrimonium inter impuberes contractum vt validum sit non satis est vt malitia suppleat ætatem, sed vltra requiritur discretio, & prudentia requisita ad coniugalem consensum.*
6 *Matrimonium per subarrhationem contrahitur.*
7 *Annuli traditio signum sponsionis est, & secuti Matrimonij.*
8 *Matrimonium contractum inter impuberes obligat vt sponsalia.*

Cap. Tuæ nobis. XIV. & fin.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Ancharan. Butr. Panorm. Præpos. Marian. Socin. Alexand. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag. 31.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 371.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 4. tit. 2. cap. 2.*

2 *Circiter duodecim annos.* Hęc dictio modicum tempus significat, vide Rebuff. *in comment. ad l. cæterorum 160. vers. communiter ff. de verb. signif.* Menoch. *de arbitrar. casu 46. à n. 3. & casu 57. n. 30.* Mascar. *de prob. concl. 1215. n. 13.* Cened. *practic. quæstionum sing. 8. n. 4.* & ideo non valere

3 Matrimonium fœminæ, cui modicum tempus ad duodecimum annum completum deficit, nisi malitia ætatē suppleat, tenet Sāch. *de Matrim. lib. 7. disp. 104. n. 1.* vbi *n. 2.* tenet satis esse si vltima dies anni duodecimi in fœmina, & 14. in viro sit incœpta, & n. 4. resoluit in dubio nec marem nec fœminam præsumi generationi aptos ante dictam pubertatis ætatem completam, de quo etiam Sutd. *cons. 364. n. 33.*

4 *Desponsauit, qui subharrauit etc.* Per hunc tex. docuerunt hic Butr. & Præpos. sponsalia re & verbis de futuro annuli subarrhatione, in Matrimonium transire, & verbum, desponsauit, intelligunt de præsenti Cou. *d. 5. 2. loco citando, n. 2.* & Menoch. *lib. 3. præs. 1. n. 62.* qui quidem intellectus vim litteræ infert, quia desponsare tēpus futurum respicit, & sponsalia ea propria dicuntur, quæ nuptias futuras respiciunt, & à verborum propietate in dubio recedendum non est *l. non aliter ff. de legat. 3.* tum quia si ea verba de præsenti intelligenda forent nullam tex dubitationem contineret, quare hoc cogitandum relinquo.

5 *Vtrùm ne prudentia, &c.* Notatur ad hoc quod ad Matrimonium impuberum non satis est vt malitia suppleat ætatem, id est vt potentia generatiua reperiatur, sed vltra requiritur discretio, & prudentia requisita ad coniugalem consensum, ita Sanch. *de Matrimon. lib. 1. disp. 16. num. 13.* & alij citati ad cap. *de illis 9. n. vlt. sup. hoc tit.*

6 In glos. [Subarrhata] ibi *(& ita collige quod per subbarrationē contrahitur Matrimonium &c.)* Vide Couar. *de spons. p. 1. cap. 4. §. 2. n. 2.* Menoch. *de præs. lib. 3. præsum. 1. n. 62.* Annuli enim traditio signum sponsionis est, & secuti Matrimonij, Menoch. *d. lib. 3. præsump. 2. n. 1. cum seqq.* Mascard. *de prob. concl. 1020. à n. 1.* Fran. Molin. *de ritu nup. lib. 1. comparat. 11. n. 15.*

8 In ead. glos. ibi *(quod si minor in contrahendo vtatur verbis pertinentibus ad Matrimonium contrahendum, contrahit sponsalia)* Notatur ad hoc quod Matrimonium contractū inter impuberes obligat vt sponsalia vide Viuald. *in candelabro aureo tit. de spons. p. 1. cap. 3. n. 20.* Fr. Eman. *in summa tom. 1. cap. 220. n. 2.* Perez. *l. 1. vers. dubitatur tit. 1. lib. 5. Ordin. pag. 7.* Spin. *in speculo testam. glos. 15. princ. n. 78.* Henriq. *in sum. lib. 11 cap. 13. n. 2. & cap. 5. n. 4.* Sanch. *de Matrim. lib. 1. disp. 21. n. 2.* Vtrum autem Matrimonium contractum absque præsentia Parochi seu alterius Sacerdotis de ipsius Parochi, seu Ordinarij licētia, & duobus vel tribus testibus iuxta formam Conc. Trid. in vim sponsaliorū resoluatur vide quæ diximus *in tract. de officio, & potestate Episcopi p. 2. alleg. 33. n. 143. cum seqq.*

trimonium contractum metu cadente in constantem virum ad illum finem iniustè incusso esse, nullum in vtroque foro, ad quod citaui supra plures Doctores.

3 Notatur etiam ad hoc quod Matrimonium metu cadente in constantem virum contractum Iure positiuo irritatur, vt per Nauar. *in man. cap. 22. n. 50.* Henriq *in summa lib. 11. cap. 9. n. 1. & 3.* plures, quos refert & sequitur Sanch. *d. lib. 4. disp. 14. n. 2. vers. tandem,* quibus adde Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 1. cap. 11. q. 6. Sayr. in clau. regia lib. 2. cap. 2. n. 11.* Valer. Reginal. *in praxi fori poenitent. lib. 31. n. 75.* Et licet hæc opinio verior sit, contraria tamen, quæ ait metum cadentem in constantem virum irritare Matrimoniũ Iure Diuino, & naturali probabilitate non caret, eâq. sequuntur Couar *de sponf p 2. cap. 3. §. 5. n. 6.* Matien. *ad rub. tit. 1. glos. 1. n. 189. lib. 5. nona recop.* Molina *de iustitia tract. 2. disp. 326. in solutione ad secundum* Barbosa *in rub. ff. soluto Matrim. p. 4. n. 30.* Paul. Comitol. *responsor. moralium lib. 1. q. 122.* Basil. Ponc. *de impediment. Matrimonij q. 29. §. 13.*

4 *Nec ad eandem carnaliter accessum habuit.* Ergo Matrimonium coactũ ratificatur per copulã subsecutam metu graui extortam, vt tenent Paludan. Gabr. Sot. Angl. Vega, & alij citati à Sanch. *d. lib. 4. disput. 18. n. 13.* Verum multò probabilior est sententia cõtraria, quæ ait nullo modo esse Matrimonium quando aliquis metu graui cogitur contrahere & consumare, ita Abb. *hic in fine* Præp. *n. 2.* & Alex. de Neuo *n. 10.* Nauar. *in man. cap. 22. n. 51. ad fin.* Petr. de Ledes. *de Matrimonio q. 47. art. 3. dub. penul.* Menoch. *de præsump. lib. 3. præsump. 4. n. 31. cum sequentibus,* Henriq. *d. cap. 9. n. 7.* Sanch. *d. disput. 18. n. 15.* vbi ait tex. in præsenti, & similes tantummodo probare Matrimonium coactum per copulam voluntariam ratificari.

5 *Qui potuit cadere in constantem virum.* Aduerte hæc verba magis prouerbij loco pro eo metu, qui non leuis, & vanus est, accipiẽda esse quàm vt verbis inhærendũ sit: vnde sufficiet metus, qui cadat in fœmina constante, quare pensandum est ad annullandũ Matrimonium, aut alios contractus à fœmina metu celebratos quid fœmina constans tunc metueret pensata naturali fœminarũ inconstantia, quibus à natura inest minor animi vigor, corporisq. fortitudo, ita Sanch. *d. lib. 4. disput. 3. n. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Pœna adiecta contractui sponsalium est prorsus irrita, & fidem violans non tenetur in vtroque foro eam soluere.*
3 *Pœna promissa in spõsalibus vel Matrimonijs quare solui non teneatur, arrha autem sic, ostenditur.*
4 *Pœna etiam promissa à parentibus vel consanguineis adiecta contractui sponsalium est irrita.*
5 *Amplia quamuis pœna sit modica attenta contrahentium dignitate.*
6 *Pœna adiecta contractui Matrimonij quamuis non possit exigi, potest tamen exigi interesse consistens in damno emergenti.*
7 *Pœnas apponere in sponsalibus an sit peccatum mortale, remissiue.*

Cap. Gemma. XXVIII. *Greg. ix.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Præpos. Marian. Socin. Petr. Greg Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag. 18.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 566.*

2 Probat hic tex. pœnam adiectam contractui sponsalium esse prorsus irritam, ac proinde fidẽ violantem non teneri in vtroque foro eam soluere, ita Couar. *de sponsalibus p. 2. cap. 3. §. 7. num. 5.* Greg. *l. 39. verbo la pena tit. 11. par. 5.* Sanch. *de Matrim. lib. 1. disput. 30. n. 2.* Chamer *cap. 2. de Matrim. dub. 9.* Nald. *verbo sponsalia, num. 10.* Card. *Tusch. tom. 7. concl. 401. n. 3.* Gutier. *de Matrim. cap. 17. à princ.* Bonacin. *eod. tract. q. 1. punct. vltimo,* Quamuis Molin. *de Iustitia, disput. 151. vers. dub.* Aegid. *de Sacram. & censur. tom. 2. disput. 22. dub 5. n. 29.* & alij sentiant posse pœnam apponi soluendam ab eo, qui iniuste dissoluerit sponsalia.

3 Dubium facit cur pœna promissa in sponsalibus, vel Matrimonijs non valeat, nec exigi possit vt supra citati DD. asserunt, arrhæ antem sic, vt habetur *in l. vlt. C. de sponf.* Imprimis Costan, *tract. de sponf. cap. 1. n. 8. cum sequent,* Coua. *d. §. 7. n. 7.* Anton. Gomez *l. 50. Tauri n. 12.* Aegid. *d. disputat. 22. dub. 3. n. 14.* Sanch. *d. lib. 1. disput. 31. n. 9.* & alij ab eo citati afferunt eam esse rationem, quia pœna facilius promittitur cum verbo tantum promittatur soluenda in futurum: arrhæ vero maturiori consilio traduntur, cum statim, & ipso facto tradãtur, ob idque ius aliter disposuit in arrhis, quã in pœnis, eo quod quilibet proclinior sit (vt ait Bart.) ad verba de ore, quàm ad pecuniam ex crumena depromendam. Verum licet hæc differentiæ ratio sit communiter recepta, tamen magis placet illa, quam adducit consultanus noster Valascus *consultat. 2. n. 1.* vbi ait veram esse rationem differentiæ, quia arrha datur in signũ, & ad securitatem rei gestæ; pœna vero non pro securitate, sed vt ad nuptias adstringantur contrahentes.

4 Amplia principalem tex. conclusionem procedere etiamsi pœna sit promissa à parentibus, vel consanguineis, vt per Ias. *in l. 1. n. 9. ff. de in Ius vocan.* Greg. *l. 39. verbo querer. tit. 11. par. 5.* Azeued. *l. 2. n. 3. tit. 2. lib. 5. noua recopil.* Matienso *in rub. tit. 1. glos. 2. n. 2. eod. lib. 5.* Sanch. *d. disput. 30. n. 3. & lib. 4. disp. 4. n. 8.* Gutier. *de Matrim. cap. 17. n. 2.* Am-
5 plia etiam quamuis pœna sit modica attenta con-

contrahentium dignitate, vt per Couar. *d.§.7.n.* 5.Matienso, & Azeued.dictis locis, Gutier. *cap.* 17.*n.*5.Sanch.*dicta disput.*30.*n.*11.vbi *n.*14. resoluit quod licet hæc pœna exigi non possit, potest tamen exigi interesse cõsistens in damno emergenti de quo etiam Rebel. *de obligat. iustitia p.* 2. *lib.*4.*q.*7.*n.*5.Gutier.*d.cap.*17.*n.*14. Bonacina *d.q.* 1.*puncto vltimo n.*6.Amplia etiã quamuis huiusmodi pœna posita sit in sponsalibus cum iuramento, nam eo non obstante quasi minime obligans ad rem illicitam, & prohibitam pœna soluenda non est,vt resoluunt plures, quos referũt, & sequuntur Sanch *d lib.*1.*disputat.*32.*n.*21. Gutier.*d cap.*17 *n.*19.& 21.Bonacin.*d.puncto vltimo n.*2. quicquid oppositum sentiant Less.*de Iustitia lib.*2.*cap.*17.*dub.*7.*n.*56. Aegid.*d.disputat.*33. *dubio* 5.*n.*24.Amplia denique vt etiam nõ valeat pœna, qua coniuges se obligant abstinendum ab alio coniugio post illud dissolutum, vt per Sanch *de Matrim lib.*7.*disput.*88.*n.*37.Vtrum vero sit peccatum mortale apponere in sponsalibus huiusmodi pœnas vide Sanch. *d.lib.*1.*disput.*30. *num.*2. Gutier.*d.cap.*17.*n.*1.Aegid.*d.dubio* 5.*n.*23. Bonacina *d. puncto vlt.n.*3.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Sponsalia de futuro per copulam subsecutam transiliit in Matrimonium.*
3 *Matrimonia præsumpta cessarunt per Concil. Tridentin.*
4 *Probatio in contrarium non admittitur contra probationem Iuris,& de Iure.*
5 *Fictio admittit probationem in contrarium.*
6 *Præsumptio Iuris, & de iure admittit probationem in contrarium per partis confessionem, & per testes legalissimos.*
7 *Probatio contra præsumptionem Iuris & de Iure est valida parte non opponente, nisi agatur de iure publico,vel fauore animæ.*

Cap. Is, qui fidem XXX.

1 SVper hunc tex scripserunt Abb.antiq. Innocentius, Collect. Zabarel. Ioan Andr. Host. Henric.Boich,Butr.Anch.Panor Præpos. Maria. Socin. Pet. Greg.Alex. de Nenos,Casal. *in annot.* Cened. *collect.*131.Ximen.Toletan.*in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.*4. *Iuris Pontificij pag.* 19. Alagona *in cõpendio Iuris Canonici pag.*566.

2 Probat hic tex. sponsalia de futuro per copulam subsecutam transire in Matrimonium, vt per Couar *de spons p.*1.*cap.*4.§. 1. *n.*2.*cum sequentibus* Tiraq.*de retractu conuent.ad finem tit. n.*77. Victoria *de Sacra.n.*241.*cum seqq.*Greg.*l.*3. *verbo con ella & l.*8. *verbo mas en todas tit.*1.*part.*4. Palat. *in repet.rub.de donat.inter virũ & vxor.§.*4.*n.*1.Franc. Leo *in thesauro fori eccles.p.*2.*cap.*9. *n.*18.Mascar. *de prob.concl.*1027.Franc.Molin *de ritu nuptiarum lib.* 1.*comp.*10.*n.*10.& *compar.*12.*n.*15.Menoch. *lib.*3. *præsump.* 1. *n.*6. *cum sequentibus* Gutier. *de Iuram. confirmat. p.*1.*cap.*51.*n.* 12. & *de Matrimonio cap.* 27.*n.*4.Valer.Regin.*in praxi fori pœnitent.lib.*31.*n.* 20.*vers.*1 plures per Cened *ad Decretal.collect.*131. *num.*1.Quæ quidem conclusio adeo vera erat, vt etiamsi sponsus præsente sponsa, & consentiente protestatus esset nolle per huiusmodi copulam Matrimonio consentire,adhuc illud probabatur ex ead.copula subsecuta post sponsalia, vt resoluunt Menoch.*d.præsump.*1.*n.*15.Masc. *concl.*1027. *n.*11.Gutier.*d.cap.*51.*n.*14.sic etiam quando quis vnam ex pluribus ducturum promittebat cognita postmodum carnaliter vna ex illis,sponsalia illa transibant in Matrimonium cum ea, Menoc.*d.præsump.*1.*n.*13.& 14.Spino *in speculo testam.glos.*15.*princip.n.*65. Sanch. *de Matrim.lib.*1. *disp.*26.*n.*8.

3 Hodie per Concil.Trid *sess.*24. *de reformatione Matrimonij cap.* 1. cessarunt Matrimonia præsumpta, ita vt eo attento sponsalia per copulam subsecutam,vel alios actus occultè habitos iam in Matrimonium non transeant, nisi consensus verus,& expressus prestetur coram Parocho,vel testibus: vnde DD. nostri Hispanici vnico ore censuerunt tex.in presenti sublatum fuisse Trid. Conc.decreto *in d. cap.* 1. eorum omnium prior huius sententiæ auctor fuit Nau. vir memorandus,& omnium,quos anteriora secula peperrũt,in Diuino,Canonico,& Cæsario Iure doctissimus simul & pijssimus,*in man.cap.*25.*n.*144. & ante *cap.* 22. *n.* 28. quem sequuntur Perez. *l.* 1. *glos.*5. *versi. secundo corrigitur tit.* 1.*lib.* 5.*Ordinam.* & *l.*2.*glos.*2.*ante fin.vers. infertur etiam tit.* 15.*lib.* 8.*eiusdem Ordinam.pag.*289. Azeued.*l.*1.*n.* 29. & 37.*tit.*1.*lib.*5. *noua recop.* & *l.*4.*n.* 25. *tit.* 2. *eiusd. lib.*5.Matienso, *in rub. tit.*1. *glos.*1.*n.*53.54.& 62. *eiusd.lib.*5.Gutier. *canonicar. lib.*1. *cap.*18. *n.*4. & *de Iuramento confirmat. p.* 1.*cap.*51.*n.*12.*cum seqq.* Spino *d. glos.* 15. *n.* 65. *cum sequentibus*,Henriq. *in summa lib.*11.*cap.*3.*n.*7.Ceual.*commun. contra commun.q.*130.*n.*7.& *q.*604.*n.*20.& *q.*750. *n.*34. Cened.*d. collect.*131. *n.*2. Sanch.*de Matrim. lib.*3. *disputat.*40.*n.*3.optime Franc.Molin.*compar.*10.*d. n.*13. & post virum illum insignem mox eũ sequuti fuerunt Itali,præcipue Menoch *d.præsump.* 1.*n.*99.Mascard.*concl.*129.*n.*7.& alij ab ipsis relati,apud quos hæc est receptissima opinio, quicquid audacius quàm par sit contrariam tenuerint Io Per.Bimi.*cons.*62.*n.*33.Triuisan. *dec.*20.*n.* 4.*lib.*1.

4 *Contra præsumptionẽ tamen, &c.*

Notatur ad hoc quod contra probationem Iuris & de Iure nõ admittitur probatio in contrarium,vt per Donat.à Fina *tom.*1.*commun.opin.lib.* 4.*tit.*9.*n.*369.*pag.*512.Azeued.*l.*4. *n.*13.*tit.*9.*lib.*4. *noua recop.*Menoch.*de præsump.lib.*1.*præsump.* 31.& 60.Mascar.*de prob.concl.*1222. Dyonis.Paul.*de vera quatuor Patriarchalium sed.erect.cap.*16.*n.*12.Farin.*in praxi crim. p.*1.*q.*36. *n.*1000.*cum seqq.*Cened. *d.collect.*131.*n.*3.Alex.Trentacinq. *variarum resolut.lib.*2.*tit.de præsump.resolut* 2. Valasc. *consult.*52. *n.*13.

*n.*13. Aldrete *de religiosa disciplina tuenda lib.*2.*cap.* 7.*n.* 5. Fictio tamen admittit probationem in contrarium Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellaria*, *glos.* 51.*n.*29.

5 Illa vero resolutio dessumpta ex proxime citatis verbis huius tex. aliquas recipit limitationes, videlicet per partis confessionem; per eã enim præsumptio Iuris & de Iure admittit probationem in contrarium, vt per Turzan. *tom.* 1. *cõmun.opin.lib.*4.*tit.*9.*n.*284.*pag.*507. Donat. à Fina *d.n.*369. Menoch. *remed.* 1.*recuper.n.*221. Hippol. *cons.*17.*n.*7.*&* 8.*&* *cons.*127.*n.*20. Mascar. *d.concl.* 1222.*n.*11. idem Menoch. *d.lib.*1.*præsump.*61. Itẽ & per testes legalissimos, Hippol. *cons.* 1. *n.* 77. Menoch. *d.lib.* 1. *præsump.* 64. Illud tamen aduertendum duxi omni casu admissam probationem contra præsumptionem Iuris & Iure parte non opponẽte esse validam. vt resoluũt Cald. Pereira *de extinct. emphyteusis cap.*17. *n.*10. & Mascard. *d. conclus.*1222.*n.*18. vbi *n.*19. limitat quando ageretur de Iure publico, vel fauore animæ.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Sponsalia & Matrimonium quibus verbis contrahi censeantur, ostenditur.*
3 *Verba in Matrimonio an sint necessaria, remissiuè.*
4 *Matrimonium de præsenti prius contractum præfertur secundo etiam copula carnali consumato.*
5 *Sponsalia priora dissoluuntur per Matrimonium cũ alia contractum.*
6 *Annulum tradens vir fœminæ consensum coniugalẽ exprimenti Matrimonium censetur contrahere.*

Cap. Si inter. XXXI.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collectar. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Boich. Anch. Butr. Panor. Præpos. Casal. *in annot.* Petr. Greg. Alex. de Neuo. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cũ legibus Castellæ p.*1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.*4. *Iuris Pontificij pag.*20. Alagona *in compendio Iuris Canon.pag.*566.

2 Probat hic tex. in prima eius parte, quod quando verba in contractu Matrimonij proferuntur de præsenti, vt si vir dicat accipio te in vxorem, hoc casu contrahitur Matrimonium, quando vero sonant in futurũ, & denotant principium actus tantummodo, vt si vir dicat, promitto quod te ducam in vxorem, tunc solum contrahuntur sponsalia, ita Menoch. *cons.*368. *n.*11. *&* 12. Mascard. *de probat.concl.*1331. Gutier. *de Matrim.cap.*3.*n.*2. *cum seqq.*

3 *Verbis consuetis expresso.* Ergo in Matrimonio verba sunt necessaria, sed pro veritate consule Fr. Eman. *in summa tom.* 1. *cap.* 236. *n.*5. Hẽriq. *in sũma lib.*11.*c.*2.*n.*6. Valer. Regin. *in praxi fori pænit.lib.*31. *n.*17. *&* 18. late Sãch. *de Matrim. lib.*2.*disp.*31. & citatos *ad cap. tua* 25. *sup. hoc tit.*

4 *Etiamsi sit carnalis copula subsequuta, &c.* Notatur ad hoc quod Matrimonium de præsenti prius contractum præfertur secundo etiã carnali copula consumato vt per D. Barbos. *ad rub.ff.solut. Matrim.p.*2.*n.*82. vbi etiam agit de difficultate illa ex *reg. l.quoties C. de rei vend.* quæ huic resolutioni obstat, & *n.*85. post alia dicit quod ideo primum Matrimonium de præsenti præfertur secundo Matrimonio copula consumato, quia cum ex primo Matrimonio dominium corporis ad potentiam copulæ sit translatum in vxorẽ, non potest ille, qui iam dominus nõ est sui corporis, illud in aliam vxorem transferre ad eand. potentiam copulæ, arg. *cap. quod autem sup. de iurepatron.*

5 *Verum si inter ipsos &c.* Notatur ad hoc quod priora sponsalia dissoluuntur per Matrimoniũ cum alia contractum, vt per Sanch. *de Matrim. lib.*1.*disput.*48. Gutier. *eod.tract.cap.*27. *à princ.* Valer. Regin. *in praxi fori pœnitent. lib.*31.*n.*260. Vnde si sponsalia sint contracta cum duabus, & secunda fuerit carnaliter cognita præsumitur cũ ea Matrimoniũ in præiudicium primæ sponsæ, ita Menoch. *de præsump.lib.*3.*præsump.*1.*n.*17.

6 In glos. [Dicente] ibi *(per immissionem annuli)* Notatur ad hoc quod si vir fœminæ consensum coniugalem exprimenti annulum tradiderit, Matrimonium censetur contrahere, vt per Couar. *de spons.p.*2.*cap.*4. *n.*3. *in princ. & in vers. id tamen*, Menoch. *de præsump.lib.*3.*præsump.*2.*n.*4. Mascard. *de prob. concl.*1024. *n.*2. *&* 3. Sanch. *de Matrim.lib.*1.*disp.*22.*n.*3. Gutier. *eod.tract.cap.*12.*n.*2.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Præsumptio proueniens ex copula non prouenit ex nisu, & conatu ad illam.*
3 *Nisus ad copulam facit præsumi adulterium.*
4 *Conatus non reputatur pro actu perfecto.*
5 *Affectus non præsumitur nisi sequatur effectus.*

Cap. Adolescens. XXXII. & vlt.

1 SVper hunc tex. scripserũt Abb. antiq. Innocentius, Collectar. Zabarel. Ioannes Andr. Host. Henric. Boich. Anch. Butr. Panor. Præpos. Marr. Socin. Petr. Greg. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.*1. *&* 2. Viuian. *in ration. lib.* 4. *Iuris Pontificij pag.* 20. Alagona *in compend. Iuris Canonic. pag.*566.

2 Probat hic tex. quod etsi præsumatur contractum Matrimonium inter sponsos ob subsecutã copulam carnalẽ, attamen præsumptio hæc non insurgit quando copula verè secuta non fuit, sed solum interuenit nisus, & conatus ad eam, vt per Menoch. *de præsump.lib.*1.*præsump.*21. *n.* 2. *& præsump.*57.*n.*1.

Licet

1 *Licet sape nisus fuerit.* Faciens scilicet quidquid potuit, ita quod per eum non stetit perueniendo ad actum proximum, & immediatum, vt per Boer. *decis.* 316. *n.* 1. nihilominus tamen ex hoc præsumitur adulterium Perez *l.2.glos.3.pag.* 291.*col.2.tit.*15.*lib.*8.*Ordinam.*

4 *Cum conatus non habuisset effectum.* Notatur ad hoc quod conatus non reputatur pro actu perfecto Boer.*d.decis.*
5 316.*n.*2. Nam affectus non punitur, nisi sequatur effectus Duen. *reg.* 35. Thomas de Thomas. *in floribus legum reg.*18. Aloys.Ricc.*in collect.decisionum p.*5.*collect.*1895. Bened.Aegid. *in comment. ad l.ex hoc Iure ff.de instit. & iure p.* 1. *cap.* 7. *n.* 32. Franc.Galet. *in margarita casuum conscientia, verbo affectus.* Brun.à Sole *in locis commun.eod.verbo,* Farin. *in praxi crim.p.*1.*q.*17.*n.*49. Card.Tusc.*tom.*2. *lit.* C. *conclus.* 544. quorum aliqui limitant in delictis atrocissimis, videlicet in crimine læsæ maiestatis, simoniæ, assassinij, veneficij, & in volente aliquem veneno perimere.

De Desponsatione impuberum. Tit. II.

SVper hanc rub. scripserunt Zabarel. Io. Andr. Anch. Butr. Panor. Præpos. Marian. Socin. Alex. de Neuo, Durand *in breuiario aureo Iuris Canonici, & in speculo Iuris sub hoc tit.lib.*4. Stephan.Ranchin. *in continuat.titulorum Decretal.* Ioan. de Londris *in breuiario Sanctorum Canonum*, Petr. de Rauenna *in compendio Iuris Canonici*, Martin. Mesnart. *in epithome Decretal.* Dani.Venator. *in analysi methodica Iuris Pontificij*, Goffred.& Host. *in sum. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Verbum, debet, importat de sui natura necessitatem.*
3 *Filius de honestatis debito tenetur adimplere sponsalia, quæ pater ipsius nomine contraxit.*
4 *Filius, vel filia licet patris consensum honestè exigant ad Matrimonium, tamen eo non petito tenet contractus coniugalis.*
5 *Filius quoad contrahendum Matrimonium non tenetur parenti illud præcipienti obedire.*
6 *Refertur nouus intellectus ad tex. in præsenti.*

Cap. Tua nos. I. *Hormisda.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Præpos. Marian. Socin. Alexand. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.*22. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.*568. refertur ab Ant.August.*collect.*1.*Decret. lib.*4.*tit.*2.*c.*2.

2 *Omnino debet hoc adimplere.* Ergo debet filius de præcepto implere sponsalia, quæ pater ipsius nomine contraxit, tum ex illo verbo, debet, quod importat de sui natura necessitatem, vel præceptum, vt referunt citati per me *de diction.& clausul.dict.*62. tùm quia adest etiam dictio, omnino, quæ præcisam necessitatem importat, vt etiã resoluunt citati per me *d. tract.dict.*206.*n.*3. Quare ita hanc partẽ per hunc tex. tuentur Sot.*in* 4.*dist.*29.*q.*1.*art.*4.*concl.*3. Nauar. *in man. cap.*14.*n.*15. Fr. Emman. *in summa tom.*1.*cap.*231.*n.*6.

3 Alij vero melius verba prædicta huius tex. intelligunt non de præcepti, sed de honestatis debito: sic *glos. hic, verbo debet*, quam sequuntur in præsenti Io.And. *n.*8. Zabar.*n.*1. Butr.*n.*4. Anch. etiam *n.*4. Abb. *n.*7. Henric. Boich. *n.*4. Præpos. *n.*4. & Alex. de Neuo *n.*13. Sarm. *selectarum lib.*1. *cap.*13.*n.*8. Petr. de Ledesma *de Matrimon. q.* 43. *art.*2.*ad fin.* Henriq. *in summa lib.*11.*cap.*13.*n.*13. Sanch. *de Matrim.lib.*4.*disp.*23.*n.*3. Rebel.*de obligat.Iustitia p.*2.*lib.*4.*de sponsal.q.*6. Valer.Reginal. *in praxi fori pœnit.lib.*31.*n.*23. Bonacin. *de Matrimon.q.*1.*puncto* 4.*n.*9.*vers.nec obstat cap.*1. Nam ve-
4 rum est quod licet filius vel filia patris consensum honestè exigat ad Matrimonium, tamen eo non petito tenet contractus coniugalis, vt per Couar. *de spons.p.*2.*c.*3.§.8.*n.*1. Perez *l.*1. *colum.*8. *glos. e se qualquiere tit.*15.*lib.*5. *Ordinam. pag.*285. Bonac.*comun.crim.p.*1.*verbo Matrimoniũ fol.*111. Menoch.*cons.*69.*n.*19.*cũ seqq. & cons.*198.*n.*38. *& de arbitr.casu* 453.*n.*8. *& de præsump.lib.*4.*præsump.* 189.*n.*55. Franc.Viui.*Neapol.decis.*523.*n.*3. Gama *Lusitania decis.*314.*n.*3. Ceual.*commun.contra commun.q.*503.*n.*30. Baptista Costa *de facti scientia, & ignorantia reg.*11. Bernard. Græuæus *ad practicam Cameræ Imper. lib.*2.*concl.* 95. *considerat.*1. Et
5 filius quoad contrahendum Matrimonium est ita liber, & sui iuris, vt non teneatur parenti illud præcipienti obedire sub aliqua lethali culpa, nisi quando multò interesset parentum, vt filius tale Matrimonium ineat, veluti si esset medium ad graues inimicitias componendas, quæ essent inter parentes, & consanguineos eorum cum quibus est contrahendum Matrimonium, vt per Pet. de Ledesma *de Matrimon.q.*47.*art.*6.*dub.*2.*concl.*2. Menoch. *cons.*69.*n.*28. & 31. Fr. Emman. *in summa tom.*1.*cap.*201 *n.*6. Henriq.*in summa lib.*11.*cap.*6.*n.*6. D.Barbosa *in l.*1. *ff.soluto matrim.p.*4.*n.*37. Sanch *d.disput.*23.*n.*4. Sair. *in claui regia lib.*7.*cap.*5.*n.*12. Ceual.*d.q.*503.*sub n.*33. Bernard. Græuæ. *d.concl.*95.*consid.*1.*n.*8.

6 Verum licet supradictus intellectus ad nostrũ tex. communis sit, & receptus, tamen ei acquiescere nunquam potui, offendit enim eius litterã; Ideo aduertendum duxi præcipuam filiorum curam ad patrem ea ætate, qua se gubernare non possunt, pertinere, idest vsque ad 14. annum Aristot.*lib.*5.*Aethicorum cap.*6.D.Tho.2.2.*q.*100.*art.*

12. *& quodlib.2. art.27.* Sot. *in 4. dist.27. q.2. art. 2.* Ledesma *in 2.4. q.9. art.10.* Couar. *lib.3. variarum cap.14. n.3.* & ideo si pater filium religioni offert, vel eum collocat Matrimonio non poterit vsque ad 14. annum contradicere, sed dicitur in patris voluntate vsque ad eam ætatem perseuerare, cũ infirma illa ætas non habeat voluntatem sanam, *l. furiosi ff. de reg. Iuris*, perfecto aũt 14. anno bene potest repugnare & resilire, & sic sunt intelligẽda Iura, quæ dicunt, Monachũ facit paterna deuotio vel professio, .s. vsque ad decimũquartum ætatis annum facit Monachũ paterna deuotio, postea vero perfecto 14. anno professio voluntaria profitentis *cap. si virum, cap. cum simus, sup. de regularibus, cap. monachum* 20. q.1. vnde iam colligitur ad nostrum tex. vera interpretandi ratio, quia hic minor septennio contraxit sponsalia, & pater pro eo, & ita vsque ad 14. annum non potest dissentire, quo impleto vel ratificare, vel dissentire potest *cap.1. 20. q.2.*

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Præceptum de quo in hoc tex. obligat ad mortale.*
3 *Sponsalia contrahentes ante septennium an peccent mortaliter, ostenditur, & n.4.*
5 *Episcopus potest dispensare vt impuberes Matrimonio copulentur.*

Cap. Vbi non est. II. *Nicol.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Collectar. Zabar. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Anch. Butr. Panorm. Præpos. Mar. Socin. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in cõcordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag.23.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.568.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib.4. tit.2. cap.4.*

2 *Districtius inhibemus ne aliqui, etc.* Ergo huiusmodi præceptum de quo in tex. obligat ad mortale, vt docent Petr. de Ledesma *de Matrim. q.43. art.2. dub.3.* Henriq. *in summa lib.11. cap 13. n.13.* Sanch. *de Matrim. lib.1. disput. 17. à princ.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnitent. lib.31. n.171. vers. notandum est secundo.*

3 Sed maximum dubium est an tex. in præsenti intelligatur de sponsalibus, in quo dubio duæ sunt Doctorũ sententiæ sibi inuicem contrariæ. Prima ait tex. in præsenti etiam loqui de sponsalibus, ac per consequens contrahentes sponsalia ante septennium peccare mortaliter, nisi vrgentissima necessitas, vel ignorantia legis illos excuset, ita glos. *verbo coniungantur*, in præsenti, quam hic sequuntur Host. *sup. eod. verbo*, Io. And. *n.5.* Anch. *n.3.* Butr. *n.7.* & Alex. de Neuo *n.10.* Henriq. *d. cap.13. n.13.* Bonacina *de Matrim. q.1. puncto 4. n.6.* resoluentes etiam pueros ante septenniũ sponsalia contrahentes peccare mortaliter si tunc habeãt rationis vsum, & ob ignorantiam legis non excusentur.

4 Verum altera sententia probabilior, & receptior tenet tex. in præsenti non intelligi de sponsalibus, & sic nullo modo esse culpã læthalẽ cõtrahere sponsalia ante septennium, quia hic tex. dicit non coniugantur, at sponsalia nõ sunt proprie coniunctio, sed coniunctionis promissio, & cum res pœnalis, & prohibitoria sit non est extẽdenda vltra proprium significatum; tùm quia si pueri ante septennium rationis vsu destituti sunt, non habent culpam, & nihil prorsus agunt, sed more psittaci verba proferunt; si autem vsus rationis septenniũ præueniat, ea esset ætas Canonibus præscripta ad sponsalia, vt resoluunt citati DD. ad *cap. iuuenis n.9. sup. de sponsal.* Quare hanc partẽ merito tuentur Sanch. *d. disp.17. n.4.* Aegid. *de Sacrament. & censuris tom.2. disp.21. dub.5. n.54.* Gutier *de Matrim. cap.2. n.14.*

5 *Nisi forte, &c.* Notatur ad hoc quod Episcopus potest dispensare vt impuberes Matrimonio copulentur, ad illumque pertinere cognitionem an causa sit iusta vt Matrimonium ineant, videlicet quando sunt prope ætatem, & dubium est an malitia eã suppleat, ita Henriq. *d. cap.13. num.12.* vbi dicit dispensationem valere pro vtroque foro, refert Sanch. *de Matrim. lib.7. disp. 104. n.12.* sequitur Bonacina de *Matrim. q.1. puncto 4. n.13.* & sentire videtur Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib.31. n. 171. vers. notandum est secundo*, quos refero ego *ipse de officio, & potestate Episcopi p.2. allegat. 35. n.* 20. vbi addo summum Pontificem voluisse dispensationem de qua hic tacite Episcopis concedere cum illam sibi non reseruasset, iuxta resoluta *per me dicto tractatu allegat. 33. n.17.*

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Fœminæ cur citius pubescant quã masculi, ostẽditur.*
3 *Matrimonium ante pubertatem initum validũ est, si adsit potentia generandi, & sufficiens discretio ad se obligandum.*
4 *Masculus, & fœmina ante pubertatem non præsumuntur apti ad generationem.*
5 *Potentia generandi ante pubertatem an aliquando extitisset, ostenditur.*

Cap. Puberes. III.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anch. Panor. Præpos. Mar. Socin. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legib. Castellæ p.1. & 2.* Viuian. *in rationali lib.4. Iuris Pontif. pag.23.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 568.* Desumitur *ex D. Isid. lib.11. ethymol. cap.2.* & refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit.2. cap.7.*

2 *Quamuis tardissime pubescat.* Hic curiose interrogari potest cur fœminæ citius

tius pubescant quàm masculi, & respondebitur hoc totum naturæ tribuendum, quæ mulieres citius admouet generationi, sicut enim est breuioris vitæ, ita citius perficitur, vide Tiraq. *l. 6. connub. gl. 1. p. 6. n. 38.* Gutier. *in authen. sacram. puberum n. 1. & 2. C. si aduersus vendit.* & remissiuè *de Matrim. cap. 2. n. 17. in fine.*

3 *Et generare iam potest.* Notatur ad hoc quod validum est Matrimonium ante pubertatē initum si tunc adsit potentia generandi, & sufficiens discretio ad se obligandum, vt per Couar. *de spons. p. 2. cap. 5.* Cened. *ad Decretal. collect. 18. n. 5. & 6.* latè Sanch. *de Matrim. lib. 7. disput. 104. n.*

4 *1. cum seqq.* vbi *n. 4.* resoluit quod in dubio nec masculus, nec fœmina præsumuntur apti generationi ante dictam pubertatis ætatem completā, de quo etiam Surd. *cons. 364. n. 33.*

5 Nec mirum est, quod ante pubertatem adsit potentia generandi, Salomon enim in decimo, vel vndecimo anno genuit Roboam; Achaz eiusdem ætatis Ezechiam genuit; puer nouem annorum nutricem grauidauit, vt refert D. Greg. *lib. 4. dial.* relatus à *glos. in sum. 20. q. 1.* & D. Hieron. *epist. 32. ad Vitalem presbyt.* narrat se audiuisse idem de puero decem annorum: de quibus omnibus vide si lubet Tiraq. *d. gl. 1. p. 6. n. 37.* Couar. *d. cap. 5. n. 5.* Henriq. *lib. 11. cap. 13. n. 11. in commento lit. P.* Ferrer *in constitut. Cathaloniæ glos. 1. n. 12.* Pineda *in Monarchia Ecclesiast. lib. 3. cap. 22. §. 4. ante fin.* Nauar. *cons. 39. n. 13. sub tit. de sponsalib. in antiq.* vbi etiam refert puellam decem annorum peperisse in regno Neapolitano, & Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 104. n. 29.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Sponsalia requirunt ætatem septem annorum completorum.*
3 *Aetatem eamdem ad sponsalia, & diuersam ad Matrimonium cur Ius præscripserit in viris & fœminis, ostenditur.*
4 *Impedimentum publicæ honestatis non oritur ex spōsalibus contractis cum minore septennio.*

Cap. Litteras. IV. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Ancharan. Panorm. Præpos. Mar. Socin. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in cōcordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag. 24.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 568.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 2. cap. 5.* & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *par. 12. cap. 2.*

2 *Antequam septimum annum cōpleuisset.* Ergo septennium completum desideratur in sponsalibus, vt per Couar. *de spons. p. 1. cap. 2. n. 2.* Perez *l. 1. glos. 5. vers. qua autem, tit. 1. lib. 5. nouæ recop.* Henriq. *in summa lib. 11. cap. 13. n. 9.* Sanch. *de Matrim. lib. 1. disput. 16. n. 2.* Gutier. *eod. tract. cap. 2. n. 1. cum seqq.* Bonac. *eod. tract. q. . puncto 4. n. 1. cum seqq.* qui etiam resoluunt sponsalia contracta ante septennium malitia ætatem non supplente esse nulla, nisi paulò ante septennium contracta sint, vel post legitimam ætatem expresè vel tacitè ratificentur.

3 Hic curiosè quæri potest cur eandem ætatem ad sponsalia in viris, & fœminis ius præscripserit, cum tamen diuersam ad Matrimonium petat, Resp. Sanch. *de Matrim. lib. 1. disput. 16. n. 2.* ex eo procedere, quia ad sponsalia sufficit rationis vsus, qui eodem tempore viris, & fœminis aduenit, ad Matrimonium vero potentia generandi desideratur, quæ tardius in viris reperitur.

4 *Matrimonium non dissoluas.* Ergo ex sponsalibus contractis cum puella minore septennio, non oritur impedimentum publicæ honestatis, vt per Sot. *in 4. dist. 41. q. vnica, artic. 2. vers. vnde siue habens defectum ætatis,* Veracr. *in speculo coniugatorum p. 1. art. 52. vers. secunda conclusio,* & Steph. de Gaeta *in repet. cap. ad limina 30. q. 1. in §. 4. n. 485.* quos refert Cened. *ad Decretal. collect. 19. n. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Sponsalia nulla ob defectum ætatis postquam illa aduenerit, expressè, vel tacitè ratificari possunt.*

Cap. Accessit. V.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panor. Præpos. Mar. Soc. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag. 25.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 568.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 2. cap. 6.* & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *p. 6. cap. 7.*

De materia vide dicta ad cap. præced. quod concordat cum textu in præsenti.

2 *Si consensus postea non accedit.* Ergo sponsalia nulla ob defectum ætatis postquā illa aduenerit expresè vel tacitè ratificari possunt, vt per Sanch. *de Matrim. lib. 1. disp. 16. n. 5.* Gutier. *eod. tract. cap. 2. n. 8. & 9.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Iuramentum deferendum est viro super copula habita cum vxore ad eius domum traducta, & quomodo id intelligi debeat, declaratur.*

3 *Iuramento viri dicentis se copulam habuisse cum impubere non est standum.*
5 *Verba (circa duodecimum) quomodo intelligenda.*
6 *Pubertati proximus quando quis dicatur relinquitur Iudicis arbitrio.*

Cap. Continebatur. VI. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. And. Host. Henric. Butr. Anch. Panor. Præpos. Mari Socin. Casal. *in annot.* Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.1. & 2.* Viu. *in ration. lib.4. Iuris Pontif. pag.26.* Alag. *in compend. Iuris Canon. pag.569.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib.4. tit.2. cap.8.* & est post Concil. Lateranen. *p.6. cap.10.*

2 *Si id firmauerit iuramento.* Notatur ad hoc quod viro super copula habita cum vxore ad eius domum traducta, & cum eo cohabitante deferendum est iuramentum vt per Viu. *tom.1. commun. opin lib.5. tit.2. n.3. vers. ideirco.* Mascard. *de prob. concl.312. n.23. & concl.452. n.14. & concl.1410. n.12. cum seqq.* Farin. *de delict. p.4. decis. 32. n.1. & Rotæ decis.281. n.4. in collect. nouiss.* Intellige procedere extante sola assertione viri & mulieris, nam stabitur tunc viro iuranti non autē mulieri vt tex. habet; si vero per alias probationes mulier intentionem suam, & assertionem probaret, tunc magis stabitur mulieri, quam viro quamuis iurato, cum tex. hic, & similes locū habeant cum mulier non probat contrarium, ita Tiraq. *de retract. tit.1. §.4. gl.1. n.1.* Mascard. *d. concl. 312. n.25. & concl.1410. n.15.*

3 Vtrum autem standum sit iuramento viri dicentis se copulam habuisse cum impubere, quæstio est non contemnenda, in qua verior tenet opinio non sat esse id iuramentum, quia tex. in præsenti *in vers. si autem,* diuersificari debet à præcedentibus in facto, & in Iure, ob particulam illam aduersatiuam, autem, iuxta tex. & DD. per me citatos *de dictionib. & clausul. dict.37.* & ideo debet intelligi dum ibi dicitur puellam pubertati proximam à viro cognitam non esse ab eo separandā quando ea copula sufficienter probatur; quando autem paulo ante ibi dicitur standum iuramento viri in hac copula, intelligitur quando fœmina pubes est. ita Alex. de Neuo in præsenti *n.32.* Sāch. *de Matrim. lib.7. disp.104. n.33.* quicquid Abb. *hic n.7.* Butr. *n.10.* & Præp *n.3.* resoluant standum tali iuramento, ac indicari Matrimoniū si puella proxima fuerit pubertati, vt in vndecimo anno, vel circa duodecimum.

4 *In decretis.* In Concil. apud Compend. *c.20.* vt est apud Burchard. *lib.9. Decret. cap.42.* & Iuon. *p.8. cap.280.*

5 *Aetati proxima, &c.* Intellige de vndecimo cæpto, & non de plene perfecto, & verba alia, ibi, vel circa duodecimum, intellige de semestri ante finem duodecimi Menoch. *de arbitr. casu 57. n.34.*

6 In glos. [Proxima,] ibi (*potest dici quod cum distat à pubertate per sex menses.*) Hæc glossa dicit pubertati proximum dici eum, qui ab ea per sex menses distat, sequuntur hic Innoc. *n.2.* Anch. *n.4.* Zabarel. *n.3. & 6.* Alex. de Neuo *n.23. in fine,* & Abb. *n.9.* vbi refert valde notandum ad statuta loquentia de proximo alicui ætati, vt talis dicatur quando ab illa sex mensibus, aut minori spatio distat. Verior tamen est illorum opinio, qui totum reliquerunt iudicis arbitrio, ex quorum numero sunt Couar. *de sponsalib. p.2. c.5. n.5. & in Clem. si furiosus p.3. in initio n.5.* Duenh. *reg.259. limit.3.* Mich. Grass. *tom.1. comm. opin. lib.2. tit.4. n.24. pag.339.* Gutier. *in auth. Sacramenta puberum n.4. C. si aduersus vendit.* Menoch. *de arbitr. casu 57. n.21.* Surd. *cons.364. n.32.* Farin. *in praxi crim. p.3. q.92. n.12. & p.4. decis.72. n.3. & in collect.1. decis. Rotæ nouiss. decis.246. n.4.* Ceuall. *commun. q.291.* Sanch. *de Matrim. lib.7. disp.104. n.40.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.31. n.172. & seq.* vbi etiam tenet pubertati proximum posse dici illū, qui habet discretionē ad coniugalem consensum intelligendum, & potentiam ad carnalem copulam, quæ quidem potentia, ac proximitas ad pubertatem cognosci potest tribus modis. Primus est quando inter personas Matrimonio coniunctas intercedit copula carnalis. Secundus quando quis ante pubertatem habet copulam cum quacunque persona. Tertius ex signis corporis, de quibus omnibus plenè Sanch. *d. disp.104. n.24. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Impuberes duo si sponsalia contrahant neuter potest ante pubertatem resilire, pubes tamen factus potest quilibet.*
3 *Impubes sponsalia contrahens si factus pubes non reclamauerit ea ratificare censetur.*
4 *Sponsalia inualida dissolui possunt absque Iudicis auctoritate vbi adest certitudo causæ, & facti.*
5 *Pubes cum impubere contrahens nunquam resilire potest nisi impubes cum pubes factus fuerit reclamauerit.*
6 *Pubes prius factus potest statim resilire, nec tenetur pubertatem alterius expectare quando sponsalia à principio ambobus impuberibus contracta fuerunt.*
7 *Sponsalia impuberum ita firmantur iuramento, vt neutri liceat pubertatem adepto resilire.*
8 *Iuramentum quando in sponsalibus non interuenit, an sine iniuste compellendi, remissiue.*
9 *Approbatum semel non potest reprobari.*

Cap. De illis. VII.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocentius Collectar. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anch. Panorm. Præpos. Mari. Socin. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.1. & 2.* Viuian. *in rationali lib.4. Iuris Pontif. pag.27.* Alagona

gona *in compendio Iuris Canonici pag.* 569. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 2. *cap.* 9. & est post Concil Lateran. *par.* 26. *cap.* 26.

2 Probat hic tex. quod si duo impuberes sponsalia contrahant, neuter potest ante pubertatem resilire, pubes tamen factus potest quilibet, ita Cou. *de sponsal. lib. p.* 1. *cap.* 5. §. 1. *n.* 1. Greg. *l.* 7. *verbo excusation tit.* 1. *p.* 4. Veg. *lib.* 6. *summæ cap.* 105. Viuald. *in candelabro aureo p.* 1. *de sponsal ib. cap.* 5. *n.* 44. Barthol. à Ledesma *dub.* 11. *de Matrim. post concl.* 4. Nau. *cons.* 2. *nu.* 2. *sub hoc tit. in antiq. & cons.* 1. *in nouis*, Gutier. *canonic. lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 10. Petr. de Ledesma *de Matrim. q.* 43. *art.* 3. *casu* 10. Matiens. *in rub. tit.* 1. *glos.* 1. *n.* 51. *lib.* 5. *noua recop.* Henriq. *in sum. lib.* 11. *cap.* 13. *n.* 5. Sanch. *de Matrim. lib.* 1. *disp.* 51. *n.* 6. Gutier. *eod. tract. cap.* 29. *à princip.* etiam resoluentes tex. in præsenti esse intelligendum de impuberum sponsalibus.

3 *Cum ad annos illos peruenerit, reclamauerit.* Si vero non reclamauerit, quāuis expresse sponsalia non ratificet, indissolubilia manebunt, quia eo ipso quod non reclamat videtur in ea priori volūtate persistere; ita post Host. tenet Sanch. *d. disput.* 51. *n.* 15. vbi *n.* 16. resoluit dissoluta manere sponsalia si impubes ante pubertatē resiliat ab eis, & postea non mutet eum dissensum, nec amplius recordetur post pubertatem, & *n.* 14. tenet illo casu posse impuberem factum puberem à sponsalibus resilire, si statim pubertate adepta resiliat, & intelligit illud statim triduo ante, vel post pubertatē.

4 *Iudicio Ecclesiæ poterunt inuicem separari.* Ergo sponsalia inualida non propria, sed iudicis auctoritate sunt dissoluēda, vt per Innoc. *hic n. vnic.* Sed verius est vbi adest certitudo causæ, & facti nullam desiderari Iudicis auctoritatem, vt tenent Nau. *in man. cap.* 22. *n.* 28 Greg. *l.* 8. *verbo mas em todas tit.* 1. *p.* 4. Fr. Emman. *in sum. cap.* 245. *n.* 11. *tom.* 1. Camerot. *cap.* 2. *de Matrim. ad fin.* Emman. Sa *verbo sponsalia* 12. Aegid. *de Sacram. & censur. to.* 2. *disp.* 23. *dub.* 8. Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *n.* 268. Gutier. de *Matrim. cap.* 35. *n.* 4. Bonacin. *eod. tract. q.* 1. *puncto* 10. *n.* 5. *cum seqq.* Sanch. *d. lib.* 1. *disp.* 69. *à princ.* vbi *n.* 11. respondet tex. in præsenti nolle esse necessarium Ecclesiæ iudicium, sed tantum iubere vt Ecclesiasticus Iudex, si corā ipso impubes adepta pubertate reclamauerit, eū separet. Notatur ad hoc

5 *Mulier autem, &c.* quod pubes cū impubere contrahens nunquam resilire potest, nisi impubes cum pubes factus fuerit modo supra relato reclamauerit, vt per omnes in præsenti, Henriq. *d. cap.* 13. *n.* 5. & *cap.* 14. *n.* 7. Nau. *cons.* 2. aliās 1. *in nouis sub hoc tit.* vbi etiā resoluit non posse puberem etiam de consensu impuberis resilire, quia ob fragilem ætatem impubes cōsensu sufficienti ad sponsalium dissolutionem caret, sequitur Sanch. *d. disp.* 51. *n.* 10. Gutier. *de Matrim. cap.* 29. *n.* 8. Valeri. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *num.* 261. *vers.* 6. *in fine.*

6 In glos. [Minoris.] Quicquid hæc glossa inuoluat tu dic prius puberē factum posse statim resilire, nec teneri pubertatem alterius expectare, nā tex. hic *in vers. Si vero*, loquitur quādo is, qui tpe spōsaliū erat impubes factus pubes reclamat; at vero *in vers. mulier* qū sponsaliū tēpore pubes erat, & reclamat altero impubere existēte; ita in præsenti Host. *super verb. negauerit*, Io. Andr. *n.* 4. Anch. *n.* 2. Abb *n.* 5. Alex. de Neuo *n.* 15. & 16. & alij, quos refert & sequitur Sanch. *d. disp.* 51. *n.* 9.

7 In glos. [Iudicio.] Notatur ad hoc quod sponsalia impuberū ita firmantur iuramento, vt neutri liceat pubertatem adepto resilire, sequuntur hic Io. And. *n.* 4. Anch. *n.* 4. Abb. *n.* 6. Præp. *n.* 1. Alex. de Neuo *n.* 13. Cou. *de sponsal. lib. p.* 1. *c.* 5. §. 1. *n.* 3. & *in c. quamuis pactū p.* 3. §. 1. *n.* 3. Henriq. *lib.* 11. *c.* 14. *n.* 7. & alij, quos refert & sequitur Sanch. *d. disp.* 51. *n.* 22. vbi *n.* 23. asserit iuramentum hoc vt firmet sponsalia præstandum esse ab impuberibus doli capacibus. Gutier. *d. cap.* 29. *n.* 12.

8 In ead. glos. ibi (*si vero iuramentum non interuenerit in sponsalibus non sunt inuiti compellendi.*) Cōtra hanc glos. insurgit Perez *l.* 1. *glos.* 1. *col.* 6. *vers. ex bis infertur, tit.* 1. *lib.* 5. *Ordinam pag.* 3.

9 In glos. [Semel.] ibi (*arg. quod semel probatum est amplius non possum reprobare.*) Vide Tho. de Thomassetis *in floribus legum reg.* 37. Surd. *cons.* 18. *n.* 2. & *cons.* 351. *n.* 41. & *decis.* 132. *n.* 4. Sanch. *de Matrim. lib.* 9. *disp.* 6. *n.* 9. Mari. Antonin. *vari. lib.* 2. *resolut.* 30. *n.* 25.

10 In ead. glos. ibi (*item arg. quod contractus claudicat.*) Vide Perez *l.* 2. *glo.* 1. *pag.* 184. *in fin. tit.* 7. *lib.* 5. *Ordinam.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Ante pubertatem non licet resilire à sponsalibus præsumptis.*
3 *Sponsalia de futuro per copulam subsecutam transeunt in Matrimonium.*
4 *Nisus ad copulam facit præsumere potentiā ad illā.*
5 *Impuberem posse procreare, & generare possibile, & contingibile est.*

Cap. A nobis. VIII.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Io. And. Host. Henr. Butr. Anch. Panor. Præp. Mari. Socin. Alex. de Neuo, Ximen. Tolet. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.* 2. Viu. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 28. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 570. refertur ab Anto. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 2. *c.* 10.

2 Collige ex hoc tex. quod sicut à sponsalibus veris non licet resilire ante pubertatē, ita neque à præsumptis, quæ resultant ex Matrimonio per verba de præsenti ab impuberibus contracto, vt per Cou. *de sponsal. p.* 1. *c.* 5. §. 1. *n.* 1. Ant. Cuch. *lib.* 5. *instit. mai. tit.* 10. *n.* 80. Sanch. *de Matrimon. lib.* 1. *disp.* 51. *n.* 7. Gutier. *eod. tract. cap.* 29. *n.* 12.

3 *Nisi carnalis commixtio, &c.* Notatur ad hoc quod sponsalia de futuro per copulam subsequutam transeunt in Matrimoniũ de quo plures citaui Doctores *ad cap. 11, qui fidẽ 30. sup. de sponsal.* Et Matrimoniũ sustineri si proximus pubertati attẽtauerit copulã tenet Surd. *cons. 364. n. 3.* nam nisus ad copulam facit præsumere potentiam ad illam Cou. *de sponsal. p. 1. cap. 4. §. 1. n. 20.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 2. n. 53.*
4 Sanch. *lib. 7. disp. 104. n. 26.* Verba tamen textus non verificantur in omni defloratione, sed in ea, quæ interuenit cum his, qui à natura habiles sunt ad generandum, vel ad concipiendum Farin. *Rota decis. 246. à n. 11. in 1. collect. nouiss.*

5 *Cum interdum illa, &c.* Est enim possibile, & contingibile impuberem posse procreare, & generare, vt per Ferr. *in constit. Cathalonia glos. 1. n. 12.* & de pluribus generantibus in nono, decimo, & vndecimo anno mentionem feci *ad cap. puberes 3. n. 4. sup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Matrimonium contractum ante legitimam ætatem validum est si malitia suppleat ætatem.*
3 *Sponsalia ante septennium valide contrahuntur malitia supplente ætatem.*
4 *Potentia generandi ante pubertatem quomodo probetur, & ex quibus dignoscatur, ostenditur.*
5 *Malitia quando dicatur supplere ætatem ostenditur.*

ij. Cap. De illis. IX.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Boich, Butr. Anchar. Panorm. Præpos Petr. Greg. Alex. de Neuo, Casal. *in annot.* Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag. 28.* Alagona *in cõpendio Iuris Canonici pag. 570.* refertur ab Anton. August. *collect. 2. Decretal. lib. 4. tit. 2. cap. 12.* & est post Concil. Lateranẽ *par. 50. cap. 41. vers. de illis vero.*
2 Probat hic tex. validum esse Matrimonium contractum ante ætatem legitimam si malitia suppleat ætatem, vt per Cou. *de sponsalib. p. 2. cap. 5. n. 3.* Tiraq. *in l. 6. connub. glos. 1. p. 6. n. 38. & in præfat. primog. n. 181.* Costa *in cap. si pater p. 1. verbo impuberes n. 8. & seq. de testam. lib. 6.* Greg. *l. 6. verbo la sabedoria tit. 1. part. 4.* Henriq. *in sum. lib. 12. cap. 7. n. 1.* Cened. *ad Decretal. collect. 18. n. 2.* Cald. Pereira *in l. si curatorem verbo vel aduersarij dolo n. 55.* Surd. *cons. 364. n. 1.* Valeri. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 31. n. 172.* Sic etiam malitia supplente ætatẽ valide contrahuntur sponsalia ante septennium Viual. *in candelabro aureo p. 1. tit. de sponsalib. n. 14.* Petr. de Ledesma *de Matrim. q. 43. art. 2. dub. 2.* Perez *l. 1. vers. secunda opinio, tit. 1. lib. 5. Ordin.* Henriq. *lib. 11. cap. 13. n. 9.* Sanch. *de Matrim. lib. 1. disp. 19. n. 9.* & alios citaui *ad cap. 3. n. 9. sup. de sponsalib.*

4 *Quod potuerunt copula carnali coniungi.* Idest si de facto se coniunxerint vt interpretatur Host. hic, vnde potẽtiam generandi ante pubertatẽ nullatenus probari posse nisi per actualem copulam, & dum de hac non constiterit minimè posse dici malitiam supplere ætatem ad Matrimonium petitam resoluũt Tancred. & Host. *in cap. puberes sup. hoc tit.* vbi etiam Henric. *n. 3.* D. Antonin. *p. 3. tit. 1. cap. 19. in princ. col. 3. immediate ante vers. & quia secundum.* Sed verius est posse potentiam ad copulã ex signis probari, quamuis copula nondum habita sit, quia tex. in præsenti ponderat propinquitatem pubertati, ac coeundi potentiam vt impuberis Matrimonium valeat, sentit ergo potentiam non ex sola copula probari, sed ex alijs quoque signis, nam alias non potentiam, sed potius copulam ipsam ponderaret; ita hic Innoc. & Ioan. And. *n. 3.* Abb. *n. 4.* Præp. *n. 1.* & Alex. de Neuo *n. 8.* Cou. *d. cap. 5. n. 3.* Per. *l. 2. verbo de quatorze tit. 15. lib. 8. Ordin.* Menoc. *de arbitr. casu 58. n. 8.* Surd. *cons. 364. n. 1. in fine* Sanch. *d. disp. 104. n. 28.* Basil. Ponci. *de impedimentis Matrim. cap. 32. §. 5. vers. sed quæres,* vbi etiam dicit signa arbitrio Iudicis cum medicorum consilio relinquenda, qui loquentur inspecta ætate, qualitate corporis, educatione, soli & cœli natura, seminis etiam effusione, si aliquando id continget, alias etiam cõiecturas adducit Sanch. *vbi proxime n. 29.* vbi dicit quod Iudex arbitrabitur inspecta personæ qualitate, membrorum dispositione, ac valetudine bona.

5 *Cum in eis ætatem suppleuisse malitia videatur.* Quando scilicet possunt copula carnali coniungi, vnde nomine malitiæ intelligi solam generandi potentiam, atque ita in quacunque ætate hæc adsit posse valide iniri Matrimonium resoluunt Canonistæ nostri *in d. cap. puberes 3. hoc tit.* Brunel *de sponsal. concl. 28. decl. 3. n. 9.* Perez *l. 1. vers. rursus non obstat, tit. 1. lib. 5. Ordin. pag. 3.* Sed multò probabilius est nomine malitiæ supplentis ætatẽ ad Matrimonium petitam comprehendi potentiam ad copulam, ac prudentiam, & discretionẽ ad intelligendam consensus coniugalis vim, vt per Abb. *hic n. 4.* & Alex. de Neuo *n. 7.* Cou. *d. cap. 5. n. 3.* Siluest. Tabien. Sot. Henriq. & alios, quos refert, & sequitur Sanch. *d. disp. 104. n. 21.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Nisus ad copulam facit præsumere potentiam ad illam.*
3 *Confessioni coniugis aduersus se ipsam quare in hoc tex. stetur*
4 *Confessioni coniugis contendentis Matrimonium esse contractum in præiudicium sui ipsius statur.*

Cap.

Cap. Atteſtationes. X.
Vrban. iij.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb.antiq.Innoc. Colleƈt. Zabarel. Ioan. Andr. Hoſt. Henric. Butr. Anch. Panorm. Præpoſ. Petr. Greg. Alex. de Neuo, Ximen. Tolet. *in concord. vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ p.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontificij pag.* 29. Alagona *in compend. Iuris Canonici pag.* 570. refertur ab Antonio Auguſt. *collect.* 1. *Decret.lib.* 4.*tit.*2. *cap.* 13.

2 *Et licet niſus fuiſſet.* Quia niſus ad copulam facit præſumere potentiam ad illam vt per Cou. *de ſponſalib.p.*1.*cap.*4.*§.*1.*n.*20.Menoch.*de præſumpt. lib.*3.*præſ.*2.*n.*52.Corraſ.*lib.*3.*miſcelan.cap.*4.*n.*6. Henriq.*in ſum.lib.*11.*cap.*13.*n.*11. Sanch. *de Matrim.lib.*7.*diſp.*104.*n.*26.Baſil.Ponci.*de impedimẽtis Matrim.cap.*32.*§.*5.*verſ. ſed quæret.*

3 *Mulier tamen credit ſe virginem euaſiſſe.* Ideo hic confeſsioni coniugis aduerſus ſe ipſam ſtatur, quia confitetur ea, quæ Ius ipſum niſi contrarium probatio oſtenderit, præſumit: confeſſa mulier fuit virum nõ dum puberem virginitatis tentaſſe clauſtrum perfringere: præſumit Ius hunc adhuc impuberem impotentem, nec copulæ aptum,aut coniunƈtioni muliebri,etſi ſecus ſi malitia (vt gloſ. ait) ætatem suppleret, item cum confeſſa hic mulier fuiſſet ſe virginem euaſiſſe facile præſumitur, cum qualitas hæc ſit à natura indita,Abb.Zabar.& alij in *cap.*1.*de adulter.* Aym.*conſ.*166.*n.*5.Maſcard.*concl.* 1410. *à n.*1.Menoch.*lib.*6. *præſ.* 89. *à princ.*

4 In gloſ.[Euaſiſſe.] Nota ſtari confeſsioni coniugis contendentis Matrimonium eſſe contraƈtũ & valuiſſe in præiudicium ſui ipſius,ac proinde ſufficere etiam confeſsionem alterius coniugis pro Matrimonio ſtantis abſque fama, ſequitur Cou.*de ſponſ.p.*1.*cap.*4.*§.*1.*n.*4. niſi,inquit, ſit aliqua colluſionis præſumptio,propter quod colluſionis periculum relinquitur iudicis arbitrio an talis confeſsio vtriuſque coniugis pro Matrimonio ſtantis ſufficiens ſit,ita Menochius *de arbitr. caſu* 103.*n.*9. Maſcard.*de probat.concl.*1035.*n.*31. Sanch.*de Matrim.lib.*2.*diſp.*45.*n.*35. quicquid in re tam ardua huiuſmodi confeſsionem non ſufficere aſſerant multi,quos refert & ſequitur Menoch.*de præſump.lib.*3.*præſ.*1.*n.*9.*cum ſeqq.& conſ.* 15.*n.* 3. & diſtinguat Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.*1.*comp.*15.*n.*39.

5 In gloſ.[Circa]ibi(*forte per ſex menſes.*) Notatur ad hoc quod pubertati proximus dicitur is, qui per ſex menſes à pubertate diſtat, vide tamẽ pro veritate quæ dixi *ad cap.*5.*n.*[?]*ſup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*

2 *Metus reuerentialis niſi minæ aut verbera illi adiũgantur, non cadit in virum conſtantem.*

3 *Metus reuerentialis datur in omni illo, qui Iure aliquo ſubiectionis alicui ſubeſt.*

4 *Sponſalia metu graui contracta non firmantur iuramento.*

5 *Metus illatus poſt ſponſalia inita eſt iuſta cauſa illa diſſoluendi.*

Cap. Ex litteris. XI.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innocentius, Colleƈt. Zabarel. Ioan. Andr. Hoſtien. Ancharan. Butr. Henric. Boich, Panorm. Præpoſ. Marian. Socin. Petr. Gregor. Alexand. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ p.* 1. & 2. Viuia. *in rationali lib.*4. *Iuris Pontific.pag.*29.Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.*570.refertur ab Anton.Auguſt. *collect.*1. *Decretal. lib.*4. *titul.*2. *cap.* 14.

2 *Vbi nolens & inuita minis parẽtum impulſa, &c.* Ergo ſolus metus reuerentialis, niſi minæ, aut verbera, aut alius metus grauis illi adiungãtur,non cadit in virum conſtantem, ac proinde nec anullat Matrimonium, nec alios cõtraƈtus reſcindit,ita Couar.*de ſponſ.p.*1.*c.*3.*§.*6.*n.*7. & Hippol *ſing.*347.*incip. Matrimonium,& cõſ.* 124.*n.*16.Gomez.*t.*2. *variar.cap.*14.*n.*27. Soar. *alleg.*24.*n.*5.Gutier.*in authen. Sacramenta puberũ n.*94.*C.ſi aduerſus vendit.& conſil.*16.*n.*16. & *de iuram.confirmat.p.*1.*cap.*1.*n.*15. Greg.*l.*10. *verbo todo tit.*1.*part.*4.Molina *de primog.lib.*2.*cap.*3.*n.*9. Gama *Luſitan.decíſ.*250.*n.*4.& *decíſ.* 262. *n* 1. Azeued.*l.*9.*n.*28 *tit.*1. *lib.*5.*nouæ recopil.*Flam. *de reſig.beneficior.lib.*13.*q.*1.*n.*172.& *ſeq.* Matienſo *l.* 11. *gloſ.*3.*n.*2.*tit.*1.*lib.*5.*nouæ recopil.*Io.Garzia *de nobilitate gloſ.*17.*n.*11.& 19.Henriq.*in ſumma lib.* 11.*cap.*9.*n.*5.D.Barboſa *in l.*2.*§.fin. n.*7.*ff. ſoluto Matrim.*plures DD.refert Sanch. *de Matrim.lib.* 4. *diſp.* 6. *n.*7. quibus adde Cald. Pereira *in l. ſi curatorem verbo læſis n.* 40. & *de renouat. emphyteuſis q.*16.*n.*59. Ceual. *comm. contra communes quæſt.* 727.*n.*21.*cum ſeqq.*Caſtil. *quotidianarum q. lib.* 3. *cap.*1.*n.*147.Mendez à Caſtro *in praxi Luſitan. lib.* 3.*cap.*22.*n.*25. *prope finem*, Rebell. *de oblig. Iuſtitiæ.p.*2. *lib.*1. *q.*5.*à n.*10. Valer. Regin. *in praxi fori*
3 *pœnitent.lib.* 31.*n.*83.*cum ſeqq.*vbi *n.*85. dicit metum reuerentialem dari in omni illo,qui iure aliquo ſubieƈtionis ſubeſt alicui, vt in clerico reſpeƈtu Epiſcopi,in laico reſpeƈtu Magiſtratus, in filio vel filia reſpeƈtu patris,aut matris (quando hæc perinde ac ille auſtera fuerit, & ſolita minas exequi) aut aliorum aſcendentium; item in fratre vel ſorore reſpeƈtu fratris maioris,ſi cũ hoc habitet, ab eoque gubernetur: itemque in minore annis reſpeƈtu ſui curatoris: ac demum in nepote, aut nepte reſpeƈtu patrui,vel auunculi cum quo habitat, & à quo gubernatur.

trimonium contra interdictum &c.) Notatur ad hoc quod Matrimonium aduersus Pontificiam prohibitionem initum non est inualidum, nisi aliud subsit impedimentum dirimens, & manifestè loquitur quando est interdictum cum decreto irritanti: nam præmiserat cæteros contractus initos aduersus Pontificis decretum irritans esse inualidos, secus eo decreto irritante minime adiecto prohibitioni: & immediatè quærit quid in Matrimonio aduersus Papæ interdictũ celebrato? & respondet tanquam quid speciale esse validum, & ita hanc gl. intelligunt Abb. hic *n. 9.* & Zabarel. *etiam n. 9.* quos refert Sanch. *d. disput. 2. n. 3.* vbi *n. 9.* cum Alex. de Neuo *hic n. 21.* constituit discrimen inter sponsalia, & Matrimonium, aduersus huiusmodi prohibitionẽ cõtracta vt illa irrita sint, hoc autẽ minime, nisi addatur clausula specificam mentionem Matrimonij irritationis faciens, quia Matrimonium cum sit res adeo ardua, & grauissimum negotium, illud irritare specificam clausulam poscit, ad sponsalia vero irritanda non desideratur ea clausula specifica, sed satis est generalis cum ea irritare non sit res tanti momenti.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Dictio, circiter, modicum tempus significat.*
3 *Matrimonium fœminæ cui modicum tempus ad duodecimum annum completum deficit, est inualidum, nisi malitia suppleat ætatem.*
4 *Sponsalia annuli subarrhatione in Matrimonium transeunt.*
5 *Matrimonium inter impuberes contractum vt validum sit non satis est vt malitia suppleat ætatem, sed vltra requiritur discretio, & prudentia requisita ad coniugalem consensum.*
6 *Matrimonium per subarrhationem contrahitur.*
7 *Annuli traditio signum sponsionis est, & secuti Matrimonij.*
8 *Matrimonium contractum inter impuberes obligat vt sponsalia.*

Cap. Tuæ nobis. XIV. & fin.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Ancharan. Butr. Panorm. Præpos. Marian. Socin. Alexand. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. Viuian. in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag. 31.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 571.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 4. tit. 2. cap. 2.*

2 *Circiter duodecim annos.* Hęc dictio modicum tempus significat, vide Rebuff. *in coment. ad l. cæterorum 160. vers. communiter ff. de verb. signif.* Menoch. *de arbitrar. casu 46. à n. 3. & casu 57. n. 30.* Mascar. *de prob. concl. 1215. n. 13.* Cened. *practic. quæstionum sing. 8. n. 4.* & ideo non valere

3 Matrimonium fœminæ, cui modicum tempus ad duodecimum annum completum deficit, nisi malitia ætatẽ suppleat, tenet Sãch. *de Matrim. lib. 7. disp. 104. n. 1.* vbi *n. 2.* tenet satis esse si vltima dies anni duodecimi in fœmina, & 14. in viro sit incæpta, & n. 4. resoluit in dubio nec marem nec fœminam præsumi generationi aptos ante dictam pubertatis ætatem completam, de quo etiam Surd. *cons. 364. n. 33.*

4 *Desponsauit, qui subbarrauit etc.* Per hunc tex. docuerunt hic Butr. & Præpos. sponsalia re & verbis de futuro annuli subarrhatione in Matrimonium transire, & verbum, desponsauit, intelligunt de præsenti Cou. *d. §. 2. loco citando, n. 2.* & Menoch. *lib. 3. præs. 1. n. 62.* qui quidem intellectus vim litteræ infert, quia desponsare tẽpus futurum respicit, & sponsalia ea propria dicuntur, quæ nuptias futuras respiciunt, & à verborum propietate in dubio recedendum non est *l. non aliter ff. de legat. 3.* tùm quia si ea verba de præsenti intelligenda forent nullam tex. dubitationem contineret, quare hoc cogitandum relinquo.

5 *Vtrùm ne prudentia, &c.* Notatur ad hoc quod ad Matrimonium impuberum non satis est vt malitia suppleat ætatem, id est vt potentia generatiua reperiatur, sed vltra requiritur discretio, & prudentia requisita ad coniugalem consensum, ita Sanch. *de Matrimon. lib. 1. disput. 16. num. 13.* & alij citati ad cap. *de illis 9. n. vlt. sup. hoc tit.*

6 In glos. [Subarrhata] ibi *(& ita collige quod per subbarrationẽ contrahitur Matrimonium &c.)* Vide Couar. *de spons. p. 1. cap. 4. §. 2. n. 2.* Menoch. *de præs. lib. 3. præsum. 1. n. 62.* Annuli enim traditio signum sponsionis est, & secuti Matrimonij, Menoch. *d. lib. 3. præsump. 2. n. 1. cum seqq.* Mascard. *de prob. concl. 1020. à n. 1.* Fran. Molin. *de ritu nup. lib. 1. comparat. 11. n. 15.*

8 In ead. glos. ibi *(quod si minor in contrahendo vtatur verbis pertinentibus ad Matrimonium contrahendum, contrahit sponsalia)* Notatur ad hoc quod Matrimonium contractũ inter impuberes obligat vt sponsalia vide Viuald. *in candelabro aureo tit. de spons. p. 1. cap. 3. n. 20.* Fr. Eman. *in summa tom. 1. cap. 220. n. 2.* Perez *l. 1. vers. dubitatur tit. 4. lib. 5. Ordin. pag. 7.* Spin. *in speculo testam. glos. 15. princ. n. 78.* Henriq. *in sum. lib. 11 cap. 13. n. 2. & cap. 5. n. 4.* Sanch. *de Matrim. lib. 1. disp. 21. n. 2.* Vtrum autem Matrimonium contractum absque præsentia Parochi seu alterius Sacerdotis de ipsius Parochi, seu Ordinarij licẽtia, & duobus vel tribus testibus iuxta formam Conc. Trid. in vim sponsaliorũ resoluatur vide quæ diximus *in tract. de officio, & potestate Episcopi p. 2. alleg. 33. n. 143. cum seqq.*

De

De Clandestina desponsatione. Tit. III.

SVPER hanc rub. scripserunt Zabarel. Io. And. Anch. Butr. Panor. Præposit. Mar. Socin. Alex. de Neuo. Durand. *in breuiario aureo Iuris Canonici, & in speculo Iuris Pōtif. sub hoc tit. lib.4.* Steph. Ranchin. *in continuatione titulorum Decretal.* Ioan. de Londris *in breuiario Sanctorum Canonum,* Pet. de Rauenna *in compendio Iuris Canonici*, Martinus Mesnart. *in epithome Decretal.* Dan. Venator *in analysi methodica Iuris Pontif.* Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.*

De materia tituli vide Mascard. *de probat. concl.* 1032. Ceuall. *commun. contra communes q.* 604. *n.* 35. *&* 36. Sanch. *de Matr. lib.* 3. *vbi per* 54. quæstiones agit de clandestino Matrimonio, Gutier. *eod. tract. cap.* 55. Cened *pract. & canonic. quæst. lib.* 1. *quæst.* 30.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Matrimonium quando negatur clandestine contractum ei, qui stat pro illo incumbit probatio.*
3 *Mulier vnde dicatur.*

Cap. Si quis. I. *Ex Conc. Arelat.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Anchar. Butri. Panorm. Præpos. Mari. Socin. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationale lib.* 4. *Iuris Pontificij pag.* 34. Alagona *in compendio Iuris Canonic. pag.* 572.

2 Probat hic tex. quod quando negatur Matrimonium clandestine contractum ei, qui stat pro illo, incūbit probatio, vide Azeued. *l.* 1. *n.* 45. *tit.* 2. *lib.* 5. *noua recop.* Perez. *l.* 1. *glos.* 4. *pag.* 28. *tit.* 1. *lib.* 5. *Ordinam.* Ceual. *commun. contra commun. q.* 604. *num.* 30.

3 In glos. [viro] ibi *(mulier à mollitie mentis)* Imo corporis secundum Tiraquel. *l.* 1. *connub. n.* 55. & ad satietatem vide Alciat. *in l. mulieris appellatione p.* 2. *ff. de verbor. signif. pag.* 32. Blas. Aluares Mirabal *in libro quem inscripsit conseruacion de la salud. cap.* 88. *pag.* 369. Orozco *en el thesoro de la lengua Spagnola verbo muger pag.* 558.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Matrimonij omnis probatio vbicunque deficit non est exigendum iuramentum à reo, sed potius pure absoluendus.*
3 *Matrimonia clandestina ante Trident. concil. fuerunt valida.*
4 *Declaratur tex. in præsenti.*

Cap. Quod nobis. II. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarell. Ioann. Andr. Hostien. Henric. Boich, Butr. Anch. Panorm. Præposit. Alexand. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 35. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 572. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 3. *cap.* 3. & est post Concil. Later. sub Alex. III. *p.* 50. *cap.* 17.

2 *Ab Ecclesia non sunt aliquatenus compellendi.* Notatur ad hoc quod vbicunque deficit omnis probatio Matrimonij non est exigendum Iuramentū à reo, sed potius purè absoluendus, vt per Soar. *ad l.* 4. *lib.* 2. *fori tit. de las iuras n.* 10. *in princ.*

3 *Si personæ contrahentium hoc voluerint publicare.* Ergo Matrimonia clandestina ante Trident. Concil. fuerunt valida, id enim definit ipsummet Concil *sess.* 24. *de reform. Matrimonij cap.* 1. *in initio* anathemate damnās oppositum asserentes, vide Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *disp.* 3. *n.* 2.

4 *Nisi rationabilis causa præpediat.* Hæc verba iungenda sunt illi verbo approbanda, & ita est sensus approbanda esse Matrimonia nisi impedimentum tempore approbationis detectum impediat: at vbi tunc non apparuit impedimentum approbatur absolutè ac si à principio in conspectu Ecclesiæ initū esset. ita Sanch. *d. lib.* 3. *disp.* 43. *n.* 4. *vers. ad secundum.*

5 *Ab Ecclesia recipienda sunt.* Intellige nisi adsit præiudicium tertij, nam tunc confessio non recipitur, vt per Couar. *de spons. p.* 1. *cap.* 4. §. 1. *n.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Clandestina Matrimonia contrahentes quas pœnas incurrant remissiue.*
3 *Episcopus attento Iure huius tex. non poterat dispēsare vt denunciationes prætermitterentur.*
4 *Ordinarius hodie potest dispensare in denūciationibus*
5 *Parochus non tenetur denunciare impedimentū Matrimonij, quod sciuit in Sacramentali Confessione.*
6 *Ordinarius, vel Parochus quamuis sciat impedim. actum, & nemo denunciet potest illud dissimulare si sibi constet de dispensatione pro foro conscientiæ.*
7 *Matrimonium quod fit omissis denunciationibus dicitur clandestinum.*
8 *Filij geniti ex Matrimonio nullo solum, vel nullo simul*

mul & clandestino quando sint legitimi declaratur.

9 *Dolus præsumitur in ijs, quæ clam facta sunt etsi prætendatur ignorantia, vel simplicitas.*

10 *Ignorantia affectata nunquam prodest.*

11 *An tex. procedat solum quando Matrimonium nullum fuit propter impedimentum consanguinitatis.*

13 *Filij ex Matrimonio nullo concepti quoad omnia censentur legitimi propter bonam fidem vnius ex parentibus.*

14 *Parochus ob licentiam concessam alij sacerdoti assistendi Matrimonio clandestino non comprehenditur sub pœnis huius tex.*

15 *Suspensionis triennalis pœna imposita Parocho assistenti Matrimonio clandestino non est sublata per Concil. Tridentin.*

16 *Suspensus ab officio eo quod interfuit Matrimonio clandestino non dicitur suspensus à beneficio.*

17 *Verbū, suspendatur, importat sententiam ferendam.*

18 *Impedimenta falsa denuntians vt Matrimonium impediat arbitraria pœna punitur.*

19 *Malitiose fieri dicitur, quod fit iniuria dolo adhibito.*

Cap. Cum inhibitio. III. & fin. *Innoc. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Boich, Butr. Anch. Panorm. Præpos. Marian. Socin. Alexand. de Neuo, Casal. *in annot.* Cened. *collect.* 81. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. *&* 2. Viuian *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontificij pag.* 36. Alagona *in cōpendio Iuris Canonici pag.* 572. refertur ab Anton. August. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 2. *de clandestino Matrim. cap. vni.*

2 *Clandestina coniugia penitus inhibemus.* De pœna cōtrahentium Matrimonia clandestina vide Concil. Trident. *sess.* 24. *de reformatione Matrimonij cap.* 1. & plures, quos refert Cened. *ad Decretal. collect.* 81. *n.* 1. quibus adde Basil. Ponc. *de impedimentis Matrimonij cap.* 26. *§.* 7. Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *disput.* 1. *& disp.* 45. *cum seqq.* & Matrimonio clādestino interuenientes, intercessores, mediatores, testes, & tabellio qua pœna puniantur vide per Matien. *l.* 1. *glos.* 3. *&* 4. *tit.* 1. *lib.* 5. *nouæ recop.*

3 *Publice proponantur.* Hodie nouiori Iure Concil. Tridentin. *in d. cap.* 1. habetur, vt antequam Matrimonium contrahatur ter à proprio contrahentium Parocho, tribus continuis diebus festiuis in Ecclesia, inter Missarum solemnia publice denuntietur inter quos sit contrahendum, vt omnes reuelent impedimenta si quæ sint, de quibus denunciationibus egi late singula verba Concilij declarādo in meo tractatu *de officio, & potestate Episcopi Alleg.* 32. *à princ. vsque ad n.* 55. Illud vero ex ibi dictis animaduertendum duxi quod licet attento Iure antiquo, de quo in hoc tex. non posset Episcopus dispensare, ne denunciationes præmitterētur Matrimonio, quia erāt præceptæ in Concilio generali Lateran. in cuius lege nequit Episcopus regulariter dispensare, vt resoluunt Salzed. ad Bernard. *in pract. cap.* 76. *verbo dispensat. lit. D.* Soar de Pace *tom.* 2. *suæ praxis præludio* 3. *n.* 11. Sanch. *d. lib.* 3. *disp.* 7. *n.* 1. Hodie potest Ordinarius ex causa sibi bene visa dispēsare vt omittātur omnes denūciationes, vel aliqua illarum, ante, vel post Matrimonij consumationem, vt expresse definitur in Concil. Trid. *d. cap.* 1. per quod ita resoluunt plures citati per me *d. alleg.* 32. *n.* 27.

5 *Legitimum impedimentū opponat.* Qualiter noscens impedimentum inter volentes contrahere, siue illud sit occultū, siue audiuerit sub secreto, teneatur sub peccato mortali denuntiare dixi *d. alleg.* 32. *n.* 25. *&* 26. & de Parocho cognoscente impedimentū ex Sacramentali Confessione vide citatos à Cened. *d. collect.* 81. *n.* 6. quibus adde Sanch. *d. lib.* 3. *disp.* 15. *&* 16. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 31. *n.* 242. *vers. vltimo,* Aegid. *de Sacram. & cens. tom.* 2. *dispu.* 27. *n.* 60. *cum seqq.* Gutier. *de Matrim. cap.* 50. *à princ.*

6 *Et ipsi presbyteri inuestigent vtrū aliquod impedimentum, &c.* Aduerte quod si nullus denuntiet impedimentum coram Parocho, vel Ordinario, quamuis ipsis constet de impedimento, si tamen eisdem constet de dispensatione pro foro conscientiæ, possunt dissimulare, & sic impeditos Matrimonio coniungere, vt per Henriq. *in summa lib.* 14. *cap. vlt. n.* 1. *in commento lit. E.* Sanch. *d. lib.* 3. *disput.* 15. *n.* 14.

7 In glos. [Clandestina] ibi (*tertio dicitur clādestinum, quod fit contra tenorem huius Cōstitutionis, videlicet non præmissa denunciatione*). Notatur ad hoc quod Matrimonium omissis denunciationibus, vbi fieri consueuerunt, dicitur clandestinum, intellige quoad omnes effectus clandestinitatis, præterquam nullitatis Matrimonij, Menoch. *cons.* 69. *n.* 70. Perez *l.* 1. *vers. item solent, pag.* 30. *& vers. plura tamen pag.* 38. *tit.* 1. *lib.* 5. *Ordin.* Gutier. *pract. lib.* 2. *q.* 4. *n.* 9. *in fine cum seqq.* Spin. *in spec. testam. glos.* 15. *princ. n.* 23. 24. 26. 74. Henriq. *in sum. lib.* 11. *cap.* 6. *n.* 2. *& in comment. lit. M. & cap.* 20. *n.* 1. *& in comento lit.* C. Sanch. *de Matrimon. lib.* 3. *disp.* 1. refert plures Doctores Campan. *in diuersorio Iuris Canonici rub.* 11. *cap.* 13. *n.* 143.

§. Si quis vero.

8 Probat hic §. filios genitos ex Matrimonio nullo quando simul fuit clandestinum esse illegitimos non obstante bona fide parentum, quamuis filij ex Matrimonio vere nullo non tamen clandestino geniti, quando adfluit bona fides in vtroque, vel in altero ignorante impedimentum sint legitimi, ex ea ratione quia saltem alter parens laborabat ignorantia probabili, vt docent omnes scribentes *in cap ex tenore infra qui filij,*

filij sint legitimi: quæ ratio cessat quando clandestine contrahitur omissis denunciationibus, & ideo filij non sunt legitimi: non est enim probabilis ignorantia, cum omittantur requisita ad assequendam veritatē. Vnde vt illa pœna illegitimitatis prolis sequatur duo requirūtur in hoc §. itaut vnū sine alio non sufficiat. Primum, vt omittantur denunciationes. Secundum vt ob. id in gradu prohibito contrahatur. Vnde si omissis denunciationibus contrahat in gradu prohito quamuis cum ignorantia impedimenti, vel Iuris in hanc pœnam incurrit, quia ex omissis denūciationibus præsumitur affectata ignorantia, cum illi taliter contrahendo non expertes scientiæ, vel affectatores ignorantiæ videantur, inquit Pontifex: si vero non omissis denunciationibus contrahat in gradu prohibito bona fide legitima proles est: imo etiamsi adsit mala fides ex parte vnius tantum cōiugis, ex vi huius §. ille enim in postrema parte exigit malam amborū fidem quando in facie Ecclesiæ, & præmissis denunciationibus contrahitur, similiter si omittant denunciationes non tamen contrahant in gradu prohibito. Colliguntur hæc ex *Gabr. commun tit. de legitimat. concl. 4. à n. 5.* Peregrin. *de fideicom. art. 24. n. 74.* *Menoch. cons. 199. à n. 39.* Paleoth. *de nothis, & spurys cap. 9. n. 1.* Fulu. Pacian. *de prob. lib. 2. cap. 16. n. 68.* Cardin. Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 12. n. 13.* Menoch. *de præsump. lib. 4. q. 67. n. 3.* Perez *l. 1. col. 2. tit. 1. lib. 5. Ordinam. pag. 29.* Rebuff. *de priuileg. scholastic. priuil. 106. ver. 55.* Castill. *verbi quotid. lib. 2. cap. 11. n. 8.* Sanc. *d. lib. 3. disp. 42. & 43.* Basil. Ponci. *d. cap. 26. §. 7.*

9 *Cum illi taliter contrahendo, &c.*

Notatur ad hoc quod in his, quæ clam facta sunt etsi prætendatur ignorantia, vel simplicitas, præsumitur dolus, nec excusatur aliàs excusandus,
10 vt per Tiraq. *de pœnis temper. causa 11. nu. 11.* Et ignorātia adscita, siue affectata nunquā prodest, cum æquiparetur scientiæ, idem Tiraq. *eod. tract. causa 13. à n. 22. & de retract. lig. §. 35. glos. 4. à n. 28.*

11 *In gradu prohibito.* Ex his verbis colligunt Ioan. Lup. *in tract. de Matrim. p. 2. n. 9. & 17.* Cephal. *cons. 503. à n. 18.* & alij de quibus statim referēdi, tex. in præsenti procedere solum quando Matrimonium nullum fuit propter impedimentum consanguinitatis, itaut si ob aliud nullum fuerit, licet clandestine fiat, resoluūt filios esse legitimos si parentes fuerint in bona fide; mouentur quia tex. in præcitatis verbis restricte loquitur de cōtrahentibus in gradu prohibito, quæ verba conueniunt solummodo impedimento consanguinitatis, vel affinitatis, & consequenter ad alios casus trahi non potest decisio illa, quæ nouam inducit præsumptionem odij plenissimam contra filios innocentes propter culpam parentum clandestinè contrahentiū, ideoque non amplianda, sed restringenda est ad casum expressum ex *reg. odia de regulis Iuris lib. 6. cap. pœna de Pœnis. dist. 1.* cum similibus, sequitur nouè Basil. Ponc. *de impedim. Matrim. cap. 26. §. 7. vers. secundo.*

12 Quo tamen fundamento non obstante contrariam sententiam sequuntur Doctores communiter resoluentes huius tex. decisionem procedere tam in impedimento consanguinitatis, quàm in alio quocunque dirimente, Host. Innoc. Butr. Anch. Panor. Alex. de Neuo & alij communiter hic, vt testatur Cou. *de spons. p. 2. cap. 6. in initio n. 12.* Ant. Gabr. *commun. lib. 6. tit. de legitim. concl. 4. n. 17.* Mascard. *concl. 798. n. 6.* Pereg. *de fideicom. art. 24. n. 65.* Sanch. *d. disp. 42. n. 4.* Azori. *instit. moral. p. 2. lib. 2. cap. 13. q. 9.* Sayr. *de censur. lib. 6. cap. 10. n. 31.* Probatur quia licet decisio huius tex. pœnalis videatur, in fauorem tamen animæ condita est ad coercēdum peccatum eorum, qui contra Canonica instituta Matrimonium audent contrahere, & insuper clam contrahendo ignorantiam affectant, subindeque non restrigenda, sed magis amplianda est, iuxta doctrinā *glos. verbo alios in cap. sciant cuncti de elect. lib. 6.* recepta ex multis, de quibus Tiraq. *piæ causæ priuil. 161.* & pluribus de quibus Sanch. *de Matrim. lib. 1. disp. 39. n. 5. & lib. 3. disp. 1. n. 8.* Sed melius confirmabis si aduertas nó esse necessarium hoc casu recurrere ad interpretationem extensiuam, cum conster ex verbis expressis huius tex. non limitatiue agere de Matrimonio nullo ob impedimentum consanguinitatis, sed generaliter de quocunque alio, quod dirimat Matrimonium: ostēditur quia hic §. refert se ad principium tex. ibi, huiusmodi clādestina, vel interdicta, idest hæc de quibus supra in principio dixerat, constat autem in principio de omnibus aliis impedimentis egisse, quamuis enim in exordio locutus sit de contrahentibus in gradu prohibito, deinde decisionem concipit per verba generalia ibi, qui voluerit & valuerit, legitimum impedimentum opponat, & clarius ibi, inuestigent verum aliquod impedimentū obsistat, quare prædicta verba §. sequentia, ibi huiusmodi, &c. in toto rigore, absque alia extēsione referri debent ad Matrimonia clandestina, & interdicta, & inualida propter consanguinitatem, vel aliud quodcunque impedimentum dirimens, vt manifestè deducitur *ex cap. ex tenore qui fil. sint legit.* vbi non de cōsanguitatis impedimento agebat tex. sed de coniugato, qui mulierem ignaram duxit, & tamen requirit ad hoc vt filij sint legitimi, quod publicè, & in facie Ecclesiæ cum ea contraxerit, aperte ostendens illegitimam esse prolem, si etiam in eo casu clandestinè Matrimonium esset contractum, vt ibi notarunt omnes.

13 In glos. [Si ambo] ibi *(sed quid si vnus scit, &c.)* Notatur ad ad hoc quod filij ex Matrimonio nullo concepti quoad omnia cēsentur legitimi propter bonam fidem vnius ex parentibus vt per Couar. *de spons. p. 2. cap. 8. §. 1. n. 2.* Costa *in cap. si pater de testam. lib. 6. p. 1. verba vxorem n. 4.* Greg. *l. 3. tit. 3. p. 4.* Auendan. *l. 6. Tauri glos. 1.* Gutier. *lib. 3. pract. q. 79. n. 4.* Duenh. *reg. 150. limit. 2. vers. contraria,* Gom. *tom. 1. var. cap. 6. n. 26.* Xuar. *in l. quoniam super*

per declarat legum regni limit. 12. *n.*4. Cott. *in memoralib. verb. Episcopalis dignitas*.

§. Sane.

14 ***Qui eis præſumpſerit intereſſe*.** Non comprehendit Parochum ob licentiam conceſſam alij ſacerdoti aſsiſtendi Matrimonio clandeſtino, ita Sanch. *d.lib.*3.*diſput.*49. Mar. Alter. *de cenſuris tom.*2.*diſput.*11. *de ſuſpenſione cap.*5.*verſ. ſecunda principalis quæſtio*, Ego ipſe *dicta alleg.*32.*n.*163.

15 ***Per triennium, &c.*** Pœna hęc triẽnalis ſuſpẽſionis impoſita parocho aſsiſtenti Matrimonio clandeſtino non eſt ſublata per Concil. Trid. *in d. cap.* 1. in illis verbis, inſuper Parochum &c. vt tenent plures citati per me d. *alleg.* 32. *n.* 162. quicquid contrarium imo ceſſare hodie hanc triennalem ſuſpenſionem per pœnam arbitrariam poſitam in Concil. Trident. teneant Matien. *l.*1.*gloſ.*7.*n.*2.*in fin. tit.*1.*lib.*5.*noua recop.* Sãch. *d.lib.*3.*diſput.*48. *n.*3.*cum ſeqq.* Gutier. *de Matrim. cap.*75.*n.*14.

16 ***Ab officio.*** Non tamẽ à beneficio, quia ſuſpẽſum ab officio, qui interfuit Matrimonio clandeſtino, non eſſe ſuſpenſum à beneficio reſoluunt Perez. *l.* 1. *verſ. in oppoſitũ tit.*1.*lib.*5.*ordin.pag.*31. Gutier. *canon.lib.*1.*c.*5.*n.* Sanch. *d.lib.*3.*diſput.*51. Mari. Alter. *d.cap.*5. *verſ. quarto dubitatur*. Vtrum autem Epiſcopus in hac triennali ſuſpenſione diſpenſare valeat? negatiuè reſpondent Sanch. *d.lib.*3.*diſp.*52. Mar. Alter. *d.cap.*5. *verſ.*5. & alij quos refero Ego ipſe d. *alleg.*32. *n.*166. vbi *n.*167. hanc reſolutionem amplio vt nec etiam virtute decreti Concil. *ſeſſ.*25.*de reform.cap.*6. id ſibi permiſſum ſit.

17 ***Suſpendatur.*** Intellige non ipſo iure, nam cum hoc verbum ſit futuri optatiui modi reſpiciens actum ac Iudicis miniſterium, ideo importat ſententiam ferendam, ex reſolutis per Tiraq. *in l. ſi vnquam C. de reuoc. donat. verbo reuertatur n.*39. & per Monetam *de diſtribution. quotid. p.*3.*q.*7.*n.*21. quo fundamento in his terminis reſoluunt Sanch. *d. lib.* 3.*diſp.*48.*n.*2. Gutier. *d.cap.*75.*n.*13. Ego ipſe *d. alleg.*32.*n.*161.

18 ***Si quis autem, &c.*** Notatur ad hoc quod falſa impedimenta denuntians, vt Matrimonium impediat, arbitraria pœna punitur, vt per Anch. hic *n.*13. Menoch. *de arbitrar. caſu* 453.*n.*2. Vgolin. *de poteſtate epiſc. cap.*15.§.11.*n.*6. quos refero Ego ipſe *d. alleg.*32.*n.*24.

19 In gloſ. [Malitioſè, fin.] Notatur ad hoc quod malitioſe fieri dicitur, quod iniuria fit dolo adhibito, cum malitia ſit calumnia, vt per Gutier. *canonic. lib.*1.*cap.*20.*n.*12.

De ſponſa duorum. Tit. IV.

SVper hanc rub. ſcripſerunt Zabarel. Io. Andr. Anch. Butr. Panor. Præpoſ. Marian. Socin. Alex. de Neuo, Durand *in breuiario aureo Iuris Canonici*, *& in ſpeculo Iuris ſub hoc tit. lib.*4. Stephan. Ranchin. *in continuat. titulorum Decretal*. Ioan. de Londris *in breuiario Sanctorum Canonum*, Petr. de Rauenna *in compendio Iuris Canonici*, Martin. Meſnart. *in epithome Decretal.* Dani. Venator. *in analyſi methodica Iuris Pontificij*, Goffred. & Hoſt. *in ſum. huius tit.* Alex. Caſſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Matrimonium validum diſſoluit priora ſponſalia eo modo vt illo ſoluto nulla ea perficiendi obligatio ſuperſit.*

Cap. Duobus. I. *Auguſt.*

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Collectar. Zabar. Ioan. Andr. Hoſtien. Henric. Anch. Butr. Panorm. Præpoſ. Mar. Socin. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in cõcordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ p.*1. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 38. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 573. refertur ab Antonio Auguſtino *collect.* 1. *Decretal. libro* 4. *titul.* 4.*cap.*1.

2 Cum Matrimonium fortius vinculum ſit, ſi illud validum fuit nemini dubium eſt priora ſponſalia diſſoluere eo modo, itaut ſoluto Matrimonio nulla illa perficiendi obligatio ſuperſit, vt per Fr. Emman. *in ſumma tom.*1.*cap.*245.*n.*8. Azeued. *l.*1.*num.*13. *in fin. tit.*1. *lib.*5. *noue recopil.* Henriq. *in ſum. lib.* 11. *cap.*23.*n.*3.*& cap.*14.*num.* 2. Sanch. *de Matrim. lib.* 1. *diſp.* 48.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Pœnæ, quas incurrit ſciens vxorem adhuc viuere, & ducit ſecundam remiſſiue.*
4 *Carena quid dicatur oſtenditur.*

Cap. Accepiſti. II.

1 SVper hunc text. ſcripſerunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarel. Ioan. Andr.

D Hoſt.

Host. Henric. Butr. Anch. Panorm. Præpos. Mari. Socin. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.* 2. Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag.* 39. Alagona *in compendio iuris Canonici pag.* 573. desumitur ex Burchardo *lib.* 19. *cap.* 5. *tit. de fornicat.* 6. *recepisti illam*, & refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 4. *cap.* 2.

2 ***Quam alter sibi desponsatam habuerat.*** Aduerte quod ille, qui sciens vxorem adhuc viuere ducit secundam præter peccatum mortale quinque pœnas incurrit, de quibus Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *n.* 74.

3 ***Et quadraginta dies in pane, &c.*** Hæc pœnitentia in foro exteriori locum habet, nam in foro animæ Presbyter, qui audit Confessionem secundum suum arbitrium poterit eam modificare, ita Perez *l.* 3. *col.* 4. *vers. punitur pag.* 45. *tit.* 1. *lib.* 5. *ordin.*

4 In glos. [Carenam] Dicitur tempus quadraginta dierum in pane, & aqua cum septem sequentibus annis, & in litteris Papalibus, vbi conceditur carena indulgentiæ intelligitur tempus quadraginta dierum, & septem annorum pœnitentiæ, ita Fr. Emman. *quæst. regular. tom.* 2. *q.* 85. *art.* 3. *vers. pro explicatione.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Coniuges non possunt secundum Matrimonium contrahere existente primo etiam carnali copula non consumato.*
3 *Verba, ego accipio te in meam, an sint de essentia sacramenti Matrimonij.*
4 *Verba in Matrimonio sunt saltem de necessitate præcepti.*
5 *Papa an possit statuere vt Matrimonium ratum dirimatur per subsequens copulam consumatum, ostenditur.*

Cap. Licet. III. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panor. Præpos. Mari. Socin. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. & 2. Viu. *in ration. lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 40. Alag. *in compend. Iuris Canon. pag.* 573. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 4. *cap.* 3. & est post Concil. Lateranen. *p.* 7. *cap.* 8.

2 Probat hic tex. coniuges non posse secundum Matrimonium contrahere existente primo, etiã carnali copula minime cõsumato, vt per Couar. *de sponsal. par.* 2. *cap.* 7. §. 3. *num.* 5. Menoch. *de præsump. lib.* 3. *præsump.* 1. *n.* 17. Valer. Reginal. *in praxi fori pœniten. lib.* 31. *n.* 72. *in fine.*

3 ***Ego accipio te in meam, &c.*** Hæc verba non esse de essentia sacramenti resoluunt Perez *in l.* 1. *vers. præterea necessarium est tit.* 1. *lib.* 5. *ordinam. pag.* 39. Petrus de Ledesma *de Matrim. q.* 43. *art.* 1. *dubio* 4. *conclus. fin.* & *q.* 45. *art.* 5. *puncto* 3. *ante primum dubium concl.* 2. & *in sum. p.* 1. *de sacramen. Matrimon. cap.* 1. *conclus.* 15. *in fin.* Henriq. *in sum. lib.* 11. *cap.* 2. *num.* 7. Ceual. *commun. contra communes q.* 604. *num.* 53. Cened. *practic. & canonic. quæst. lib.* 1. *q.* 30. *n.* 38. Gutier. *de Matrim. cap.* 69. *num.* 3. Et ad tex. in præsenti, & *ad cap. si inter sup. de sponsalib.* bene respondet Francisc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 1. *comp.* 3. *a n.* 74. illa Iura non asserere certa, & diffinita ab Ecclesia verba fuisse præscripta, quibus cõtrahentes se inuicem in Matrimoniũ copularẽt, sed consensum debere volunt tantum eos ostendere, vel verbis illis. Ego te in meam accipio, &c. addit tex. *in d. cap. si inter*, vel alia verba consensum exprimentia de præsenti, & id ipsum dicit tex. in præsenti cum antea dixisset consuetis verbis consensum contrahentes producere posse, & nouè Concil. Trident. *sess.* 24. *de reform. Matrimonij cap.* 1. ibi, vel aliis verbis iuxta receptum vniuscuiusque prouinciæ ritum, &c.

4 ***Verbis consuetis.*** Notatur ad hoc quod verba in Matrimonio sunt saltem de necessitate præcepti, vide Petr. de Ledesma *d. q.* 45. *art.* 2. *concl.* 2. Fr. Emman. *in sum. tom.* 1. *cap.* 216. *n.* 5. Henriq. *d. cap.* 2. *n.* 6. Sanch. *de Matrimon. lib.* 2. *disput.* 31. *num.* 9. *vbi num.* 10. tenet nullum de hoc esse Ecclesiæ præceptum sed tantum esse venialem culpam, non exprimere verbis sed solum signis consensum.

5 ***Quamuis aliter, &c.*** Notatur ad hoc quod potest Papa statuere vt Matrimonium ratum dirimatur per subsequens copula consumatum, vt per Host. *in cap. fin. verbo volumus inf. hoc tit.* vbi Card. *in fin.* Abb. *num.* 5. & Henric. *num.* 4. *cum seqq.* Metina *lib.* 5. *de sacrorum hominum continentia cap.* 87. Sed verius est non posse, sic Couar. *d. cap.* 7. §. 4. *num.* 15. Gutier. *canonic. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 22. Matien. *in rub. tit.* 1. *glos.* 1. *num.* 76. *lib.* 5. *nouæ recopil.* Sanch. *d. lib.* 2. *disp.* 14. *num.* 4. vbi cum Couar. *d. num.* 15. respondet ad hunc tex. ea scilicet iudicia summorum Pontificum non pertinere ad Canonum vniuersalium institutionem, sed ad quarumdam litium decisionem, & eodẽ quasi modo respondet Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *q.* 3. *vers. tertio obijcitur*, vbi refert tex. in præsenti non dicere suos quosdam Prædecessores definisse, sed iudicasse, & iudicare idem est quod sentire, & non diffinire.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 Ma-

5 *Matrimonium initum contra interdictum Ecclesiæ an sit nullum?*

Cap. Tua fraternitas. IV.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Boich, Butr. Anchar. Panorm. Præpos. Mari. Socin. Alexand. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantys vtriusque Iuris cum legibus Castella p.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.*4.*Iuris Pontificy pag.*40.Alagona *in cōpendio Iuris Canonici pag.*573.refertur ab Anton.August. *collect.*1.*Decretal.lib.*4.*tit.*4. *cap.*5. & est post Concil. Lateraneñ *par.*50.*cap.* 41.

2 *Et si contra interdictum Ecclesiæ, &c.* Notatur ad hoc quod Matrimonium initum contra interdictum Ecclesiæ est nullum, vt per citatos à Sanch. *de Matrim.lib.*7.*disput.* 2. *à princ.* Sed pro veritate vide quæ supra dixi ad *cap. penult. de desponsatione impuberum*.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Matrimonium à filys contractum absque consensu parentum validum est.*
3 *Cōsuetudo etiam improba inducit probabile dubium, & excusat à pœna.*
4 *Sponsus, & sponsa per concubitum se sibi inuicem tradunt.*

Cap. Tuas dudum. V. & fin.

1 SVper hunc tex.scripserunt Abb.antiq. Innocentius, Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Boich, Butr. Anchar. Panorm. Præpos. Marian. Socin. Alexand. de Neuo, Casal. *in annot.* Ximen. Toletan. *in concordantys vtriusque Iuris cum legibus Castella p.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.*4. *Iuris Pontificy pag.*41. Alagona *in cōpendio Iuris Canonici pag.*574. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 4. *tit.*3. *cap. vni.*

2 Ad materiam huius tex.faciūt quæ dixi *ad cap. licet* 1. *sup. hoc tit.* & pro concordia huius tex.& regulæ *l. quoties C.de rei vendicat.*dixi *ad cap.si inter de sponsalibus*, & quod validum sit Matrimonium à filijs contractum absque parentum consensu, nec ab ipsis parentibus irritari possit, dixi *ad cap.* 1. *sup.de desponsat.impuber.*

3 *Ne vero turpis sit, &c.* Notatur ad hoc quod consuetudo etiam improba inducit probabile dubium, & excusat à pœna,vt per Rocch. *in cap. fin. supra de consuetudine sect.* 1. *num.* 2. *&* 3. Baptista *in repetit. l. si quando à num.* 15. *C. vnde vi.* Couar.*de sponsal.par.*2.*cap.*7.*§.*3. *n.*5. Tiraq. *de pœnis temperand. causa* 42. *à princ.*

4 In glos.[Cognouisset 1.] ibi *(possessio &c.)*Notatur ad hoc quod per concubitum sponsus & sponsa se sibi inuicem tradunt, vt per Tiraq. *de retract. connent. ad fin. tit. n.*77.

De conditionibus appositis in desponsatione, & alijs contractibus. Tit. V.

SVPER hanc rub. scripserunt Zabarel. Io.And.Anch Butr.Panor.Præpos.Mari. Soc.Alex.de Neuo,Cened.*collect.*85. Du rād.*in breu.aureo Iuris Canon.& in speculo Iuris Pōtif.sub hoc tit. lib.*4.Steph.Ranchin. *in continuatione titulorum Decretal.* Ioan. de Londris *in breuiario Sanctorum Canonum*, Pet. de Rauenna *in compendio Iuris Canonici*, Martinus Mestrart. *in epithome Decretal.* Dan. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontif.* Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alex.Castan.& Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Declaratur tex. in præsenti.*

Cap. Quicūque. I. *Ex Conc. Afr.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostiens. Henric. Boich, Butr. Anchar. Panorm. Præpos. Mari. Socin. Alexan. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantys vtriusque Iuris cum legibus Castella p.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontificy pag.*62. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 574. refertur ab Anton.August. *collect.*1.*Decretal. lib.*4. *tit.*5. *cap.* 1.& est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *par.* 6. *cap.* 5.

2 Hunc tex. intelligit si à principio resolutiuè, vel post contractum suspensiuè conditiones ponantur Nauar. *in mann. cap.*22. *num.* 62. *vers. tertium*, Deinde intelligendus est quando coitus intercessit ante conditionis defectum, ex quo à conditione recessum est per ipsam copulam, & Matrimonium valet explosa conditione, quia verba huius tex. ibi (eam relinquere voluerit, præmittunt cohabitationem, & carnalem copulam,ita Couar. *de spons.p.*2.*c.*3.*§.*1.*num.*13.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Verus intellectus ad hunc tex. præstatur.*

Cap. Cum sit. II. *Greg.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarell. Ioann. Andr. Hostien. Henric. Boich, Butr. Anch. Panorm. Præposit. Mari. Socin. Alexand. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag.* 43. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 574. desumitur ex D. Gregorio *lib. 7 epistola 36. indict. 2. registri*, & refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 5. cap.* 2.

2 Difficilis est hic tex. dum dicit duo mancipia fuisse manumissa sub conditione vt monachi fierent, cui quidem conditioni cum alterum parere noluisset, respondet Pontifex cogendum esse, vt sic manumittentis voluntas impleatur; & ex eo consurgit difficultas, quia illa conditio circa spiritualia versabatur, nempe circa religionis ingressum, vnde videbatur non esse admittendā. Reiecto intellectu glossæ, Antonij, Abb. & aliorū probabilior est ille quod scilicet in specie huius tex. conditio seu modus de ingrediendo religionem adiectus libertati ideo non improbetur, quia pro substantia non requirebat partis acceptationem, quod autem is modus nō requirat partis acceptationem ex eo patet, nā adiectus fuit manumissioni proprij serui, ac proinde sicut libertas data proprio seruo statim suum habet effectum antequam à parte acceptetur *l.* 2. *C. de manumiss. vindicta*, ita idem de modo adiecto omnino dicendum erit, *reg. accessorium, de reg. Iuris in 6.* eum igitur modus ille de ingrediendo religionē absque partis acceptatione suam habeat vim, recte, vt quantumcunque circa spiritualia versetur improbari nō debeat, quia quādo modus, seu conditio pro sui substantia partis acceptationem non desiderat quantumcūque ad instar conuentionis circa spiritualia adijciatur regulariter admittitur, quia hi modi, seu cōditiones nullo Iure in spiritualibus improbantur, Iura enim de hoc agentia solum prohibent pactiones seu conuentiones *tex. in cap. vlt. sup. de pactis*, & de ratione cōuentionis est vt actus absque partis acceptatione non subsistat *l. quamcumque gerimus* 10 *ff. de action. & oblig.* iuncta *l.* 1. *§. conuentiones ff. de pactis* vide Soar. *de relig. tom. 1. tract. 3. lib. 4. de Simonia cap. 16. n. 13.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Conditio possibilis, & honesta de futuro suspendit contractum Matrimonij vt nullo modo valeat dum conditio non adimpletur.*
3 *Intellige si conditio adijciatur in ipso actu contrahendi Matrimonium, secus si ex interuallo.*
4 *Sponsa si promittat sponso aliquid in dotem non tenetur sponsus cū ea contrahere, nisi id sibi daretur, quid vero si vir promittat vxori vide ibi.*
5 *Sponsalia de futuro contracta cum conditione per copulam carnalem transeunt in Matrimonium recedente conditione, quid vero attento Iure Concilij Trident. ostenditur.*

Cap. De illis. III. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Anchar. Butri. Panorm. Præpos. Mari. Socin. Alex. de Neuo, Ximon. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag.* 43. Alagona *in compendio Iuris Canonic. pag.* 574. refertur ab Anton. Augustin. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 5. cap.* 4. & est post Concil. Lateranen. *p. 6. cap. 12.*

2 ***Reus periurij non habebitur.*** Notatur ad hoc quod conditio possibilis, & honesta de futuro suspendit contractum Matrimonij vt nullo modo valeat dum conditio non impletur, vide *l. 3. tit. 4. partita 4.* vbi Gregor. verbo easar, Couar. *de sponsal. p. 2. cap. 3. in initio n. 2.* Nauar. *in man. cap. 22. n. 61.* Siluest. *verbo Matrimonium à n. 1.* Candelab. *aureum titul. de Matrimon. par. 1. n. 53.* Spino *in spec. testamen. glos. 15. princ. n. 63.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. comparat. 16. n. 5.* Sanch. *de Matrim. lib. 5. disputat.*
3 *6. in princ.* Intellige si conditio adijciatur in ipso actu contrahendi Matrimonium, secus si ex interuallo vt per Couar. *d. cap. 3. §. 1. n. 8.* Sanch. *d. disput. 6. n. 3.* Gutier. *de Matrimon. cap. 81. n. 3.*

4 ***Si tantum mihi donaueris.*** Notatur ad hoc quod si sponsa promittat aliquid in dotem sponso non tenetur sponsus eum ea contrahere, nisi id sibi daretur, vt per Couar. *de spons. par. 1. cap. 5. num. 4. & par. 2. cap. 3. §. 3. n. 2.* Et ideo tex. hic dū decidit iuratā promissionē mulieri factam de accipiendo eam in vxorem sub conditione si centum daret, valere, ex eo procedit quia in hac promissione cessat turpitudinis præsumptio, tum quia vir promittit fœminæ Matrimonium si centum sibi dederit, intelligitur causa dotis, & in dubio non præsumitur libidinis causa, sed honesta, ac proinde causam iustam subesse promittendi. Si vero vir promittat vxori tunc præsumitur libidinis causa, nisi vir sit ignobilior, aut senior, & ita vxori promittat in iuuentutis, aut nobilitatis compensationem, & hoc casu procedit tex. *in l. si ita stipulatus fuero, 97. §. si tibi nupsero ff. de verb. oblig.* necessariò intelligendus quoties promissio quantitatis lucri gratia principaliter fit, ita Couar. *d. cap. 3. §. 3. num. 1. & 2.* Palat. *in repetit. cap. per vestras de donationibus inter virum & vxorem, notabili tertio, §. 21. num. 1. & 2.* Franc. Molin. *dicta comparat. 16. num.* 101. &

102.

102. Sanch. *de Matrim. lib. 1. disp. 33. num. 4.* vbi dicit non obstare huic expositioni prædicta tex. verba, cum dotis gratia largitum non censeatur donatum, sed ad onera Matrimonij sustinenda detur ex *l. pro oneribus C. de Iure dotium*; quia respondet, verbum, donaueris, non vsurpari hic in rigurosa significatione, sed pro eo quod est dare ex aliqua causa, vt cõstat, quia ea donatio deducta est in pactum, & conditionem Matrimonij contrahendi, ergo non fuit gratuita.

5 *Aut carnalis sit inter eos, &c.* Notatur ad hoc quod sponsalia de futuro contracta cum conditione per copulam carnalem transeunt in Matrimonium recedente conditione, vt per Palat. *in repet. rub. §. 4. nu. 1.* Sanch. *de Matrim. lib. 1. disput. 26. n. 8.* Menoch. *de præsump. lib. 3. q. 1. n. 80. & 81.* vbi etiã quod hæc præsumptio est Iuris, & de Iure, & solum inducitur per copulam carnalem subsecutam, non autem per alios actus, putà per amplexus, oscula, & alia similia D. Barbosa *in rub. ff. solu. Matrim. p. 2. num. 108.* vbi etiam dicit quod non erit idem si copula præcesserit Matrimonium. Hodie vero cum Matrimonia præsumpta cessauerint per Concil. Trident. *sess. 24. de reform. Matrim. cap. 1.* vt asserũt citati DD. per me *in cap. 30. n. 3. supra de sponsalibus*, huius tex. dispositio iam non procedit, vt tenet Perez *l. 1. gloss. 5. pag. 41. vers. 2. tit. 1. lib. 5. Ordinamenti.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Donatio modalis facta Ecclesiæ, vel pio loco non potest reuocari nisi expresse fuerit conuentum.*
3 *Modus fauore Ecclesiæ præsumitur causa impulsiua, vel finalis, prout ipsi Ecclesiæ magis vtile fuerit.*
4 *Dominium rerum donatarum retrotransfertur in donantem si in donatione appositum sit pactum quod donatarius teneatur alere donatorem, & ille deficiat in eo.*
5 *Legis duplex prohibitio magis operatur quàm simplex.*
7 *Delictum solius Prælati Ecclesiæ non nocet.*
8 *Iuramentum quando factum est in fauorem tertij cũ aliqua conditione nisi illa adimpleatur iurans ad Iuramentum seruandum non obligatur.*
9 *Donans in donatione facta Ecclesiæ potest eam legẽ apponere vt non liceat Ecclesiæ alienare, & si cõtra factum fuerit possit eadem res ab eo reuocari.*
10 *Alienandi prohibitio hominis vbi concurrit cum prohibitione legis impedit dominij translationem.*

Cap. Verum. IV.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Io. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Præpos. Mar. Socin. Alex. de Neuo, Casal. *in annot.* Ximen. Toletan. *in cõcordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag. 44.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 574.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 5. cap. 3.* & est post Concil. Lateranen. *par. 29. cap. 3.*

2 Probat hic tex. donationem modalem factam Ecclesiæ, vel loco pio nõ posse reuocari nisi expressè fuerit conuentum, vt per Socin. *reg. 382. priuileg. 60.* Ioseph. Ludou. *Perus. decis. 93. num. 43.*
3 Nam fauore Ecclesiæ semper modus præsumitur causa impulsiua vt per Ripam *in l. fin. C. de reuoc. donat. q. 52. n. 173.* Couar. *lib. 1. vari. cap. 14. num. 6.* Surd. *de alimentis tit. 1. q. 48. n. 70.* Et etiam fauore piæ causæ præsumitur causa finalis si sit fauor, & commodum ipsius piæ causæ vt talis præsumatur, si vero è cõtra id tenderet ad odium, & incommodum ipsius piæ causæ tunc contra præsumeretur non esse finalem, vt per Tiraq. *in tract. cessante causa, limit. 1. n. 58.* vnde ex contractu innominato facto cum Ecclesia non potest agi contra eam conditione ob causam, sed solum præscriptis verbis ad implemen-
4 tum contractus Duen. *reg. 110. limit. 3.*

Notatur tex. hic ad hoc quod si in donatione appositum sit pactum quod donatarius teneatur alere donatorem, & ille deficiat in obseruatione pacti retrotransfertur dominium rerum donatarum in donatorem, & ei datur vtilis rei vendicatio speciali alimentorũ fauore, vt per Rip. *in l. fin. q. 38. n. 129. C. de reuoc. donat.* Couar. *lib. 1. var. cap. 14. n. 4.* Larã *in l. si quis à liberis §. verum n. 20. ff. de liber. agnosc.* Surd. *de alimentis tit. 8. priuil. 61. n. 8.*

5 Notatur etiam ad hoc quod duplex prohibitio legis scilicet, & hominis plus operatur, quã simplex, vt per Farin. *in praxi crim. p. 1. q. 25. n. 37.* Menoch. *cons. 95. n. 124.* Surd. *decis. 254. n. 35.*

6 *Interposita conditione.* Id est interposito modo ex glos. & Doct. hic, nam tex. præsupponit donatum Ecclesiæ acquiri, & postea onus esse implendum, quo casu censetur modus, & non conditio, quamuis cõditio appelletur *l. cum tale 71. §. 1. ff. de cond. & demonstrat.* Nec nouum est modũ conditionem appellari, vt patet ex *l. liberto 21. §. Lucius ff. de annuis legatis*, & *l. Titio centum 70. §. 1.* & ibi notat Paul. *n. 2. ff. de condit. & demostr. l. liberis 106. eod. tit. l. licet 12. ff. vt legatorũ nomine caueatur.*

7 *Quod ea cessante, &c.* Scilicet si id expressum fuerit ex mente omnium hic, facit *l. liberto 21 §. Lucius ff. de annuis legatis*; vnde habet hic tex. expressum de eo quod dubitat Socin. *in l. quibus diebus §. fin. n. 17. ff. de condit. & demonstrat.* & inferas etiam in Ecclesia modum resoluentẽ donationem esse obseruandũ, vt etiam insinuat *cap. cum dilecti, de donat.* adeo quod si ponatur pactum, vt modo non obseruato, donator propria auctoritate rem recuperet, id pactum obseruandum sit, arg. *l. 4. C. de pignoribus*, quod ita contra Innoc. *in cap. verum de foro compet.* resoluunt esse receptũ Tiraq. de *retractu conuent. ad fin. tit. n. 14.* Pincl. *in l. 1. C. de bonis matern. p. 3. n. 54. vers. infer-*

tur 21. Intellige autem hunc tex quando Prælatus cum Capitulo modum non impleuerũt, alias enim delictum solius Prælati Ecclesiæ nocere non debet, iuxta *reg. delictum de reg. Iur. in 6.* cum enim ex donatione facta sub modo statim ius quæratur, iuxta tradita per Bart. *in l. quibus diebus §. fin. n. 16. ff. de condit. & demonstrat.* in hoc iure iam quæsito Prælatus Ecclesiæ non potuit præiudicare, vt eleganter cõsiderat Panor. *in cap. breui, n. 7. sup. de iureiur.* & in specie ita explicant Cardin. *hic n. 6.* & Socin. *in d. l. quibus diebus §. fin. n. 17.* quibus tamen addere debes id procedere quando Ecclesia conuentum habet, aliàs enim solus Prælatus potest Ecclesiæ præiudicare iuxta traditionem *glos. in cap. potuit supra de locato:* & ita Felin *in cap. verum n. 9. de foro compet.*

8 *Debeat reuocari*. Notatur ad hoc quod quando iuramentum factum est in fauorem tertij cum aliqua conditione, nisi illa adimpleatur iurans ad iuramentum seruandum non obligatur, vt per Sayr. *in claui regia lib. 5. cap. 7. n. 5.*

9 In glos. [Debent reuocari :] Notatur ad hoc quod in donatione facta Ecclesiæ ea lex apponi potest à donãte, vt non liceat Ecclesiæ alienare, & si contra factum fuerit possit eadem res à donante reuocari, & ita etiam vt nec ob redẽptionem quidem captiuorum, aut aliam necessariam causam ea res possit alienari, vt per Tiraq. *de retract. conuent. ad fin. tit. n. 15.*

10 Notatur etiam ad hoc quod prohibitio alienandi hominis, vbi concurrit cum prohibitione legis impedit dominij translationem, nec potest fieri alienatio in casibus aliàs à Iure communi permissis, vt per Surd. *decis. 254. n. 35.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Conditiones apposita Matrimonio faciles scilicet, & contingentes illud suspendunt.*

3 *Matrimonium nec diem nec conditionem recipit.*

4 *Matrimonium sub conditione contractum ea pendente dirimitur per secundum pure contractum.*

5 *Conditio illa, si parentibus placuerit, vt honesta potest adijci in contractu Matrimonij.*

6 *Matrimonium contractum sub ea conditione si pater consenserit regulatur ex primo illius consensu, aut dissensu.*

7 *Matrimonium contractum sub conditione honesta non efficitur Matrimonium adueniente conditione, sed tantum sponsalia, nisi nouus consensus accedat.*

8 *Matrimonium cõtractum inter inhabiles sub illa cõditioné, si Papa dispensauerit, non efficitur validũ adueniente conditione absque nouo consensu, nisi dispensatum fuerit in radice.*

9 *Papa potest dispensare in radice Matrimonij etiam post mortem alterius ex coniugibus si dispensatio per parentes in vita petita fuerat.*

10 *Matrimonium inter consanguineos nulliter contractum censetur à Papa dispensatum in radice quando ipse Papa declarat legitimos filios natos ante dispensationem, & postea nascituros, & tunc operatur etiam in præiudicium tertij ad successionem vocati.*

11 *Promittens contrahere Matrimonium sub illa conditione, si Papa dispensauerit, potest pœnitere etiam post obtentam dispensationem, non tamen in radice.*

12 *Copula an sit mentio facienda in dispensatione obtinenda pro consanguineis, vel affinibus?*

13 *Conditio honesta quamuis suspendat tam sponsalia quam Matrimonium vsque ad conditionis euentum non potest alter antequam conditio deficiat recedere.*

Cap. Super eo. V. *Vrban. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panor. Præpos. Mar. Soc. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag. 45.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 575.* refertur ab Aoton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 5. cap. 4.* & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *p. 6. cap. 21.*

2 Probat hic tex. conditiones appositas Matrimonio faciles scilicet, & contingentes veluti, si mihi centum dederis in dotem, aut si pater meus voluerit, illud suspendere, vt nihil actum censeatur dum conditio pendet: ita Couar. *de sponsalib. p. 2. cap. 3. n. 2. in fin.* Siluest. *in summa verbo Matrimonium 3. n. 1. ad finem*, Mozz. *de contractibus tit. de Matrim. §. diuisio Matrimonij n. 10. vers. quædam vero*, Nauar. *in manu. cap. 22. n. 71. Franc.* Molin. *de ritu nupt. lib. 1. comp. 26. n. 91* Sanch. *de Matrim. lib.*
3 *5. disp. 6. à princ.* Nec obstat quod Matrimonium nec diem, nec conditionem recipit Couar. *de spõsal. p. 2. cap. 3. in princ. n. 3.* Sot. *in 4. distin. 29. q. 2. artic. 1. col. 4.* Cotta *in memorab. verbo Matrimonium, pag. 568.* quia respondetur conditiones illas non adijci Matrimonio, nec illud suspẽdere, sed magis adijci consensui futuro, is cum nõ sit Matrimonium, sed causa illius ex D. Thoma *ad tertiam partem q. 45. cap. 1. ad secundum*, & probat *l. nuptias ff. hoc tit.* non est actus legitimus, & consequenter suspendi potest, nõ obstante *reg. actus legitimi, 77. ff. de reg. iur.* de qua late Molin. *d. comp. 26. a n. 11.* vnde Matrimonium ipsum conditionem nõ recipere bene tamen eius consensum resoluit Sanch. *de Matrimonio lib. 5. disput. 1. n. 5.*

4 Quæ quidem principalis tex. conclusio adeo vera est, vt si interim hac conditione pendente scilicet, si mihi centum dederis in dotem, vel patri meo placuerit, qui sub dicta conditione contraxit, cum alia contrahat, valet Matrimonium secundò contractum, quamuis postea conditio sequatur, dum Matrimonium hoc fuerit purè contractum; censetur enim à priori non dum perfecto recessum, ita Nauar. *d. cap. 22. n. 64.* Frãc. Molin. *d. comparat. 16. n. 92.* vbi n 93. resoluit Matrimonium cum alia contractum sub conditione

ne valere, non obstante cõditione in priori contractu apposita dum hæc posterior prius purificetur, & *n.* 94. tenet quod Matrimonium secundo loco contractum, & sub conditione sicut primum, stante dubio quæ conditio prius fuerat purificata, neutrum valet Matrimonium.

5 *Ac conditionem ipsam, &c.* Notatur ad hoc quod conditio illa, si parentibus placuerit, vt honesta potest in contractu Matrimonij adijci; ita Menoch. *cons.* 69. *n.* 42.

6 *Nisi voluntas patris, &c.* Aduerte quod si contractum est Matrimonium ea conditione, si pater consenserit, & primùm pater dissenserit, postea vero mutata voluntate consenserit, non propterea erit contractum Matrimonium, quia intelligitur de primo consensu, aut dissensu, vt per Tiraq. *in l. boues* §. *hoc sermone in reg. n.* 132. & resoluit Sanch. *d. lib.* 5. *disp.* 7. *n.* 9.

7 *Cum huiusmodi consensus non sit de præsenti, &c.* Notatur ad hoc, quod quando vterque contrahens est habilis, & contrahit per verba de præsenti sub conditione honesta, vt si pater voluerit, vel dotem dederis, non efficitur Matrimonium adueniente conditione, sed tantum sponsalia, nisi nouus consensus accedat, cum tex. in præsenti dicat aperte consensum interposita conditione, si pater consensum præstiterit, non esse de præsenti habendum, quamuis de præsenti exprimatur, ita Angl. *in florib. p.* 5. *de Matrim. q.* 2. *de consensu conditionato artic. vnico diffic.* 2. Viuald. *in candel. aureo p.* 1. *de Matrim. n.* 54. Nau. sibi contrarius *cons.* 14. *n.* 7. *sub tit. desponsal. in nouis, & cons.* 1. *sub hoc tit. in vtraque edit.* Couar. *de sponsal. p.* 2. *cap.* 3. *in initio n.* 5. Pet. de Ledesma *de Matrim. q.* 47. *art.* 5. *dub.* 7. *princip. concl.* 12. Matien. *in rub. tit.* 1. *glos.* 1. *n.* 63. *lib.* 5. *nouæ recop.* Gutier. *lib.* 1. *canon. cap.* 22. *n.* 21. Henriq. *in sum. lib.* 11. *cap.* 12. *n.* 3. Paul. Comitol. *respons. casuum consci. lib.* 1. *q.* 113. *n.* 6. Quamuis contrarium imo adueniente conditione statim absque nouo cõsensu effici Matrimoniũ teneãt scribẽtes omnes in præsenti, & *in cap. de illis* 3. *sup. hoc tit.* Nauar. *in man. c.* 22. *n.* 63. *in princ. & n.* 64 *in fine, & cons.* 1. *sub hoc tit.* Fr. Emman. *in sum. to.* 1. *c.* 219. *concl.* 18. *n.* 19. & alij quos refert, & sequitur Sanch. *d. lib.* 5. *disp.* 8. *n.* 5. *vers. tandem*; hoc colligentes ex hoc tex. per arg. à contrario.

8 Vnde quando Matrimonium contrahitur inter personas inhabiles sub illa conditione, si Papa dispensauerit, non efficitur validum absque nouo consensu adueniente dispensatione, quia summus Pontifex dispensando dat solum facultatem contrahendi non approbandi quod illicite factum est, ita Innoc. & Host. *hic* & Io. And. *n.* 2. Abb. *n.* 8. & Alex. de Neuo *n.* 16. Siluest. *verbo Matrimonium tertio, q* 9. Tello *l.* 22. *Tauri, n.* 18. Nauar. *cons.* 14. *n.* 7. *sub tit. de spons. in nouis,* Gutier. *de iuram. confirm. p.* 1. *cap.* 51. *n.* 32. & 33. *& canon. lib.* 1. *cap.* 22. Pereg. *de Iure fisci lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 85. Clar. *lib.* 5. §. *incestus n.* 6. Nald. *verbo sponsalia n.* 4. Mantic. *decis.* 201. *n.* 4. Seraphin. *decis.* 858. *n.* 12. Rota etiam *in vna S. Seuerini sponsalium* 11. *May* 1609. *coram Illustriss. Ludouisio, postea S. D. N. Gregorio XV.* Aloys. Ricci. *praxi aurea resol.* 129. Farin. *decis.* 107. *n.* 4. *in* 1. *collect. nouiss.* Couar. *de spons. p.* 2. *cap.* 14. *in initio n.* 10. Surd. *cõs.* 364. *n.* 44. Ceual. *cõmunium contra cõmunes, q.* 391. *n.* 2. *vers. sed contrariam.* Steph. Gratian. *discept. forens. cap.* 138. *nu.* 46. Paul. Comitol. *resp. moral. lib.* 1. *q.* 145. *in fine*. Quamuis contrariam sententiam cum Angelo, & Gregor. Lopez te-

9 neat Sanch. *d. lib.* 5. *disp.* 8 *n.* 10. Verum quando à Papa est dispensatum in radice, non requiritur nouus consensus adueniente dispensatione, sed sufficit primus cum effectu maritali præstitus, Rot. *decis.* 687. *n.* 12. apud Farin. *p.* 2. *recent.* vbi *n.* 13. censuit Papam posse dispensare in radice Matrimonij etiam post mortem alterius ex cõiugibus, si tamen dispensatio per parentes in

10 vita petita fuerit, & *n.* 14. & 15. quod Matrimonium inter consanguineos nulliter contractũ censetur à Papa dispensatum in radice, quando ipse Papa declarat legitimos filios natos ante dispensationem, & postea nascituros, & à *n.* 16. quod tunc operatur etiam in præiudicium tertij ad successionem vocati.

11 Hinc euenit vt promittens contrahere Matrimonium sub illa conditione, si Papa dispensauerit, possit pœnitere, quamuis sit obtenta iam dispensatio, (non tamen in radice) tenebitur tamen pœnitens alteri parti conuentioni stare volenti refundere expensas pro impetranda dispensatione factas, vt per Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 22. *n.* 19. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glo.* 12. *in princ. n.* 81. 82. 84. & 85. quod autem in hoc casu locus sit pœnitentiæ tenuit Rota penes Mantic. *decis.* 201. *n.* 3. & penes Seraphin. *decis.* 638. *n.* 12. *in fine, & n.* 13. & fuit dictum *in vna Vlixbonen. Matrimonij* 25. *Iunij* 1613. *coram Illustriss. Sacrato*, quamuis non posse recedere altero inuito dicat Bonacina *de Matrim. q.* 1. *puncto* 7. *num.* 10.

12 Quæstio est ad præsens institutum non contemnenda vtrum in dispensatione Matrimonij inter consanguineos, vel affines, & generaliter inter eos inter quos est impedimentum dirimens, sit copulæ inter eos habitæ mentio facięda? ad quamplures refert DD. Cened. *ad Decretal. collect.* 85. *n.* 2. Pro parte affirmatiua quod scilicet sit facienda mentio, aliàs dispensatio subreptitia censeatur vide Ludou. Lopez *in instructorio conscientia tom.* 1. *cap.* 296. Gallet. *de cognatione spirituali cap.* 24. *à n.* 1. Sarm. *lib.* 1. *select. c.* 9. *n.* 3. Fr. Emman. *del orden del Iuizio cap.* 10. *n.* 4. Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 15. & nouissimè in *tract. de Matrim. cap.* 124. *n.* 12. *cum seqq.* Steph. Quaranta *in sum. Bullarij verbo Matrimoniales dispensationes n.* 13. Prax. Episcop. *p.* 1. *verbo dispensatio* §. 4. Nicol. Garc. *de benef. p.* 8. *cap.* 3. *n.* 31. *cum seqq.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *q.* 104. Sanch.

de

de Matrim.lib.3.disput.14.n.3. & lib.8.disput.25.à princ. Rebell. *de oblig. iustitiæ p.2.lib.3.q.5.nu.24.* Valer.Reginal. *in praxi fori pœnit. lib.31.n.200. vers. simulq;* Pro parte vero negatiua vide Nauar. *cons.1.q.19.sub tit.de consuet. & cons.5.sub tit. de consanguinit.in antiquis, & cons.8.9.10. & 11. sub eod.tit. in nouis.* Lœli. Zechi. *de Rep.Ecclesiast. cap.28. de parocho pag.367.* Emman. Saa *verbo dispensatio n. 10.* Salzed *ad. Bernard. in pract. cap. 126.vers. vnde merito;* Vega *tom.2. summæ cap.34. casu 97.* Fr.Emman. sibi contrarius *in sum. to.1. cap.236.n.5.* Petr. de Ledesma *de Matrim. q. 56. art.5. & in sum. de sacram. Matrim. cap.27.difficu. 3. concl. 1.* Henriq. *in sum.lib. 2.cap.2.§.4. & §.7.* Ceual. *communium contra comm.q.737.*

13 In glos. [Alieno.] Notatur ad hoc quod quamuis conditio honesta suspendat tam sponsalia quàm Matrimonium vsque ad conditionis euentum, nec sit vsque tunc perfecte obligatio, non tamen potest alter antequam conditio deficiat recedere à sponsione, ita Pet. Ledesma *de Matrim.q.47.art.5.dub.7.princip.§.colligitur tertio,* Matien. *in rub.tit.1.glos.1.n.63.lib.5. nouæ recopil.* Sanch. *de Matrim. lib.5.disp.6.n.8. & disp.8.n.1.* Gutier. *eod.tract.cap.81. à n.5.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Sponsalia sub conditione contracta per copulam transeunt in Matrimonium.*
3 *Confessio dubia in Matrimonialibus est intelligenda contra confitentem.*
4 *Protestatio facta à sponso quod non intendit sponsalia debere transire in Matrimonium per copulam subsequentem, nihil valet.*
5 *Matrimonium initum sub necessaria conditione est absolutum, & validum.*
6 *Conditio si te virginem inuenero quando sit turpis, & quando honesta, ostenditur.*

Cap. Per tuas. VI. *Innoc. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb.antiq Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anch. Panorm. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag. 45.* Alagona *in compend. Iuris Canonici pag. 575.* refertur ab Antonio August. *collect.3.Decret.lib.4.tit.4. cap. vnico.*

2 Probat hic tex. quod sponsalia sub conditione contracta per copulam transeunt in Matrimonium, vide Siluest. *verbo Matrimonium 3.* Tiraq. *de retractu conuent. ad finem tit.n.77.* & adde citatos *ad cap.3.n.vlt.sup.hoc tit.*

3 *Pro matrimonio est præsumendum,* Notatur ad hoc quod in Matrimonialibus dubia confessio est intelligenda contra confitentem, licet secus sit in alijs contractibus quando nulla datur contumacia ex parte confitentis vt per Couar. *de sponsal.p.2. cap.3.§.1.n.13.*

4 In glos. [Præsumendum 3.] ibi *(sed quid si ante coitum protestetur se nolle, &c.)* Notatur ad hoc quod si sponsi futuri protestentur, quod quamuis sequatur copula non intendunt sponsalia debere transire in Matrimonium, nec illud velle contrahere, attamen huiusmodi protestatio nihil valet, nec eam præsumptionem Iuris, & de iure tollit, vt per Couar. *de sponsal.p.1. cap. 4.§.1.n.18. & 19.* Menoch. *lib.1.de præsump.q.75. n. 5.* Sic etiam protestatio vnius coniugis, qui ante Matrimonium coram pluribus professus est altero consentiente se nolle per quæcunque verba à se dicta, vel dicenda Matrimonium contrahere, non est sufficiens indicium dissensus nisi postea copula subsecuta sit, tunc enim videtur omnino à protestatione recessum, & præsumitur Matrimonium, ita Menoch. *de præsump.lib.3. præsump.1.n.15.* Matien. *in rub.tit.1.glos.1.nu.66. lib.5. nouæ recopil.* Sanch. *de Matrim. lib.2.disput. 45.n.21.* Gutier. *eod.tract.cap.51. à princ.*

5 In ead. glos. ibi *(item quid si contrahitur Matrimonium sub conditione, quæ omnino extitura est, &c.)* Notatur ad hoc quod Matrimonium initum sub necessaria conditione est absolutum & validũ, nec conditio illa suspendit, sed perinde est ac si apposita non esset, vt per Couar. *de sponsal.lib.p. 2.cap.3.§.2.n.10.* Henriq. *in sum.lib.11.cap.12.n.4.* Sanch. *d.lib.5.disp.2.n.2.* Anton.Gom. *var. tom.1. cap.12 nu.63.* Aegid. *de Sacram. & censur. tom. 2. disp.29.dub.1.n.8. vers.idem,* Rebello *de obligat. Iustitia p.2.lib.2.q.10.n.11.* Bonacina *de Matrim. q.2.puncto 10.n.5.* vbi *n.6.* dicit validum esse Matrimonium de præsenti sub his conditionibus celebratum duco te in vxorem si cras sol orietur, aut si stellæ erunt in cælo &c, aduertit tamen cum Henriq. *d. cap.12. n.4.* Sanch. *d. disp.2. n.3.* & Aegid *d. dub.1. n.8.* conditiones necessarias sæpius apponi non tanquam conditiones, sed tanquam præfinitiones, & determinationes temporis, quo contrahentes intendunt Matrimonium celebrare in quo casu contractus non censetur statim factus, sed faciendus, cum illa conditio sit posita tanquam terminus ad illum contractum celebrandum.

6 In ead. glos. ibi *(si te virginem inuenero.)* Aduerte quod si hæc conditio, si te virginem inuenero, non referatur ad coitum, sed ad aspectũ matronarum, vel huiusmodi, non est turpis cõditio, sed honesta, & suspendit actum, si vero referatur ad coitum est conditio turpis, quia præsupponeret rem veneream cum futura vxore priusquam esset vxor, & tunc tanquam turpis reijceretur, & teneret Matrimonium saltem in foro exteriori licet non esset virgo, vt per Greg. *l.10.verbo que le diuiese,tit.2.p.4.* Couar. *de spons.p. 2.cap.3.§.2.n.12.* Pet.de Ledesma *de Matrim.q.47. art.5.dub.3.* Fr.Emman. *in sum.c.244.concl.8.n.8.* Henriq. *in sum. lib.11.cap.12. n.6.* Sanch. *de Matrim.lib.5.disput. 16.nu.7.* Gutier. *de Matrim. cap. 82.n.28.* Bonacina *d.puncto 10.n.28.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Conditio turpis, & inhonesta aduersus Matrimonij substantiam illud irritat.*
3 *Conditiones honesta, & licita, qua tamen bonis Matrimonij aduersantur, illud irritant.*
4 *Matrimonium an verum fuerit inter Beatissimam Virginem & Ioseph, ostenditur.*
5 *Modus aduersus substantiam Matrimonij omnino illud irritat.*
6 *Sponsalia redduntur nulla per conditionem contrariam substantia Matrimonij.*
7 *Copula carnalis non efficit validum Matrimonium contractum sub conditione turpi & inhonesta aduersus Matrimonij substantiam.*
8 *Conditiones vere non sunt, quę ponuntur de praterito, vel de prasenti tempore.*
9 *Conditiones turpes contra substantiam Matrimonij apposita de cōsensu vtriusque partis illud non irricāt.*
10 *Conditiones turpes, qua Matrimonij substantia, & illius bonis non aduersantur, illud non irritant.*
11 *Matrimonium contractum sub conditione impossibili est statim validum illa reiecta.*
12 *Assignatur ratio quare contractus sub impossibili conditione gesti non valeant, Matrimonia vero sic.*
13 *Votum ac professio valida est ea adiecta conditione vt proprium quid ad vsum possideat.*
14 *Matrimonium inter Christianum & Iudaam non subsistit.*
15 *Matrimonium inter Christianum, & hareticum an sit validum, remissiuè.*

Cap. Si conditiones. VII. & fin. *Greg. ix.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarel. Ioann. Andr. Hostien. Henric. Boich, Anchar. Butr. Panorm. Præpos. Casal. *in annot.* Alexand. de Neuo. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cū legibus Castella p.1. & 2.* Viuian. *in rationali lib.4. Iuris Pontificij pag.46.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.571.*

2 Probat hic tex. in prima eius parte conditionem turpem, & inhonestam aduersus Matrimonij substantiam appositam, Matrimonij contractum irritare omnino. Exemplum perhibent omnes Doctores in præsenti vbi aduersus tria Matrimonii bona, aut vnum ex his conditio apponeretur. Veluti si quis cum diceret contraho tecum donec aliam inueniam ditiorem, aut meliorem, repugnat enim indiuiduo vitæ coniugalis vinculo, & illius humanæ societati, quæ ex tribus Matrimonij bonum est. Aliud exemplum vbi quis contraheret sub conditione si prolem vitaret vxor, est enim prolis susceptio secundum Matrimonij bonum. Tertium exemplum vbi quis contraheret sub conditione si se adulterandam præberet, est enim conditio contra bonum fidei: Itaque has omnes conditiones vitiare Matrimonium per hunc tex. docent Couar. *de sponsal. p.2. cap.3. §.1. n.1.* Siluest. *verbo Matrimonium tertio n.1.* Nauar. *in manu. cap.22. n.61. & 62.* Sanch. *de Matrim. lib.5. disput. 9.* Lessi. *de Iustitia lib.2. cap.18. dub.15. n.122. ad finem* Aegid. *de Sacram. & censur. tom.2. disp.29. dub.3.* Petr. Ledesma *de Matrim. q.47. art.5. dub.4.* Gutier. *de Matrim. cap.82.* Bonacina *eod tract. q.2. puncto 10. n. 8.* Franc. Molin. *de ritu nuptiarum lib.1. comparat.26. num.63. cum seqq.*

3 Amplia primo ad conditiones honestas, & licitas, quæ tamen bonis Matrimonij aduersantur, veluti si quispiam aliquam ducat sub ea conditione si in eo Matrimonio secum in perpetua viuat castitate & continentia, quia Pontifex in præsenti expresse asserit conditionem contra bonum prolis illud anullare, nec distinguit an conditio honesta sit, an turpis, ita Couar. *d. cap. 3. §.1. n.3.* Nauar. *cons. 18. n. 2. & 3. sub tit. de sponsalibus in antiq. & cons. 11. n.1. & 3. sub tit. de voto in nouis*, Petr. Ledesma *d. q.47. artic.5. dub.4. ad secundum*, Viuald. *in candelabro aureo p.1. tit. de Matrim. q.5. n.56.* Henriq. *in sum. lib.11. cap.4. n.1. & lib.12. cap.2. in fin.* Sanch. *d. lib.5. disp.10.* Gutier. *d. cap.82. n.11.* Franc. Molin. *d. comp.26. d. num.113.* Quamuis contrarium, imo validum esse Matrimonium cum illa conditione contractum, asserant Aegidius *d. tom.2. disp.24. dub.4. n.43.* Rebell. *de oblig. iustitia p.2 lib.2. q.10. n.19* Bonacina *d. puncto 10. n.13.* ea moti ratione quod inter Beatissi-
4 mam Virginem, & Ioseph verum fuit Matrimonium *cap. coniux. 27. q.2.* Soar. *p.3. q.29. art.2. disp. 7. sect.1.* Cæterum huic rationi respondet Couar. *vbi supra* contracto Matrimonio verè continentiam posse voueri, & castitatem ab ipsis coniugibus cap. *quod Deo Patri 33. q.5.* additque Beatissimam Virginem in coniugio cum Ioseph in pactum castitatem non deduxisse, quamuis certa esset diuinitus Ioseph cum ea in eodē proposito castitatis fuisse, quod clare videtur significare *D. Thomas in 4. distinct. 30. q.2. art.1. quæstiuncula 2. ad tertium*, his verbis, Virgo implicite consensit in copulam, ac copula nunquam fuit in proposito, erat enim adeo certificata nunquam subsequi debere, quem optime explicant Soar. *loco citato*, & Basil. Ponci. *de impediment. Matrim. cap.16. pag.193.*

5 Secundo amplia vt nedum conditio expressa aduersus substantiam Matrimonij; sed & modus illud omnino irritet, & annullet, ita Nauar. *d. cap. 22. n.62. in fine* Couar. *d. §.1. n.8.* Mozz. *d. §. diuisio Matrimonij n.14.* Franc. Molin. *d. comp.26. num. 127.*

6 Tertio amplia in sponsalibus, redduntur enim nulla per conditionem contrariam substantiæ Matrimonij, & bonis eius, sicut vitiatur Matrimonium, præcipue si conditio contraria ponatur tanquam implenda post Matrimonium, ita S. Thom. S. Bonau. Durand. Palud. Siluest. Turrec. & alij, quos refert Sanch. *d. lib.5. disp.14. n.1.* vbi *n.3.* sub distinctione resoluit.

Quar.

7 Quarto amplia etiamsi post Matrimonium sub conditione vel modo illo contractum sequeretur carnalis copula, nam non efficeret vt Matrimonium hoc omnino nullum propter prolem superuenientem reuiuisceret, ita post Panorm. Præpos. & alios tenet Couar. *d. §. 1. n. 12.* quæ quidē opinio hodie sine dubio procedit, cū per Concil. Trid. subsequens copula nihil efficiat vt dixi *ad cap. is, qui fidem n. 3. de sponsal.*

8 Limita primo, vt procedat in proprijs, & veris conditionibus, idest in ijs, quæ à futuro pendent euentu, secus in conditionibus de præterito vel præsenti tempore, quæ verè conditiones non sūt *l. institutio talis ff. de condit. instit. l. cum ad præsens ff. si certum pet.* cum similibus: quare ita tenent Couar. *d. §. 1. n. 9.* Henriq. *lib. 11. c. 2. n. 7. & c. 4. n. 1. in comment. lit. F.* Franc. Molin. *d. comparat. 26. nu. 137.* Sanch. *d. lib. 5. disput. 9. n. 6.*

9 Secundo limita vbi conditiones huiusmodi turpes contra substantiam Matrimonij apponūtur de consensu vtriusque partis, ita Couar. *d. §. 1. n. 11.* Franc. Molin. *d. comp. 26. n. 138.*

10 *Si turpes.* Notatur ad hoc quod conditiones turpes, quæ Matrimonij substantiæ, & illius bonis non aduersantur, non irritant Matrimonium, modo adsit consensus contrahentium absolutus, ita Valentia *tom. 4. disput. 10. q. 3. puncto 3.* Molin. *de iustitia tract. 1. disputat. 208. vers. modus impossibiles,* Less. *d. lib. 2. cap. 18. dub. 15. num. 122.* Franc. Molin. *d. comparat. 26. num. 142. cum seqq.* Gutier. *d. cap. 82. à num. 21.* Bonac. *d. q. 2. puncto 10. n. 16.* Sanch. *d. lib. 5. disp. 15. vbi disp. 16.* quærit quid dicendum sit de his conditionibus si mecum concubueris contraham tecum, vel si in primo concubitu mihi placueris, an scilicet tā quam turpes reijciantur.

11 *Aut impossibiles.* Notatur ad hoc quod Matrimoniū sub conditione impossibili est statim validum reiecta ea conditione, ita Sanch. *lib. 5. disput. 3.* Gutier. *cap. 82. n. 38. cum seqq.* Franc. Molin. *d. comp. 26. n. 156.* intellige de conditione natura impossibili, secus si ex accidenti, veluti ex lapsu alicuius rei, quæ denuo redire nequit, ita Couar. *d. cap. 3. §. 1. n. 3.* Nauar. *d. cap. 22. n. 62.* Mozz. *d. § diuisio Matrimonij n. 10.* Sanch. *d. lib. 5. disput. 4. n. 15. & 16.* Franc. Molin. *vbi proxime num. 157. vbi num. 158.* resoluit huiusmodi conditionem impossibilem non irritare Matrimonium quando respicit tempus præteritū, vel præsens, quæ nec contingit, aut contingere potuit, sed subduci rato manente Matrimonio *& n. 159.* resoluit valere Matrimonij contractum quoties quis contrahit sub conditione natura possibili, sed iure impossibili, siue ius illud sit cōmune, siue municipale.

12 Nec obstat quod omnes contractus sub impossibili conditione gesti minime valent *l. non solum 30. ff. de action. & oblig. l. cum hæres 4. §. 1. ff. de statu liber.* Nam multipliciter respondent DD. quidā enim dicunt nostrum tex. esse intelligendum quando contrahentes non sciunt conditionem esse impossibilem. Alij quod cum Matrimoniū sit res appetibilis, propensioniq; naturæ conforme, quamuis adijciatur cōditio impossibilis præsumit Ecclesia ioco appositam esse, & sic validum esse Matrimonium: alij autem melius tenent non fuisse Pontificis mentem, dum dicit impossibilem conditionem habendam pro nō adiecta; quod eo ipso iudicetur Matrimonium sub tali conditione contractum validū esse, sed eius sensum esse, impossibilis conditio habetur pro non adiecta, idest non magis nocet contractui Matrimonij, quàm si non fuisset apposita. Sed huiusmodi intellectus reprobatur à Sanch. *d. disp. 3. n. 2. cum sequentibus.* vbi sex præstat, & omnes reijcit. Verus ergo intellectus ad nostrum tex. erit si dicas decisionem illius procedere quando sciebant contrahentes conditionem esse impossibilem, quia tunc reijcitur à contractu Matrimonij, vel sponsalium, nam cum non apponantur vt adimplendæ sint, pro non adiectis habentur: sic è contra conditio impossibilis reputata possibilis non reijcitur à contractu Matrimonij, vel sponsalium, sed suum sortitur effectum in vtroque foro arg. *l. seruo manumisso ff. de cond. indebiti vbi glos. verbo, ex testamento:* sic docent Couar. *de sponsalibus p. 2. cap. 3. §. 2. n. 5.* Barthol. à Ledesma *dub. 25. de Matrim. conclus. 8.* Petr. Soto *lect. 3. de Matrim. vers. quarto denique infertur,* Petr. de Ledesma *de Matrim. q. 47. art. 5. dub. 2. cōcl. 3.* subobscūre Henriq. *in sum. lib. 11. cap. 12. n. 5. in commento lit. C.* Sanch. *d. disp. 3. n. 8.* D. Gutier. *d. cap. 82. n. 41.*

13 In gl. [Cōtra] ibi (*item quid si dicet profiteor talē religionē ita quod possim propriū habere, &c.*) Notatur ad hoc quod votū & professio valida est adiecta ea cōditione vt proprium quid possideat is, qui solemni se voto deuincit, non quidem quod dominium & proprietatem retineat, sed vsum dumtaxat, vt per Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 15. q. 9. vers. porro sciendum, cum seqq.*

14 In ead. glos. ibi (*vt cum Christianus dicat Iudææ &c.*) Aduerte Matrimonium inter Christianum & Iudæam consistere non posse *c. fin. 28. q. 1. l. nemo C. de Iud.* D. Thom. *in 4. dist. 39. q. vni. art. 1.* Beroi. *in cap. 1. n. 187. de constit.* Bellarm. *in controuers. tit. de Matrim. lib. 1. cap. 23.* late Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ exist. lib. 2.*
15 *cap. 2.* An autem Matrimonium inter Christianum, & hæreticum sit validum, vide Couar. *de sponsalib. p. 2. cap. 6. §. 11. n. 4.* Viuald. *in candelabro aureo tit. de cultu dispar. n. 219.* Petr. Rebuff. *in praxi benefic. in reg. de dispensat. in gradibus prohib. glos. 5. n. 34.* Mozz. *de contract. tract. de Matrim. tit. qui possit cōtrahere Matrimonium n. 27.* Matien. *in rub. tit. 1. glos. 1. n. 16. lib. 5. noua recop.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 5. cap. 2. q. 2.* vbi etiam an possit Romanus Pontifex dispensare in huiusmodi Matrimonio, plures refert DD. Cened. *ad Sextum collect. 13. n. 3.* & Anton. Ricciul. *d. cap. 2. n. 24.*

Qui Clerici, vel vouentes Matrimonium contrahere possunt. Tit. VI.

Vper hanc rub. scripserunt Zabarel. Io. And. Anch. Butr. Panorm Præpos. Alex. de Neuo, Durand. *in breuiario aureo Iuris Canon. & in speculo Iur. sub hoc tit. lib.* 4. Steph. Ranchin. *in continuatione titulorum Decretal.* Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum*. Petrus de Rauenna *in compendio Iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epithome Decretal.* Dan. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontificij*, Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Matrimonium post sacrum Ordinem contractum est irritum.*
3 *Matrimonium contractum post sacrum Ordinem vi præcisa, vel metu in constantem virum cadente susceptum, non est irritum.*
4 *Promotus ad sacros Ordines inualidè, vel ante pubertatem contrahit valide Matrimonium.*
5. *Irregularitas per solam pœnitentiam nunquam tollitur.*
6 *Clericus in sacris constitutus si vxorem duxerit fit irregularis.*

Cap. De diacono. I. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Præpos. Alexand. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 47. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 576. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 6. *cap.* 1. & est post Concil. Lateranen. *sub Alex. III. p.* 26. *cap.* 21.

2 Probat hic tex. Matrimonium post sacrum Ordinem contractum esse irritum, vt per Valent. *tom.* 4. *disput.* 10. *q* 5. *puncto* 3. §. *Ordo*. Henriq. *in sum. lib.* 12. *cap.* 5. *n.* 9. Aegid. *de sacram. Ordinis disput.* 20. *dub.* 11. *n.* 116. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 13. *q.* 13. Valer. Reginal. *in praxi fori pœnitent. lib.* 31. *n.* 120. Basil. Ponc. *de impedimentis Matrimonij cap.* 3. §. 1. Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *disput.* 28. Gutier. *eod. tract. cap.* 94. Bonacina *eod. tract. q.* 3. *puncto* 9. *n.* 8. & nouè de Fide definit Côcil. Trident. *sess.* 24. *de reformat. Matrim. can.* 9.

3 Limita principalem tex. conclusionem in promoto siue assumpto ad Ordinem sacrum vi præcisa, vel metu cadente in constantem virum, Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 29. *n.* 5. Aegid. *d. dubio* 11. *n.* 145. Gutier. *d. cap.* 94. *n.* 14. Bonacina *d. puncto* 9. *n.* 11.

4 Limita etiam in promoto inualide ad sacros Ordines, qui tamen verè promoueri voluit, at Ordo fuit irritus deficiente aliquo substantiali requisito, ita Gutier. *d. cap.* 94. *n.* 13. Limita denique in promoto ad Ordinem sacrum ante pubertatem, vt per Henriq. *in sum. lib.* 1. *cap.* 22. §. 3. Sanch. *d. lib.* 7. *disput.* 30. *n.* 8. & alios plures, quos refero ego ipse *de officio, & potestate Episcopi p.* 2. *allegat.* 15. *n.* 4. vbi assero improbabilem non esse contrariam opinionem, quam sequuntur Caetan. Sayr. Aegid. & Bonacina, quos ibi refero.

5 *Iniuncta sibi pœnitentia.* Notatur ad hoc quod per solam pœnitentiam nunquam tollitur irregularitas, vt per Henriq. *in sum. lib.* 14. *cap.* 17. §. 1. *lit. E.*

6 *Poteris ei diaconatus officium reddere, &c.* Notatur ad hoc quod Clericus in sacris constitutus si vxorem duxerit, efficitur irregularis, adeo vt nec in susceptis Ordinibus ministrare, nec ad maiores Ordines suscipiẽdos admitti possit; ita Decian. *tract crim. lib.* 6. *cap.* 22. *n.* 9. *vers. item clericus*, Petr. de Ledesma *de Matrim. q.* 66. *art.* 3 *col. antepen.* Couar. *de sponsal. p.* 2. *cap.* 6. §. 3. *n.* 1. Viual. *in candelabro aureo p.* 1. *tit. de Matrim. n.* 230. Azor. *d. lib.* 13. *cap.* 13. *q.* 6. Matiens. *in rub. tit.* 1. *glos.* 1. *n.* 157. *lib.* 5. *noua recopil.* Cenal. *communium contra commun. q.* 558. *n. vnico*, Sanch. *d. lib.* 7. *disput.* 85. *n.* 5. *in fine*, Valer. Reginald. *d. n.* 120. Bonacin. *d. puncto* 9. *num.* 17.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Matrimonium contrahere possunt in minoribus Ordinibus constituti.*
3 *Ordinibus minoribus credens annexum votum castitatis non tenetur ad illius obseruantiam.*
4 *Dispensare potest Episcopus cum clerico in sacris cõstituto contrahente Matrimonium cum vnica & virgine, secus si cum vidua, vel corrupta, &c.*

Cap. Ex litterarum. II.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anch. Panorm. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. & 2. Viuian. *in ration. lib.* 4. *Iuris Pontificij pag.* 48. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 576. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 6. *cap.* 2. & est post Concil. Lateranen. *p.* 50. *cap.* 59.

2 *In subdiaconatus officio cõstitutus.* Qui enim in minoribus Ordinibus sunt constituti

tuti

tuti Matrimonium contrahere possunt, quia illud non dirimunt Ordines minores, ita Fr. Emman. *in sum. cap. 225. n. 1.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. disput. 31.* Gutier. *eod. tract. cap. 94. n. 19.* Bonacina
3 *eod. tract. q. 3. puncto 9. n. 1.* resoluentes etiam accedentem ad Ordines minores credentem illis annexum esse votum castitatis nullo modo teneri ad illius obseruantiam, nec prohiberi Matrimonium contrahere.

4 *Ad maiores Ordines promoueri concedas, &c.* Notatur ad hoc quod Episcopus potest dispensare cum clerico in sacris constituto contrahente Matrimonium cum vnica & virgine, secus si cũ vidua, vel corrupta, vel quando clericus duplex inijt Matrimonium, & quamuis *tex. hic, & cap. 2. sup. hoc tit.* non explicent quando cum virgine, & vnicum initum est Matrimonium, ita necessariò intelligendi, ne aduersentur duplici textui neganti in his casibus dispensationem, quippe *cap. nuper, & cap. vltim. de bigam.* ita Couar. *in Clem. si furiosus p. 1. §. 2. n. 2. vers. 2.* Petr. de Ledesma *de Matrim. q. 66. art. 5. in fin.* Tolet. *lib. 1. sum. cap. 26. n. 8.* Aloys. Ricci. *in praxi aurea resolut.* 220. Valentia *p. 4. disput. 7. q. 18. punct. 3. in prima specie irregularitatis, in fine.* Ludou. Miranda *in man. Prælatorum tom. 2. q. 8. art. 2. concl. 3.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 86. n. 20.* vbi etiam asserit tex. hunc, quatenus concedit Episcopis facultatem dispensandi cum his clericis quando verè pœnitentes sunt ac religionem ingrediuntur, intelligi de consilio.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Matrimonium subsequens post factam solemnem religionis professionem est irritum.*
3 *Religiosi Societatis Iesu post emissa tria simplicia vota sunt incapaces Matrimonij.*

Cap. Meminimus. III.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anch. Panor. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag. 48.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 576.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 6. cap. 6.* & est post Concil. Lateranen. *p. 6. cap. 6.*

2 Probat hic text. Matrimonium subsequens post factam solemnem religionis professionem esse irritum, ita Sanch. *de Matrim. lib. 7. disput. 46. n. 1. & in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 5. cap. 5. n. 35.* Gutier. *de Matrim. cap. 94.* & latè aduersus hæreticos nostræ tempestatis eorum rationibus confutatis defendit Card. Bellarm. *in suis controuersiis Fidei lib. 2. de monac. cap. 22. cum seqq.*

3 Peculiare est in Societate Iesu, vt qui tria simplicia paupertatis, castitatis, & obedientiæ vota expleto nouitiatus biennio in illa emiserit, sit incapax Matrimonij, ab ipsoq. contractum sit inualidum; vide Henriq. *in sum. lib. 12. cap. 5. §. 5. & 6.* Valent. *tom. 4. disput. 10. q. 5. puncto 3.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnitent. lib. 31. n. 225. vers. porrò.* Qualiter autem dimissus à Societate Iesu post hæc simplicia biennij vota maneat ab illis liber, vide Vasq. *1. 2. q. 96. art. 4. disput. 165. cap. 8. n. 83.* Ribadenera *de Institut. Societatis Iesu cap. 17. in solutione ad quintum, & cap. 19. ad finem.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 6. q. 2. in fine.* Sanch. *d. tom. 2. lib. 5. cap. 1. n. 11.* citantes constitutionem Gregorij XIII. incipien. *Ascendente Domino, de anno 1584. viij. Kal. Iunij.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Votum simplex castitatis impedit Matrimonium licitè iniri, non verò dirimit contractum.*

Cap. Consuluit. IV.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Ancharan. Butr. Panorm. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris, cum legibus Castellæ p. 1.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag. 49.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 577.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 4. tit. 6. cap. 7.* & est post Concil. Lateranen. *p. 45. cap. 4.*

2 Probat hic tex. votum simplex castitatis impedire Matrimonium licitè iniri, non tamen dirimere contractum: ita D. Barbosa *in rub. ff. sol. matrim. p. 2. n. 93.* Gutier. *de Matrim. cap. 85. à princ.* Sanch. *eod. tract. lib. 7. disput. 11. n. 4.* vbi *n. 9.* resoluit iis votis adstrictum non posse Matrimonium absque dispensatione inire, quamuis vehementissimis carnis stimulis vrgeatur, expertusq; sit passim se succumbere, nec vires ad resistendum sentiat, siue votum antecesserit difficultatem hanc se continendi, siue subsecutũ sit, & *n. 11.* resoluit quod scienter contrahens cum habente votum castitatis peccat mortaliter, & *n. 12.* docet qualiter responderi liceat adstricto castitatis voto roganti vtrum valeat Matrimonium contra illud initum?

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Sponsalia non dirimuntur per simplex castitatis votum.*
3 *Matrimonij promissio facta absenti nullo pro eo acceptante est reuocabilis in vtroque foro ante acceptationem.*
4 *Sponsalia dissoluuntur quoties denuo agnoscitur notabilis morum asperitas, & sæuitia.*
5 *Dispensare an possit Episcopus in votis castitatis perpetuæ, ostenditur.*

I. Cap.

j. Cap. Veniens. V.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hoſtien. Henric. Butr. Anch. Panor. Præpoſ. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ p.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 50. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 577. refertur ab Antom Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 6. *cap.* 8. & eſt poſt Concil. Lateranen. *p.* 5. *cap.* 10.

2 Probat hic tex. per votum ſimplicem caſtitatis ſponſalia non dirimi, conſtat enim in hoc tex. fœminæ, quæ Matrimonium promiſit, imponi pœnitentiam de fide mentita ſponſo ſcilicet, vt explicant hic Hoſt. *verbo de fide*, Io. And. *num.* 3. Anch. *n.* 2. & Alex. de Neuo *n.* 4. cum per ipſam ſteterit ne Matrimon um ſequatur, & tamen emiſit poſtea votum caſtitatis, ergo votum caſtitatis non dirimit ſponſalia, vt reſoluunt Nauar. *in manu. cap.* 22. *n.* 27. Henriq. *in ſum. lib.* 11. *cap.* 14. *n.* 4. Gutier. *de Matrim. cap.* 26. Sanch. *eod. tract. lib.* 1. *diſp.* 46. *n.* 9. *&* *n.* 11. reſpondet fœminam de qua hic non petiiſſe licentiam nubendi illi, cui fidem dederat, hic enim iam cum altera contraxerat, vt tex. aſſerit, ſed ad nubendum alij quod diſpenſatione indigebat, valet enim votum reſpectu aliorum, vt videtur tenere *gloſ. hic verbo voto violato*, & reſoluunt Innoc. *n. vnico*, Hoſt. *ad finem* Io. And. *n.* 9. Anch. *n.* 3. Zabarell. *ad finem*, & Alex. de Neuo, *n.* 5. *&* 6.

3 *Cuidam viro abſenti, &c.* Aduerte quod promiſſio Matrimonij facta abſenti nullo pro eo acceptante eſt reuocabilis in vtroque foro an te acceptationem abſentis vt per Veracruc. *par.* 1. *ſpecul. art.* 16. *§ ſed dubitatur vtrum*, Azeued. *l.* 2. *n.* 2. *ti.* 16. *lib.* 5. *nonæ recop.* Sanch. *d. lib.* 1. *diſp.* 6. *n.* 24

4 *Audiens plura de ſæuiritate, &c.* Nota ſponſalia diſſolui quoties denuo agnoſcitur notabilis morum aſperitas, & ſæuitia alterius; ſic docent in præſenti Abb. *n.* 2. & Alex. de Neuo *n.* 2. Silueſt. *verbo ſponſalia q.* 10. *caſu* 15. Henriq. *d. lib.* 11. *cap.* 14. *n.* 6. Sanch. *d. lib.* 1. *diſp.* 58. vbi *n.* 4. aſſerit in hoc tex. ſponſam hoc non certo nouiſſe, ſed ex auditu, & ideo ex hac cauſa non fuiſſe diſſoluta ſponſalia.

5 *Licentiam tribuere non poſtponas.* Ex his verbis colligunt aliqui poſſe Epiſcopum diſpenſare in votis caſtitatis perpetuæ, ac religionis, ſed hoc non ita indiſtinctè tex proponit, nam Hoſt. *hic in fine* Io. And. *n.* 5. Butr *n.* 9. Anch. *n.* 3. & Gutier. *canon. lib.* 2. *cap.* 22. *n.* 49. dicunt in præſenti Epiſcopum non diſpenſare propria auctoritate, ſed ex Papæ commiſſione, in idē coincidit reſponſio Azorij *inſtit. moral. parte* 1. *lib.* 11. *cap.* 19. *q.* 11. dum ait hic diſpenſare Epiſcopum in voto continentiæ ex commiſſione Pontificis, vel quia fœmina iuuenis erat, aut incontinentiæ periculum patiebatur. Verum multò probabilius eſt poſſe Epiſcopum diſpēſare in voto continentiæ ſi detur vrgens cauſa, ſeu grauis neceſſitas, quæ ſuadeat neceſſariam eſſe diſpenſationē in tali voto, prout eſt probabile periculum incontinentiæ, vel ſimile, & interueniet ſimul impotentia moralis, vel graue impedimentum adeundi Pōtificem, & ita detur probabile periculū in mora, in quo caſu poteſt Epiſcopus diſpenſare: ita Nauar. *in man. cap.* 12. *n.* 76. Fr. Emman. *quæſtionum regul tom.* 1. *q.* 63. *art.* 6. Soar. de relig. *to.* 2. *tract. de voto lib.* 6. *cap.* 26. *n.* 8. *cum ſeqq.* Leſſius *de iuſtitia lib.* 2. *cap.* 40. *dub.* 13. *n.* 106. *verſ.* 4. plures refert DD. Sanch. *de Matrim. lib.* 8. *diſp.* 9. *n.* 22. quos omnes cito Ego ipſe *de officio, & poteſtate Epiſcopi p.* 2. *Alleg.* 37. *n.* 8. Et ideo nil mirum ſi Papa in hoc tex. reſcribat quod Epiſcopus licentiam nubendi tribuere non poſtponat mulieri habenti ſimplex caſtitatis votum emiſſum, quia erat in magno periculo incontinentiæ, vt tex. inſinuat, ibi, Matrimonium contrahat, quam fornicationis reatum incurrat.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Votum ſimplex & ſolemne non differunt per ſe ex ipſius voti ratione & natura, ſed ſola Eccleſiæ conſtitutione.*

Cap. Rurſus. VI. *Caleſt. iij.*

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hoſt. Henric. Ancharan. Butr. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ p.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontificij pag.* 50. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 577. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 4. *cap.* 2.

2 *Quod cum ſimplex votum apud Deum, &c.* Aduerte quod votū ſimplex, & ſolemne non differunt per ſe ex ipſius voti ratione, & natura, vel Iure diuino, ſed ſola Eccleſiæ conſtitutione, vt per Medin. *lib.* 4. *de cōtinentia ſacrorum hominū cap.* 23. & alios, quos refert Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 6. *q.* 1. Valer. Reginal. *in praxi fori pœnitent lib.* 31. *n.* 123. *verſ. verum.* Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 25. *à princ. & in præcepta Decalogi to.* 2. *lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 7. in eo vero diſtant, quia ſolemne religionis votum conſiſtit eſſentialiter in traditione, & quali dominij ſui ipſius non immediate in manus Dei, ſed ex Dei commiſſione per miniſtros ab Eccleſia ad id deputatos; votū autem ſimplex mediate ſoli Deo fit abſque illa apparenti traditione, vide Couar. *de ſponſ. p.* 2. *c.* 7. *§.* 4. *n.* 7. Viual. *in candel. p.* 1. *tit. de ſacram. Matrimonij n.* 129. Matien. *in rub. tit.* 3. *gloſ.* 1. *n.* 7 *lib.* 5. *nouæ recop.*

recop. D. Barbosa *in rub ff. sol. Matrim. p. 2. n. 93. cum seqq.* plures refert Sanch. *d. lib. 7. de Matrim. disput. 25. n. 7. cum seqq.* Quo Iure autem votum solemne in professione religionis emissum Matrimonij contractum postea initum dirimat, vide eund. Sanch. late disputantem *d. lib. 7. disput. 26.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Professio ea cõditione facta vt profitens domi maneat, & certã suorum bonorum portionem habeat ad necessaria vitæ subsidia ex Abbatis voluntate pendentem valida est.*

3 *Declaratur Concil. Trident. sess. 25. de regularibus cap. 2.*

4 *Nouitiatus annus extra monasterium de licentia superioris iusta de causa peragi, & adimpleri potest.*

5 *Metus solum reuerentialis non annullat professionem.*

7 *Nullum, & modicum æquiparantur.*

Cap. Insinuante. VII. & fin.
Innoc. iij.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Io. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Præpos. Alex. de Neuo, Casal. *in annot.* Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag. 51.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 578.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 4. tit. 5. cap. vnico.*

2 *Ut in domo propria, &c.* Notatur ad hoc quod fœmina potest religionem profiteri ea conditione, vt domi suæ maneat, & certam suorum bonorum portionem habeat ad necessaria vitæ subsidia, & alimenta ex superioris voluntate pendentem; vt per Nauar. *comment. 2. de regularibus n. 14.* Azori. *instit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 9. q. 4.* latè Io. à Cruce *de statu relig. lib. 1. c. 3. dub. 2.* vbi asserit prohibitionem *Concil. Trid. sess. 25. de regularibus c. 2.* habere tantum locum in redditibus vt proprijs, & irreuocabilibus per Prælatos, & sine eorum licentia distrahendis. Vnde tex. in præsenti intelligi de retentione, seu reseruatione bonorum ad vsum profitentis in domo propria pro suis necessitatibus tanquam obedientiarij, & ex voluntate Prælati tenẽt Nauar. *consil. 20. n. 3. sub tit. de regular. in antiq. & d. com. 2. n. 16.* Azor. *d. lib. 12. cap. 5. q. 2. in fine* Beja *responsorum casuum conscientiæ p. 4. casu 17.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 3. q. 17. art. 6.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. disput. 25. n. 21. & in præcepta Decalogi lib. 5. c. 4. n. 99.* Nicol Garc. *de beneficijs p. 7. cap. 10. n. 100.* & ita nõ quoad proprietatem, sed quoad vsum vt intelligit Sanch. *lib. 5. disp. 9. n. 14. vers. ad 4.* Alij tamen clarius, vt ipsi dicunt, in hac quæstione sub distinctione procedunt, dicentes quod si quis religiosus sub ea conditione, vt sibi liceat propriũ & bona immobilia possidere, & libere acquirere profiteatur retinendo ea, vt propria etiam inuito Prælato, talis professio erit nulla, & irrita, vtpote cõtra essentiam atque substantiam religionis, & omnino contraria voto paupertatis, secus autẽ esset quando vsum solum sibi reseruaret profitẽs pro suis necessitatibus ex superioris licentia, eiusque nutu reuocabilem, tunc enim valet professio, nec conditio reijcitur, ita *glos. hic verbo vt in domo,* Bart. *in auth. ingressi C. de sacros. Eccles. n. 29.* vbi *Paul. n. 18.* Bernard. *reg. 521.* Garc. *reg. 420. n. 2.* Spin. *in speculo testam. glos. 12. n. 12.* Less. *de iustitia lib. 2. cap. 41. n. 63.* Coual. *comm. contra cõmunes q. 85. n. 2.* Ludou. Miran. *in manuali Prælatorum tom. 1. q. 28. art. 2.* Humad. *l. 7. glos. 1. n. 2. tit. 7. part. 1.* Siluest. *verbo religio 3. q. 8.* Fr. Emman. *d. q. 17. art. 6.* bene Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 5. cap. 4. n. 97.* vbi *n. 98.* resoluit in dubio reseruationem aliquorum bonorum tempore professionis à religioso factam esse hoc modo intelligendã, nempe quoad vsum ex licentia Abbatis, ab ipsoq; reuocabilem, & in his terminis credo intelligendum Marc. Anton. Genuens. nimis large loquentem *in practic. ab. ecclesiast. q. 265.*

4 Ex prædictis huius tex. verbis colligi videtur nouitiatus annum extra monasterium de licẽtia superioris iusta de causa peragi, & adimpleri posse, quia satis dicitur manere in monasterio, imo vero intra monasterium, qui manet extra ipsum sub obedientia Prælati, & de eius licentia iusta de causa data, & cum habitu probationis, qui ferri consueuit in tali religione: vide Fr. Emman. *quæst. Reg. to. 3. q. 15. art. 10. vers. tum quia* Ludou. Miran *d. tom. 1. q. 22. art. 5.* & plures citatos per me *de officio, & potestate Episcopi p. 3. allegat. 101. num. 28.* quibus adde Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 27. cum sequentibus.*

5 *Non tam metu regio, &c.* Notatur ad hoc quod metus solum reuerentialis non annullat professionem, quia hic non fuit nullũ votum emissum præcepto regio, vel parẽtum, vide Couar. *de spons. p. 2. cap. 3. §. 6. n. 7. & 8.* Salz ad Bernar. *reg. 532. ampliat. 1.* Henriq. *in summa lib. 11. cap. 9. n. 5.* Sanch. *de Matrim. lib. 4. disp. 6. n. 18.*

6 *De parentum consilio.* Id est de cõsanguineorum consilio, vt per Tiraq. *de retract. tit. 1. §. 1. glos. 8. n. 2.*

7 *Vel modica.* Ergo nullum, & modicum æquiparantur, vide tamẽ Tiraq. *in l. si vnquã verbo donatione largitus n. 107. Cod. de reuocandis donat.*

De eo, qui duxit in Matrimonium, quã polluit per adulterium. Tit. VII.

SVPER hanc rub. scripserunt Zabarel. Io.And.Anch.Butr.Panor.Præpos.Mari. Soc.Alex.de Neuo,Cened.*collect*.85. Durãd.*in breu.aureo Iuris Canon.& in speculo Iuris Põtif.sub hoc tit. lib*.4.Steph.Ranchin. *in continuatione titulorum Decretal.* Ioan. de Londris. *in breuiario Sanctorum Canonum*, Pet. de Rauenna. *in compendio Iuris Canonici*, Martinus Mesnart. *in epitome Decretal.* Dan. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontif. à pag*.543.Goffred.& Host. *in summa huius tit.* Alex.Cassan. & Anastas.Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.*

De materia huius tit. vide Henriq. *in sum. lib.* 12.*cap*.12. Valent. *tom*. 4. *disput*.10. *q*.5.*puncto* 3. Basil.Ponc.*de impedimentis Matrimonij cap*.27. Aegid. *de Sacram.& cens. disput*.31. *dub*.7. Rebell. *de oblig.iustitiæ p*.2.*lib*.3.*q*.8.*n*.10. Sanch. *de Matrim. lib*.3. *disput*.78. *&* 79. Gutier. *eod. tract. cap*. 105. Bonac.*eod.tract.q*.3.*puncto* 6.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Ignoranter rem habens cum vxorata potest post obitum coniugis cum ea Matrimonium contrahere.*
3 *Amplia etiamsi habita scientia adsit copula, si ante eam ineatur Matrimonium.*
4 *Adulterium committens data fide de Matrimonio contrahendo priore coniuge superstite non potest cum adultera Matrimonium contrahere.*
6 *Machinatio in mortem viri debet effectum sortiri, vt ex ea impedimentum hoc oriatur.*
7 *Metu contrahens fit vxor illius cum quo contraxit sine aliquo nouo consensu si cohabitauerit illi.*
8 *Matrimonium prius inualide contractum non ratificatur si sublato impedimento ignorans coniugem carnaliter cognoscat.*

Cap. Propositum. I. *Alex.iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Boich, Butr. Anchar. Panorm. Præpos. Cened.*collect*.85. Alexand. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p*. 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib*.4.*Iuris Pontificij pag*.52.Alagona *in compendio Iuris Canonici pag*.578.refertur ab Anton.August. *collect*.1.*Decretal.lib*.4.*tit*.7.*cap*.1. & est post Concil.Lateranen *par*.6.*cap*.1.

2 ***Erat inscia quòd ille aliam haberet, &c.*** Ergo coniuge altero ignorante reliquum habere coniugem, cũ non fuerit adulterium formaliter ex parte vtriusque, poterit inter eos consistere Matrimonium post coniugis obitum, ita Siluest. *verbo Matrimonium* 8.*q*.9.*dicto* 4. Sanch.*de Matrim.lib*.7.*disp*.79. *n*.31. vnde hoc crimen vxoricidij non irritare Matrimonium, si ex altera parte propter ignorantiam circumstantiæ non fuit formaliter adulterium, sed simplex fornicatio, tenet Nauar. *cons*.12.*n*.2.*sub tit.de sponsal.in antiq.*Henriq.*in summa lib*. 12. *cap*. 14. *n*.3.

3 Vtrum vero desideretur post scientiam coniugij alterius Matrimonium de facto iniri, & copulam haberi, an potius sufficiat si ante scientiã ineatur Matrimonium, & habita scientia adsit copula? id sufficere ad hoc impedimentum incurrendum resoluit Sanch. *d.disput*.79. *n*.32. & *n*. 34.dicit sufficere fidem dari ante coniugij notitiam dummodo ea habita sequatur adulterium nondum priori fide dissoluta, & *n*.37.dicit haberi tunc scientiam quando adest certitudo, aut probabilis opinio, & *n*.38.contra communem tenet excusare ignorantiam crassam, & supinam.

4 ***Cui fidem dederat.*** Notatur ad hoc quod quãdo quispiam fide data de Matrimonio cõtrahendo adulteriũ committit, vel de facto cum eadem Matrimonium init priori coniuge superstite, Matrimonium subsequens inter eos dirimitur vt per Valer.Reginald. *in praxi fori pœnit. lib*.31. *n*.130. *cum seqq.*Sanch.*d.lib*.7.*disput*.79. *à princ.* vbi *n*. 28. aliquos citat, qui ex prædictis nostri tex. verbis persuaderi videntur ad hoc impedimentum cõtrahendum necessarium esse vt promissio illa nõ sit nuda, & simplex, sed fide vallata, at *n*.29. contrarium merito sequitur.

5 ***Et illam maxime, cui fidem dederat.*** Idest quamuis fides minimè data sit, prout colligi videbatur ex contextura verborum tex. sed id verũ non est, nam dictio, (maxime) accipi debet pro tantum, vt explicant hic *Abb.n*.3.Alex.de Neuo *n*.6.Præpos.*n*.2. quos refert Sanch.*d.lib*.7.*disput*.78. *n*.1.

6 ***Vel quia machinata est in mortẽ vxoris.*** Aduerte huiusmodi machinationẽ debere effectum sortiri, si enim coniux mortem coniugis machinetur, nec ea subsequatur, locus non erit huic impedimento, sed poterunt adulter, & coniux superstes altero defuncto Matrimonium inire, ita Sanch. *d.lib*.7. *disput*. 78.*n*.7.

7 In glos.[Insciam.1.]Notatur ad hoc quod illa, quæ metu contraxit fit vxor illius cum quo contraxit sine alio nouo consensu, si cohabitauerit illi, vt per Nauar.*cons*.12.*n*.2.*sub tit.de spons.in ant.*

8 Notatur etiam ad hoc quod non ratificatur prius Matrimonium inualidum si sublato impedimento ignorans coniugem carnaliter cognoscat, ita Sanch.*de Matrim. lib*.2. *disput*.36.*n*.3.*in medio*.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Adulterium existimatum interueniente promissione futuri Matrim. nõ dirimit sequẽtes cũ adultera nuptias, si Matrimoniũ prius contractũ fuit inualidũ.*
3 *Matrimoniũ contractũ metu cadenti in constantem virum ad eum finem iniuste incusso est inualidum.*
4 *Matrimonium metu initum non ratificatur copula metu graui extorta.*
5 *Iuramento non efficitur validum Matrimonium metu contractum.*
6 *Iuramentum adiectum Matrimonio metu graui extorto non obligat.*

Cap. Significauit. II.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Coll. Zab. Io. And. Host. Henr. Butr. Anch. Panorm. Præp. Alex. de Neuo, Xim. Tolet. *in concord. vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ p.1.* Viu. *in rationali lib.4. Iuris Pontif. pag.52.* Alag. *in comp. Iuris Canon. pag.579.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib.4. tit.7. c.2.* & est post Concil. Lateranen. *p.6. cap. 13.*

2 *Quod non sponte in primam consenserit.* Notatur ad hoc quod adulterium existimatum interueniẽte promissione futuri Matrimonij nõ dirimit sequentes cũ adultera nuptias si Matrimonium prius contractum fuit inualidum; ita Viuald. *in candel. aureo p.3. tit. de Matr. n.213.* Iacob. de Graffijs *in dec. aureis p.1. lib.2. c.85. n.7.* Matien. *in rub. tit.1. gl.1. n. 183. lib.5. noua recop.* Val. Reg. *in praxi fori pœnit. lib.31. n.135. vers.4.* Sanc. *de Matr. lib.7. disp.79. n.30.*

3 *Tanta vis, &c.* Ergo Matrimonium contractum metu cadenti in constantem virum ad eum finem iniuste incusso est validũ, vt per Fr. Emman. *in sum. tom. 1. c.231. n.1.* Henriq. *in sum. lib.11. c.9. n.1.* Sanch *de Matrim. lib.4. disp. 12. n.18.*

4 *Ipsam carnaliter cognouerit, &c.* Notatur ad hoc quod Matrimonium metu initũ non ratificatur copula metu graui extorta, ita Paludan. Gabriel, & alij, quos refert Sanch. *d. lib. 4. disp.18. n.13.* vbi *n.15.* cũ multis, quos citat resoluit nullo modo esse Matrimoniũ quando aliquis metu graui cogitur contrahere, & consumare, & *n.18. in princ.* respondet tex. in præsenti cũ similibus intelligi quãdo copula est spõtanea.

5 In glos. [Tanta.] Notatur ad hoc iuramento non efficitur validũ Matrimoniũ metu cõtractũ
6 vt per Sanch. *d. lib.4. disp.20. n.12.* Nã iuramentũ adiectũ Matrimonio metu graui extorto nõ obligat, nec indiget relaxatione, Couar. *de sponsal. p.2. cap.3. §.5. n.3.* Greg. *l. fin. verbo en orden. tit.11. part.3.* Gutier. *de iuram. confirm. p.1. c.57. n.22.* Seraph. *de priuileg. Iuram. priuileg.110. n.11.* Matien. *d. glos.1. n 120.* Henr. *lib.11. cap.9. n.6.* Sanch. *d. disp.20. n.15.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Adulterium vbi interuenit machinatio mortis alterius coniugis impedit, ac dirimit Matrimonium subsequens.*
3 *Crimen machinationis mortis alterius coniugis quando Matrimonium dirimat, ostenditur.*

Cap. Super hoc. III.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostiens. Henric. Boich, Butr. Ancharan. Panorm. Præpos. Alexand. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag.53.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 579.* refertur ab Anton. August. *collect.1. Decretal. lib.4. tit.7. cap. 3.* & est post Concil. Lateranen. *par. 6. cap. 16.*

2 Probat hic tex. adulterium vbi interuenit machinatio mortis alterius coniugis impedire, ac dirimere Matrimonium subsequens, etiamsi de eo non adsit promissio, ita Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp.78. n.2.* Bonac. *eod. tract. q.3. puncto 6. n.5.* At vero machinatio in mortem coniugis si ab vno tantũ fiat, & sine adulterio, nec impedit, nec dirimit Matrimonium, vt resoluunt Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.31. n.130. vers.2.* Basil. Ponc. *de impedimentis Matrim. cap.27. in princ. vers. similiter neque.*

3 Aduertit tamen Sanch. cum pluribus, quos citat *d. disp.78. d. n.7.* aliquot conditiones requiri vt crimen machinationis mortis alterius cõiugis Matrimonium dirimat: prima est vt machinatio illa effectum sortiatur, nam si coniux mortem coniugis machinetur nec ea subsequatur locum non esse huic impedimento resoluunt multi, quos refert, & sequitur idem Sanch. *d. num. 7.* quibus adde Rebell. *de obligat. iustitiæ p. 2. lib. 3. q.8. n.10.* Bonac. *d. puncto 6. n.5. in fine.* Secunda est vt occisio fit vxoris non solum quãdo vir occidit vxorem per se, vel per alium, sed etiam quando vxor ipsa occidit virum intentione contrahendi Matrimonium, ita Sanch. *d. disp.78. n.8.* & ibi per eum citatis adde Aegid. *de Sacram. & censur. disp.31. dub. 5. n. 55.* Gutier. *de Matrim. cap.105. n.10.* Basil. Ponc. *d. cap.27. vers. tertius.* Bonacina *d. puncto 6. n.7.* Tertia conditio est, vt cum mortis machinatione interueniat adulterium. Quarta vt adulterium illud, quod altero solo coniugis mortem machinanti requirit, sit vtrique Matrimonium contracturo notum. Quinta vt illa coniugis interfectio vestiatur fine ineundi alterius Matrimonij, quas omnes conditiones percurrit, & declarat Sanch. *d. disp. 78.* vbi in vnaquaque explicanda plures refert Doctores.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Matrimonium cum aliqua contractum viuente primo coniuge & superstite impedimentum dirimens est.*
3 *Concubina publica quæ dicatur, ostenditur.*

Cap. Ex litterarum. IV. *Clem. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Io. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in cõcordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag. 54.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 579.* refertur ab Anton. August. *collect. 2. Decretal. lib. 4. tit. 5. cap. 1.*

2 Probat hic tex. Matrimonium cum aliqua contractum viuente primo coniuge, & superstite esse impedimentum dirimens, vt habetur *in epistola 53. Nicol. I. in causa Lothary Regis*, qui Theuperga prima vxore legitima viuente sibi Valdradam coniunxit, & copulauit, & postea retinere volebat, vt refert, & declarat alias auctoritates Basil. Ponc. *de impedim. Matrim. cap. 27, vers. secundus.*

3 In glos. [Deprehensam] Ex hac glos. iuncto tex. colligit Auiles *ad cap. 47. prætorũ verbo manceba. n. 1.* concubinam publicam non dici, quæ inuenitur in lecto, vel in mensa cum Clerico, religioso, vel vxorato, vel quæ fuerit in delicto, vel accessu deprehensa, quia talis deprehensio non dicitur, nec reddit delictum, & concubinatum publicum, vel notorium, nisi aliter conuincatur.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Viuente legitima vxore contrahens cũ secunda adultera etiam prima mortua à secunda est separandus.*
4 *Alimenta à patre spurijs debetur.*
5 *Alimenta filijs spurijs nõ solum pater tenetur præstare dum viuit, sed etiam eo mortuo eius hæredes.*
6 *Clericus ex redditibus beneficij tenetur alere filios spurios.*
7 *Mater in subsidium patris tenetur filios alere.*
8 *Auus tenetur alere nepotem, & descendentes ab illo.*
9 *Filij etiam spurij tenentur parentes alere.*
10 *Dotare tenetur pater filiam spuriam.*
11 *Pater non tenetur alere filium spurium si ipse ex sua arte, vel aliunde commode viuere possit.*
12 *Alimenta præstanda sunt filijs spurijs attentis, & cõsideratis diuitijs paternis, & eius qualitate.*
13 *Pontificium Ius quando naturali innititur, & ab illo procedit est vbique obseruandum.*

Cap. Cum haberet. V. *Calest.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panor. Præpos. Mar. Soc. Alex. de Neuo, Cened. *collect. 168.* Cuiac. Casal. *in annotat.* Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1 & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag. 54.* Alagonã *in compendio Iuris Canonici pag. 579.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 2. Decretal. lib. 4. tit. 5. cap. 2.*

2 Probat hic tex. illum, qui viuente vxore legitima contrahit cum secũda adultera etiam prima mortua à secunda esse separandum vide *l. 12. vbi glos. 1. tit. 1. lib. 3. fori. leg.* Perez *l. 3. glos. 1. pag. 47. col. 2 ad med. tit. 1. lib. 5. Ordin.* & plures, quos refert Cened. *ad Decretal. collect. 168. n. 1.*

3 ***Et diuturnitas temporis peccatum non minuat.*** Vide dicta *ad cap. vlt. n. 2. sup. de consuet.*

4 ***Necessaria subministret, &c.*** Notatur ad hoc quod spurijs debentur alimenta à patre saltem de Iuris Canonici æquitate, vide Cou. *de spons. p. 2. cap. 8. §. 6. à princ.* Cott. *in memorabil. verbo spurijs,* Perez. *l. 22. glos. 1. pag. 101. col. 1. tit. 3. lib. 1. ordinam. & in leg. 1. glos. 1. pag. 69. & glos. 2. pag. 98. vers. spurijs tit. 2. lib. 5. & l. 2. glos. 3. pag. 307. col. 2. vers. vtrum autem tit. 15. liber 8.* Madera *in animaduers. Iuris Ciuil. cap. 32. num. 7.* Gom. *leg. 9. Tauri, à n. 37.* Sim. de Prætis *de interpret. vltim. vol. lib. 3. solut. 2. n. 7.* Nauar. *de spolijs Cler. §. 18. n. 9.* Mench. *de success. creat. lib. 2. §. 20. n. 313.* Menoch. *cons. 60. n. 6.* Corset. *sing. 330. verbo spurius in 2.* Mathes. *sing. 147.* Paul. Fusc. *sing. 131. lit. F. in fine, & sing. 115. lit. A.* Hippol. *sing. 358.* Duenh. *reg. 366. vers. quarto limita, & in reg. 363.* Gabri. *lib. 6. commun. tit. de alim. concl. 1. à n. 2.* Paleoth. *de nothis, & spurijs cap. 45. n. 8. & cap. 46. cũ seqq.* Olan. *in ant. iur. lit. F. n. 47.* Molin. *de primog. lib. 2. c. 15. n. 42. & 49.* Mozz. *de contr. tra. de Matr. tit. de natural. Matr. n. 15.* Larã. *in l. si quis à liberis §. idẽ rescr. à n. 9. ff. de lib. agnos.* Corneb. Beninc. *de priu. paup. in 2. specie in iud. à n. 9.* Garc. *de expens. c. 3. n. 8.* Brunor. à Sole *in quæst. legal. q. 25. n. 16. & 17. cũ seqq.* Spin. *in speculo testam. glos. 16. princ. à n. 96.* Matiens. *l. 8. gl. 1. n. 1. tit. 8. lib. 5. nouæ recopil.* plures alios refert Cened. *collect. 168. n. 5.* quibus adde Surd. *de alim. tit. 1. q. 10. n. 5. cum seqq.* Gam. *decis. 201. 204. & 225* Pereg. *de iure fisci lib. 3. tit. 18. n. 55.* Morla *in emporio iuris p. 1. tit. 1. q. 11. n. 32.* Gutier. *pract. lib. 2. q. 109. & seq.* Valasc. *cons. 92. n. fin.* Ceual. *comm. cõtra cõm. q. 757. à n. 39.* Card. Mant. *de tacitis, & ambig. conuent. to. 2. lib. 13. tit. 12. n. 5.* Cabed. *p. 1. dec. 148.* Farin. *nouiss. Rota dec. 747.* Azor. *instit. mor. p. 1. lib. 5 c. 20. col. 457. & p. 2. lib. 2. c. 12. q. 2.* D. Garci. Mast. *Sicilia dec. 85. n. 2. & dec. 144. n. 8.* Moder. *de Iuris. p. 4. casu 162. n. 12.* Aloys. Ricc. *in collect. dec. p. 1. collect. 110. & p. 4. collect. 1099. & coll. 1212.* D. Barbosa *in l. 1. p. 4. n. 65 ff. sol. Matr.* Card. *in praxi iudicij verbo filius n. 37.* Cened. *pract. & canon. quæst. lib. 1. q. 13. n. 11.* Val. Regin. *in praxi fori pœnit. lib. 20. n. 29. & 32.* Rebell. *de oblig. iustitiæ p. 2. lib. 5. q. 8. sect. 2. n. 8. & seq.* nouissime Lusit. Benedic. Aegid. *ad l. ex hoc iure ff. de iusti. & iur. in initio num. 32.*

5 Amplia primo huiusmodi obligationem alendi filios illegitimos, & spurios non solum subsistere in patre viuente, sed etiam eo mortuo transire ad hæredes, vt per Duenh. reg. 367. n. 4. Couar. d. §. 6. n. 14. Larã d. §. idem rescripsit n. 29. & §. item rescriptum n. 9. Molin. d. cap. 15. n. 43. Gened. d. collect. 168. n. 12. Bened. Aegid. d. l. ex hoc iure in initio n. 32. D. Barbosa d. l. 1. p. 4. n. 72. & 127. Surd. de alim. tit. 1. q. 50. per totam Rebell d. q. 8. n. 7. Gam. decis. 11. n. 6. Molin. disp. 168. vers. non solum, Aloys. Ricci. d. collect. 1092. vers. infertur secundo, & collect. 1212. vers. amplia secundo, vbi refert de Franchis decis. 178. quidquid dicat Capic. dec. 144. & non potest pater disponere vt filius non alatur Surd. tit. 8. priuil. 85. n. 10.

6 Secundo amplia hanc obligationem alendi filios spurios comprehendere clericum etiam ex redditibus Beneficij, vt per Nauar. de spolius cleric. §. fin. n. 11. Surd. cons. 177. n. 13. & cons. 319. n. 2. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 4. quæst. 26. vers. si vigesimo, & cap. 40. q. 7. Paul. Comitol. resp. moral. lib. 1. q. 45. D. Garci. Mastrillo decis. 144. n. 2. D. Barbosa d. l. 1. p. 4. n. 133. Cald. Pereira de potestate elig. cap. 13. n. 11. & de empt. cap. 16. n. 45. Modern. de iurisdict. p. 2. cap. 20. n. 18.

7 Tertio amplia in matre per tex. in præsenti, vbi commune vtrique parentum onus reijcit liberis sic natis alimenta ministrare, intellige non ordine coniunctiuo, sed ordine successiuo, vt scilicet pater per prius teneatur, mater vero in subsidium, vt per Pereg. de iure fisci lib. 3. tit. 18. n. 59. Surd. tit. 1. q. 15. n. 11. Gam. decis. 304.

8 Quarto amplia quod nedum pater filium spurium, sed & nepotes, & descendentes ab illis alere tenetur, & præterea auus nepotem spurium, & reliquos, vt per Gama dec. 11. n. 7. & seqq. Larã in §. idem resc. ripsit n. 39. Vincent. de Franch. decis. 283. n. 15. Peregrin. d. tit. 18. n. 64. Surd. tit. 1. q. 13. n. 6. D. Barbosa d. l. 1. p. 4. n. 70. Perez tit. 2. lib. 5. Ordinam. pag. 98. Nepos quamquam legitime natus ex filio spurio nõ potest auo ab intestato succedere Bernard. Græuæ. ad pract. Cameræ imper. lib. 2. concl. 115. Ioseph Ludou. Perus. decis. 18. nu. 37. Gama decis. 11. n. 5. & decis. 136. n. 4. at vero ex testamento posse hunc nepotem auo succedere resoluunt Ioseph. Ludou. d. decis. 18. n. 33. cum seq. Duenh. reg. 366. limit. 2. Pereg. d. tit. 18. n. 45. cum seqq. Gama d. decis. 11. n. 5. & decis. 236. ad fin. D. Barbosa d. l. 1. p. 4. n. 76.

9 Quinto amplia per reg. correlatiuorum è cõtrario filios non solum legitimos, sed etiam naturales, & spurios vtriusque sexus obligari ipso Iure naturali, & humano ad alendos parentes, vt per Menoch. de præsump. lib. 3. q. 29. n. 16. Laram in §. parens a n. 14. Surd. tit. 1. q. 17. & 20. & tit. 4. q. 18. n. 52. cum seqq. Molin. de Iustitia tract. 2. disp. 228. vers. quintus effectus, Azor. instit. moral p. 2. lib. 2. cap. 3. Pradil. in summa legum pœnalium p. 2. c. 49. n. 2. Sayr. in claui Regia lib. 7. cap. 5. n. 15. Cardoso in praxi iudicum verbo alimenta n. 24. & verbo filius n. 40. Rebell. d. q. 8. n. 3. Bened. Aegid. d. l. ex hoc iure in initio n. 36.

10 Sexto amplia, vt etiam pater teneatur dotare filiam spuriam, vt per Perez. ad lib. 8. Ordinam. pag. 307. in fine, Pereg. d. tit. 18. n. 56. D. Barbosa d. l. 1. p. 4. n. 64. & 65. Duenh. reg. 366. ampl. 5. Crass. §. institutio q. 7. n. 17. & 18. Cenal. comm. contra comm. q. 565. Aldouin. cons. 103. a n. 14. Surd. cons. 310. n. 2. & de alim. tit. 1. q. 10. n. 15. D. Barbosa d. l. 1. p. 4. n. 56. Card. Mantica de tacitis, & ambiguis conuent. lib. 12. tit. 16. n. 19. Cald. Pereira d. q. 18. n. 10.

11 Limita tamen principalem tex. conclusione in spurijs de sua arte vel operibus aut aliunde cõmode viuere possunt, vt per Palat. in rep. cap. notab. 3. n. 23. n. 7. Couar. d. §. 6. n. 9. Spino d. gl. 16. a n. 15. & 216. Gutier. pract. lib. 2. q. 109. n. 3. Gened. d. collect. 168. n. 5. in medio, Rebell. d. lib. 5. q. 8. n. 7. Henriq. in summ. lib. 11. cap. 19. n. 2. lit. N. Surd. n. 7. q. 9. Aloys. Ricc. d. collect. 1092. in fine, & collect. 1212. vers. nunc limita, vbi refert Thesaur. decis. 22. Petr. de Benintend. decis. 22.

12 *Secundum quod eis suppetunt facultates.* Ego, alimenta præstanda sunt filiis spurijs attentis, & consideratis diuitijs paternis, & eius qualitate, ac dignitate, vt tenent Cou. d. §. 6. n. 8. Gom. l. 10. Taur. n. 40. Mol. lib. 2. de primog. cap. 15. n. 55. vers. sed verius est, Vincẽt. de Frãch. decis. 283. n. 18. & 19. Matien. l. 8. gl. 1. n. 10. tit. 8. lib. 5. noua recopil. Surd. de alim. tit. 8. q. 18. n. 51. Mol. de Iust. tract. 2. disp. 168 in princ. Lessius de iust. lib. 2. cap. 19. d. n. 67. quamuis in alimentorum præstatione considerandam esse filij spurij indigentiam inspecto Iure naturali, & non ipsius, nec patris nobilitate, ac patrimonij viribus minus bene tueantur Palat. in repet. d. cap. per vestras §. 24. n. 3. Lara d. §. idem rescripsit n. 48. Gom. Lusit. dec. 101. n. 4. & dec. 225. & 343. Barb d. l. 1. p. 4. n. 65. vers. sed prima opinio, Rebel. d. q. 8. n. 4. & 7.

13 In glos. [Secundum facultates, fin.] ibi (*hoc intelligitur de benignitate canonica, &c.*) Notatur ad hoc quod Pontificium Ius quando naturali innititur, & ab illo procedit, est vbique obseruandum non solum in terris Ecclesiæ, sed etiã Imperij, & in vtroq. foro, ciuili lege explosa, vt per Molin. de iust. tract. 2. disp. 168. vers. Iure tamen Canonico, Azor. instit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 21. post princ. & p. 2. lib. 2. cap. 12. q. 3. Card Tusch. tom. 1. lit. A concl. 287. n. 48. Soar. de legib. lib. 3. cap. 6. n. 8. Aegid. d. l. ex hoc iure in init. n. 31. ver. hoc autem.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Adulterium simplex non efficit Matrimonium inualidum ne quidem contractum, &c.*

3 *Excommunicatus potest contrahere Matrimonium.*

Cap. Significasti. VI. *Innoc. iij.*

1 Vper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anch. Panorm. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4.*

lib. 4. Iuris Pontif. pag. 55. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 580. refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 4. tit. 6. cap.*

Probat hic tex. simplex adulterium non efficere Matrimonium inualidum, ne quidem contractum inter personas à quibus illud commissum est, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 31. nu.* 132. Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 78. nn.* 1. vbi dixit *cap.* 1. *& cap. illud vero* 31. *q.* 1. in quibus statuitur nulli licere ducere in vxorem eam, quam prius per adulterium polluit, intelligi quando cum adulterio concurrit duplex crimen, videlicet adulterium cum machinatione mortis alterius coniugis, ac proinde adulterium cum fide data de contrahendo post coniugis mortem, vel cum contractu Matrimonij de præsenti cum adultera. Vnde obseruandum est per adulterium tacitum, si non adsit promissio, vel fides data de Matrimonio futuro, vel machinatio in mortem coniugis, nullum gigni impedimentum ex hoc textu docuerunt Bonac. *de Matrim. q. 3. puncto 6. nn.* 8. Basil. Ponc. *de imped. Matrim. cap. 27. in primo*, vbi etiam resoluit solam fidem de contrahendo Matrimonio, imò nec Matrimonium re ipsa contractum non consumatum, si coniugem, cui fidem adstrinxit, non cognoscat, nec impedire, nec dirimere.

3 *Excommunicato.* Notatur ad hoc quod Matrimoniū contrahi potest ab excommunicato, vt per Couar. *de spons. p. 2. cap. 6. in initio num.* 3. Tolet. *lib. 7. sum. cap. n.* 1. Viuald. *in candelabro aureo par. 2. de Matrim. n.* 80. Petr. de Ledesma *de Matrim. q. 59. nn. 1. §. pen.* Graffis *in aure. decis. p. 2. lib. 1. cap. 1. num.* 25. Vgolin. *de censur. tab. 2. de excommunic. cap. 7. §. 2. nn.* 4. Matien. *in rub. tit. 1. glos. 1. num. 36. lib. 5. noua recop.* Henriq. *in sum. lib. 13. de excom. cap. 10. num.* 1. Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 9. n.* 2. D. Gutier. *eod. tract. cap. 83. nn.* 4. Anton. Ricciul. *in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existen. lib. 4. cap. 48. nn.* 13.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Capitulum sede vacante cognoscere potest de causis Matrimonialibus.*

Cap. Veniens. VII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. And. Hosti. Henric. Butr. Anch. Panor. Præpos. Alex. de Neuo. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 2. Viuian. *in rationali lib. 4. Iur. Pontif. pag.* 56. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 580. refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 4. tit. 6. cap.* 2.

2 In superscrip. tex. ibi (*Messanen. Capitulo*) Ergo Capitulū Sede vacante cognoscere potest de causis Matrimonialibus; de quo vide Stépha. Quaran. *in sum. Bullarij verbo Capitulum Sede vacante* 5. Couar. *de sponsal. par. 2. cap. 8. §. 12. nu. 1. in princ. vers. atque etiam*, Pauin. *de officio, & potestate Capituli sede vacante par. 1. q. 10. sub nu.* 8. Aloys. Ricci. *in praxi fori Ecclesiastici decis. 245. in 1. edit. & resolut. 251. in 2. edit.* quos refero Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi par. 3. alleg. 84. nn.* 4. vbi ex Quiranta aduerto quod licet per Concil. Trident. *sess. 24. de reformat. cap. 20. vers. ad hæc*, causæ Matrimoniales relinquantur examini, & iurisdictioni Episcopi tantum, vt excluderentur alij prælati inferiores, non tamen excludit Capitulum in hoc casu, cum non dicatur inferior, sed par.

3 *De nouo potuit Matrimonialiter consentire.* Ergo iterum debet consentire, ... vt per Perez *l. 2. gl. 1. pag.* ... *vers. ex quo clare*, ... *1. tit. ... Ordinam.* Nam si Matrimonium fuerit simpliciter inter habiles contractum, licet inhabilitas, seu impedimentum postea cesset, non ex hoc ratificatur Matrimonium ex priori consensu, sed ex nouo, cum nouum contrahatur Matrimonium, vt per Boer. *decis. 264. num. 27. column.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Promissio alterutrius de contrahendo cum ea, quam polluit per adulterium, non inducit impedimentum nisi ab altera expresse acceptata sit.*
3 *Adulterium, & promissio Matrimonij ad impedimentum contrahendum fieri debent viuente coniuge illius, qui est complex adulterij.*
4 *Conatus ad copulam non sufficit ad hoc impedimentum inducendum.*

Cap. Si quis. VIII. & fin. Greg. ix.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Anchar. Butr. Panorm. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in ration. lib. 4. Iuris Pōtif pag.* 56. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 580.

2 *Fide data.* Intellige cum effectu, id est acceptata, nam ante acceptationem non est proprie promissio, sed pollicitatio, vnde non sufficere ad hoc impedimentum inducendum promissionem alterutrius nisi ab altero acceptata sit expresse non vero per taciturnitatem tenent Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 79. num. 22. cum seqq.* Gutier. *eod. tract. cap. 105. nn.* 28. Bonacin. *eodemmet tract. q. 3. puncto 6. nu. 9. vers. secundo.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 31. nu.* 137.

3 *Cognouit eandem, &c.* Notatur ad hoc quod adulterium, & promissio Matrimonij fieri debent

bent viuente coniuge illius, qui est complex adulterij ad hoc impedimentum cõtrahendum, requiritur enim vt vtrumque intercesserit durante eodem Matrimonio, & non sufficit vt intercesserit in diuersis coniugijs, seu Matrimonijs, ita Sanch. *d. lib. 7. disp. 79. n. 5.* Sot. *in 4. dist. 37. q. vni. art. 4.* Aegid. *de Sacram. & censur. disp. 31. nu. 54.* Bonacina *d. puncto 6. nu. 12.*

4 In glos. [Cognouit,] ibi *(quia non obfuit conatus, vbi voluntas, vbi iniuria non habuit effectum)* Ergo conatus ad copulã non sufficit, sed debet interuenire adulterina copula, quæ delictũ consummatum importet, ita Sanch. *d. lib. 7. disp. 79. nu. 8.* Valer. Regin. *d. lib. 31. nu. 134.*

5 In ead. glos. ibi *(idem intellige de eo, vel ea, &c.)* Notatur hæc glos. ad hoc, quod nihil refert ad hoc impedimentum dirimens incurrendum, siue vir vxorem, siue vxor virum perimat gratia migrandi ad alterum Matrimonium, vt per Viual. *in candel. aureo par. 1. de sacram. Matrim. nu. 212. concl. 3.* Fr. Emman. *in sum. tom. 1. c. 229. nu. 5.* Graffis *in decis. aureis par. 1. lib. 2. cap. 85. nu. 6.* Vgol. *de Sacram. tit. de Matrim. cap. 19. nu. 9.* Card. Bellarm. *lib. 1. de Matrim. cap. 22. casu 1.* Matien. *in rubr. tit. 1. glos. 1. num. 177. lib. 5. nouæ recopil.* Henriq. *in sum. lib. 12. cap. 14. nu. 2.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. disput. 78.*

De Coniugio leprosorum. Tit. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hanc rub. scribentes.*
2 *Leprosi extra ciuitatem ponendi.*
3 *Leprosi expelli possunt à ciuitate.*
4 *Ecclesiasticus iudex solum est competens, quando agitur de coniugum separatione ob lepram.*
5 *Vicarius Episcopi potest visitare laicos suspectos de lepra.*

1 SVper hanc rub. scripserunt Zabarel. Io. Andr. Anch. Butr. Panor. Præpos. Alex. de Neuo Durand. *in breuiar. aur. Iuris Canon.* & *in spec. Iur. sub hoc tit. lib. 4.* Steph. Ranchin. *in contin. titulorum Decretal.* Io. de Londris *in breuiar. sanctorum Canonum,* Petrus de Rauena *in compend. Iur. Canon.* Martin. Mesnart. *in epithome Decretal.* Dan. Venator *in analysi methodica Iuris Pontif.* Goffred. & Hostien. *in sum. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque lib. Decretal.*

2 De leprosis, & quod sint extra ciuitatem ponendi Vide apud Hispanos *l. 1. §. 10. tit. 16. lib. 3. nouæ recopil.* Greg. *l. 7. verbo por que no sean tit. 12. part. 4. & tit. 1. part. 7. in princip. verbo apartado* Franç. Mar. *decis. 1017. num. 6. cum seqq.* Auend. *de exequendis manda. par. 2. cap. 6. nu. 6.* Azeu. *ad*
3 *l. 2. nu. 28. tit. 10. lib. 8. nouæ recop.* & possunt ex-
pelli à Ciuitate, vt per Auiles *ad cap. 26. Prato-*
4 *rum. nu. 4.* Et quando agitur de sola coniugum
separatione ad tempus ob lepram solus Eccle-
siasticus est competens, vt per Couar. *de spon-*
sal. par. 2. cap. 7. §. 6. nu. 8. Sanch. *de Matrimon.*
5 *lib. 7. disp. 8. nu. 15.* & potest Vicarius Episcopi
visitare laicos suspectos de lepra, vt per Rebuff.
in tract. quando secularis nu. 82.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc text. scribentes.*
2 *Coniux sanus, an teneatur reddere debitum coniugi leproso, remissiue.*
3 *Coniuges non possunt esse diutius separati.*
4 *Iudicis arbitrio relinquitur quando maritus diu abesse dicatur ab vxore.*
5 *Vxor an & quando teneatur sequi virum suum, remissiue.*

Cap. Peruenit. I. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarell. Ioann. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anch. Panorm. Præposit. Alexand. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cũ legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag. 57.* Alag. *in compendio Iuris Canon. pag. 581.* refertur ab Ant. August. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 8. cap. 1.* & est post Concil. Lateranen. sub Alexan. III. *par. 37. cap. 2.*

2 An, & quando coniux sanus teneatur reddere debitum alteri coniugi leproso dicam commodius cap. seq. vbi propriè sedet hæc materia.

3 *Non debet alter sine altero diutius esse.* Notatur ad hoc quod coniuges non possunt esse diutius separari, nec valet statutum, aut consuetudo, vt viri diutius sine vxore sint, ita Sanch. *de Matrim. lib. 9. disp. 4. nu. 12.* vbi *nu. 2.* asserit quod coniuges Iure naturali, ac Diuino simul habitare tenentur.

4 In glos. [Diutius.] Notatur ad hoc quod Iudicis arbitrio relinquitur quando maritus diù abesse dicatur ab vxore, vt per Menoch. *de arbitrar. casu 456. nu. 2.*

5 In glos. [Sequantur] An, & quando vxor teneatur sequi virum suum vide Couar. *de spons. par. 2. cap. 7. num. 5.* Tiraq. *l. 1. connubialis glos. 1. par. 1. nu. 39. & 40.* Bernard. *reg. 800.* Perez. *l. 29. verbo, si alguna muger, tit. 11. lib. 4. Ordin.* Matien. *in rub. tit. 1. glos. 1. nu. 94. cum seqq. lib. 5. nouæ recopil.* D. Barbosa *in l. maritum nu. 55. ad finem ff. sol. matrim.* Farin. *Rotæ decis. 278. nu. 15. in collect. 1. nouiss.* Cened. ad *Decretal. collect. 74. in fine,* Sanch. *de Matrim. lib. 9. disput. 4. nu. 14.* Gutier. *eod. tract. cap. 23.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Leproso coniugi tenetur sanus debitum reddere, quãdo redditio non cedit in reddentis notabile damnum.*

3 *Gallico morbo laboranti coniugi non tenetur sanus coniux cum periculo notabilis infectionis debitum reddere?*

4 *Leproso tenetur sanus coniux debitum reddere etiam cum notabili damno, quando lepra Matrimonium præcessit.*

5 *Horror naturalis consurgens ex accessu ad coniugem lepra infectum excusat à debito reddendo, vbi virgam erigi, aptamq; copula reddi minime posset.*

6 *Auctoritas Christi Domini Math. 5. & 19. asserens ob solam fornicationis causam licitum esse diuortium, declaratur.*

7 *Diuortium perpetuum cur ob fornicationem concedatur, ob alias vero causas ad tempus quo durant, ostenditur.*

Cap. Quoniam. II.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarel. Ioann. Andr. Host. Henr. Butr. Anch. Panor. Præpos. Casal. *in annot.* Ccned: *collect.* 88 Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontificij pag.* 58. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 581. refertur ab Ant. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 8. *cap.* 2. & est post Concil. Lateranen. *par.* 37. *cap.* 3.

2 Probare videtur tex. hic coniugem sanum teneri ad reddendum debitum coniugi leproso, vt ex illo docent D. Thom. *in* 4. *distin.* 32. *q. vnica artic.* 1. *ad* 4. *vbi* S. Bonauen. *art.* 2. *q.* 1. *num.* 19. & alij Theologi. Verum huius tex decisio intelligitur vbi illa redditio non cedit in reddentis notabile damnum, vnde DD. communiter resoluunt propter morbum lepræ posse vxorem à coniuge recedere, ac ei debitum denegare, vbi iudicio medicorum notabilis infectionis periculum immineret sano ex debiti redditione. Ita tenent Petr. de Soto *lect.* 16. *de Matrim.* §. *sunt etiam præter hæc*, Greg. *l.* 7. *verbo sic deudo, tit.* 2. *part.* 4. Angles *in florib. Theologicis par.* 1. *de Matrim. q.* 6. *de oblig. soluendi debitum artic.* 1. *difficul.* 1. Vict. *de Sacram. n.* 256. Fr. Emman. *in summa tom.* 1. *cap.* 243. *nu.* 2. Iacob. de Graffijs *in decis. aureis par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 83. *nu.* 6. Nauar. *in manu. cap.* 16. *num.* 25. Viu. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 5. *tit.* 16. *num.* 1. *vers. imò si maritus, pag.* 754. Petr. de Ledesma *de Matrim. q.* 64. *art.* 1. *dub.* 2. *concl.* 1. Henriq. *in sum. lib.* 11. *c.* 15. *nu.* 7. Aegid. *de Sacram. & cens. tom.* 2. *disput.* 34. *nu.* 221. D. Barbosa *in rub. ff. sol. matrim. p.* 2. *nu.* 28. Farin. *in praxi crimin. par.* 5. *q.* 143. *n.* 7. Valer. Reginal. *in praxi fori pœnitent. lib.* 31. *nu.* 234. Sanch. *de Matrim. lib.* 9. *disp.* 24. *nu.* 17. Bonac. *eod. tract. q.* 4. *puncto* 1. *nu.* 8.

3 Amplia, non solum in leproso, sed etiam in laborante morbo gallico, non enim tenetur ei sanus coniux cum periculo notabilis infectionis debitum reddere, ita Pet. de Ledesma *d. art.* 1. *dub.* 2. Flam. *de resignat. beneficiorum lib.* 5. *q.* 6. *nu.* 29. Henriq. *d. nu.* 7. D. Barbosa *d. n.* 28. Sanch. *d. disp.* 24. *nu.* 18. vbi extendit ad quemcumque morbum contagiosum, Bonac. *d. nu.* 8.

4 Limita, quando lepra Matrimonium præcessit, nec ab altero coniuge ignorata fuit, tunc enim tenetur reddere, quia per contractum Matrimonium scienter se ad hoc obligauit, ita Petr. de Ledesma *d. dub.* 2. *conclus.* 2. Fr. Emman. *d. cap.* 243. *nu.* 2. *in fin.* Sanch. *d. disp.* 24. *nu.* 22. Bonac. *d. nu.* 8. validum enim est Matrimonium contractum cum leproso, quia licet periculum sit ægritudinis contrahendæ in congrediendo, nihilominus adest potentia congrediendi, ita post Sanch. & Gutier. tenet Bonac. *q.* 3. *puncto* 13. *nu.* 15. Limita etiam vbi sublatum periculum fuerit infectionis lepræ, vel morbi gallici, quamuis sit periculum infectionis in prole nascitura, ita *Sanch. d. disput.* 24. *num.* 25. Rebell. *de oblig. Iustitia par.* 2. *lib.* 2. *q.* 16. *nu.* 4. Bonac. *d. puncto* 1. *n.* 9.
5 An autem vbi infectionis periculum cessat, excuset à debito reddendo horror naturalis consurgens ex accessu ad coniugem lepra, vel alio morbo horrorem inferente infectam? Affirmatiue vbi vxor eo morbo laboraret, tantusq; horror esset in viro, vt virgam erigi, aptãq; copulæ reddi minime posset, respondet Sanch. *d. disp.* 24. *nu.* 21.

6 *Excepta causa fornicationis.*

Dicit hic text. ob solam fornicationis causam licitum esse diuortium ex testimonio Christi Domini Matth. 5. & 19. Veritas tamen Catholica in Concil. Triden. *sess.* 24. *de reformat. Matrimon. can.* 8. definiuit ob aliquas alias causas permissum esse diuortium quoad thorum, seu quoad cohabitationem, ad certum incertumuè tempus; vnde multipliciter solent declarare DD. prædicta huius tex. verba, vt videre est apud Sanch. *de Matrim. lib.* 10. *disp.* 15. *nu.* 2. Quidam dicunt dictionem illã exceptiuam non firmare regulam in contrariũ circa casus alibi exceptos in Iure, vt late Euerard. *in suis topicis Iuris, loco ab exceptione ad reg. num.* 5.
7 Alij vero respondent solam fornicationem carnalem esse causam perpetuæ dimissionis, & diuortij absoluti, de quibus Christus loquebatur (diuortium enim non est verum, nisi quod animo constituẽdæ perpetuæ separationis fit *l. diuortio* 3. *ff. de diuortijs*) at propter alia crimina non est licita separatio nisi dum ea durant, si enim cõiux sæuus sit, aut ad peccandum alliciat coniugem, quam ob causam hic diuertat, cessante sæuitia, & inductione instauratur Matrimoniũ. Sed Bellarm. *lib.* 1. *de Matrim. cap.* 14. *vers. dicendum est.* Maldonad. *d. cap.* 5. *Matth. nu.* 32. Valent. *in suis controuersijs lib. vnico de indissolubilitate Matrimonij cap.* 6. asserunt bifariè intelligi posse vt coniux

coniux à coniuge dimitti valeat; Priori modo, quatenus coniux est, idest iuxta causa dimissionis sit petita ex ipsamet coniugij natura, sitq; propria, & peculiaris ratio solius Matrimonij, & hoc modo sola fornicatio carnalis est causa diuortij, & sic locutus est Christus de causa diuortij; sola enim fornicatio carnalis fidei coniugali, & substantiæ ipsius Matrimonij opponitur. Posteriori modo, vt persona quædam est, cuius consortium contingit alteri esse perniciosum, sicut etiam posset accidere inter alias personas simul habitantes, & hoc modo multæ aliæ causæ possent accidere propter quas Ius Diuinum naturale causa incolumitatis corporis, vel animæ à coniuge discedere concedit.

7 Hinc infertur ratio cur ob fornicationem concedatur diuortium perpetuum, & ob alias vero causas solummodo ad tempus, quo durant, quia causa in fornicatione est ex ipsa coniugij natura, eo quod fides promissa violata est, cum hæc sit perpetua, ita & dimissio, cæteræ autem causæ ex natura ipsius coniugij non sunt perpetuæ, ac proinde tantum, dum ipsæ permanent, permittitur diuortium, dic ergo in hoc tex. agi de ratione peculiari, & propria contractus Matrimonij, & quæ est causa perpetui diuortij, atque ita solum concludi huiusmodi causam non esse lepram, non autem non licere ad tempus durationis morbi diuertere, debitumque negare.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Sponsus non tenetur contrahere Matrimonium cum sponsa, quæ post sponsalia incedit in lepram.*

Cap. Litteras III. & fin. *Vrban. iij.*

1 Svper hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anch. Panorm. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. *&* 2. Viuian. *in ration. lib.* 4. *Iuris Pontificij pag.* 59. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 581. refertur ab Anton. Augúst. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 8. *cap* 3. & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *par.* 50. *cap.* 63.

2 Probat hic tex. sponsum non teneri contrahere Matrimonium cum sponsa, quæ post sponsalia incidit in lepram, idem dicendum est de quolibet morbo contagioso superuenienti alteri sponso, vt si habeat morbum Gallicum, idem de graui infirmitate superuenienti incurabili, vt epilepsiæ, de quibus omnibus vide Nauar. *in man. cap.* 22. *num.* 27. *vers.* 8. Sanch. *de Matrim. lib.* 1. *disp.* 57. Gutier *eod. tract. cap.* 32. *n.* 3. Bonacinam *eod. tract. q.* 2. *pun.* 8. *nu.* 9. Aegid. *de Sacram. & cens. tom.* 2. *disput.* 23. *dub.* 8. *nu.* 66. *&* 67. Card. Tusch. *tom.* 5. *concl.* 126. *num.* 6. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 272. *num.* 4. *&* 5. Valer. Reginal. *in praxi fori pœnitentialis lib.* 31. *nu.* 263. Seraphin. *decis.* 112. *nu.* 8. Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. resol.* 207. *nu. fine.*

De Coniugio seruorum. Tit. IX.

Svper hanc rub. scripserunt Zabarel. Io. And. Anch. Butr. Panorm. Præpos. Alex. de Neuo, Durand. *in breuiario aureo Iuris Canon. & in speculo Iuris sub hoc tit. lib.* 4. Steph. Ranchin. *in continuatione titulorum Decretal.* Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum.* Petrus de Rauenna *in compendio Iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epithome Decretal.* Dan. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontificij, à pag.* 544. Goffr. & Host. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.*

De materia huius tit. vide Henriq. *in sum. lib.* 11. *cap.* 10. Couar. *de spons. par.* 2. *cap.* 3. §. 7. Basil. Ponc. *de imped. Matrim. cap.* 23. Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *disp.* 19. *&* 20. Gutier. *eod. tract. cap.* 90. *cum seqq.* Bonac. *eod. tract. q.* 3. *punct.* 3. Aegid. *de Sacram. & cens. tom.* 2. *disput.* 31. *dub.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Serui inuitis dominis possunt licite Matrimonio copulari.*
3 *Seruum Matrimonio coniunctum an liceat domino vendere in longinquam prouinciam ab emptore transferendum.*
4 *Seruus post contractum Matrimonium minime eximitur ab obsequijs consuetis domino præstari.*
5 *Obsequium domino, ac reddere vxori debitum quando simul non stant, an potius sauendum sit coniugali obligationi, quàm domini obsequio, remissiue.*

Cap. Dignum est I. *Adrian.*

1 Svper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Io. And. Host. Henr. Butr. Anch. Panor. Præpos. Alexan. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 59. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 581. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 9. *cap.* 1. & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *par.* 45. *cap.* 3.

2 Probat hic tex. posse seruos inuitis dominis licite Matrimonio copulari, ita *l.* 1. *tit.* 5. *part.* 4. Valasc. *de Iure emphyteut. q.* 37. *nu.* 4. *&* 5. Henriq. *in summa lib.* 11. *c.* 10. *n.* 4. *in med.* Azor. *instit. moral. par.* 2. *lib.* 2. *cap.* 38. *q.* 4. Cened. *ad Decretal. collec.* 88. *nu.* 1. Flores ad Gam. *Lusit. decis.*

decis. 142. vbi etiam quod potest maritus accusare vxorem seruam. Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *disput.* 22. Gutier. *eod. tract. cap.* 92. Bonac. *eod. tract. q.* 3. *punc.* 3. *nu.* 7. vbi reddit rationem, quia Matrimonium concessum fuit à Iure naturali, & Diuino in remedium concupiscentiæ, & ad propagationem naturæ humanæ, hoc autem Ius non potest seruis à dominis auferri, imò grauiter peccant domini contra iustitiam positiuè impediendo seruos ne Matrimonium ineant, aut impediendo eorum maritale commercium post contractum Matrimonium; faciunt enim contra Ius tributum illis à natura; ita Gutier. *d. c.* 92. *n.* 3. Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 21. Basil. Ponc. *de imped. Matrim. c.* 23. §. 1. *vers. ex dictis colligitur.*

3 Vtrum autem domino liceat vendere seruum Matrimonio coniunctum in longinquam prouinciam ab emptore transferendum? quæstio est dubia, de qua vide Sot. *in* 4. *dist.* 35. *art.* 4. Rebell. *de oblig. iustit. par.* 2. *lib.* 3. *q.* 2. *num.* 10. Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 22. Azor. *d. cap.* 38. *q.* 6. remissiue Gutier. *d. cap.* 92. *nu.* 8. Bonac. *d. pun.* 3. *nu.* 9. Basil. Ponc. *d.* §. 1. *vers. secundo colligitur*, quos nota ad glos. infra, verbo seruitia.

4 *Debita tamen, &c.* Notatur ad hoc quod seruus post contractum Matrimonium minime eximitur ab obsequijs consuetis domino præstandis, idest maximè consuetis, vt explicant hic Hostien. *n.* 9. *super verbo consueta*, Io. And. *nu.* 4. Anton. *nu.* 7. Anch. *n.* 5. & Alex. de Neuo *nu.* 12. quos refert Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 21. *nu.* 11.

5 In glos. [Seruitia,] In princ. disputat hæc glos. quando non simul stant obsequium domini, ac reddere vxori debitum, an potius fauendum sit coniugali obligationi, quàm domini obsequio, de quo vide Gregor. *l.* 2. *verbo de su señor, & verbo enemiga tit.* 5. *part.* 4. Petr. de Ledesma *de Matrimonio q.* 52. *art.* 2. *ad finem*, Azor. *d. cap.* 38. *q.* 5. Sanch. *d. disp.* 21. *num.* 12. *cum seqq.* Basil. Ponc. *d.* §. 1. *vers. ex dictis colligitur.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc text. scribentes.*
2 *Error conditionis seruilis reddit irritum Matrimonium, ampliatur multipliciter.*
3 *Error in seruitute adscriptitia, vel originaria non dirimit Matrimonium.*
4 *Seruitutis ignarus coniux an possit propria auctoritate quoad thorum recedere quando seruitutem alterius detegeret, ostenditur.*
5 *Matrimonium, quod liber cõtraxit cum serua ignorans seruam esse sit validum, si post cognitam seruitutem habeat copulam cum ea, quid attento Concil. Trident. ostenditur.*
6 *Serua non potest transferre dominium dotis in maritum sine consensu domini.*
7 *Matrimonium est nullum ex errore personæ, aut conditionis durante ipso errore.*
8 *Coniux dubius de seruitute alterius tenetur reddere debitum.*

Cap. Proposuit. II. *Alex. iij.*

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henr. Butr. Anch. Panor. Præp. Cened *collect.* 88. Alexand. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontificij pag.* 60. Alagona *in compendio Iuris Canonic. pag.* 582. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 9. *cap.* 2.

2 Probat hic text. errorem conditionis seruilis, quando scilicet liber contrahit cum ancilla, vel libera cum seruo, reddere irritum Matrimonium, vide Victor. *de Sacram. nu.* 251. & *relect.* 1. *de Matrim. n.* 16. Henriq. *in summ. lib.* 11. *cap.* 10. *nu.* 3. Gutier. *de Matrim. cap.* 90. *nu.* 16. Rebell. *de oblig. iustitia par.* 2. *lib.* 3. *q.* 3. *sect.* 12. Bonac. *de Matrim. q.* 3. *puncto* 1. *nu.* 3. & 4. Basil. Ponc. *de imped. Matrim. cap.* 23. §. 2. Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *disp.* 19. *nu.* 2. vbi *nu.* 3. ampliat etiãsi seruitus ignorata non sit perpetua, sed pro certo tempore concedatur, vt eo scilicet transacto in pristinam redigatur seruitutem, & *num.* 4. ampliat etiam minime valere Matrimonium liberi cum ancilla statulibera, cui ex tempore aliquo, vt abhinc biennio, concessa est libertas ignorante libero eam conditionem seruilem, nisi modicum tempus deficiat, vt statulibera plenam acquirat libertatem, tunc enim Matrimonium valebit.

3 Limita in seruitute non vera, sed adscriptitia, vel originaria, cuius errorem non dirimere Matrimonium tenet post multos, quos refert Sanch. *d. disp.* 19. *n.* 9. vbi *n.* 10. resoluit etiã valere Matrimonium cũ liberta, idest cum ea, quæ ancilla fuit, iam tamen libertate donata est.

4 Vtrum autem coniux seruitutis ignarus possit propria auctoritate quoad thorum recedere, quando seruitutem alterius detegeret vide Sanch. *d. disp.* 19. *nu.* 7. Basil. Ponc. *d.* §. 2. vbi respondet recedere posse quoad thorum, & etiam quoad habitationem, si scandalum absit, aliàs necessarium esse Ecclesiæ iudicium; quod si defectus fuerit probationis tuta conscientia poterit in partes longinquas recedere, vbi sine vllo scandalo inire cum alio coniugia possit. Vtrum vero validum sit Matrimonium contractum à libero cum serua, quæ contrahendo fit libera, vt accidit quando dominus ducit seruam suam in eum locum, in quo fit libera per huiusmodi contractum, vide Couar. *de spons. p.* 2. *cap.* 3. §. 7. *num.* 1. Siluest. *verbo Matrimonium* 8. *q.* 2. Henriq. *d. cap.* 10. *num.* 4. Emman. Sà *verbo Matrimonium tit. de impedim. Matrim. num.* 1. & alios citatos à Bonacina *d. puncto* 3. *n.* 3.

5 *Carnaliter cognouit.* Notatur ad hoc quod Matrimonium, quod liber contraxit cum serua nesciẽs seruam esse, fit validum si post cognitam seruitutem habeat copulam cum ea: hodie vero post

post Conceil. Triden. *sess. 24. de reformat. Matrim. cap.* 1. cum praesumptus consensus non sufficiat ad Matrimonium inducendum, nisi post sublatum impedimentum nouus consensus contrahentium interueniat coram Parocho & testibus, cessat huius tex. dispositio quoad hanc partem, ita ut vir libere contrahens Matrimonium ignoranter cum ancilla etiamsi postquam sibi constiterit eam esse ancillam, & carnaliter ipsam cognoscat, non est compellendus ut eam sicut uxorem maritali affectione pertractet: vide Cened. *ad Decretal. collect.* 83. *nu.* 2. *& practic. quaest. lib.* 1. *q.* 30. *nu.* 14. Aegid. *d. disput.* 31. *n.* 25. Gutier. *de Matrim. cap.* 90. *nu.* 9. Bonacinam *d. puncto* 3. *num.* 6. Basil. Ponc. *d.* §. 2. *vers. sed quaeret aliquis*.

6 *Pro dote concessit*. Aduertit D. Bartol. *in l. si cum dotem* §. *fin. nu.* 10. *ff. soluto Matrim.* quod serua non potest trasferre dominium dotis in maritum sine consensu domini, *& num.* 11. quod seruae non competunt priuilegia dotis repetitioni concessa, quia in serua cessat ratio *l.* 3. *ff. de priuileg. cred.* cum ipsa non liberos, sed seruos procreet Reip.

7 In glos. [Audiuit.] ibi (*non enim cuilibet referenti credere tenetur.*) Notatur ad hoc quod quando Matrimonium est nullum ex errore personae, aut conditionis, durante eodem errore nunquam censetur ratificatum, nisi audita seruitute cum probabili credulitate, ita Hostien. & Innoc. *super illo verbo audiuit*, Henric. *num.* 10. & Anton. *nu.* 5. Siluest. *verbo Matrimonium* 8. *q.* 3. *dicto* 2. & alij, quos refert, & sequitur Sanch. *de Matrimon. lib.* 2. *disput.* 36. *nu.* 1. vbi etiam tenet cum Alex. de Neuo hic *nu.* 9. minime ratificari in foro conscientiae, licet verisimiliter credere debuerit si non credidit.

8 In eadem glos. ibi (*nunquid Ecclesia debet ei praecipere vt debitum reddat, &c.*) Notatur ad hoc quod coniux dubius de seruitute alterius tenetur reddere debitum, sequuntur hic Io. And. *in fine*, Butr. *nu.* 6. Anch *n.* 6. Henric. *n.* 11. *&* 12. Alex. de Neuo *nu.* 11. Siluest. *verbo Matrimonium* 8. *q.* 3. *dicto* 2. 4. *&* 5. Petr. de Ledesma *de Matrim. q.* 45. *art.* 1. *dub.* 2. *ad vltimum prima sententia*. Sanch. *lib.* 2. *disput.* 43. *nu.* 5. *cum seqq.* vbi *nu.* 8. tenet istã sententiã esse probabiliorem, nẽpe coniugem in hoc dubio teneri reddere debitũ, etiam Iudice non praecipiente, nec sibi praeiudicium inferre; quamuis cõtrarium, imò non teneri hunc reddere etiam si Ecclesia praecipiat, teneant hic Abb. *nu.* 6. Praepos. *nu.* 10. *vers. nemo ad secundum*, Gregor. *l.* 4. *verbo de partir tit.* 5. *part.* 4. Couar. *de sponsal. par.* 2. *cap.* 7. §. 2. *in fin.* Nauar. *in cap. si quis autem, de poenit. dist.* 7. *nu.* 84. Henriq. *in sum. lib.* 11. *cap.* 10. *n.* 6. *& cap.* 15. *n.* 7. Sayr. *in claui regia lib.* 5. *cap.* 13. *n.* 40. *in fine*.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Consuetudo legitime praescripta valet, vt filius non matris, sed patris, aut vtriusque conditionem sequatur.*
3 *Matrimonium liberi cum ancilla ignorato errore conditionis seruilis, valet si transierit decennium ex quo illa ancilla est in libertatis possessione.*
4 *Matris conditionem de Iure Ciuili quoad seruitutem sequuntur filij.*

Cap. Licet. III. *Vrban. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. And. Hosti. Henric. Butr. Anch. Panor. Praepos. Alex de Neuo Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellae p.* 1. *&* 2. Viuia. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 61. Alagona *in compendio Iuris Canonici, pag.* 582. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 9. *cap.* 3.

2 Probat hic tex. valere consuetudinem, si alicubi legitimè praescripta sit, vt filius non matris, sed patris, aut vtriusque parentis seruitutem sequatur, ita in praesenti docent Butr. *nu.* 3. Abb. *num.* 2. Anch. *num.* 2. & Alexan. de Neuo *etiam nu.* 2. Syluest. *verbo Matrimonium* 8. *q.* 2. *dicto* 8. Lancellot. *Institut. Iuris canon. lib.* 2. *tit. de nuptijs.* §. *si quis tamen. verbo, leges*, Molina *de iustit. tract.* 2. *disput.* 33. *ad finem*, Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *disput.* 24. *nu.* 9.

3 *Elapso decennio*. Ergo valet Matrimonium liberi cum ancilla ignorato errore conditionis seruilis, si transierit decennium, ex quo illa ancilla est in libertatis possessione, vt per Tiraq. *de praescript.* §. 1. *glos.* 4. *vers.* 12. Sanch. *d. lib.* 7. *disput.* 11. *num.* 6. vbi id verissimum dicit si ante Matrimonium initum ancilla illa iam legitimè praescripsisset libertatem, concurrentibus ad eam praescriptionem requisitis; vnde valere Matrimonium cum liberta, idest cum ea, quae ancilla fuit, iam tamen libertate donata est, tenent Couar. *de sponsalibus par.* 2. *cap.* 3. §. 7. *num.* 1. *vers. primum*, Viual. *in candel. aureo, par.* 1. *de Matrimon. nu.* 123. Henriq. *in sum. lib.* 11. *c.* 10. *nu.* 3. *in comment. lit. N*, Sanch *d. disp.* 19. *nu.* 10.

4 In glos. [Secundum.] Notatur ad hoc quod de Iure communi filij quoad seruitutem sequũtur matris conditionem, atque ita si mater ancilla sit filij sunt serui eius, cuius est mater: & si mater sit libera, filij quoque liberi sunt cuiuscunque conditionis sit pater, ita pluribus citatis Iuribus resoluunt Sanch. *d. lib.* 7. *disput.* 24. *num.* 5. Pieh. *de nobilitate communicatiua num.* 12. vbi *num.* 93. dicit quod partus matrem potius quàm patrem sequitur, quia mater, quod attinet ad statum ingenuitatis, vel seruitutis, causam partui pluribus temporibus accommodari potest in nascißcenda partui libertate, quam pater ipse, in quo vnicum tantum tempus nempe generationis considerari poterat, quia illo solo tempore pater est causa potentior, & effectiua.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Legatus Papæ poteſt iudicare de cauſa Matrimoniali.*
3 *Seruitutis ignorantiam alleganti an incumbat onus probandi.*
4 *Ingenuus ſi ducat ſeruam ignarus ſeruitutis poteſt cognita ſeruitute reſilire, non autem ſerua.*

Cap. Ad noſtram. IV. et fin. *Innocen. iij.*

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innocentius, Collectar. Zabarel. Ioan. Andr. Hoſtien. Henric. Butr. Anchar. Panor. Præpoſ. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag. 61.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 583.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 2. Decretal. lib. 4. tit. 7. cap. vnico.*

2 *Apoſtolicæ Sedis Legatus, &c.* Ergo Legatus Papæ poteſt cognoſcere de cauſa Matrimoniali, vt per *Corſet. in ſingul. Matrimonium incip. de iure.*

3 *Si conſtiterit quod miles ignoranter, &c.* Notatur ad hoc quod alleganti ignorantiam ſeruitutis incumbit onus probandi, vt tenet Henriq. *in ſumma lib. 11. cap. 10. nu. 5.* Verum dicendum eſt coniugi ſeruilis conditionis incumbere onus probandi ſcientiam ſuæ conditionis in altero, & ignorantiam liberi præſumi dum contrarium minime probatur, ita Hoſt. hic *nu. 3.* Io. Andr. etiam *nu. 3.* Butri. *nu. 6.* Abb. *nu. 6.* Zabarel. *in prin. oppoſ. 1.* Alex. de Neuo *nu. 5.* Præpoſ. *nu. 4.* quos refert, & ſequitur Sanch. *d. lib. 7. diſp. 19. nu. 8.*

4 In gloſ. [Nec facto, vlt.] ibi (*ſed pone libera contraxit, &c.*) Notatur ad hoc quod ſi ingenuus ducat ſeruam ignarus ſeruitutis, poteſt cognita ſeruitute reſilire, ſed ſi ſerua velit inuito ingenuo reſilire cogenda eſt ab Eccleſia ſtare Matrimonio, quia ipſa fuit in deceptionis culpa, ſequuntur Butr. hic *in fin.* Anch. *num. 4. verſ. quærit gloſſa,* Panorm. & Alexan. de Neuo pariter in fine, Nauar. *in manu. cap. 22. nu. 33.* Henriq. *lib. 11. cap. 10. nu. 5.* Sanch. *de Matrim. lib. 4. diſput. 15. nu. 4. verſ. 5.* vbi etiam reſoluit decipientem teneri ante compulſionem Eccleſiæ ſtare Matrimonio.

De Natis ex libero ventre. Tit. X.

SVper hanc rub. ſcripſerunt Zabarel. Io. And. Anch Butr. Panor. Præpoſ. Alexan. de Neuo, Durand. *in breuiario aureo Iuris Canon. & in ſpeculo Iuris ſub hoc tit. lib. 4.* Steph. Ranchin. *in continuat. titulorum Decretal.* Io. de Londris *in breuiario Sanctorum Canonum,* Petrus de Rauenna *in compend. Iuris Canon.* Martin. Meſnart. *in epithom. Decretal.* Dan. Venator. *in analiſi methodica Iuris Pontif.* Goffred. & Hoſt. *in ſum. huius tit.* Alex. Caſſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque tit. Decretal.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Ancilla etiam coniugata filius, quamuis patrē habeat liberum, naſcitur ſeruus.*
3 *Filij quare ſequantur ſeruitutem matris oſtenditur.*
4 *Partus ex ancilla, vt liber ſit, ſufficit matrem liberam eſſe tempore conceptionis, natiuitatis, aut medio.*
5 *Indi, & Aethiopes quomodo ſe poſſint in ſeruitutem redigi, oſtenditur.*

Cap. Indecens. I. *Greg.*

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hoſt. Henric. Butr. Anch. Panorm. Præpoſ. Caſal. *in annot.* Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ p. 1.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag. 62.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 583.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 10. cap. vnico,* & ab Iuo. *par. 16. cap. 73.* deſumitur ex D. Gregor. *1. lib. 1. epiſt. 53. regiſtri.*

2 Probat hic tex. quod filius ancillæ etiam coniugatæ quamuis patrem habeat liberum, & ingendum, naſcitur ſeruus, vt per Henriq. *in ſum. lib. 11. cap. 20. n. 4. lit. E,* nam filij ſequun-
3 tur ſeruitutem matris *l. partum 7. C. de rei vendic.* ratio eſt ſecundum aliquos, quia mater grauida non eſt ſatis apta obſequijs domini ſui, & pariendo ſubit periculum mortis, ergo æquitas poſtulat vt domini, qui priuantur obſequijs, & ſubeunt periculum damni, & incommodi, ſentiant commodum ex partu illius, iuxta illud axioma, qui ſentit incommodum par eſt vt ſentiat commodum, ita Sanch. *de Matrim. lib. 7. diſput. 24. num. 5.* Gutier. *eod. tract.*
4 *cap. 93. nu. 5.* ſufficit tamen vt partus libertate gaudeat tempore conceptionis, aut natiuitatis, aut medio tempore matrem liberam eſſe, ita probat tex. *in 9. ſed, & ſi quis Inſtit. de ingen. l. & ſeruorum 5. verſ. ingenui ſunt ff. de ſtatu homin. gloſ. verbo deteriorem in cap. fin. 32. q. 4.* Bonac. *de Matrim. q. 3. puncto 3. n. 11.* Sanch. *d. diſp. 24. nu. 10.* vbi *nu. 11.* intelligit quando ex vi natalium, & ſtatus matris eſt futura ſoboles libera, aut ſeruituti ſubdita, & *n. 16.* reſoluit quæſtionem illam ſi tempore, quo mater ſe vendidit, vel à patre venundata prægnans eſſet, an fœtus ſit liber?

5 *Indecens eſſe credimus, &c.* Indij, & Aethiopes,

pes, vt constat ex iis, qui à Lusitanis nostris, & Hispanis illuc nauigantibus capiũtur, & emuntur, si existant maiores viginti annorum possunt se ipsos sua sponte vendere, vel eorum parentes egestate oppressi valent etiam eos vendere, qui tunc ita serui facti possunt licitè possideri, aliisq; vendi, si tamen fraude, vel dolo homines illi nigri capiantur, aut vi abducantur, aut allecti, & seducti quibusdam iocalibus, & munusculis ad naues ducantur, tunc nec illi, qui capiunt, nec alii, qui ab eis illos emunt, nec etiam illi, qui modo eos possident tuti sunt in conscientia, sed tenentur eos manumittere, & suæ libertati restituere, etiamsi non possint pretium recuperare, vide Sot. *lib. 4. de Iustitia, q. 2. art. 2. concl. 2.* Petr. de Aragona *tract. de dominio,* Mich Salon. *eod. tract. q. 3. art. 1. post concl. 4.* Sayr. *in claui regia lib. 9. cap. 6. nu. 24. cum seqq.* Molina *de Instit. tract. 2. disp. 35. & seq.* Rebell. *de oblig. Iustitiæ par. 2. lib. 18. q. 23. sect. 5. num. 30. cum seqq.*

De Cognatione spirituali. Tit. XI.

Vper hanc rub. scripserunt Zabarel. Io. And. Anch. Butr. Panorm Præpos. Alex. de Neuo, Durand. *in breuiario aureo Iuris Canon. & in speculo Iuris sub hoc tit. lib. 4.* Steph. Ranchin. *in continuatione titulorum Decretal.* Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum*. Petrus de Rauenna *in compendio Iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epithome Decretal.*; Dan. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontificii,* Goffr. & Hosti. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anast. Germ. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.*

De materia huius tit. vide plures DD. quos refert Cened. *ad Decretum collect. 38. n. 3.* quibus adde Ludouic. Bejam *respons. casuum conscien. par. 1. casu 16.* Fr. Emman. *in sum. tom. 1. cap. 226.* Iodoc. Coce. *in thesauro Catholico tom. 2. lib. 5. art. 13.* Petr. de Ledesma *in sum. tract. de Baptism. cap. 13. & tract. de Matrimon. cap. 17.* Gallec. *in speciali tract. de cognatione spirituali,* Henriq. *in summa lib. 12. cap. 11.* Aloys. Ricc. *in collect. decision. par. 4. collect. 1224.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. disput. 54. cum seqq.* Gutier. *eod. tract. cap. 100.* Bonac. *eod. tract. quæst. 3. puncto 5. §. 2.* Basil. Ponc. *de imped. Matrim. cap. 24.* Rebell. *de oblig. iust. par. 2. lib. 3. quæst. 6.* Aegid. *de Sacrament. & cens. tom. 2. disp. 32. num. 22. cum seqq.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 31. num. 148.* plura tetigi *in meo tract. de officio, & potestate Episcopi par. 2. allegat. 30. nu. 32. cum multis seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Confraternitas, paternitas, & compaternitas indirecta sublata est per Concil. Trident.*

3 *Cognatio spiritualis inter ipsosmet patrinos non contrahitur.*

4 *Vir, & vxor suscipientes alienum puerum in baptismo, vel Confirmatione non peccant.*

5 *Consuetudo circa validitatem Matrimonii an valeat, ostenditur.*

Cap. Vtrum. I. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Io. And. Host. Henr. Butr. Anch. Panor. Præpos. Alexan. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag. 62.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 581.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 9. cap. 1.* & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *par. 32. cap. 1.*

2 Extitit olim grauis dubitatio vtrum omnes fratres baptizati confratres essent omniũ filiorum eorum, qui susceperant, compatrum, commatrumque? nonnulli omnium, alii eorum, qui prius suscepti essent, alii eorum, qui postea, ac iuxta hanc opinionum diuersitatem intelligendi sunt tex. *in cap. super quibus, & in cap. post susceptam 30. quæst. 3.* quos legitime ad concordiam reducit tex. in præsenti, quatenus dicit primum canonem tex. scilicet *in d. cap. post susceptam*, esse correctum per illud posterius in *d. cap. super quibus*, per quod statuitur vt siue ante, siue post compaternitatem geniti sint, simul possint coniungi excepta illa persona duntaxat, per quam peruentum esset ad compaternitatem; sed tandem Concil. Trident. magno Ecclesiæ bono celebratum *sess. 24. de reformat. Matrim. cap. 7.* substulit confraternitatem omnem, item & paternitatem, ac compaternitatem indirectam, sequentibus verbis: Vnus tantum siue vir, siue mulier iuxta Sacrorum Canonum instituta, vel ad summum vnus, & vna baptizatum de baptismo suscipiant, inter quos, ac baptizatum ipsum, & illius patrem, ac matrem, necnon inter baptizatum, ac baptizantem, baptizatique patrem, & matrem tantum spiritualis cognatio contrahatur. Vnde ex prædicto Concil. Trident. decreto iam colligitur cognationem spiritualem à viro contractam non transfundi ad vxorem, nec è contra, vt resoluunt Tolet. *in sum. lib. 7. cap. 4. num. 5.* Fr. Emman. *in sum. tom. 1. cap. 226. num. 1.* Matien. *in rub. tit. 1. glos. 1. nu. 168. lib. 5. nouæ recopil.* Petr. de Ledes. *de Matrim. q. 56. art. 3. vers. conclusio sit, & in sum. par. 1. tract. de sacram. Matrim. cap. 17. concl. 6. dub. 5.* Henriq. *in sum. lib. 12. cap. 11. §. 2.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 54. nu. 11.* Aegid. *de Sacram. & cens. tom. 2. disput. 32. nu. 24. vers. inter fœminam,* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 31. nu. 149.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 4. tit. 25. l. 1. de Matrim. in declarat. nu. 84.*

3 Secun-

3 Secundò colligitur huiusmodi cognationem inter ipsosmet patrinos non contrahi vt ait Pius V. in sua Bulla, quæ incip. Cum illius vicem, tenent Fr. Emman. & Soar. citatis locis, Sanch. *d.lib.7.disp.54.n.12.* Bonacina *de Matrim. q.3.puncto 5.§.2.nu.6.* Reginald *d.lib.31.nu.150.* Armendar. *nu.84.* Et ita virum, & vxorem mini-
4 me peccare suscipientes alienum puerum in baptismo, vel Confirmatione resoluunt Nauar. *in man. cap. 22. nu. 39.* Armend. *d. nu.84.* Sanch. *d.lib.7.disp.57.nu.5.* Bonacina *d. §. 2. nu. 5.*

5 *Nisi consuetudo Ecclesia, &c.* Notatur ad hoc quod valet consuetudo circa validitatẽ Matrimonij, vt per Palat. *in repet. cap. per vestras de donat. inter virum & vxor. notab. 3. §.3.nu.15.vers.nec videtur.* Sanch. *de Matrim.lib.7. disp.4.nu.11.* vbi resoluit consuetudinẽ legitimè præscriptam, ac rationi consonam, qualis petitur in *cap. fin. de consuet.* ad legem statuendã, & statutam derogandam, vires habere inducendi nouum impedimentum dirimẽs, ac subinde Matrimonium aduersus eam cõsuetudinem initum esse nullum, idq; sola consuetudine posse absque scandalo, & adminiculo alterius Iuris; additq; idem Sanch. tex. in præsenti quatenus exprimit, vt talis sit consuetudo, quæ scandalum generet, non censeri restrictionem consuetudinis contra reg. generaliter traditam *in d.cap. fin.* sed potius esse declarationem conditionum consuetudinis, quæ petuntur *d.cap.fin.* nempe vt sit rationi consentanea, & legitime præscripta; si enim eas cõditiones habeat eius violatio suapte natura scandalum generabit; atque ita sensus est, non sit consuetudo contra rationem, nec denuo introducta, sed talis ac tam diuturna, vt eius violatio iure optimo scandali orituri ansam præbeat, quicquid aliter intelligat Basil. Ponci. *de impod. Matrim. cap. 1.§. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Doctores quando in aliquo articulo sunt varij sequenda est opinio æquior, & rationabilior.*
3 *Baptizans scienter coniux extra necessitatem, aut tenens in Baptismo vel Confirmatione communem filium, aut alterius coniugis, tenetur debitum reddere, priuatur tamen potestate illud exigendi.*
4 *Cognationem spiritualem non contrahit leuans per errorem filiũ Petri existimãs se filiũ Pauli leuare.*
5 *Ignorantia facti quando in hoc excuset, ostenditur.*
6 *Delictum eorum, qui casu, aut imprudentia, siue etiã facti ignorantia quicquã admiserint, leuius punitur.*
7 *Ignorantia vincibilis, & culpabilis non excusat.*

Cap. Si vir. II.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric., Butr. Anch. Panorm. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castella p.1. & 2.* Viuian. *in rationali lib.4. Iuris Pontificij pag.63.* Alagona *in cõpendio Iuris Canonici pag.584.* refertur ab Anton. August. *collect.1. Decretal. lib.4.tit.11.cap.1.* & est post Conc. Lateranẽ sub Alex. III. *par.32.cap.2.*

2 *Humanius, &c.* Notatur ad hoc quod vbi doctores in aliquo articulo sunt varij sequenda est opinio humaniorum, idest rationabilior, & æquior, vt per Corset. *in sing.* opinio.

3 *Quia ex ignorantia, &c.* Notatur ad hoc quod coniux extra necessitatem scienter baptizans, aut tenens tanquam patrinus in Baptismo vel Confirmatione communem filium, aut alterius coniugis, tenetur debitũ reddere, priuatur tamen potestate illud exigendi: ita *glos. verbo nõ fraudentur in cap. nosse 30.q.1.* & in præsenti Host. *nu.3.* Henr. etiam *nu.3.* Butr. *nu.6.* Io. Andr. *nu.5.* Alex. de Neuo *nu.8.* Panor. *nu.5.* Nauar. *in manu. cap.22.n.40.* Fr. Emman. *in sum. tom.1.c.243.n.10.* Iacob. de Graff. *in decis. aureis p.2.lib.1.cap.5.n.31.* Viuald. *in cand. aureo p.1. tit. de Matrim. nu.149.* Matien. *in rub. tit.1.glos.1.n.143. lib.5. noua recop.* Henriq. *lib.3. de Cõfirm.c.3.in fin. & lib.11. de Matrim.c.15.n.11.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib.1. q.137.* late Sanch. *de Matrim. lib.9. disp.26. nu.7.* vbi *nu.8.* resoluit coniugem non solum ex certa scientia, sed etiam ex malitia, atque in Matrimonij fraudem baptizantem, aut tenentẽ communem filium, aut alterius coniugis, teneri reddere non tamen posse petere instar illius, qui sciẽter fecit, & *n.10.* dicit quod quamuis huiusmodi coniux debitũ petere nequeat, non potest tamen excludi domo, & è cura alterius cõiugis.
4 Notatur etiam ad hoc quod per errorem leuans filium Petri existimans se filium Pauli leuare, non contrahit cognationem spiritualem, vt per Abb. *hic n.4.* & Alex. de Neuo, *n.6.* qui ex hoc tex. colligunt requiri scientiam, & animum ad contrahendam cognationem, sequitur Sanch. *de Matrim. lib.7.disp.58.nu.7.* vbi *nu.8.* rogat an sit credendum iuramento patrini testantis se non habuisse animum tenendi instar veri patrini.

5 *Ex ignorantia.* Notatur ad hoc quod ignorantia facti, qualiscunq; sit, & quantumcunq; crassa, modo nõ sit adeò crassa vt sit ingens temeritas ignorare, vel non sit affectata, excusat coniugem, qui affinitatem, aut cognationem spiritualem cum suo coniuge contraxit ne debiti petitione priuetur, ita Sanch. *d. lib. 9. disp. 32. nu. 47.*

6 *Excusare videtur.* Notatur ad hoc quod delictũ eorum, qui casu, aut imprudentia, siue etiam facti ignorantia, non de industria, aut dolose quicquã admiserunt, aut non puniuntur, aut leuius puniri debent, vt per Tiraq. *de pœnis temper. causa 13. num. 1. cum seq.*

7 In glos. [Si ex ignorantia,] ibi *(probabili alìàs non excusaretur à peccato)* Ergo vincibilis & culpabilis ignorantia non excusat, vt docent Petr. de

Ledesma *de Matrim. q. 56. art. 1. dub. 4.* Fr. Emman. *in sum. to. 1. c. 243. n. 10* Henriq. *lib. 3. de Confirmat. cap. 3. in fine*. Sanch. *d. lib. 9. disp. 32. nu. 44.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Consuetudo an efficax sit ad reddendos quosptam habiles ad Matrimonium, qui Iure Canonico inhabiles erant.*
3 *Papa potest inhabilitare personas Matrimonium contrahentes.*
4 *Vicini loci attenditur consuetudo.*
5 *Contractus simpliciter factus censetur celebratus secundum consuetudinem loci.*

Cap. Super eo. III.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. And. Host. Henric. Butr. Anchar. Panor. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantys Vtriusque Iuris cum legibus Castella p. 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iur. Pontif. pag. 64.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 584.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 11. cap. 3.*

2 Probare videtur tex. in præsenti consuetudinem efficacem esse ad reddendos quosptam habiles ad Matrimonium, qui Iure Canonico inhabiles erant, quæ quidem decisio aduersari videtur alteri in *cap. quod super, in fin. vers. nc autē, infra de consang. & affin.* pro quorum Iurium conciliatione maxime laborat Sanch. *de Matrim. lib. 7. disput. 4. à princ.* & contra eum nouè conciliat Basil. Ponc. *de imped. Matrimony. cap. 2. §. 2.* qui in illis Iuribus conciliandis aliquatenus immorantur, & ideo vide apud eos.

3 Notatur communiter hic tex. ad hoc quod Papa potest inhabilitare personas ipsas Matrimonium contrahentes, quia illud nimium accedit humano cōtractui, vt per Cou. *de sponsal. p. 2. cap. 6. §. 10. num. 17. ad fin.* Matien. *in rub. tit. 1. glos. 1. num. 38. lib. 5. nouæ recop.* D. Barbosa *p. 2. rub. ff. sol. matrim. nu. 84.*

4 In glos. [Circumadiacentium,] ibi (*& ita vicinorum locorum non est contemnenda consuetudo*) Notatur ad hoc quod loci vicini attenditur consuetudo, vt per Siluan. *cons. 60. nu. 10.* Boer. *decis. 263. nu. 9.* Menoch. *cons. 312. num. 23. & cons. 390. nu. 22. & cons. 395. nu. 9. & 10.* Mascard. *de prob. concl. 1415. nu. 12.* Gam. Lusitan. *decis. 16. nu. 6. & decis. 144. nu. 10.* Valasc. *consult. 41. nu. 48. & consult. 70. nu. 5.* Cald. Pereira *de potest. elegen cap. 13. ad fin.* Bernard. Græuz. *ad pract. Cam. Imper. lib. 1. concl. 36. num. 15.* Camil. Borrel. *in sum. omnium decis. tit. 14. n. 11.*

5 Et contractus simpliciter celebratus censetur factus secundum consuetudinem loci Brunor. à Sole *in locis cōmunibus verbo consuetudo 7.* & quod consuetudo patriæ sit sequenda vide Molinā *de primog. lib. 1. cap. 11. nu. 1.* Cald. Pereira *de renouat. emphyteusis q. 15. nu. 47.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Cognatio spiritualis contracta à viro non transfunditur ad vxorem, nec è contra.*
3 *Matrimonium consumatum solum significat eam coniunctionem per quam Christus factus est vna caro cum Ecclesia per incarnationis mysterium.*

Cap. Martinus. IV. *Clem. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Collect. Innocen. Zabarel. Io. And. Hosti. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Præpos. Alex. de Neuo. Ximen. Toletan. *in concordantys Vtriusque Iuris cum legibus Castella p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag. 65.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 584.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 2. Decretal. lib. 4. tit. 6. cap. 1.*

2 Probat hic tex. cognationem spiritualem ab illo contractam eo quod aliquem baptizauerit, aut tenuerit in baptismo, vel Confirmatione transfundi ad vxorem, & è contra, eo quod sint vna caro. Sed Pius V. in quodam Motu proprio, incipien. Cum illius vicem, edito de anno 1566. declarauit non transfundi cum Trident. Concil. *sess. 24. de reform. Matrim. cap. 2.* decidat cognationem non contrahi ab alijs personis præter ibi numeratas, inter quas non continetur vxor patrini, vel baptizantis; ita Nauar. *in manu. cap. 22. nu. 39.* Tolet. *in instruct. Sacerd. lib. 7. cap. 4. num. 5.* Petrus de Ledesma *de Matrim. qu. st. 56. art. 3. vers. conclusio sit.* Henriq. *in sum. lib. 12. cap. 11. num. 2.* Praxis Episcop. *par. 1. verbo baptismus §. 6.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. disput. 54. num. 11.* & alij citati per me *de officio, & potestate Episcopi par. 2. alleg. 30. nu. 56.*

3 *Efficiantur per connubium vna caro.* Id est per carnalem copulam, vt glos. exponit, quare solum Matrimonium consumatum significare eam coniunctionem per quam Christus factus est caro cum Ecclesia per Incarnationis mysterium docet. Sanch. *de Matrim. lib. 2. disp. 13. nu. 1.*

4 In glos. [Cum quo,] ibi (*si vero compaternitas, &c.*) vide Ceual. *commun. contra commun. quæst. 271.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Catechizans cum catechizato contrahit cognationem spiritualem impedientem quidem, sed non dirimentem Matrimonium. & nu. 4.*
3 *Catechismi impedimentum est omnino sublatum per Concil. Trident.*

Cap.

Cap. Contracto. V.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Præpos. Alexand. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag. 66.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 584.* refertur ab Ant. August. *collect. 2. Decret. lib. 4. tit. 6. cap. 2.*

2 Probat hic text. tenentem puerum in Catechismo contrahere cognationem spiritualem, impedientem quidem, sed non dirimentem Matrimonium, ita Sanch. *de Matrimon. lib. 7. disput. 10. cum sequentibus*, Gutier. *eodem tractat. cap. 84. nu. 2. cum seqq.* Bonac. *eod. tract. quæst. 3. punct. 14. nu. 6.*

3 Difficultas est vtrum hoc Catechismi impedimentum sit omnino sublatum per Concil. Trident. *sess. 24. de reformat. Matrimon. cap. 2. in fine vers. omnibus inter alias personas, &c.* in qua vna sententia tenet adhuc manere, quam tuentur Nanar. *in manual. cap. 22. nu. 72.* Ygolin. *de Matrimon. cap. 20.* & alij plures, quos refert Sanch. *d. disput. 10. num. 11.* quibus adde Ludou. Bejam *respons. cas. conscien. par. 2. casu 16. vers. dubitatur*. Verior tamen sententia est huiusmodi impedimentum catechismi esse per dictum Tridentini decretum omninò sublatum, eamque merito sustinent Petr. de Ledesma *de Matrim. quæst. 56. art. 3. vers. in bimm expositionem, & in sum. par. 1. cap. 13. de baptismo. dub. 2. post 5. conclus.* Henriq. *in sum. lib. 2. de baptismo cap. 15. num. 4. & cap. 18. nu. 2. in fin. & lib. 12. de Matrim. cap. 2. nu. 1.* plures quos refert, & sequitur Sanch. *d. disp. 10. num. 12.* quibus adde Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 31. num. 190.* Rebell. *de oblig. Iustit. par. 2. lib. 3. q. 18. num. 20. cum seqq.* Aegid. *de Sacr. & cens. tom. 2. disp. 30. dub. 3. nu. 24.* Gutier. *de Matrim. cap. 84. nu. 6.*

4 In glos. [Vix contrahendo] ibi (*& ideo dico quod catechismus impedit, & dirimit.*) Hanc glossam reprobat Beja *d. cas. 16. vers. falsa est*, dum habet illum, qui per totum catechismum tenet puellam inualidum contrahere Matrimonium si eam postea ducat, eo quod ex huiusmodi catechismo oriri videatur cognatio spiritualis impediens, & dirimens, sicut ex baptismo, & Confirmatione, argumento *cap. si quis ex vno 30. q. 4. & cap. in catechismo de consecrat. dist. 4.* quibus Iuribus illa tria æquiparantur. Dicit igitur Beja hanc glossæ opinionem falsam, quia sicut consanguinitas non nisi ex generatione carnali oritur, ita nec spiritualis filiatio, seu spiritualis cognatio causatur, nisi per generationem spiritualem, & hæc cum non fiat alio modo, quàm per Sacramentum Baptismi scilicet, per quem homo in vtero Ecclesiæ concipitur, quasi ab ipsa fouendus, vel Confirmationis, per quam homo quasi extra vterum exponitur fide roboratus, vt publice Christi fidem tueatur; Catechismus autem nequaquam est Sacramentum, ideo per hunc cognatio spiritualis strictè, & propriè non contrahitur, quæ Matrimonium dirimat; Nec obstat quod in *d. cap. in catechismo, & in d. cap. si quis*, æquiparatur illa tria Catechismus, Baptismus, & Confirmatio: nam vt ex verbis satis apparet non fit ibi æquiparatio vniuoca, quasi quod eiusdem rationis, & efficaciæ sit impedimentum ortum ex catechismo vt est illud, quod oritur ex baptismo, & Confirmatione, vt per se patet.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Cognatio spiritualis valida ad dirimendum Matrimonium iam contractum contrahitur inter patrem baptizati, & leuantem, seu tenentem baptizatum.*

Cap. Veniens. VI. *Innoc. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarel. Ioann. Andr. Host. Hent. Butr. Anch. Panor. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag. 67.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 584.* refertur ab Ant. August. *collect. 3. Decretal. lib. 4. tit. 8. c. 1.*

2 Probat hic tex. inter patrem baptizati, & leuantem, seu tenentem baptizatum contrahi cognationem spiritualem validam ad dirimendum Matrimonium iam contractum, concordat Concil. Trident. *sess. 24. de reformat. Matrimon. cap. 2.* vide Farin. *in praxi crim. par. 5. q. 149. nu. 51.* & alios relatos per me *de officio & potest. Episcopi par. 2. alleg. 30. nu. 53. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Denuntiationes hodie quomodo fieri debeant, & qui teneantur denuntiare, ostenditur.*

Cap. Tuanos. VII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq Innocen. Collect. Zabarell. Io. Andr. Host. Henric. Butr. Anch. Panor. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag. 67.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 584.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 4. tit. 8. c. 2.*

2 ***Debent Ecclesiæ illud nuntiare.***

Hodie per nouum Decretum Concilij Trident. *sess. 24. de reformat. Matrim. cap. 1.* denunciationes fieri debent eorum, qui Matrimonio iungi volunt, vt si quis sciat inter eos aliquod impedimen-

dimentum esse illud in medium proferat;& ita, qui nouit aliquod impedimentum inter volentes contrahere etiãsi occultum sit, & illud probare minime possit, sub peccato mort. illud tenetur nuntiare, Sanch. *de Matrim. lib. 3. disp. 13. num. 2.* Aegid. *de Sacram. tom. 2. disp. 27. dub. 7. nu. 61.* Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib. 31. num. 228.* Gutier. *de Matrim. cap. 59.* Bonacin. *eod. tract. q. 2. puncto 6. num. 20.* nisi cognouerit sub secreto, vel sit adeo occultum vt ipse solus nouerit, præcipue si nascitur ex infamia, aut peccato, Bonac. *d. puncto 6. nu. 20.* Basil. Ponci. *de imped. Matrim. cap. 26. §. 4. vers. denique.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Baptizans in necessitate, an contrahat cognationem spiritualem ostenditur.*
3 *Cognationem spiritualem an contrahat tenens puerum in Baptismo non solemniter celebrato, ostenditur.*
4 *Vicarius Episcopi de causa Matrimoniali cognoscere potest.*

Cap. Ex litteris. VIII. & fin. *Greg. ix.*

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butri. Anch. Panor. Præpos. Casal. *in annot.* Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag. 68.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 584.*

2 *Qui Sacerdos extitit, &c.* Ex his verbis colligunt aliqui laicum in necessitate baptizantem non contrahere cognationem spiritualem, quasi illa non contrahatur nisi ex baptismo solemniter à Sacerdote ministrato; sed dicendum prorsus est baptizantem etiam laicum in extremo necessitatis periculo contrahere cognationem spiritualem perfectam subsequens Matrimonium dirimentem cum baptizato, eiusq; parentibus: ita Couar. *de sponsa. par. 2. cap. 6. §. 4. nu. 4.* Greg. *l. 1. verbo Clerigo. tit. 7. par. 4.* Galet. *in tract. huius tit. cap. 11. num. 5.* Vival. *in candel. aur. par. 1. tit. de baptis. nu. 42. & tit. de Matrim. nu. 155. & 158.* Petr. de Ledesma *de Matrim. q. 56. art. 1. dub. 2.* Henriq. *in sum. lib. 12. cap. 11. nu. 1.* Matien. *in rub. tit. 1. glos. 1. n. 170. lib. 5. noua recop.* Fr. Emman. *in sum. tom. 1. cap. 226. nu. 2. concl. 2. & nu. 11. concl. 5.* Basil. Ponc. *de imped. Matrim. cap. 24. §. 4. vers. secundo.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 62. nu. 10.* vbi *nu. 12.* respondet in hoc tex. narrari factum, nec vim effici ad contrahendam cognationem spiritualem in sacerdotio ministri baptizantis.

3 Quæstio est dubia vtrum tenens puerum in baptismo non solemniter ministrato contrahat cognationem spiritualem? Vna sententia, quæ probabilis est, tenet hoc casu illam contrahi, quia in eo casu verum confert baptismum, ex quo consurgit cognatio spiritualis, quæ contractum dirimit Matrimonium, ita Viual. *d. tit. de Matrim. num. 154.* Aegid. *de Sacramen. & cens. tom. 2. disput. 32. num. 39. conclus. 5.* vbi declarat si id faciat vt munus susceptoris obeat, secus si faceret vt puer commodius posset baptizari, Gutier. *de Matrimon. cap. 100. num. 7.* Nauar. *in man. cap. 22. nu. 40.* sed probabilius est illam in hoc casu non contrahi à susceptore, prout docet Soar. *3. par. q. 67. art. 8. dub. vltimo,* Fr. Emman. *d. c. 226. nu. 2. concl. 2.* Sanch. *d. disput. 62. nu. 13.* & alij, quos refert, & sequitur Bonac. *de Matrim. q. 3. punct. 5. §. 2. nu. 11.*

4 *Sed cum idem officialis.* Ergo Episcopi Vicarius de causa Matrimoniali cognoscere potest, vt per Couar. *de spons. par. 2. cap. 8. §. 12. num. 1.* Gomez *super Bullam Cruciatæ cap. 4. quæst. 4. num. 28.* Iacob. Sbroz. *de vicario Episcopi lib. 1. quæst. 44. in fin.* Sanch. *de Matrimon. lib. 3. disput. 29. nu 28.* & alios plures, quos refero *de officio, & potestat. Episcopi* & ante *ad sess. 24. de reform. Matrim. cap. 2. nu. 6.*

De Cognatione legali. Tit. XII.

SVper hanc rub. scripserunt Zabarel. Io. Andr. Anchar. Butr. Panormit. Præpos. Alexand. de Neuo, Durand. *in breuiario aureo Iuris Canonici, & in speculo Iuris sub hoc tit. lib. 4.* Stephan. Ranchin. *in continuat. titulorum Decretal.* Ioan. de Londris *in breuiario Sanctorum Canonum,* Petr. de Rauenna *in compendio Iuris Canonici,* Martin. Mesnart. *in epithome Decretal.* Dani. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontificij à pag. 547.* Goffred. & Host. *in sum. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.*

De materia huius tit. vide Couar. *de sponsalib. par. 2. cap. 6. §. 5.* Viuald. *in candelabro tit. de cognat. legali num. 175. cum seqq.* Emman. Sa *in summ. verbo Matrimonium vbi de impedim. dirim. num. 6.* Greg. *l. 7. per tex. ibi tit. 7. part. 4.* Henriq. *in sum. lib. 12. cap. 12.* Petr. de Ledesm. *de Matrim. q. 57. artic. 2.* plures, quos refert Cened. *ad Decretum collect. 38. num. 5.* quibus adde Sanch. *de Matrimon. lib. 7. disp. 63.* Gutier. *eod. tract. cap. 102.* Bonacin. *eod. tract. q. 3. puncto 5. §. 3.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 31. nu. 158. cum seqq.* Basil. Ponci. *de impedim. Matrim. cap. 25.* Aegid. *de Sacram. & cens. tom. 2. disp. 32. dub. 3. à nu. 42.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Cognatio legalis impedit, & dirimit Matrimonium inter adoptatum, & filios carnales adoptantis, qua tandiu permanet quamdiu durat adoptio.*
3 *Cognationis legalis quot species sint ostenditur, & nu. 4.*
5 *Adoptiua filia potest copulari filius illegitimus.*

Cap. Si qua Vn. *Nicol.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell Ioan Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panor. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in ration. lib. 4. Iuris Pontif pag.* 70. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 585. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 12. *cap. vnico.*
2 Probat hic tex. cognationem legalem impedire, & dirimere Matrimonium inter adoptatum, & filios carnales adoptantis, ita in præsenti Innoc. *nu. vnico*, Butr. *nu.* 6. Abb. *num.* 6. Anch. *nu.* 7. Alex. de Neuo *nu.* 12. Henric. *n.* 6. & alij plures, quos refert, & sequitur Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *disp.* 63. *nu.* 15. quibus adde Bonac. *de Matrim. q.* 3. *punct.* 5. §. 3. *num.* 5. Basil. Ponc. *de imped. Matrim. cap.* 25. *vers. tertia*: quæ cognatio legalis tandiù permanet, quamdiù durat adoptio; vnde si moriatur pater, vel emancipetur carnalis, aut adoptiuus filius, cessat hoc impedimentum, *Sanch. d. disput* 63. *nu.* 24. Valer. Reginal. *in praxi fori pœnitent. lib.* 31. *nu.* 163. Bonac. *d.* §. 3. *nu.* 5. *in fin.* Basil. Ponci. *d. vers. tertia*, ibi, extinguitur autem adoptio, vel morte ciuili, vel naturali, vel emancipatione, vel si adoptiuus contrahat incestuosas nuptias, vel si adoptatus fiat patritius, vel Episcopus, &c.
3 Vltra huiusmodi adoptionis transuersalis speciem inter adoptatum, & filios carnales adoptantis, de qua agit tex. in præsenti, sunt & aliæ duæ species cognationis legalis; Prima est recta inter adoptantē & adoptatum, & descēdētes adoptati, quæ perseuerat vsque ad quartum gradum, Nauar. *in manu. cap.* 22. *nu.* 45. Tolet. *in instruct. Sacerd. lib.* 7. *cap.* 4. Bonac. *d.* §. 3. *n.* 5. *vers. primo*, vbi etiam dicit hanc cognationem inter has personas semper impedire, etiamsi adoptio dissoluta fuerit Basil. Ponc. *d. cap.* 25. *vers. sunt autem, & vers. ex dictis sequitur.*
4 Altera species cognationis legalis est per modum cuiusdam affinitatis legalis inter adoptātem, & vxorem adoptati, & inter adoptatum & vxorem adoptantis, & mensuratur gradibus affinitatis, ob reuerentiam, quæ parentibus naturalibus debetur, quæ quidem cognatio perpetuo dirimit, ac subinde non poterit etiam adoptione soluta adoptatus cum vxore adoptantis, nec adoptans cum vxore adoptati Matrimoniū inire, ita Bonac. *d.* §. 3. *n.* 5. *vers. secundo*, Sanch. *d. disput.* 63. *n.* 24. vbi *n.* 26. resoluit inter adoptantē, & filij adoptiui parentes nullā contrahi cognationem, ac proinde posse inter illos consistere Matrimonium, quia nullo Iure cauetur eam contrahi, & *nu.* 27. similiter tenet integrum esse filijs legitimis contrahere cum adoptiuis Matrimonium, post parentis adoptantis obitum, & *nu.* 29. tenet cum alijs, quos citat posse inire Matrimonium filios duorum fratrum adoptiuorum, & *nu.* 35. pariter dicit nullam cognationem contrahi, & sic posse consistere Matrimonium inter patrem adoptantem, & filiam filiæ adoptiuæ.

5 In glos. [Quamdiù,] ibi (*sic etiam potest dici quod filius illegitimus potest copulari filia adoptiua, quia illegitimus non est in potestate patris*) Vide Couar. *de spons. par.* 2. *cap.* 6. §. 5. *ad fin.* Tolet. *d. cap.* 10. *nu.* 7. Henriq. *in sum. lib.* 12. *cap.* 12. *nu.* 3. *in fin.* Petr. de Ledesma *de Matrim. q.* 57. *art.* 3. *dub.* 1. Matien. *in rub. tit.* 1. *glos.* 1. *n.* 172. *lib.* 5. *noua recopil.* Sanch. *d. disput.* 63. *num.* 30. *cum seqq.* Bonac. *d.* §. 3. *nu.* 8. Basil. Ponc. *d. c.* 25. *in fin.*

De eo, qui cognouit consanguineam vxoris suæ. Tit. XIII.

SVper hanc rub. scripserunt Zabarel. Io. Andr. Anchar. Butr. Panor. Casal. *in annot.* Præpos. Alex. de Neuo, Durand. *in breuiar. aur. Iuris Canon.* & *in spec. Iur. sub hoc tit. lib.* 4. Steph. Ranchin. *in contin. titulorum Decretal.* Io. de Londris *in breuiar. sanctorum Canonum*, Petrus de Rauena *in compend. Iur. Canon.* Martin. Mesnart. *in epith. Decret.* Dan. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontif. à pag.* 549. Goffr. & Hostien. *in sum. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque lib. Decretal.*

De pœna incestus agit apud Lusitanos *Ordinatio Regia lib.* 5. *tit.* 17. & apud Castellanos *tit.* 18. *parti.* 7. & *l.* 7. *tit.* 20. *lib.* 8. *noua recopil.* Vella *de delictis cap.* 17. Clar. *lib.* 5. §. *incestus*, Perez. *l.* 4. *tit.* 15. *lib.* 8. *Ordinam.* Pradilla *in summa legum pœnal. p.* 1. *cap.* 8. Azor. *instit. moral. p.* 3. *lib.* 3. *cap.* 9. & 10. Sayr. *in claui reg. lib.* 8. *cap.* 4. *à princ.* Farin. *in praxi crim. q.* 149.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Incestus commissus à viro cum consanguineis suæ vxoris impedit, non tamen dirimit Matrimonium.*
3 *Coniugatus non potest à suo coniuge, cuius consanguineam, vel affinem cognouit, amplius debitum petere.*
4 *Incestus cum consanguineis vxoris impedit Matrimonium quando scienter admissus fuit.*

Cap.

Cap. Si quis. I.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Io. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in cõcordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.2.* Viuian. *in rationali lib.4. Iuris Pontificij pag. 71.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 585.* refertur ab Anton. Anguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 13. cap. 1.* & à Burchard. *lib.19. Decretorum cap. 5. tit. de fornicat. 2. vers. fecisti fornicationem cum filiastra tua, &c.*

2 Probat hic tex. inceſtum commiſſum à viro cum consanguineis ſuæ vxoris impedire, non tamen dirimere Matrimoniũ, vide Gutier. *de Matrim.cap.87. à prínc.* Sanch. *eod.tract. lib. 7. disput. 15.n.1.* vbi *n. 3.* notat ex hoc tex. non ſolum ipſis coniugibus huiuſmodi inceſtus reis interdici aliud Matrimonium, ſed etiam illis conſanguineis coniugis cum quibus alter côiux inceſtum admiſit, & *n. 6.* reſoluit quod copula habita cũ conſanguineis ſponſæ de præſenti ante Matrimonium conſumatum præſtat impedimentum perpetuum Matrimonio alij contrahendo, ſicut ſi fuiſſet copula habita cum conſanguineis coniugis cognitæ, & ita accedenti ad conſanguineã ſponſæ de præſenti ante Matrimonij conſumationem interdici petitionem debiti tenẽt Couar. *de ſponſ.p.2.cap.7.§.2.n.6.* Vitald. *in candel.aur. p.1.tit.de Matrim. n.207.* Petr. de Ledeſma *de Matrim. q.55.art.6. dub.4. quod mouet circa tertium ſtatum affinitatis,* Gutier. *canon.lib.1,cap.23. n.15.*

3 *Nec à matre debitum petere.* Notatur ad hoc quod coniugatus non poteſt à ſuo coniuge, cuius conſanguineam, vel affinem cognouit, amplius debitum petere: vide Menoch. *de arbitr. caſu 502.n.89.* Farin. *in praxi crim. p.5.q 149.n.29* Sanch. *de Matrim.lib.9. diſp.27.n. 1.* Bonac. *eod.tract. q.4.puncto 16.n.10.*

4 *Scienter.* Notatur ad hoc quod inceſtus cum conſanguineis vxoris impedit Matrimonium quando ſcienter admiſſus eſt, vide Gutier. *d.cap.87. n.11.* Sanch. *d. diſp.15.n.9.* vbi *n.11.* etiam petit quòd ſit copula conſumatus, & vide eundem Sanch. *d.lib.9.diſp. 32.n.43. & n. 47.*

5 In gloſ. [Copulare] ibi *(propter inceſtum)* Notatur ad hoc quod interdictum petendi debitum de quo in præſenti, conſurgit ex peccato inceſtus vide Petr. de Ledeſma *d.art.6. dub.5. verſ. in huius rei expoſitionem,* Iacob. de Graffis *in deciſ. aureis p.1.lib.2.c.81.n.4.* Sanch. *d.lib.9.diſp.27.n.13.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Epiſcopus poteſt diſpenſare in impedimentis impedientibus, non tamen dirimentibus Matrimonium.*
3 *Inceſtum committens, etiamſi ſit iuuenis, non licet debitum coniugale exigere.*

j. Cap. Veniens. II. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abbas antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hoſtien. Henric. Butr. Ancharan. Panorm. Præpoſ. Alexand. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concord. vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ p.1. & 2.* Viu. *in rationali lib.4. Iuris Pontif pag.72.* Alag. *in compend. Iuris Canon.pag.585.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decretal.lib.4.tit.13.cap.3.* & eſt poſt Concil. Lateranen. *p.12.cap.4.*

2 *Poterit ex diſpenſatione.* Ergo Epiſcopus poteſt diſpenſare in impedimentis impedientibus, non tamen dirimẽtibus Matrimonium, vide Vgoli. *de poteſtate Epiſcopi cap. 60. §.3.* Hentiq. *in ſum.lib.12.cap.2.n.2. verſ. ſecundo.* Gutier. *canon. lib.1.cap.23.à n.10.* Bonac. *de Matrim. q.3. punct. 15.n.3.* Sanch. *eod. tract. lib 7.diſp.17.n.15.* quos refero *de officio, & poteſtate Epiſcopi p.2.alleg.35.n.2.* vbi numeris ſeqq. quando Epiſcopus poſsit diſpenſare in impedimento dirimente Matrimonium, de quo etiam Aloyſ. Ricci. *in praxi reſol. 228. in 2. edit.*

3 In gloſ. [Ex diſpenſatione.] Notatur ad hoc quod committens inceſtum, ſi ſit iuuenis, non ex hoc ei licebit debitum coniugale exigere, vel vxore mortua cum alia de nouo contrahere abſque diſpenſatione, quamuis iuuentus iuſta cauſa ſit ad illam facilius impetrandam, vt per Gutier. *canonic. lib. 1. cap.23.n.7.*

4 In gloſ. [Matrem ſponſæ] ibi *(de futuro)* Vnde hunc tex. intelligunt de ſponſalibus de futuro citati à Sanch *d.lib.7.cap.15.num.5.* & Gutier. *de Matrim.cap.87.n.7.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Confeſſio vtriuſq. vel alterius ſponſi an ſufficienter probet impedimentum, remiſſiue.*
3 *Impedimentum ne Matrimonium contrahatur plene probatur vnico teſte.*

Cap. De illo. III.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarell. Ioann. Andr. Hoſtien. Henric. Butr. Anch. Panorm. Præpoſit. Alexand. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ par. 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag. 73.* Alag. *in compendio Iuris Canon. pag. 586.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 7. cap. 2.*

2 *Se propoſuit cognouiſſe.* Vtrum cõfeſsio vtriuſque vel alterius ſponſi quod impedimentum ſubſit ſufficiẽter illud probet, vide Sanch. *de Matrim. lib. 1. diſput. 72.* vbi *diſput. 71.* diſputat qualis probatio plena ac ſufficiens ſit impedimenti Matrimonij.

Aut

3 *Aut idoneis testibus comprobatū.* Impedimentum tamen ne Matrimonium contrahatur plene probatur vnico teste, vt per Sanch. *d. disput. 71. à princ.* Cardos. *in praxi iudicum verbo testis num. 43.* Farin. *in praxi crim. part. 2. quæst. 63. num. 48.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc text. scribentes.*
2 *Incestus commissus cum consanguineis vxoris defunctæ an præstet impedimentum, ostenditur.*
4 *Dictio, videlicet, est sua natura præcedentium declaratiua, & simul restrictiua.*
5 *Coniux qui affinitatem, aut cognationem contraxit non potest reddere debitum alteri quoties ex lege iustitiæ reddere non adstringitur.*
6 *Impedimentum hoc an incurratur si vxor incestum committat cum consanguineis viri, offenditur.*
7 *Incestuosus Matrimonium contrahere non debet, si tamen contrahat tenet, & tunc tenetur vxori debitum reddere, non tamen potest exigere.*

Cap. Transmissæ. IV. *Celest. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. And. Host. Henric. Butr. Anch. Panor Præpos. Casal. *in annot.* Alex. de Neuo. Ximen Toletan. *in concordantijs vtriusq. Iuris cum legibus Castellæ p. 3. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag. 73.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 586.* refertur ab Anton. August. *collect. 2. Decretal. lib. 4. tit. 7. cap. 5.*

2 *Uxore sua defuncta.* Ergo coniuge etiam mortuo incestus commissus cum consanguineis côiugis defunctæ præstabit hoc impedimentum, ita Gaeta *in repet. cap. ad limina 30. q. 1. §. 4. n. 295.* Sarm. *selectarum lib. 4. cap. 10. statim in princ.* & alij quos refert, & sequitur Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 25. n. 12.* Quamuis incestum mortuo iam coniuge perpatratum impedimentum non præstare resoluant Vega *in sum. tom. 2. cap. 5. cas. 2.* Viual. *in candel. aur. de Sacram. p. 1. tit. de Matrim. n. 96.* Henriq. *in sum. lib. 12. cap. 2. n. 2.*

3 *Filiam eius, &c.* Verum idem sit si cum propria consanguinea fiat incestus? vide Ceual. *com. contra comm. q. 797.* Sayr. *in claui Regia lib. 3. cap. 8. n. 10.* vbi negatiue respondet.

4 *Videlicet propriam.* Dictio illa, videlicet, est sui natura præcedentium declaratiua, & simul restrictiua, vt docet Maran. *de ordine iudic. p. 3. ... aggrediar n. 165.* Menoc. *cons. 41. n. 27.* Surd. *cons. 315. n. 65. & decis. 162. n. 8.* & de alim. *tit. 1. q. 92. n. 100.* Cald. Pereira *de renouat. emphyt. q. 11. n. 19.* Steph. Gratian. *Marchia decis. 44. n. 7.* Cened. *pract. & canon. quæstionum sing. 66. n. 1.* Farin. *p. 4. cons. 95. n. 6.*

5 *Non cognoscat eam.* Notatur ad hoc quod ipse coniux, qui affinitatem, aut cognationem contraxit non potest reddere debitum alteri quoties ex lege iustitiæ reddere non adstringitur, ita Siluest. *verbo Matrimonium 8. q. 15. dictio* Sanch. *lib. 9. disp. 6. n. 14.* vbi ponderat solum incestuoso, de quo agit hic tex. concedi facultatem accedendi ad vxorem, quando legitime fuerit exactus: additq. hoc importare ea verba huius tex. (non sine graui cordis dolore accedat) idest coactus lege iustitiæ, ne innocentem suo iure priuet.

6 Verum vero id impedimentum incurratur si è contra vxor incestum committat cum consanguineis viri; in quo dubio, licet nullus loquatur tex. in hoc tit. cum de solo viro cognoscente vxoris consanguineam sermo fit, idem prorsus dicendū puto de vxore incestuosa, quód nequeat scil cet petere debitum à viro, sunt enim correlatiua, & militat eadem ratio in vtroque, ita Sarmien. *d. cap. 10. statim in princ.* Victor. *in sum. vbi de Matrim. n. 288.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 23. n. 5. & 21.* Matien. *in rub. tit. 1. glos. 1. n. 105 lib. 5. nouæ recop.* & alij, quos refert, & sequitur Sanch. *d. lib. 7. disp. 25. n. 2.*

7 *Postea aliam accipiens.* Notatur ad hoc quod incestuosus Matrimonium contrahere non debet, sed si contrahat tenet, & tunc debet vxori debitum reddere, non tamen potest exigere, ita Sil. *verbo luxuria q. 4. dicto 1.* Couar. *de spons. p. 2. cap. 7. §. 2. n. 6.* Sanch. *lib. 9. disp. 27. n. 5.* vbi aduertit quod cum hoc sit pœna Matrimonij inique contracti si consuetudo obtinuerit, vt incestuosus absque dispensatione ineat Matrimonium, cū iam culpa cessauerit, cessabit quoque pœna. Quamobrē hodie nulla erit culpa petere debitum, eo quod propter consuetudinem iam præscriptam culpa vacat Matrimonium cum eo impedimento inire, ut multis citatis Doctoribus probat idem Sanch. *d. lib. 7. disp. 27. n. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc. tex. scribentes.*
2 *Confessio sola coniugum non sufficit ad dissoluendū Matrimonium contractum.*
3 *Ratio assignatur cur statur confessioni coniugum afferentium Matrimonium esse contractum, & non contendentium Matrimonium esse dissolutum.*
4 *Confessioni coniugum ad dissoluendum Matrimonium non statur etiamsi concurreret rumor uicinia.*
5 *Confessioni coniugum statur quando solum agitur de separatione thori.*
6 *Assertioni contrahentium in præiudicium consanguinei non statur.*
7 *Confessione coniugum contractus Matrimonij probatur.*

Cap.

Cap. Super eo. V.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anch. Panorm. Præpos. Casal. *in ann.* Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag. 75.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 586.* & refertur ab Anton. August. *collect. 2. Decretal. lib. 4. tit. 7. cap. 4.*

2 Probat hic tex. ad dirimendum Matrimoniũ iam contractum solam coniugum confessionem non sufficere etsi ambo conformes id confiterẽtur, vt per Dec. *cons. 133.* Con. *de sponsal. p. 1. cap. 4. §. 1. n. 3. & 4.* Maluet. *inter consilia Matrimonialia cons. 87. n. 2.* Brunel. *tract. de sponsalib. concl. 29. n. 1.* Nau. *cons. 8. n. 3. sub tit. de sponsal.* Mascard. *de prob. concl. 1026. n. 7. & concl. 1031. n. 29.* Franc. Marc. *decis. 754.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 1. n. 10. & de arbitr. casu 103 n. 8. vers. tertius casus*, Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. comp. 15. n. 37.* vbi *n.* 40.
3 & 41. quærit cur stetur confessioni coniugum contendentium Matrimonium esse contractum iuxta *cap. attestationes de desponsat. impuber.* & minime stetur eorum confessioni aduersus Matrimonij contractum quoad dissoluendum, vel separandum, & respondet quia assertio coniugũ pro Matrimonio deponentium est tota fauorabilis, & confitentibus, & Reip. cuius interest Matrimonium augeri, & liberis hominibus ciuitates repleri, ad ea quæ omnes *in l. 1. ff. soluto Matrim.* At confessio aduersus vinculum Matrimonij est omnino odiosa: primo quia præsumitur collusio vt habet tex. in præsenti: secundò quia confitentur de ea re, quæ in ipsorum potestate non sit ratione Sacramenti indissolubilis, de quo ipsi disponere nequeunt vt per tex. in præsenti aduertit. Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 38. num. 17.* tertio quia ea confessione bona Matrimonij, proles scilicet & alia omnia auferuntur.

4 Amplia primo principalẽ tex. cõclusionẽ procedere etsi cũ assertione cõiugũ cõcurrat rumor viciniæ, vt per Panor. *hic notab. 2.* Brunel. *de sponsal. concl. 29. n. 1. ad med.* Franc. Molin. *d. comp. 14. n. 42.* & probat *textus in præsenti vers. rumor.* Amplia secundo vt multo magis procedat in confessione coniugum asserentium valere Matrimoniũ præsens in præiudicium alterius, nã nec huiusmodi assertioni in damnum primi Matrimonij statur, vt per Panorm. *hic n. 5.* quoniam crederetur eorum testimonio in causa propria Con. *d. §. 1. n. 5.* Menoch. *d. casu 103. n. 6.* Brunel. *d. concl. 29. num. 4.*

5 Limita primo quando solum agitur de separatione thori, nam eo casu statur confessioni cõiugis asserentis impedimentum contra se ipsum quemadmodum si mulier, vel vir se commisisse adulterium faterentur vt ad inuicem fieret separatio, ita Panor. *hic n. 5.* Rom. *sing. 620.* Menoch. *d. præs. 1. n. 11. & d. casu 103. n. 7.* Brunel. *d. concl. 29. n. 2.* Mascard. *d. concl. 1031. n. 33.* Secundo limitatur quoties ageretur de dissolutione Matrimonij propter impedimentum consanguinitatis, nam eo casu confessioni coniugum illud asserentium, si cum ea concurreret fama, staretur & posset dissolui, dum ipsi cuperent impedimẽtum huiusmodi non reperiri, vt in Matrimonio contracto persisterent, ita Panor. *hic n. 6.* vbi cõmunẽ testatur Doctorum sententiam, refert & sequitur Menoch. *d. casu 103. n. 9.* etsi adijciat in hac specie plurimum iudicis arbitrio tribui debere propter periculum collusionis, & ante Panor. hic etiam eiusdem fuere sententiæ Host. Innoc. Anch. Henric. & Ioan. Andr. quos refert, & sequitur Brunel. *d. concl. 29. n. 3. vers. quarto* & in eandem conscendit Cou. *de sponsal. p. 1. cap. 4. §. 1. n. 4.* qui etiam plurimum iudicis arbitrio tribuit, sequitur Mascard. *d. concl. 1031. n. 31.*

6 *Cum & quandoque, &c.* Notatur ad hoc quod de simulatione non statur assertioni contrahentium in præiudicium consanguinei, vt per Tiraq. *de retract. tit. 2. §. 1. glos. 7. n. 47.*

7 In glos. [Confessionem,] ibi (*sed si confiteatur pro Matrimonio contrahendo bene statur confessioni*) Notatur ad hoc quod contractus Matrimonij cõiugum confessione probatur, vt per Menoch. *de arbitrar. casu 103. num. 4. & de præsumpt. lib. 3. præsump. 1. num. 10. & 11.* Mascard. *de probat. concl. 1026. num. 1.* Ceual. *commun. contra comm. q. 449.* Franc. Molin. *de ritu nupti. lib. 1. comparat. 15. num. 17.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Fœmina violenter cognita à consanguineo mariti nullius culpa rea est.*
3 *Diuortium non potest vir petere propter coniugis adulterium quando ab illo inuita, & vi tenente prostituta est.*
4 *Debitum petere an possit vxorata per vim cognita ab affine.*
5 *Copula cum fœmina inuita &c. sufficit ad contrahendam affinitatem.*
6 *Affinitatis impedimentum superueniens post contractum Matrimonium non impedit, nec dirimit illud quoad vinculum.*
7 *Sponsa sponsi concubitum pati non debet.*
8 *Adulterium minime committitur cum sponsa de futuro.*

Cap. Discretionem. VI. *Inn. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Coll. Zab. Io. And. Host. Henr. Butr. Anch. Panorm. Præp. Alex. de Neuo, Xim. Tolet. *in concord. vtriusq. Iuris cũ legib. Castell. p. 1.* Vin. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag. 76.* Alag. *in comp. Iuris Canon. pag. 586.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 4. tit. 9. c. 1.*

Cum

2 *Cum adulterium ei non posit obijcere, &c.* Notatur ad hoc quod si fœmina à consanguineo mariti violenter cognita sit nullius culpæ rea est, omnemq. euadit pœnam, vt per Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 15. n.* 10. vbi ét resoluit mariti consanguineũ, qui violenter cognouit eius vxorem tanquam veri incestus reum incurrere impedimentum contrahendi Matrimonium.

3 *Qui eam adulterandam tradidit, &c.* Notatur ad hoc quod diuortium non potest petere vir propter coniugis adulterium quando ab illo inuita, & renitens prostituta est, intelligendo verba tex. ibi (præsertim inuitam) vt tenet glos. hic verbo præsertim, verum in hoc casu tenendum est sufficere vt de viri beneplacito vxor etiam volens committat adulterium, ne ob id à viro dimitti posit, ita contra glos. tenent in præsenti Abb. n. 8. Præpos. n. 5. & Alex. de Neuo n. 9. Iacob de Graffis *in decis. aure. p. 2. lib. 1. cap. 12. n. 72. casu* 3. Henriq. *in sum. lib.* 11. *cap.* 17. *num.* 4. Nauar. *sub tit. de spons. cons.* 19. *num.* 3. *in antiq. & sub tit. de conuers. coniugat. cons.* 4. Fr. Emman. *in sum. to. 1. cap.* 240. *num.* 3. *in fin.* Farin. *in praxi crim. p. 5. q.* 143. *num.* 25. *&* 26. Sanch. *de Matrim. lib.* 10. *disp. 5. num.* 4.

4 *Vir prior cogatur redire ad ipsam.* Ergo vxorata per vim cognita ab affine non impeditur potestate debitum petendi, quia affinitas inique contracta el non officit coniugi, qui iniquitatis particeps minime fuit, vide tamen Petr. de Ledesma *de Matrimonio q. 55. art. 6. difficult. 5. concl.* 1. Henriq. *d. lib. 12. cap. 2. num. 2. lit. I.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *n.* 295. Gutier. *de Matrim. cap. 87. n.* 12. Sanch. *eod. tract. lib. 9. disput. 31. num.* 1. vbi etiam aduertit quod licet tex. hic loquatur quãdo viri cõsensu vis ea vxori illata est, idem prorsus suadet vbi abfuit mariti consensus.

5 *Eam licet inuitam cognouit.* Notatur ad hoc quod copula cum fœmina inuita & coacta, ignorante, dormiente, ebria, & insana, cũ satis sit ad generationem, sufficit ad contrahendam affinitatem, ita Sanch. *lib. 7. disp. 64. n.* 17. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *n.* 147. Basil. Ponci. *de imped. Matr. c.* 38. §. 1. & alij citati per me *de officio & potest. Episc. p. 2. alleg. 51. n.* 169.

6 *Affinitas, quæ post contractũ, &c.* Notatur ad hoc quod impedimentũ affinitatis superueniens post contractum Matrimoniũ non impedit nec dirimit illud quoad vinculum, vt per Nanar. *cons. 43. n. 1. sub tit. de spons. in antiq.*

7 *Vel vxor virum, &c.* Ergo sponsa, sponsi concubitum pati non debet, vt per Tiraq. *de iure mariti glos. 2. n.* 13.

8 In glos. [Reatum adulterij] ibi (*& est hoc notabile quod adulterium committitur cum sponsa non dum cognita à viro, &c.*) Hanc glossam & aliam similem verbo *non admittere in cap. quemadmodũ de iureiur.* approbat lateque defendit Sarmi. *select. lib. 1. cap. 5. à princip.* Contrarium tamen imo cũ spõsa de futuro adulterium minime committi tenẽt plures, quos retuli ad *d. glos. non admittere*, quibus adde prax. Episcup. *p. 1. verbo adulterium*, Don Christoph. de Pace *in scholijs ad leges styli l. 72. n. 2.* Pradil. *in sum. legum pœnal. p. 1. cap. 9. n. 1. in fine*, Molin. *de Iust. tom. 4. tract. 3. disp. 96. à n. 6.* Rebell. *de obligat. Iustitiæ p. 2. lib. 4. q. 8. sect.* 2. Gutier. *de Matrim. cap. 1. à n. 16.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Affinitas an oriatur ex penetratione vasis fœminei, absque seminis emissione, ostenditur.*

Cap. Fraternitati. VII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostiens. Henric. Boich, Butr. Ancharan. Panorm. Præpos. Alexand. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 2. Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag.* 76. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 586. refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 4. tit. 9. cap.* 2.

2 *Extraordinaria libidine, &c.* Notatur ad hoc quod ad contrahendam affinitatem sufficit imperfecta copula, penetratio scilicet vasis fœminei absque seminis emisione, constat enim copulam carnalem extraordinaria libidine habitam cum puella septem annorũ dirimere Matrimonium postea contractum cũ consanguinea, ita Michael Medina *lib. 5. de sacrorum hominum continentia cap.* 76. Verum sine dubio tenendum est ex sola vasis fœminei penetratione non emisso intra virili semine minime oriri affinitatem, vt tenent Sot. *in 4. sent. distin. 41. q. vnica artic. 2. vers. quod si obycies*, Henriq. *in sum. lib. 12. cap. 16. nu.* 1. plures, quos refert, & sequitur Sanch. *lib. 7. disp. 64. nu.* 7. vbi *nu.* 19. cũ Soto loco proxime citato respondet in hoc tex. impedimentum dirimens non esse inductũ propter nixum ad copulam, quasi ex illo oriatur affinitas, sed propter publicam honestatem ex spõsalibus de futuro, quę hic præcesserant, ortam.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Affinitas contracta ob crimen incestus commissum affinem an priuet incestuosum potestate contrahendi Matrimonium, ostenditur.*
3 *Dispensandum facilius est cum iuuene ob incontinentiæ periculum.*

Cap.

Cap. Ex litteris. VIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collectar. Zabarell. Io. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Præpos. Alexan. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantys vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag. 76.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 587. refertur ab Anton. Augus. *collect. 3. Decretal. lib. 4. tit. 9. cap. 3.*

2 Probat hic tex. affinitatem contractam ob crimen incestus commissum cum affine priuare incestuosum facultate contrahendi Matrimonium, vt per Couar. *de spons. p. 2. cap. 6. n. 4.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 15. nu. 3.* qui *disp. 17. num. 8.* refert iam hodie nullius culpæ reos esse, qui affecti hoc impedimento Matrimoniū absque dispensatione ineunt.

3 *Præsertim si circa, &c.* Notatur ad hoc quod cū iuuene facilius est dispensandum ob incontinentiæ periculum, vt per Sanch. *d. disput. 17. num. 12.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Consuetudo cupidinis mater ac Veneris ministra est.*
3 *Fœminarum consortium fugiendum est.*
4 *Malorum consortia bonos corrumpunt.*
5 *Confitentis delictum in foro pœnitentiali anima in sui ipsius statur præiudicium.*

ij. Cap. Veniens. IX.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anch. Panorm. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantys vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 2.* Viuian. *in ration. lib. 4. Iuris Pontificy pag. 77.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag. 587.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 4. tit. 9. cap 4.*

2 *Deinde ex conuersatione diuturna, &c.* Notatur ad hoc quod consuetudo cupidinis mater ac veneris ministra est, vt per Tiraq. *l. 6. connubials glos. 1. p.*
3 *6. nu. 24.* Et fœminarum consortium quatenus à viris spiritualibus fugiendum exemplis confirmat conlusitanus noster Emman do Valle *de censalmis & incantat. sect. 3. cap. 3. n. 19.* inuenti nanque fuerunt, qui diabolica suggestione incesta & stupra ex nimia mulierum conuersatione commiserunt Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præs. 17. nu. 9.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30.*
4 *tract. 4. n. 18.* Vnde malorum cōsortia bonos corrumpere probat *tex. in cap. sæpe 28. q. 1.* Camill. Borrel. *ad Bellug. in speculo Principum rub. 11. §. visio lit. C. vers. item hæreticus*, Tiraq. *l. 5. connub. glos. 1. p. 5. num. 29.* quia consuetudine mali facilius corrumpitur bonus quam boni familiaritate emendetur malus S. Chrysost. *in Math. & B.* Isidor. *lib. 2. solilog.* ante ignem, inquit, consistēs etiamsi ferreus sis, aliquando dissolueris, proximus periculo diu tutus non eris; per assiduitatem cito peccat homo; sæpe familiaritas implicauit, sæpe occasionē peccādi dedit; sæpe quod voluntas non potuit assiduitas superauit; melius igitur est malorum habere odium, quàm consortium: sicut bona multa habet communis vita sanctorum, sic plurima mala societas affert malorum.

5 *Verum licet in præsentia tua, &c.* Notatur ad hoc quod confitenti delictum in foro pœnitentiali animæ in sui ipsius statur præiudicium quoad pœnitentiam, vt per Hostien. Panorm. & cæteros Ordinarios in præsenti, Iacob. à Can. *inter consilia Matrim. cons. 19. n. 6.* Brunel. *de sponsalib. concl. 29. n. 2.* Mascard. *de probat. concl. 1026. nu. 9.* Ratio est quia agitur in hac specie de interiori animæ foro, in quo soli confitentis assertioni statur, quia suæ salutis nemo immemor præsumitur, & veritatē exponere creditur, vt peccati iustam consequatur pœnitentiam & remissionem, *glos.* & Panor. *in cap. tua nos sup. de spons.* Cou. *de spons. p. 1. cap. 4. §. 1. n. 9.* Marcard. *d. concl. 1026. num. 10. ad finem*, quos alio, & longe plures congerit Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 1. n. 29. & 30.* Et generaliter affirmat Theologi credendum pœnitenti pro se, & contra se in foro conscientiæ, quemadmodum docet Nau. *in man. cap. 17. n. 250.* & latius *in cap. placuit à n. 171. vsque ad n. 174. de Pœnit. dist. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Incestuosus coniunx propter incestum cum alterius cōiugis consanguineo, vel cōsanguinea actū intra vas consumatū non potest debitum petere, tenetur tamen reddere.*
3 *Quoto consanguinitatis gradu debeat persona carnaliter cognita à coniuge coniunctia esse alteri coniugi, vt coniux ille incestuosus arceatur à debiti petitione, ostenditur.*
4 *Affinitas oritur ex copula illicita.*

Cap. Tuæ fraternitatis. X.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Anchara. Butr. Panorm. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantys vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificy pag. 77.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 587.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. sub tit. 10. de consanguin. & affinit. cap. 3.*

2 Probat hic tex. coniugem incestuosum propter incestum commissum cum alterius coniugis

gis consanguineo, aut consanguinea actu intra vas consumato non posse debitum petere, teneri tamen reddere: ita post multos à se relatos colligit Sanch. *de Matrimon. lib. 9. disputat. 27. num. 1.* vbi *num. 9.* resoluit peccare mortaliter huiusmodi incestuosum si absque dispensatione debitum petat, quia contrauenit præcepto Ecclesiæ in re graui.

3 Quæstio est ad præsens institutum non contemnenda quoto consanguinitatis gradu debeat persona carnaliter cognita à coniuge coniuncta esse alteri coniugi, vt coniux ille incestuosus arceatur à debiti petitione? & quidē attento Iure antiquo inuenire omnes, quotquot de hac re disputant, vnanimiter asserentes extendi eam consanguinitatem vsque ad quartum gradum asserit Sanch. *d. disput. 28. num. 12.* vbi *num. 13.* controuertit quid dicendum sit attento decreto Concil. Trident. *session. 24. de reformat. Matrimon. cap. 4.* & tandem *num. 14.* probabilius asserit correctum esse Ius commune per dictum Concilij decretum, atque ita copulam habitam cum consanguineis alterius coniugis vltra secundum gradum minime impedire debiti exactionem, addit. ad Nauar. *conf. 6. num. 4. de consanguin. & affinit.* ait Sacram Pœnitentiariā in hanc sententiam magis inclinasse, eamque sustinent Viual. *in candel. aureo de Sacram. p. 1. vbi de Matrimon. n. 209.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 21. in fine,* Henriq. *lib. 11. cap. 15. n. 11. & lib. 12. cap. 10. n. 1.* Fr. Emman. *in sum. tom. 1. cap. 243. n. 12. & super Bullam Cruciata §. 13. n. 8.* & hoc iam caret difficultata cum habeamus expressām declarationem à sacra Concil. Trident. Congregatione emanatam, quæ ita se habet. Congregatio Concilij censuit decretum Tridentini *sess. 24. de Matrim. cap. 4.* ad primum, & secundum gradum restringens impedimentum inductum propter affinitatem ex fornicatione contractum censeri etiam ad eosdem gradus restrinxisse impedimentum exigendi debitum ab vxore, quod inducitur ex affinitate proueniente ex illicita copula à viro cum consanguinea suæ vxoris post Matrimonium habita, refert Sanch. *d. disp. 27. num. 14.*

4 *Honestatem.* Ansam præbuit tex. hic appellans publicam honestatem impedimentum, quod ex copula illicita consurgit, Corrasio, & alijs antiquioribus ad asserendum ex copula illicita naturali non oriri affinitatem, sed solum ex copula coniugali. Veritas tamen est ex copula illicita oriri affinitatem, vt nouè constat ex Concil. Trident. *d. cap. 4.* & alijs Iuribus, quæ adducit Sanch. *d. lib. 7. disp. 64. n. 16.* vbi cum glos. hic explicat hunc tex. dum hoc impedimentum appellat publicam honestatem vt nomine illius intelligat affinitatem, prout statim se explicat.

De Consanguinitate, & affinitate. Tit. XIV.

SVper hanc rub. scripserunt Zabarel. Io. And. Anch. Butr. Panor. Præpos. Mari. Soc. Alex. de Neuo, Cened. *collect. 85.* Durād. *in breu. aureo Iuris Canon. & in speculo Iuris Pōtif. sub hoc tit. lib. 4.* Steph. Ranchin. *in continuatione tituloeum Decretal.* Ioan. de Londris *in breuiario Sanctorum Canonum,* Pet. de Rauenna *in compendio Iuris Canonici,* Martinus Mesnart. *in epithome Decretal.* Dan. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontif. à pag. 55 1.* Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.*

De consanguinitate vide Couar. *de spons. p. 2. cap. 6. §. 6.* Henriq. *in sum. lib. 12. cap. 9.* Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib. 31. n. 110. cum seqq.* Sanch. *de Matr. lib. 7. disput. 50. cum seqq.* Gutier. *eod. tract. cap. 98.* Bonac. *eod. tract. q. 3. punc. 5.*

De affinitate vide Henriq. *d. lib. 12. cap. 10.* Couar. *d. cap. 5. §. 7.* Gutier. *cap. 97.* Valer. Reginal. *d. lib. 31. n. 145. cum seqq.* Sanch. *d. lib. 7. disput. 64. cum seqq.* Bonac. *d. q. 3. puc. 12.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Testes duo omni exceptione maiores ad dissoluendum Matrimonium desiderantur.*
3 *Fama cum vnico teste non sufficit ad Matrimonium dissoluendum.*
4 *Matrimoniales causæ sunt iudicanda ab ijs, qui statuta Canonum non ignorant.*
5 *Sententia in causa Matrimoniali lata à Canonum imperito valet.*
6 *Testes debent esse omni exceptione maiores vbi agitur de dissoluendo Matrimonium.*
7 *Testes omni exceptione maiores an sicut requiellitur in dissolutione Matrimony, ita & in eius celebratione requirantur, remissiue.*
8 *Duo testes, qui praesentes esse debent Matrimonio contrahendo iuxta formam Concil. Trid. an debeant esse omni exceptione maiores, remissiue.*
9 *Testes omni exceptione maiores dicuntur illi, qui repelli non possunt aliqua exceptione, etiam debili.*
10 *Mulieres licet non sint testes omni exceptione maiores in causis Matrimony testes esse possunt.*
11 *Testes quod sint omni exceptione maiores per producentem articulandum, & probandum est.*
12 *Qualitas vbi in teste requiritur in superlatiuo gradu per producentem est omnino articulanda, & probanda.*

Cap. Ex litteris. I. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Hen-

Henric. Butr. Anch. Panor. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantiis vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 78. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 587. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 14. *cap.* 2. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *par.* 6. *cap.* 32.

2 *Si per testes circumspectos, &c.*
Notatur ad hoc quod ad dissoluẽdũ Matrimoniũ duo testes omni exceptione maiores desiderantur vt per Couar. *de sponsal. p.* 2. *cap.* 8. *§.* 12. *n.* 7. *&* 8. Mascard. *de probation. concl.* 1035. *nu.* 19. Perez *l.* 3. *in fine, tit.* 1. *lib.* 5. *Ordinamen.* Sanch. *de Matrim. lib.* 2. *disput.* 45. *nu.* 30. *cum seqq.* Farin. *in prax. crim. p.* 2. *q.* 61. *n.* 106. vnde in Matrimonio dissoluendo, quia grauis causa reputa-
3 tur, non sufficit fama cum vno teste Duen. *reg.* 300. *vers. amplia secundo.*

4 *Si statuta Canonum non ignorent.*
Notatur ad hoc, quod causæ Matrimoniales ob sui grauitatem sunt iudicandæ ab iis, qui statuta Canonum non ignorent, vt per Menoch *cons.* 100. *n.* 240. & *n.* 258. resoluit quod sententia in causa Matrimoniali lata à Canonũ imperito valet, li-
5 cet ipse iudex peccet, non enim imperitia reddit sententiam nullam, sed solum defectus potestatis, vnde tex. in præsenti intelligitur cum causa Matrimonialis mandatur iudicanda Canonũ imperito, vt ipsemet iudicaret, secus vero cum simpliciter ei mãdatur, quia si delegatus ignorat Canones à peritis consilium habere potest.

6 *Omni exceptione maiores.* Notatur ad hoc quod vbi agitur de rescindẽdo Matrimoniũ testes debent esse omni exceptione maiores. Rota apud Farin. *decis.* 147. *n.* 2. *p.* 1. *recent.* vbi *n.* 3. censuit testes non omni exceptione maiores suppleri ex numero si sit vltra tres, & declara vt ibi. Optime aduertit Gutier. *de Matrim. cap.* 44. *n.* 83. *cum seqq.* tex. in præsenti requirentem testes omni exceptione maiores ad dissoluendum Matrimonium propter consanguinitatem, vel affinitatem non excludere parentes, vel consanguineos ad probandam consanguinitatem, vel affinitatem inter coniugatos, nec *cap. videtur, qui Matrimonium accusare possunt. & cap. in litteris de testibus*
7 corrigi per hunc tex. Verum autem testes omni exceptione maiores sicut in separatione Matrimonii, ita etiam in eius celebratione, & probatione requirantur vide Turzan. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 5. *tit.* 2. *n.* 62. *pag.* 707. Viui. *tom.* 2. *lib.* 6. *tit.* 13. *n.* 95. *vers. imo,* Mascard. *concl.* 1019. *n.* 4. *& conc.* 1356. *n.* 64. *& concl.* 1360. *n.* 1. Burg. de Pace *cons.* 6. *n.* 2. Menoch. *cons.* 342. *n.* 14. Bernard. Græuæ. *ad pract. cam. imper. lib.* 2. *concl.* 94. *in corom de n.* 1. Verũ
8 vero duo testes, qui præsentes esse debẽt Matrimonio contrahendo, iuxta formam Conc. Trid. *sess.* 24. *de refor. Matr. c.* 1. debeant esse omni exceptione maiores, iam dixi *de off. & pot. Episc. p.* 2. *alleg.* 32. *n.* 138.

9 In glos. [Maiores] ibi (*illi dicũtur omni exceptione maiores, qui repelli non possunt aliqua exceptione*) Vide Farin. *d. p.* 2. *q.* 62. *à princ.* Rota *apud ipsum d. decis.* 147. *n.* 16. *p.* 1. *recent.* Gutier. *de Matrim. cap.* 44. *n.* 84. Aldret. *de religiosa disciplina tuenda lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 9. Mascard. *de prob. in præfatione q.* 6. *n.* 69. *& seq.* vbi ampliat etiam ad minimam exceptionem debilem, & pene nullius momenti, *& concl.* 855. *num.* 10. *& concl.* 1019. *num.* 5. *& concl.* 1306. *n.* 6. Menoch *cons.* 149. *n.* 2. *cum seqq.* Franc. Mo-
10 lin. *de ritu nup. lib.* 1. *comparat.* 8. *n.* 5. Mulieres autem licet non sint omni exceptione maiores, Menoch. *cons.* 380. *n.* 15. in causis tamen Matrimonii testes esse possunt Viui. *d. n.* 95. *vers. clandicat pag.* 48. Mascar. *d. concl.* 1019. *n.* 6.
11 Qualitas hæc quod testis sit omni exceptione maior per producentem articulanda & probanda est, Mascard. *concl.* 222. *n.* 15. *& concl.* 1360. *n.* 7. *& conc.* 1019. *n.* 16. Men. *cons.* 380. *n.* 11. Auend. *de exequendis mãd. p.* 1. *cap.* 2. *n.* 19. *& cap.* 6. *n.* 7. Azeued. *l.* 6. *n.* 15. *tit.* 9. *lib.* 3. *nouæ recop. pag.* 339. Viui. *d. n.* 95. *in fine* Farin *d. q.* 62. *n.* 12. Vbi enim requi-
12 ritur in teste qualitas in superlatiuo gradu videlicet vt sit optimæ opinionis, tunc ista qualitas non præsumitur, & per consequens per producẽtem testem est omnino articulanda, & probanda, vt per Mascard. *concl.* 222. *n.* 14. *& concl.* 1248. *n.* 13. *& concl.* 1019. *nu.* 17. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 30. Io. Garz. *de expensis cap.* 9. *n.* 15. Menoch. *de præsump. lib.* 5. *præsumpt.* 1. *n.* 34. *& seq.* Farin. *d. q.* 62. *n.* 6. *&* 10.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Fama impedimenti sufficit ad impediendum Matrimonium contrahendum.*
3 *Declaratur cap. cum in tua, sup. de sponsalibus.*

Cap. Super eo. II. *Vrb. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq Innoc. Collect. Zabarel. Io. And. Hosti. Henric. Butr. Anch. Panor. Præpos. Alex de Neuo, Ximen. Tolet. *in concordantiis vtriusque Iuris cum legibus Castellæ part.* 1. Viuia. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 78. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 588. refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 8. *cap.* 1.

2 *Fama tamen, &c.* Notatur ad hoc quod ante contractum Matrimonium vt illud impediatur sufficit fama impedimenti sine alia eius probatione, *l.* 18. *tit.* 9. *part.* 4. Couar. *de spons. p.* 2. *cap.* 6. *§.* 10. *n.* 20. Duen. *reg.* 299. *limit.* 6. Mascard. *de probat. concl.* 410. *n.* 9. *& concl.* 733. *n.* 17. *& concl.* 1031. *n.* 11. *cũ seqq.* Sanch. *de Matrim. lib.* 1. *disp.* 71. *n.* 13. Gutier. *eod. tract. cap.* 36. *n.* 11. quod quidem notabile verũ est quamuis sponsalia iuramento confirmata sint, quia in hoc tex. dicitur famam impedire Matrimonium contrahendum fide data, & gl. hic *verbo fide* explicat, idest iuramento; ita docent Butr.

Butr. *hic n.6.* & Abb.*n.5.* Couar.*d.§.10.n.22.*Mascard.*concl.*1035. *n.12.* Sanch. *d.disput.71.nu.14.* Gutier. *d.n.13.* vbi asserit non obstare *tex. in cap. cum in tua,* supra *de sponsal.* vbi vltra personam fide dignam requiritur fama,eo quod sponsalia iurata erant,quia ibi testis non deponebat, sed tantùm denunciauit.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Dispensandi potestas consuetudinè restringi potest vt caueatur scandalum.*
3 *Filiorum vnusquisque facit suam lineam.*
4 *Legatus an possit dispensare in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis lege tantum Canonica prohibitis,quando esset in prouincia remota,ostenditur.*

Cap. Quod dilectio. III. *Celest. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Ancharan. Panorm. Præpos. Alexand. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castella p.1. & 2.* Viu. *in ration. lib.4. Iuris Pontif. pag.79.* Alag. *in compend. Iuris Canon. pag.588.* refertur ab Anton. August. *collect.2. Decretal. lib.4. tit.8. cap.2.*

2 *Quia permissu est hominibus, &c.* Notatur ad hoc quod ratione consuetudinis restringēda est potestas dispēsandi vt caueatur scādalum Gamb. *de auctoritate legati lib.10. nu.194.* Sanch. *de Matrim. lib.8. disput.2.n.4.*

3 *Per descendentem lineam, &c.* Notatur ad hoc quod vnusquisque filiorum facit suam lineam vt per Valasc. *to.2. consult.171.n.8.*

4 *Apostolicæ Sedis Legati.* Notatur ad hoc quod legatus potest dispensare in gradibus cōsanguinitatis, vel affinitatis lege tantum Canonica prohibitis, quando esset in prouincia ita remota vt facile Papā consulere nequiret, vt per Gamb. *de off. legati lib.7.n.375. & seq.* Sed contrarium verius est, imo legato Pontificis integrum non esse in his impedimentis dispensare resoluūt Gaet. *in repet. cap. ad limina 30.q.1.§.4. q.134. nu. 363. & q.115.n.313. & seq.* Cou. *de spons. p.2. cap. 6.§.10.n.11.* Henriq. *in sum. lib.12. cap.3. n.1.* Azori. *instit. moral. p.2. lib.5. cap.30. q.15.* Sanch. *d.lib.8. disp 6.n.15* nam glos. *hic verbo indulgentiam,* dicit legatum de auctoritate speciali Papæ dispensasse, alias non tenuisset indulgentia ab eo cōcessa.

5 *Multitudini, & obseruatæ consuetudini deferendum, &c.* Ergo Pontifex in præsenti non innititur interpretationi strictè faciēdæ dispēsationis, sed ratione consuetudinis, quæ in eo loco vigebat, ex cuius violatione scandalū oriebatur, ita *glos. hic verbo vterque,* Cou. *d.§.10.n 12.* Petr. de Ledesma *de Matrim. q.54. art.2. ad finem* Sanch. *de Matrim. lib.8. disp.1. n.33. prope fin.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Matr. apud infideles legitime & valide cōtrahi pōt.*
3 *Repudij libellum dant inter se Iudæi.*
4 *Matrimoniū inter Iudæos initū pacto expresso vt liceat dare libellum repudij secundum ritum eorum est inualidum.*

Cap. De infidelibus. IIII. *Innoc. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. And. Host. Henric. Butr. Anch. Panor. Præpos. Casal. *in annot.* Alex. de Neuo, Ximen Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ p.1. & 2.* Viuian. *in rationali lib.4. Iuris Pontif. pag.80.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.588.* refertur ab Anton. August. *collect.3. Decretal. lib.4. tit.10. cap.1.*

2 Probat hic tex. Matrimonū apud infideles legitime, & valide contrahi posse, vide Sanch. *de Matrim. lib.2. disput.8. & 9. & lib.7. disp.73. nu.2.* Bonac. *eod. tract. q.2. punc.2. n.2.* Addunt nonnulli quod Matrimoniū Iudæorū (quia nō habet suū significatū ex quo nō potest denotare vnionem inter Christū, & Ecclesiā) etiāsi ad Fidē conuertātur nō prius effici sacramētū, quā iterū inter se cōtrahāt in facie Ecclesiæ, vt visū est Palud. & Capre. *in 4. senten. dist.26. q. vnica artic.6. ad 2.* Verū contrariū in hac parte .s. quod ad hoc vt efficiatur sacramentū sufficiat quod permaneāt in antiquo contractu, & mutuum consensum quocunque signo visibili etiam nuda copula declarent, magis cōmuniter recipitur à nouioribus, vt docent Petr. de Ledesma *de Matr. q.59. art.2. dub. 33.* Bellarm. *lib.1. tit. de Matrim. c.5.* Nau *cons.4. sub tit. de pactis in antiq. & cōs.2. ad fin. de cōuers. infid. in nouis,* Henriq. *in sum. lib.11. cap 8.n.1. ad fin. & c. 15.n.3.* Vega *in sum. lib.4. casu 319.* Rebell. *de oblig. instit. p.2. lib.2. q.6. n.2.* Sanch. *d.lib.2. disp.9.n.5.* Bonac. *d.q.2. pūct.2. n.5.* Gutier. *de Matr. c.42.* Anton. Ricc. *de Iure personarum extra gremiū Eccles. exist. lib.2. c.13. n 12.* Vnde probabiliter defendi potest hāc expresionē, vel ratificationē cōsensus non opus esse fieri corā parocho, & testibus iuxta formā Cōcil. Trid. *sess.24. de reform. Matr. cap.1.* quia dictū Concil. Decretū requirit præsentiā parochi, & testiū, vt cōtractus valide celebretur, nos vero supponimus cōtractū infideliū valide celebratū fuisse ante baptimū, cōsequenter nō videtur necessaria præsētia Parochi, & testiū vt Matrimoniū infideliū post susceptū baptismū fiat Sacramentū, sed videtur sufficere expresio noui cōsensus, vel ratificatio præcedētis, qua posita fit sacramētū Matrimonij, & recipitur Sacramentalis gratia ad rite obeūda munia coniugalia, ita Sanch. *d.disp.9.n.1.* Gutier. *d.c.42.n.6.* Rebell. *d.q.6.n.5* Fr. Emman. *in sum. p.1. c.230. nu.1.* Bonac. *d.q.2. punct.2. nu.6.* de qua re commodiùs agam *ad cap. gaudemus inf. de diuortijs.*

3 In glos. [Esse Matrimonium, fin.] ibi (*sed ipsi separantur dato repudij libello*) quia repudij libel-

lum dant inter se Iudæi Cou. *de spons. p. 2. cap. 7. §. 4. n. 3.* omnes hic in præsenti, videlicet Io. Andr. *nu.* 5. Zabarel. *nu.* 4. Anch. *nu.* 4. Butr. *n.* 9. Abb. *n.* 6. Alex. de Neuo *n.* 10. Præpos. *n.* 5. *vers. item nota*, Tiraq. *de primogen. q. 65. sub n. 25.* Sanch. *de Matrim. lib. 5. disput. 12. n. 1.* Anton. Ricciul. *in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentiũ lib. 2. c. 18. n. 11.* vbi *n.* 12. cũ Bald. Tiraq. & alijs subdit posse Iudæum impune facto repudio trãsire ad secunda vota, & *n.* 13 aduertit ex eod. Bald. *cons. 428. n. 4. lib. 5.* cum ista repudiatio sit de cõcernentibus ritus merito fieri debere coram sacerdote Iudæorum, non autem coram Episcopo.

4 In ead. glos. ibi *(sed hoc est contra substantiam Matrimonij)* Notatur ad hoc quod Matrimoniũ inter Iudæos initum pacto expresso, vt liceat dare libellum repudij secundum ritum eorum, est inualidum: ita Host. *hic in fine*, Couar. *d. p. 2. cap. 3. §. 1. n. 5.* Sanch. *d. disp. 12. n. 3.* quicquid contrariũ defendãt Abb. *hic n. 6.* Anch. *n. 4.* Butr. *n. 9.* Alex. de Neuo *n. 10.* Præpos. *n. 5. vers. item nota*, & Anton Ricciul. *d. cap. 18. n. 11. in fine.*

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Consuetudo contrahendi Matrimonium in gradibus consanguinitatis, seu affinitatis Iure prohibitis an valeat, ostenditur.*

Cap. Quod Super. V.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panor. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in ration. lib. 4. Iuris Pontif. pag.* 80. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 588. refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 4. tit. 10. cap. 2.*

2 *Non obstante consuetudine, &c.* Ergo non valet consuetudo contrahendi Matrimonium in gradibus consanguinitatis, seu affinitatis Iure prohibitis, quod quidem videtur ex diametro obstare decisioni tex. *in cap. super eo, de cognat. spirituali*, quatenus probat quod si consuetudine inductum sit, vt aliqui vtantur Matrimonio in gradu prohibito cantracto tolerandi sunt: quapropter in his Iuribus concordandis nõ eodem modo Iuris Canonici DD. loquuti sunt, varijs enim distinctionibus rem istam obscurarunt dum explicare conantur, vt videre licet apud Ordinarios in præsenti, & Cou. *de spons. p. 2. ca. 6. §. 10. n.* 18 Henriq. *in sum. lib. 11. cap. 1. n. 5.*

3 Præceptores igitur nostri difficultati succũbentes responderunt tex. in præsenti, cui similis est *cap non d. bet, ad fin. infra hoc tit.* esse Innoc. III. vt patet ex origin. Concil. Lateran. sub eod. Pontifice. At vero *d. cap. super eo* esse Alexand III. qui multis annis præcessit Innocentium, atque adeo nil mirum si consuetudo illa valuisset tempore *d. cap. super eo*, quamuis postea fuerit reprobata per tex. in præsenti: secundo ijdem Præceptores respondent quod per tex. in præsenti tantum reprobatur consuetudo in consanguinitate, & affinitate carnali, quod non debet extendi ad cognationem spiritualem, in qua est minor ratio; & ideo mihi videtur quẽlibet ex his Præceptorũ intellectibus posse sustineri, si euitare velis difficultates, quas in his Iuribus conciliandis eleuãt dum plures intellectus referunt Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 4.* & Basil. Põc. *de imp. Matr. c. 1. §. 2.*

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Dispensatio erit subreptitia si tempore concessionis Põtificis, vel pœnitentiariæ causa allegata vera nõ sint, quamuis tempore subsequenti vera existant.*
3 *Dispensationẽ & actus validitatẽ inducit Papæ & superioris tolerantia.*
4 *Consensus superiorum inducitur per eorum patientiam vel tolerantiam.*
5 *Declaratur tex. in cap. cum iã dudũ, sup. de praben.*
6 *Dispẽsare in Concilio generali etiam ex magna causa Epis. nõ conceditur, nisi desit recursus ad Papã.*
7 *Dispensare in impedimentis Iure Pontificio dirimẽtibus Matrimonium solius est Pontificis.*
8 *Legatus etiam à latere non potest dispensare in impedimentis Iure Pontificio dirimentibus Matrimonium.*
9 *Priuilegium vitiat falsa causa.*
10 *Dispensationis causa cessante cessat dispensatio.*
11 *Liberorum fauore mitius est agendum quando is, qui deliquit plures filios habet.*

Cap. Quia circa. VI.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butri.. Anch. Panor. Præpos. Casal. *in annot.* Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag.* 82. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 588.

2 *Falsa nobis causa, &c.* Notatur ad hoc quod subreptitia erit dispensatio si tempore cõcessionis Pontificis, vel pœnitentiarij causæ allegatæ veræ non sint, quamuis tempore subsequenti veræ existant; ita docent in præsenti Host. *verbo, ingressa* Io. And. *n.* 3. Anton. *n. 3. notab.* 3. Abb. *n.* 4. Alex. de Neu. *n.* 4. Præpos. *n. 1. notab.* 3. Rebuff. *tom. 2. ad leges Galliæ tit. de rescript. in præf. n. 56. ver.* 14. Pet. de Ledesma *in sum. p. 1. tract. de Sacr. Matr. c. 27. post 7. concl. difficul.* 4. Fr. Emman. *in sum. tom. 1. c. 238. n. vlt.* Mascard. *de prob. concl. 1128. n.* 22. Gut. *canon. lib. 2. cap. 15. n. 131. & 132.* quos refert, & sequitur Sanch. *de Matrim. lib. 8. disp. 30. n. 4.*

3 *Dissimulare poteris, &c.* Notatur ad hoc quod tolerantia Papæ, & superioris inducit dispensationem, & actus validitaté, vt per Gonzal. *ad reg. 8 Cancell. gl. 9. §. 2. n. 87.* Alex. Randen.

de

de annalogis cap. 39.*n.*147.*cum seqq.* Franc.Molin. *de ritu nupt.lib.*1.*compar.*19.*n.*64. & per patientiã vel tolerantiam superiorum induci eorũ consensus Hippol. *consil.*46.*n.*31.*& consil.*107.*n.*3.*&* 4.

5 Nec obstat tex. in *cap. cum iam dudum sup. de prabend.* ex quo constare videtur Principis dissimulationẽ non inducere dispensationẽ. Quidã enim respondent aliud esse impunitate ac facto Principẽ tolerare, tunc enim non inducitur dispensatio iuxta *d.cap.cũ iam dudum*: aliud vero respondendo dicere toleramus, vel toleratur, tunc enim dispensat iuxta tex. in præsenti, ita *glos. & Ordinarij* omnes hic, Siluest. *verbo lex q.*6.*ad finẽ* Brunor. à Sole *in locis commun.lit. M. verbo Matrimoniũ toleratur*. Alij vero melius tenent quod in hoc tex. coniuges bona fide existimabant se legitime coniugatos esse,& ex veritatis detectione timebatur graue scandalum; quapropter Pôtifex tacendum, & dissimulandum esse dicit, illos; in Matrimonio illo putatiuo, & inuincibili ignorantia excusato permittendos esse: ita Cou. *de sponsp.*2.*c.*6.*§.*10.*n.*15. Medina *in codice de conf. tract.*2.*de conf. dimidiata tterãda, vers.corolariũ sequitur ex dicto*, Cordub. *in sum.q.*182.*punc.*1. Nauar. *in c. si quis autem de pœnit.dist.*7.*n.*67.*vsque ad n.*73. *& cons.*9.*n.*1.*de tempor. ordinat. & cons.*42.*de sponsal. in antiq* Ferrer. *in constit.Cataloniæ glos.*6.*n.*129.*cũ seqq.* Sanch. *de Matrim.lib* 2.*disput.*38.*n.*12. Gutier. *cod.tract.cap.*48.*n.*1.

6 *Poteris.* Notatur ad hoc quod non conceditur Episcopo dispensare in Concil. generali ex magna causa nisi desit recursus ad Pontificem, vt per Henriq. *in sum. lib.* 12.*c.*3.*n.*1 *in commen. lit.G.* vide tamen per citatos *in meo tract.de off.& pot. Episc.p.*2.*alle.*33. *n.*26.

7 In glos.[à Sede Apostol.,]ibi *(solus Papa,&c.)* Notatur ad hoc quod solius Pontificis est dispẽsare in impedimentis solo Iure Pontificio dirimẽtibus Matrimoniũ, ad quod plures refert DD Sanch. *d.lib.*8.*disput.*6.*n.*14. adde Nicol. Garz. *de benef.p.*11.*c.*5.*n.*344. Armendar. *in additionibus ad recopil. legum Nauarræ lib.*1.*tit.*18.*l.*7.*n.*28.*& lib.* 4.*ti.*15.*l.*1.*n.*98.*& seq.* plures refero DD. Ego ipse *d.p.*2.*alleg.*35.*n.*1. vbi *n.*3.*cum seqq.* cumulo aliquos casus, quibus potest Episcopus dispensare in impedimentis dirimentibus.

8 In ead.glos.ibi *(& non legatus)* Intellige quãuis à Latere sit,vt per Cou. *de sponsp.*2.*cap.*6.*§.*10. *n.*11. Henr. *in sum.lib.*12.*c.*3.*n.*1. San. *d.disp.*6.*n.*15.

9 In glos.[Falsa,fin.] Notatur ad hoc quod falsa causa vitiat priuilegiũ,& nullius valoris sunt ea, quæ ex falsa causa facta fuerint, Men. *cõs.*91.*n.*40.

10 *cũ seq.*& dispẽsationis causa cessãte cessat dispẽsatio,vt per Tiraq. *in tr. cessãte causa p.*1.*lit.*D.*n.*91

11 Notatur etiã ad hoc quod mitius est agendũ fauore liberorũ quãdo is,qui deliquit, plures filios habet,ita Tiraq. *de pæn.temp.caus.* 26. *n.*1.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Testes super consanguinitate deponentes debent gradus clara computatione distinguere.*
3 *Testes super consanguinitate deponentes tenentur efficacem causã & probabilẽ rationẽ dicti sui reddere.*
4 *Testes de auditu alieno an & quando probent consanguinitatem, remissiue.*

Cap. Tua nos. VII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarell. Ioann. Andr. Hostien. Henric. Butr. Aneh. Panorm. Præposit. Casal. *in ant.* Alex. de Neuo, Xim. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 83. Alag. *in compendio Iuris Canon. pag.* 588. refertur ab Ant. August. *collect.*4. *Decretal. lib.*4.*tit.*3. *cap.*2.

2 *Distinguere gradus, &c.* Notatur ad hoc quod testes super consanguinitate deponentes debent gradus clara computatione distinguere, vt per Tiraq. *de retractu tit.*1.*glos.*16.*n.*1.6.*&* 7. Farin. *in praxi crim.p.*2.*q.*69.*n.*17. tenentur enim efficacem causam, & probabilem rationem dicti sui reddere in consanguinitatis probatione, Belac. *to.*2.*tom.opin.lib.*6.*tit.*47.*n.*100. Ioseph. Ludou. *to.*3.*tit.de probat.concl. vnica, vers.inferius* 123 Mascar. *concl.*69.*& concl.*410.*n.*22.*& concl.*1396. *n.*25. Men. *cons.*321.*n.*6.*cũ seq.* Far. *d.p.*2.*q.*70.*n.*88.

4 *Testimoniũ perhibeãt de auditu.* An & quando testes de auditu alieno probẽt cõsanguinitatem, & affinitatem Vide Fulu. Pac. *de probati. lib.*1.*cap.*9.*n.*43. Surd. *decis.*145. Mascard. *concl.*104.*n.*19. Farin. *d.q.*69.*n.*103.*cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Leges humanæ mutari possunt.*
3 *Matrimonio inter cõsanguineos olim fuit interdictũ vsq. ad septimũ gradũ, hodie vero vsque ad quartũ.*
4 *Affinitas orta ex copula licita dirimit Matrimoniũ vsque ad quartũ gradum etiã attento Concil. Trid.*
5 *Affinitas orta ex copula illicita non extenditur vltra secundum gradum.*
6 *Matrimony prohibitio & irritatio inter ascendentes & descendentes Iure naturæ inducta ad quem gradum protrahatur, remissiue.*
7 *Matrimonium inualidum ob impedimẽtum dirimẽs impetrata illius dispensatione non conualescit nisi accedat nouus vtriusque consensus.*
8 *Fily legitimantur, qui nati sunt ex Matrimonio nulliter contracto inter consanguineos si obtineatur dispensatio ad validandum Matrimonium, & legitimandã prolem, quamuis nõ potuerit effectum sortiri propter superuenientẽ mortẽ alterius ex coniugib.*
9 *Præscriptio nulla currit contra Matrimonium.*

Cap. Non debet. VIII.

SVper hũc tex. scripserũt Ab. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Host. Henric. Butr. Aneh. Panor. Præp. Alex. de Neuo, Xim. Tolet. *in cõcord. vtriusq;*

Iuris cum legibus Castellæ p. 1. *&* 2. Vit. *in rationali lib.* 4. *Iur. Pontif. pag.* 83. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 589. refertur ab Ant. August. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 3. *cap.* 3. & est in Concilio generali Lateranen. sub Alex. III. *cap.* 50.

2 ***Statuta quandoque varientur humana.*** Notatur ad hoc quod leges humanæ mutari possunt, vt per Mātuam *lib.* 1. *dialog.* 14. Tiraq. *de retract. tit.* 1. §. 9. *glos.* 2. *nu.* 51. Couar. *in cap. alma mater. p.* 2. *in prin. num.* 2. Cassan. *in consuetudinibus Bur. rub.* 3. §. 2. *in fin. nu.* 1. *pag.* 97. Perez *ad tit.* 3. *lib.* 2. *Ordinan. pag.* 199. Lancellot. Conrad. *in templo omnium iud. lib.* 2. *cap.* 1. §. 4. *vers.* 3. Greg. *l.* 11. *verbo mudar tit.* 3. *par.* 3. Sayr. *in claui regia lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 7. *& cap.* 10. *n.* 12. Bobadil. *in sua politic. lib.* 1. *cap.* 5. *nu.* 9.

3 ***Quarum consanguinitatis, & affinitatis gradum, &c.*** Olim Ecclesia cōiugium interdixerat vsque ad septimum cōsanguinitatis gradum, vt constat *ex cap.* 1. *& cap. nulli* 35. *q.* 3. *& cap. ad sedem* 35. *q.* 5. *cum similibus*. Postmodum autem sub Innoc. III. in Concil. Lateranen. de quo in hoc tex. restricti sunt gradus consanguinitatis vsque ad quartū, & docent Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *disp.* 53. *nu.* 1. Basil. Ponc. *de imped. Matrim. cap.* 38. §. 2. *vers. præterea*, Bonac. *de Matrim. q.* 3. *punct.* 5. §. 1. *n.* 7. *cum seqq.* quæ restrictio intelligenda est non solum in colateralium linea, sed etiam in recta ascendentium, & descendentium, itaut quicumque consanguinei vltra quartum gradum possint Matrimonio iungi, ita Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 51. *nu.* 22.

4 Quæstio est vtrum hodie affinitas orta ex copula licita dirimat Matrimonium vsq; ad quartum gradum pro ut disponit tex. in præsenti? in quo dubio illa est communis Doctorum resolutio Concil. Trid. *sess.* 24. *de reform. Matrimon. cap.* 4 restringere tantum affinitatem ex fornicatione contractam, aliam vero, quæ procedit ex copula licita, cum sit omissa à noua dispositiane Concilij *in d. cap.* 4. intelligi secundum Ius antiquum, de quo in hoc tex. Quare affinitatem ex copula licita ortam etiam hodie post Concil. Triden. dirimere vsque ad quartum gradum, ac perconsequens in ea vigere dispositionem huius tex. tenēt Nauar. *in manual. c.* 23. *nu.* 43. Viual. *in candel. aur. tit. de Sacram. par.* 1. *vbi de Matrimon. n.* 295. Philiarch. *de officio Sacerd. tom.* 1. *p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 12. *vers. consanguinitati*, Lar. *in l. si quis à liberis in princip. num.* 90. *ff. de lib. agnosc.* Emman. Sà *in summa verbo Matrimonium tit. de imped. Matrim. num.* 13. Perez *l.* 5. *col.* 3. *tit.* 15. *lib.* 8. *ordinam.* Llam. *par.* 3. *methodi curatorium cap.* 8. §. 19. Tolet. *in sum. lib.* 7. *cap.* 11. *nu.* 4. Azeu. *l.* 7. *nu.* 9. *tit.* 20. *lib.* 8. *noua recop.* Valent. *p.* 4. *disp.* 10. *q.* 5. *punc.* 3. *vbi de imped. affinitatis*, Fr. Emman. *tom.* 1. *sum. c.* 228. *nu.* 4. Henriq. *lib.* 12. *cap.* 10. *nu.* 1. *lit. H*, Rebell. *de oblig. Iustitiæ par.* 2. *lib.* 3. *q.* 15. *num.* 6. Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *disp.* 67. *nu.* 5. Gutier *eod. tract. cap.* 99. *nu.* 14. Bonac. *eod. tract. q.* 3. *punct.* 12. *nu.* 6.

5 Hæc de affinitate orta ex copula licita, quoad illam vero, quæ ex fornicaria & illicita oritur iam hodie per dictum Concilij decretum *in d. c.* 4. dicendum est vltra secundum gradum non extendi, vt aduertunt Sanch. *d. disp.* 67. *n.* 4. Basil. Ponc. *de impedim. Matrim. cap.* 38. §. 1. *vers. deinde*. Gutier. *d. cap.* 99. *nu.* 12. Bonac. *d. puncto* 12. *num.* 16. Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra lib.* 4. *tit.* 15. *l.* 4. *de Matrim. in declarat. nu.* 92. Farin. *in praxi crim. p.* 5. *q.* 149. *nu.* 116. & declarauit Pius V. in suo Motu proprio incip. Ad Romanum. Itaut iam hodie si quis rem habeat cum affine ex fornicatione in tertio, vel quarto gradu, non tenebitur in foro conscientię huiusmodi circunstantiæ meminisse, quia cum illa iuxta supradicta hodie ad incestum non spectet, nec aliam specialem deformitatem habere posit, vt constat, nō est cur de ipsa mentio fiat, tenent Ledesma *de Matrimon. q.* 55. *art.* 3. *dub.* 5. Fr. Emman. *in sum. tom.* 2. *cap.* 206. *nu.* 2. *concl.* 2. Sanch. *d. disp.* 67. *nu.* 8. Vnde inferri potest resolutio ad illud dubium admodum vtile, & necessarium, à nullo autem ex his, quos videre licuit, tactum, seu agitatum, vtrum scilicet impedimentum affinitatis proueniens ex Matrimonio consummato, quod tamen ex aliquo capite nullum extitit, ad secūdum gradum hodie sit restrictum? in quo pars affirmatiua ex eo videtur comprobari quod supposita Matrimonij nullitate verum est copulam inter contrahentes habitam fornicariam extitisse, sed affinitas ex fornicatione secundum gradum non egreditur iuxta Triden. Concil. ac Pij V. declarationem, ergo idem dicendum est de ea, quæ ratione Matrimonij ita inualidi habita est. Iuuat quia affinitas resultans ex quacunque copula, quæ coniugalis non sit secundo gradu terminatur. Tolet. *in instr. Sacerd. lib.* 7. *cap.* 11. *d. nu.* 4. Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 23. *n.* 3. sed copula habita inter tales coniugalis non est, vt resoluit Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 422. *col.* 3. *vers. & quidem*, Gam. Lusit. *decis.* 89. inde inferentes ratione prædictæ copulæ inter nulliter contrahentes habitæ etiam bona fide minime bona propria communicari, ergo similiter affinitas ex huiusmodi copula orta secūdum gradum excedere non debet. Verum licet hæc sententia improbabilis non sit, contrariam tamen amplecti non dubitarem ex eo quod mihi persuasum habeam per Sacrum Concil. minime esse restrictam affinitatem remanentem ex copula habita sub vmbra seu figura Matrimonij etiā inualidi, & vt ita sentiam illud mouet, quia scilicet Concil. Triden. restrinxit affinitatem ex fornicatione ex ea ratione, quia cum illa clam perpetretur iuxta illud, qui male agit, odit lucem

cem consequenter impedimentum ex eadem prouenienes occultũ erat ex quo multoties eueniebat, vt plures eo irretiti Matrimonium inter se cõtraherẽt, nec ab Ecclesia separari possint, quia eorum impedimentum probari non poterat, & ita in perpetuo incestu cum maximo animarum periculo persistebant, vt agnoscunt supracitati: Vnde cum respectu copulæ habitæ intuitu Matrimonij etiam inualide contracti cesset prædictum periculum, eo quod impedimentum ex ipsa permanens notorium est, sicut quodcunque aliud ex maritali copula, sit consequens dicendum tale impedimentũ per Concil. minime restrictum extitisse, iuxta reg. tex. *in l. pen. verf. de vno dubitari ff. de ritu nupt.* quam late exornat Cald. Pereira *de potestate eligendi cap. 1. nu. 27.* Cui etiam sententiæ illud maxime suffragatur quod non debet esse melioris conditionis hi, qui inualide contraxerunt lege repugnante, quam illi, qui valide & ipsa lege approbante iux. reg. tex. *in cap. cum qui 18. de præbend. in 6. l. nam etsi sernis ff. quod vi aut clam*, sed illi, qui licite & valide Matrimonium inierunt, non possunt etiam hodie obstante sibi affinitatis impedimento coniungi cum consanguineis alterius coniugis in tertio, vel in quarto gradu iuxta tex. in præsenti, ergo similiter & hi, qui inualide, & de facto matrimonialiter sunt coniuncti non poterunt intra eosdem gradus nuptias inire, ne aliàs melioris conditionis existant stulti, quàm prudẽtes, delinquentes quam innocentes contra prædicta iura, & similia citata à *glos. verbo existat ibi d. cap. eum qui*, ex quibus huic sententiæ magis adhæreo, eiius tamen censuram iudicio cuiuslibet melius sentientis omitto.

6 Vtrum autem prohibitio & irritatio Matrimonij inter ascendentes & descendentes Iure naturæ inducta protrahatur ad quemcunque gradum in infinitum, an vero ad solum primum, & vtrum Iure Ecclesiastico non excedat quartum iuxta tex. in præsenti? disserunt Doctores in præsenti, vt per Couar. *de sponsalib. par. 2. cap. 6. §. 10. nu. 4* Greg. *l. 4. verbo nunca tit. 6. part. 4.* Humad. *l. 2. glos. 2. nu. 24. tit. 1. part. 1.* Tolet. *lib. 7. sum. cap. 5. in fine*, Petr. de Ledesm. *de Matrim. q. 54. art. 3. diffic. 2. concl. vni.* Gaet. *in repet. cap. ad lumina 30. q. 1. §. 4. q. 132. nu. 398.* Brunel. *de sponsal. conclus. 23. nu. 4.* Vasq. *1. 2. q. 74. art. 8. disp. 111. nu. 7.* Menoch. *casu 502. nu. 4. & seqq.* Matiens. *in rub. tit. 1. glos. 2. n. 176. lib. 5. nona recop.* Henriq. *in sum. d. cap. 9. nu. 3.* Reginald. *in praxi lib. 31. nu. 119.* Rebello *d. lib. 3. q. 3. n. 12.* Ægid. *de Sacram. tom. 2. disp. 32. dub. 1. num. 16.* Bonacin. *d. q. 3. puncto 5. §. 1. num. 8.*

7 In glos. [De cætero] Notatur ad hoc quod ad ratificandum Matrimonium inualidum ob impedimentum dirimens impetrata impedimenti dispensatione hoc Matrimonium non reconualescit, nisi nouus vtriusq; consensus accedat, qui, cum prior cõsensus fuerat omnino ex parte vtriusq; inualidus, eo quod super illegitimam, & inhabilem materiam cecidere, denno vterq; renouandus est, vt per Petr. de Ledesma *de Matrim. q. 45. art. 3. dubio vltimo*, Arag. *2. 2. q. 3. art. 6. conclus. 3.* Couar. *de sponsalibus par. 2. cap. 4. in initio nu. 5.* Greg. *l. 5. verbo, le plaguiese, in fin. tit. 2. part. 4.* Nauar. *in manu. cap. 22. nu. 47. & 80. & in cap. si quis autem de Pœniten. dist. 7. num. 70. & cons. 12. sub titu. de sponsal.* Fr. Emman. *in sum. tom. 1. cap. 220. nu. 2.* Perez *l. 1. vers. ex quibus respondendum erit. tit. 1. lib. 5. Ordin. pag. 18.* Sarmien. *select. lib. 6. cap. 17. in fin.* Henriq. *lib. 11. cap. 1. nu. 7.* Matien. *in rub. d. tit. 1. glos. 1. nu. 66.* Sanch. *de Matrim. lib. 2. disput. 35. nu. 2.* Gutier. *eodem tract. cap. 47. nu. 3.* Legitimantur tamen filij, qui sunt nati ex Matrimonio nulliter cõtracto inter coniunctos in quarto gradu consanguinitatis, vel affinitatis, & postea obtenta fuit dispensatio ad validãdum huiusmodi Matrimonium, & ad legitimandam prolem, quæ dispensatio licet quoad Matrimonium non potuerit habere effectum propter superuenientiam mortis alicuius ex parentibus, valuit tamen & potuit executioni mandari gratia quoad legitimationem prolis etiam in præiudicium venientium ab intestato: ita Anchar. *cons. 409.* Putc. *decis. 483. nu. 3. lib. 2.* Rota *decis. 207. nu. 2. par. 3. diuers.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancel. glos. 5. §. 9. nu. 57.* refert & sequitur Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina cleric. §. 3. nu. 21.* Seraphin. *decis. 1121.*

8 In glos. [Nulla longinquitate] ibi (*& ita nulla præscriptio currit contra Matrimonium*) vide Bald. *de præscrip. parte 1. sexta princip. num. 3. vers. quintus casus*, Boer. *decis. 264. nu. 17. col. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Consanguinei duo inæqualiter distantes à stypite si aliter distet vltra quartum gradum possunt Matrimonio copulari.*
3 *Arbor em consanguinitatis, & affinitatis qui Doctores declarent, referuntur.*
4 *Computatio graduum in materia Matrimoniali tam in foro Ecclesiastico quàm seculari, secundum Ius Canonicum est facienda, quoad temporalia secundum Ius Ciuile.*

Cap. Vir qui. IX. fin. Greg. ix.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Præpos. Alexand. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantys vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontifi. ry pag. 85.* Alagona *in compendio Iuris Canonicis pag. 589.*

2 Probat hic tex. quod duo consanguinei inæqualiter distantes à stypite, si aliter distet vltra quartum gradum, alter vero intra illum possunt

possunt Matrimonio copulari, ita Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 53. nu. 4. vbi nu. 5.* reprobat limitationem eorum, qui temperabant hanc principalem resolutionem, nisi alter eorum distet à stypite in primo gradu, ita vt minime validum sit Matrimonium inter ipsum, & alium distantem ab eodem stypite in quinto, vel alio vlteriori gradu, contra quam limitationem insurgit idem Sanch. pluribus pro sua parte citatis Doctoribus, vt apud eundem videri potest.

3 Hic erat locus arboris consanguinitatis, & affinitatis, quia tamen de eius declaratione DD. diffuse tractarunt, in computatione graduum regulas constituendo, qui eas videre cupit consulat Siluest. *verbo Matrimonium 8. q. 7.* Valer. Regin. *in praxi fori pœnitent. lib. 31. n. 141.* Henriq. *lib. 12. cap. 9.* Sanch. *d. lib. 5. disput. 50.* Aegid. *de Sacram. tom. 2. disput. 32. dub. 1.* Gutier *de Matrim. cap. 98.* Bonac. *eod. tract. q. 3. puncto 5. nu. 6.* Basil. Ponc. *de imped. Matrim. cap. 37. §. 1.* & tetigi *de officio, & potestate Episcopi par. 3. alleg. 51. nu. 158. cum seqq.*

4 Illud vero aduertendum duxi gradus cõputationem esse faciendam secundum Ius Canonicũ in materia Matrimoniali, tã in foro Ecclesiastico, quàm seculari, quia circa hanc Ius Ciuile disponere nequit, at vero quoad alios cõtractus, & reliqua ciuilia Iuris Cæsarei computatio est retinenda, cum illa nec de Iure quoad temporalia, nec de facto reprobata sit ab Alexan. II. *in cap. ad sedem 35. q. 5.* vide tamen Couar. *de sponsal. par. 2. cap. 6. §. 6. nu. 8.* Viui. *tom. 2. com. opin. lib. 6. tit. 8. nu. 75.* Cotta *in memorab. verb. Graduum,* Greg. *l. 3. verbo heredar tit. 6. par. 4.* Surd. *cons. 5. nu. 20.* Rebuff. *in praxi super reg. Cancellariæ Innoc. VIII. circa dispensationes in gradibus prohibitis, glos. 2.* Escob. *de ratiocin. comput. 23. num. 2. & 3.* Valasc. *consult. 159. nu. 3.* Sanch. *d. disp. 50. nu. 8.* Steph. Grat. *discept. forens. c. 77. nu. 1. cum seqq.*

De frigidis, & maleficiatis, & impotentia coeundi. Tit. XV.

SVper hanc rubr. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Panorm. Præpos. Alexand. de Neuo, Durand. *in breuiar. aur. Iuris Canon.* & *in spec. Iur. sub hoc tit. lib. 4.* Steph. Ranchin. *in contin. titulorum Decretal.* Io. de Londris *in breuiar. sanctorum Canonum,* Petrus de Rauena *in compend. Iur. Canon.* Martin. Mesnart. *in epith. Decret.* Dan. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontif.* Goffred. & Hostien. *in sum. huius tit.* Alexan. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque lib. Decretal.*

De Frigidis vide Henriq. *in sum. lib. 12. cap. 7. nu. 5. & 6.* Matiens. *ad rub. tit. 2. glos. 1. nu. 201. lib. 5. nouæ recopil.* Basil. Ponc. *de impedimentis Matrim. cap. 32. §. 4. vers. 1.* plures refert Sanch. *de Matrim. lib. 7. disput. 94. nu. 5.*

De Maleficiatis vide Martin. delrio *disquisitionum magicarum lib. 3. p. 1. q. 4. sect. 8.* Henriq. *d. cap. 7. nu. 2.* Basil. Ponc. *d. cap. 32. §. 5.* Sanch. *d. lib. 7. disput. 94. cum seqq.* Gutier. *de Matrim. cap. 113.* Bonac. *eod. tract. q. 3. puncto 13. nu. 9. cum seqq.*

De impotentia coeundi vide Henriq. *d. cap. 7. nu. 1.* Menoch. *de arbitrar. casu 519.* Mascard. *de probat. concl. 211. & 816. & 888.* Sanch. *d. lib. 7. disput. 92. cum sequentibus* Gutier. *d. tract. cap. 112.* Aegid. *de Sacram. & cens. tom. 2. disp. 31. dub. 7.* Basil. Ponc. *d. tract. cap. 31. & 32.* Bonac. *d. punc. 13. à princ.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Conciliatio huius tex. & cap. laudabilem inf. hoc tit. vbi tractetur ostenditur.*
3 *Mulier, quæ tempore Matrimonij virgo erat, & statim proclamat viri impotentiam, audienda est, quamuis ipse vir impotentiam neget.*
4 *Matrimonium iam contractum dissoluitur propter impotentiam coeundi.*
5 *Vxor viro parere debet.*
6 *Accusatio illius redditur suspecta quando multum stetit ad accusandum.*
7 *Dolus præsumitur ex tarditate.*
8 *Mulier quando fatetur impedimentum, & vir negat, & Matrimonij initio nihil illa proclamauit non est audienda aduersus Matrimonium.*
9 *Maleficij ratione separato Matrimonio conceditur vtriq; coniugi licentia ad aliud transeundum, & eo inito non est prius restaurandum.*
10 *Vicarius Episcopi de causis Matrimonialibus cognoscere potest.*

Cap. Accepisti. I.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. And. Host. Henric. Butr. Anchar. Panor. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuia. *in rationali lib. 4. Iur. Pontif. pag. 88.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 590.* desumitur ex Burchardo *lib. 19. Decretor. cap. 5. tit. de dissidio coniugij vers. accepisti.* & refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 16. cap. 1.*

2 Circa intellectum huius tex. quatenus probat viro post mensem, aut trimestre, aut annum ab inito Matrimonio fatenti propriam frigiditatem, vxoreq; eandem affirmante, si ea per verũ iudicium probari valeat statim dissolui posse Matrimonium, & conciliationem alterius *in cap. laudabilem inf. hoc tit.* requirentis esse expectandum triennium vbi clare non constat de frigiditate dicam commodius ad *d. c. laudabilẽ.*

3 *Si aũt statim in ipsa nouitate, &c.*

Nota-

Notatur ad hoc quod mulier, quæ tempore Matrimonij virgo erat, & statim proclamat viri impotentiam, nempe post mensem, aut bimestre, audienda est, quamuis vir impotentiam neget, & si ea probetur per rectum iudicium dissoluetur Matrimonium. Ita Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp.* 109. *n. 16. cum seqq.* vbi *nu.* 18. refert hoc non procedere quando mulier initio Matrimonij proclamans erat tempore contractus corrupta, quia tunc audienda non est, licet intra octo dies proclamet, nisi vir conuincatur impotens per aspectum.

4 *Separari potestis.* Notatur ad hoc quod propter impotentiam coeundi Matrimonium iam contractum dissoluitur, vt per Farin. *in praxi criminali par. 5. q.* 143. *num.* 6. Bonac. *de Matrimon. q. 3. punc.* 13. *nu.* 12.

5 *Eo quod caput es mulieris.* Notatur ad hoc quod vxor viro parere debet, vt per Tiraq. *l. 1. connubiali glos.* 1. *par.* 1. *nu.* 21. vbi etiam refert ideo prohibitum esse ne mulieres comam amputarent vt mariti quicquam in eis inuenirent vnde possent vxores trahere, & ligare, Couar. *de sponsal. par.* 2. *cap.* 7. *nu.* 4. D. Barbosa *in l. maritum nu.* 53. *ff. solu. Matrim.*

6 *Quia si proclamare valuit, cur tandiu tacuit?* Hinc nota quod si accusator multum stetit ad accusandum tunc eius accusatio redditur suspecta, vt per Hippol *cons.* 82. *n.* 47. *& cons.* 111. *nu.* 8. *&* 9. *& cons.* 117. *n.* 45. Flores ad Gamam
7 *decis.* 143. Nam ex tarditate dolus præsumitur vt per hunc tex. dicit Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *q.* 46. *nu.* 103.

8 *Illa autem si prior, &c.* Notatur ad hoc quod quando mulier fatetur impedimentum, & vir negat, nec illa Matrimonij initio proclamauit, minime audienda est proclamans aduersus Matrimonium, sed eius petitio reijcienda est, ac fides habenda viro fatenti se consumasse Matrimonium, vt per Sanch. *d. disp.* 109. *nu.* 2. *cum seqq.* Basil. Ponc. *de impedimentis Matrimonij cap.* 22. *§.* 6. *vers. Verum.*

9 In glos. [Reparare,] Notatur ad hoc quod separato Matrimonio ratione maleficij conceditur vtriq; coniugi licentia ad aliud transeundi, *l.* 5. *& Vlt. in fin. tit.* 8. *par.* 4. Petr. de Ledesma *de Matrim. q.* 58. *art.* 2. *paulo ante primum dubium*, Vega *tom.* 2. *sum. cap.* 34. *casu* 108. Henriq. *in sum. lib.* 12. *cap.* 8. *num.* 2. Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 99. *nu.* 23.

10 In glos. [Missum.] Notatur ad hoc quod Vicarius Episcopi de caussis Matrimonialibus cognoscere potest: ita Sbroz. *de officio Vicarij lib.* 2. *q.* 44. *in fine*, Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *disput.* 29. *nu.* 18. & alij citati per me *de officio & potestate Episc. par.* 3. *alleg.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Impotentia coeundi dirimit Matrimonium.*
3 *Potentia generandi in dubio præsumitur, & qui allegat contrarium debet probare.*
4 *Eunuchi, qui sana & integra habent virilia si altero carent testiculo apti sunt ad Matrimonium.*
5 *Hermaphroditus quando & quo sexu Matrimonium contrahere possit, ostenditur.*
6 *Senes decrepiti an sint apti ad contrahendum Matrimonium ostenditur.*
7 *Generandi potentia secundum Iuris præsumptionem terminatur in homine in anno* 60.
8 *Generãdi terminus vltimus in fœminis est annus* 50.

Cap. Quod sedem. II. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Io. Andr. Host. Henr. Butr. Anch. Panorm. Præpos. Cened. *collect.* 18. Alexan. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag.* 91. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 590. refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib 4. tit. 16. cap.* 3. & est post Conc. Lateranen. sub Alex III *par.* 50. *c.* 28.

2 Probat hic tex impotentiam coeundi dirimere Matrimonium, quod DD. infra citandi extendunt, vt etiam Iure naturæ impotentia dirimat Matrimoniũ, ex ea scilicet ratione, quia ad valorem Matrimonij requiritur vt coniuges vna caro fieri possint (duo enim dicuntur in carne vna) sed cum impotentia perpetua non possunt fieri vna caro, ergo non est validum Matrimoniũ cum impotentia perpetua, ita Petr. de Ledesma *de Matrimon. q. 58. art. 1. dub. 7. circa solutionem ad septimum principale concl.* 1. Valent. *p. 4. disp. 10. q. 5. punc. 3. tit. de impot. vers. constat autem*, Spin. *in speculo testam. glos. 15. princip. nu.* 96. Aloys. Ricci *in collect. decis. par. 2. collect.* 284. Viui. Neapol *decis.* 272. Gutier. *canon. lib. 1. c. 16. n.* 12. Nauar. *cons. 39. n. 1. sub tit. de spons. & cons. 3. nu. 5. &* 10. *sub hoc tit. in antiq.* D. Barbosa *in l. 1. ff. sol. Matrim. p. 1. n. 90. & seq.* Henriq. *in sum. lib. 12. cap. 7. nu.* 5. Basil. Ponc. *de imped. Matrim. cap. 32. §.* 2. Sanch. *de Matrim. lib. 3. disput.* 98. Gutier. *eod. tract. cap. 112. à prin.* Bonac. *eod. tract. q. 3. punct. 13. nu.* 12. Aegid *de Sacram. & cens. tom. 2. disp. 31. dub 7. nu.* 77. Valer. Reginal *in*
3 *praxi fori pœnit. lib. 31. n.* 99. Et in dubio potentia generandi præsumitur, & qui allegat cõtrarium debet probare ex Surd *decis. 83. nu.* 5. Triuis. Venetiæ *decis.* 29. quem refert Aloys. Ricc. *d. collect.* 284. *in fine.*

4 *Sic qui impotentes sunt.* Eunuchi, qui sana & integra habẽt virilia, si altero carent testiculo apti sunt ad Matrimonium, quia verũ semen, idoneũq; generationi emittunt, testiculus enim ille potest ministerium generationi necessarium exercere ita Petr. Greg. *syntagmat. Iuris lib. 7. c. 2. nu.* 18.

n. 18. Sanch *d. lib. 7. disp. 92. nu.* 14. Si tamen vtroq; testiculo orbati sint Matrimonij sũt incapaces, quia verum semen emittere non possunt, vt declauit Sixtus V. in quodam Motu proprio incipien. Venerabilis frater de anno 1587. quem referunt Petr. de Ledesma *d. q. 58. art. 1. dub. 3. circa solutionem ad 3. principale*, Gregor. *l. 6. verbo castrado tit. 2. part. 4.* Gutier. *d. cap. 16. cap. 16. sub n.* 18. Steph. Quaran. *in sum. Bullarij verbo Matrimonij impedimenta, in fin.* & resoluunt Franc. Marc. *Delphin. decis. 677. num. 6.* Fr. Emman. *in sum. tom. 1. cap. 235. concl. 2. n. 2.* Viual. *in candelab. aur. p. 1. tit. de Matrim. n. 237.* Henriq. *d. lib. 11. cap. 10. n. vltimo, & lib. 12. cap. 8. n. 1.* praxis Episcop. *p. 2. verbo Matrimonium*, Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 2. cap. 9. in fine*, Sanch *d. disp. 92. n. 17. cum seqq.* Gutier. *d. cap. 112. n. 11.*

5 Hermophroditus, in quo præualet vnus sexus, inualide contrahit Matrimonium iuxta sexum inferiorem: in illo vero casu in quo sexus est æqualis, & neuter præualet, potest hermophroditus eligere quem sexum ipse voluerit, & secũdum illum contrahere Matrimonium; vide Henriq. *in sum. lib. 14. cap. 8. n. 6.* Vgolin. *de irregularit, cap. 48. §. 1. n. 3.* Sanch. *d. lib. 7. disp.* 106. Aegid. *d. disp. 31. dub. 7. n. 89.* Gutier. *de Matrim. cap.* 119. Bonac. *d. punc. 13. n. 26. & 27.*

6 Senes adeo decrepiti, & exhausti, vt omnino impotentes sint ad copulam habendam, nec iudicio medicorum iuuari arte possunt, incapaces sunt Matrimonij, vide tamen Gaet. *in repet. cap. ad limina 30. q. 1. §. 4. q. 220. n.* 521. Couar. *de spons. p. 2. cap. 8. §. 2. n. 10. vers. 9.* Greg. *l. 1. in fine tit. 8. part. 4.* Viual. *d. tit. de Matrim. n.* 238. Petr. de Ledesma *d. q. 58. art. 1. dub. 4. circa solutionem ad quartum in fin.* Matien. *in rub. tit. 1. glos. 1. nu. 193. lib. 5. nouæ recopil.* Pineda *in vita Diui Io. Baptistæ lib. 1. art. 2. cap. 6. pag.* 85. D. Barbosa *in l. 1. ff. sol. matr. p. 1. n. 94.* Nauar, *cons. 39 n. 15. & 18. sub tit. de spons. in antiq. & cons. 4. n. 15. & 18. sub tit. de desponsat. impub. in nouis* Henriq. *lib. 12. cap. 7. n. 3. in comento lit. X.* Sanch. *d. disp. 92. n. 20. cum seqq.* Gutier. *d. cap. 112. n. 12. cum seqq.* Bonac. *d. punc. 13. n.* 18. plures ex antiquioribus refert Cened. *ad Decretal. collect. 38. n. 1.*

7 Curiose Surd. *decis. 83. n. 9.* dicit quod generãdi potentia secundum Iuris præsumptionem terminatur in homine in anno sexagesimo. & *n.* 19. quod filius præsumitur adulteri quando maritus est adeo senex, vel infirmus: attento enim naturali generaudi statu sexagesimus annus est iam communiter viris terminus generandi, & si contrarium contingat accidenti potius, quàm naturæ tribuendum est, *gl. verbo sexagenaria in l. si pater familias §. vlt. ff. de adoption.* Menoch. *de arbitr. casu 89. n. 58. & de præsump. lib. 6. præsump. 49. n. 29.* Mascard. *de prob. concl. 1152. n. 6.* Sanch. *d. lib. 7. disput. 32. n. 16. prope finem.*

8 In fœminis vltimus gignendi terminus est annus quinquagesimus, itaut mirabile, & rarum in hac ætate gignere appellarit *tex. in l. si maior. 12. C. de legitimis hæred.* vide Tiraq. *l. 8. connubiali glos. 1. p. 6. n.* 22. Vezin. *tom. 2. commun. opin. lib. 8. tit. 30. de adop. n.* 6. Menoch. *de præsump. lib. 5. præsump. 24. n. 4. cum seqq. & lib. 6. præsump. 42. n. 29. & præsump. 53. n. 17.* Cald. Pereira *de potestate eligendi cap. 4. n. 6.* Sanch. *d. disp. 32. n. 16. in fine*, Pineda *d. cap. 6.*

9 An separato Matrimonio ob impotentiã copulæ sint restituenda iocalia? affirm. Caualcan. *decis.* 18. quem refert Aloys. Ricc. *d. collect.* 284.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Impotentia perpetua superueniens Matrimonio non consumato illud non dirimit.*

Cap. Ex litteris. III.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarell. Io. Andr. Host. Henric. Butr. Anch. Panor. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag.* 92. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 591. refertur ab Anton. Aug. *collect. 2. Decretal. lib. 4. tit. 9. c. 1.*

2 *Tam grauem infirmitatem contraxit, &c.* Ego impotentia perpetua superueniens Matrimonio non dum consumato illud dirimit, vt per Gratian. *in sum. ad fin. 33. q. 1.* Alberic. *in suo dictionar. lit. I. verbo impedimentum* 15. Iacob. Sprenger *in malleo malefic. p. 1. q. 8. ad fin.* Alex, Carrer. *de spons. lib. 5. cap.* 18. Cæterum verissima sententia est Matrimonium ratum non dirimi per quamcũque impotentiã superuenientem, vt docet Greg. *l. 4. verbo non se de faze tit. 8. part.* 4. Viual. *in candela. p. 1. de Sacram. tit. de Matrim. n.* 206. Gaeta *in repet. cap. ad limina 30. q. 1. §. 4. q. 18. n 329. & q. 234. n.* 537. Petr. de Ledesma *de Matrim. q. 58. artic. 1. in dubio circa solutionem ad sextum*, Tolet. *in instruc. sacerd. lib. 7. c. 12. n.* 4. Matien. *in rub. tit. 1. glos. 1. n. 192. lib. 5. nouæ recopil.* Henriq. *in summ. lib. 11. cap. 16. n. 7. & lib. 12. cap. 8. n.* 3. Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 102. n.* 3. vbi *n.* 4. in fine respondet cum *glos. hic verbo contraxit*, tex. in præsenti loqui quando impotentia præcessit Matrimonium, vt constat ex illis verbis, si vitium illud mulier à natura contraxit.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Impotentia perpetua vtrique coniugi nota dirimit Matrimonium.*
3 *Declarantur verba tex. ibi, vt quos tanquam, &c.*

Cap.

Cap. Consultationi. IV. *Luc. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarel. Ioann. Andr. Host. Henr. Butr. Anch. Panor. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag. 92.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 591.* refertur ab Ant. August. *collect. 2. Decretal. lib. 4. tit. 9. c. 2.*

2 *Quod licet incredibile videatur, &c.* Notatur ad hoc quod impotentia perpetua vtrique cõiugi nota dirimit Matrimonium: nam tex. in præsenti loquitur manifestè de contrahente scienter cum arcta, vt ait hic Innoc. *n. vnico*, & constat ex cõtextu, quare per hunc textum ita tenẽt hic Butr. *n. 2.* Panor. *n. 2.* Alex. de Neuo *n. 2. & 3.* Præpos. *n. 1. opposit. 2.* Greg. *l. 1. verbo marido tit. 9. partit. 4.* Petr. de Ledesma *de Matri. q. 58. art. 1. in difficul. prin.* Vega *to. 1. sum. cap. 34. casu 113.* Gaeta *in reper. cap. ad limina 30. q. 1. §. 4. q. 228. n. 531.* Valent. *4. p. disp. 10. q. 5. vbi de impotentia vers. ex quo fundamento,* Nau. *in man. cap. 22. n. 60. & cons. 3. n. 3. sub hoc tit. in nouis* Tolet *lib. 7. sum. cap. 12. n. vltimo,* Fr. Emman. *in sum. to. 1. cap. 235. n. 1.* Hẽriq. *in sum. lib. 11. cap. 10. in commento prope fin. & lib. 12. cap. 8. n. 1.* Matien. *in rub. tit. 1. glos. 1. n. 196. lib. 5. nouæ recopil.* D. Barbosa *in l. 1. ff. sol. Matrim. p. 1. n. 92.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 97. nu. 2.* Basil. Ponc. *de imped. Matrim. cap. 32. §. 5. in princ.* plures ex antiquioribus refert Cened. *ad Decretal. collect. 38. n. 2.*

3 *Vt quas tanquam vxores habere non possunt, habeant vt sorores.*

Phrasis hæc Pontificum multos fefellit cum existimauerint significare Matrimonia rescindi, tantumq. relinqui cõiunctionem aliquam, & cohabitationem ciuilem. Cæterum ignorantia antiquitatis lapsi sunt, hac enim formula tantum significatur coniuges illos non daturos operam ijs actibus, quos licitos efficit maritale consortium inter eos, qui obeundo muneri potentes sunt, sed castè victuros, acsi cum sorore versarentur manente tamen vinculo coniugij. Id imprimis satis liquido constat ex tex. *in cap. requisisti 33. q. 1.* quod ex Epistola Gregorij ad Episcop. Rauennatẽ scripta desumptum est cum dicat; si nolit eam habere quasi sororem retinaculum coniugij rescindendum esse. Ergo vt sororem habere non est sublato Matrimonij vinculo in eadem domo simul habitare, & caste viuere, aliàs non esset rescindendum vllum retinaculum coniugij. Sed & huius phrasis sensum esse quem diximus, confirmatur amplius ex Hieronymi Epistola ad Rusticum, qua dicit, narrauit mihi vxor quondam tua nunc soror atque conserua, quod iuxta præceptum Apostoli abstinueritis vos ex consensu ab opere nuptiarum, vt vacaretis orationi &c. pluresq. alias auctoritates ad hoc comprobandũ adducit Basil. Põc. *d. §. 5. vers. sed fefellit.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Conciliantur tex. in præsenti & cap. 1. sup. hoc tit.*
3 *Impotentia illa censetur perpetua, quæ nulla arte humana absque corporali periculo remoueri potest.*
4 *Matrimonium initum cum ita impotenti aut arcta vt tali defectui absque miraculo subueniri non possit, est tanquam irritum dissoluendum.*
5 *Miraculose fieri dicitur id quod fit modo extraordinario, & consueto.*
6 *Matrimoniũ ratione frigiditatis viri dissolutum instaurandum est si postea contingat frigidum illum alium Matrimonium contraxisse, & consumasse.*
7 *Impotentes si inueniantur ad copulam qui pueri Matrimonium contraxerunt expectandum est vsque ad plenam pubertatem.*
8 *Triennium de quo in hoc tex. quando incipiat, & an debeat esse continuum, ostenditur.*
10 *Quare desideretur in præsenti vt iuret septima manus propinquorum, &c. ostenditur.*
11 *Copula coniugalis, cuius impotentia impedit Matr. validitate debet esse cũ emissione seminis intra vas.*
12 *Iuramenti ad essentiam nõ requiritur contactus alicuius rei sacræ.*

Cap. Laudabilem. V. *Cælest. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Præpos. Alexand. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag. 93.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 591.* refertur ab Ant. August. *collect. 2. Decret. lib. 4. tit. 9. cap. 3.*

2 Probat hic tex. vbi clare non constat de frigiditate, expectandum esse triennium experiẽtiæ, in quo contradicere videtur decisioni tex. *in cap. 1. sub hoc tit. statim in princ.* decidenti viro post mensem, aut trimestre, aut annum ab inito Matrimonio fatenti propriam frigiditatem vxoreq. eandem affirmante, si ea per verum iudicium probari valeat, dissolui posse Matrimonium; illa est communis ad hos tex. conciliatio, & in hac materia vera resolutio, quod scilicet tex. in præsenti cohabitationem triennalem requirens, sit intelligendus vbi frigiditas, & impotentia per alia signa vrgẽtia videri, aut probari non potest, At vero *d. cap. 1.* procedit quando impedimentũ frigiditatis est naturale, & visibile vt sensu oculorum percipi poßit à medicis, vt si membrum virile sit sectũ, vel aridũ, aut quid simile, & tunc statim fit separatio Matrimonij nõ expectata habitatione per triẽniũ, & pro clariori prædictorũ declaratione Domini de Rota *decis. 695. n. 1.* apud Farin. *p. 1. recent.* constituerunt impedimẽta naturalia posse considerari in triplici differentia, vt scilicet quædã necessario, & euidenter concludãt im-

impotentiam, alia verosimiliter, alia dubie & præsumptiue: & ita quando impotentia coeundi est euidens & necessaria deueniendum est ad separationem absq; alia cohabitatione triennali, & absque alio iuramento: si vero est verosimilis sufficit iuramentum coniugum super impossibilitate coeũdi, & septima propinquorum manus, &c. si vero est dubia, & præsumptiua tunc requiritur cohabitatio triennalis; qui vero ad satietatem scire voluerit quid de hac materia censeant Doctores consulat Mascard. *de probat. concl.* 311. *nu.* 3. & 4. & *concl.* 816. *nu.* 5. *cum seqq.* & *concl.* 888. Nauar. *cons.* 1. *sub hoc tit. in antiq.* Seraphin. *decis.* 688. *nu.* 2. & 5. Marc. Ant. Genuens. *in praxi Archiepis. Neap. cap.* 85. Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *disput.* 108. Gutier. *eod. tract. c.* 121. Farin. *par.* 4. *decis.* 75. & *nouiss. Rota decis. in prima collec. decis.* 284. & 266. vbi *nu.* 5. & 6. habetur quod quando vitium frigiditatis, & impotentiæ non est visibile, ita vt sensu oculorum percipi possit, & negatur per alterum ex coniugibus impotentia, tunc dispositio huius tex. est de solemnitate probatoria, eamque obseruari est necesse, cum fieri possit vt tale impedimentum non sit naturale, sed temporale proueniens ex aliquo maleficio, & sperari possit quod acta pœnitentia Deus misertus coniugum tale impedimentum sit sublaturus.

3 *Quod impedimentum illud non erat perpetuum, &c.* Notatur ad hoc quod ea impotentia censetur perpetua, quæ nulla arte humana absque corporali periculo remoueri potest, docent Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *q.* 118. *vers. secunda*, Henriq. *lib.* 12. *cap.* 7. *nu.* 5. & 8. Aegid. *de Sacram. & cens. tom.* 2. *disp.* 31. *dub.* 7. *nu.* 85. Bonac. *de Matrim. q.* 3. *punct.* 13. *num.* 1. vbi *nu.* 2. resoluit illam etiam dici impotentiã perpetuam, quæ non potest auferri absque arte magica, vel sine peccato, & *nu.* 3. illam esse asserit impotentiam perpetuam, quę solo miraculo potest auferri, late Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 93. nu. 7.
4 vbi *nu.* 8. resoluit Matrimonium initum cum ita impotenti viro, aut cum muliere sic arcta, vt illi defectui absque miraculo subueniri non possit, esse tanquam irritum dissoluendum, quamuis ante dissolutionem iam per miraculũ cessauerit impotentia illa. Dicitur autem per
5 miraculum fieri id quod fit modo extraordinario, & insueto, & hoc diligenter aduertendum est propter maleficium, quod licet auferri non possit nisi per orationes, non tamen dicitur auferri per miraculum, cum auferatur modo consueto: sicut etiam remissio peccatorum, quæ obtinetur per Sacramenta non dicitur effici miraculosa, cum efficiatur modo consueto, quamuis fiat virtute supernaturali, ita Aegid. *d. n.* 85. Bonac. *d. punct.* 13. *nu.* 4. Gutier *d. c.* 112. *nu.* 22. & alij per eos citati.

6 *Verum si illa aliam duxerit, &c.* Notatur ad hoc quod dissolutum Matrimoniũ ratione frigiditatis viri instaurandum est si postea contingat frigidum illud ad alias nuptias transire, quod intelligendum est si constet posterius Matrimonium consumatum esse, vt per Sanch. *d. lib.* 7. *disput.* 99. *num.* 3. *cum seqq.* vbi *nu.* 7. resoluit quod vt restauretur prius frigidi Matrimonium tanquam validum, non sufficit nec desideratur frigidum ad alias nuptias transijsse, sed legitime probandum est eum posteriores nuptias consumasse, aut fornicatum fuisse, & *num.* 13. quærit qualis probatio plena possit haberi consumationis posterioris Matrimonij, seu copulæ fornicariæ frigidi, vt sic instauretur prius Matrimonium.

7 *Frigidis, &c.* Aduerte quod quando puer 14. anno completo, vel fœmina 12. adhuc inueniuntur impotentes ad copulam, expectandum est vsque ad plenam pubertatem, quæ fœminis 14. ætatis anno, & viris 18. contingit; quod quidem nihil obstat textui in præsenti, ille enim procedit quando coniecturari potest ex frigiditate, aut alio impedimento impotentiam consurgere, non quando ex ætatis imbecillitate prouenit, quia tunc æquitas suadet eam ætatem expectãdam esse, in qua perfectum robur comparat natura, ita Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 104. *num.* 16. *cum seqq.*

8 *Habitent per triennium.* Illud in præsenti aduertendum est triennium huiusmodi incipere die copulæ attentatæ, quando impotentia prouenit ex frigiditate, vel maleficio; quando vero prouenit ex arctatione incipit quando incipiunt remedia adhiberi, vide Henriq. *lib.* 12. *cap.* 8. *nu* 1. Marc. Ant Genuens *d. cap.* 85. *nu.* 2. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *nu.* 107. Basil. Ponc. *d. cap.* 22. *in fin.* Bonac. *d. punc.* 13. *nu.* 21. Gutier. *de Matrim. cap.* 121. *n.* 4. Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 110. *num.* 4. & *num.* 10. resoluit hoc triennium incipere à plena pubertate, de quo etiam Valer. Reginal. *d. n.* 107. *vers. tertio*, quod quidem triennium non requiritur ita continuum, vt sponsi die ac nocte cohabitauerint, sed sufficit si maiore anni parte cohabitauerint, vide Henriq. *lib.* 12. *cap.* 7. *nu.* 2. Valer. Regin. *d. nu.* 107. *vers. tertio*, Aegid. *d. disput.* 31. *dub.* 7. *nu.* 83. Bonac. *d. punct.* 13. *nu.* 21. Sanch. *d. lib.* 7. *disput.* 111. *à princ.* vbi *nu.* 6. declarat supplendum esse tempus interpellatum quando arbitrio prudentis fuerit notabile.

9 *Et iuxta decretum Gregorij.* Ad Ioannem Rauennatem Episcopum vt referunt Burchar. *lib.* 9. *decret. cap.* 40. Iuo *par.* 8. *cap.* 178.

10 *Cum septima manu propinquorũ.* Ideo vltra triennium illud & iuramentum vtriusque coniugis fatentis impedimentum, desideratur vt septima manus propinquorũ iuret, vel

vel vicinorum bonæ famæ si propinqui desucrint, quia huiusmodi iuramentum petitur eo quod posset esse collusio inter coniuges, & vt cautiori diligentia adhibita dissolutio Matrimonij fiat, ita docent Greg. *l. 6. in fine tit.* 8. *part.* 4. Nauar. *conf.* 1. *num.* 3. *sub hoc tit.* Mascard. *de probat. conclus.* 816. *num.* 8. Fulu. Pac. *eod. tractat. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 24. Valer. Reginal. *d. lib.* 31. *num.* 107. Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 108. *num.* 7. *& num.* 12. tenet quod si tot testes haberi nequeant sufficient pauciores arbitrio iudicis, Basil. Ponc. *d. cap.* 22. *§.* 6. *vers. sed addendum*, vbi aduertit quod si postea vir inueniatur non esse frigidæ naturæ, nequaquam sunt periurii Rei testes illi, qui solum de credulitate deposuerunt, sunt tamen Rei periurij ipsi coniuges, & de illis tantùm accipiendum, quod habetur in præsenti.

11 *Quod nunquam per carnis copulam vna caro, &c.* Notatur ad hoc quod ad copulam coniugalem, cuius impotentia impedit Matrimonij validitatem, requiritur, vt sponsus intra vas sponsæ seminet, seù in illud semen virile effundat, vt per Valer. Reginal. *d. lib.* 31. *nu.* 101.

2 *Tactis sacrosanctis Euangelijs.* Aduerte quod quando pro iuramenti forma requiritur Euangeliorum tactus, nec Iuri satisfit, nec valet actus quoad Iuris effectus præstito iuramento absque eo tactu, Sanch. *d. disput.* 108. *num.* 14. vbi in fine asserit consuetudine præscriptum esse id iuramentum super Cruce præstari, quamuis Euangelii tactus Iure petaturnã in Iuramenti forma cuiusq; prouinciæ morem seruari debere rectè notat Panorm. *in cap. tuis nu.* 7. *sup. de testibus*, & ita iam in Italia ex antiqua consuetudine sufficit ipsius Notarij scripta manu tangere, vt ex Panorm. *d. loco* aduertit Farin. *in praxi crim. p.* 2. *q.* 74. *num.* 22. & vbiq; seruari vt sacerdotes manu pectori admota iurent se vt sacerdotes veritatem dicturos, ex Grauat. ad Vestr. *lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 41. tradit Farin. *d. q.* 74. *nu.* 82. Nam ad essentiam iuramenti non desideratur contactus alicuius rei sacræ vt Crucis, Euangeliorum, &c. si expressè id pro forma iuramenti non requiratur; Vide Couar. *in cap. quamuis pactum par.* 1. *§.* 1. *num.* 1. Ceual. *comm. contra commun. q.* 407. Christoph. de Pace *in scholijs ad leges styli l.* 240. *à princ.* Nicol. Garc. *de benef. p.* 5. *cap.* 4. *num.* 171. Valer. Reginal. *in prax. fori pœnit. lib.* 18. *cap.* 1. *num.* 10. Sanch. *in pracepta Decalogi lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Matrona, quæ adhiberi, debent in terminis huius tex. debent esse de parochia, & peritiores quantum fieri potest.*
3 *Impotentia temporalis ad copulam non reddit irritum subsequens Matrimonium.*
4 *Impotentia quantumuis ignorata minime obstat valori Matrimonij.*
5 *Impedimentum perpetuum censetur ad dirimendum Matrimonium quod per opus humanum absque peccato auferri nequit.*
6 *Mulier ob impotentiam prioris viri cum secundo contrahens præsumitur cognita à priori si à secundo cognoscatur, & vterq; vir similis esset ætate, robore, ac membro virili.*
7 *Matrimonium prius non restauratur ratione arctitudinis fœmina dissolutum quando per concubitum propry prioris viri nequit reddi apta copula cum illo, quamuis per concubitum cum altero apta fit.*
8 *Sententia, quæ per euidentiam facti nulla est nunquam transit in rem iudicatam.*
9 *Sententia vitiatur & est nulla si iudex in ea referat se expressè ad acta, & ex illis appareat de errore ipsius iudicis.*
10 *Finis ipse declarat qualis sit res censenda.*
11 *Diuortium quoad thorum & cohabitationem celebrare licet ratione fornicationis admissæ à coniuge præsumpto impotente, & ob id separato, quamuis errore prioris sententia detecto restaurandum sit Matrimonium quoad vinculum.*
12 *Dictio, ammodo, quid significet, ostenditur.*
13 *Periculi corporalis nomine intelligitur periculum probabile vitæ, aut grauis morbi secundum vnam opinionem, sed solius mortis secundum alteram veriorem.*
14 *Impotentiam quæ signa necessario, & euidenter ostendant.*
15 *Maleficij ratione dissoluto Matrimonio si maleficiatus aliud ineat, & eandem vxorem cum qua maleficiatus fuerat, & disiunctus fornicariè cognoscat, tunc instaurandum est Matrimonium cum illa.*
16 *Matrimonij prioris, quando inuenitur error dissolutionis altero coniugi professo, aut profiteri volenti nulla est facienda restitutio, si consumatum non sit Matrimonium, intellige & declara prout ibi.*
17 *Matrimonium dissolutum ob viri impotentiã quando possit instaurari, ostenditur.*
18 *Sententia Matrimonij non transit in rem iudicatam à qua decennio appellatum non est, vel duplici sententia confirmata.*

Cap. Fraternitatis. VI. *Innoc. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anch. Panorm. Præpos. Casal. *in annot.* Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 94. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 591. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 4. *cap. vnico, sub tit. de impotentia coeundi.*

2 *Quasdã matronas suæ paroch. etc.*

Notatur ad hoc quod matronæ in hoc casu debent esse de parochia, quia præsumitur eas habituras pleniorẽ notitiam, vt per Sanch. *d. lib. 7. disputat.* 113. *num.* 2. vbi cum Host. & Præpos. addit quærendas esse matronas peritiores in quantum fieri potest, quamuis non sint ex parochia.

3 *Quamuis igitur, &c.* Notatur ad hoc quod impotentia temporalis ad copulam non reddit irritum subsequens Matrimonium, vt per Valer. Regin. *in praxi fori pœniten. lib.* 31. *num.* 100. Gutier. *de Matrimon. cap.* 112. *num.* 4. Bonac. *eod. tract. q.* 3. *punc.* 13. *num.* 12. *vers. dixi impotentia*, Sanch. *d. lib.* 7. *disput.* 92. *num.* 2. vbi *nu.* 4.
4 tenet impotentiam quantumuis ignoratam minime obstare valori Matrimonij.

5 *Per opus humanum.* Intellige de opere humano licito, quia censetur impedimentum perpetuum, ac proinde ob illud dirimitur coniugium, quando per opus humanum absque peccato auferri nequit: Ita Greg. *l.* 3. *verbo del segundo tit.* 8. *partit.* 4. Petr. de Ledesma *de Matrim. q.* 58. *art.* 1. *paulo post principium*, Fr. Emman. *in summa tom.* 1. *cap.* 233. *concl.* 3. *num.* 3. Henriq. *lib.* 12. *cap.* 7. *num.* 4. *& num.* 9. *& cap.* 8. *nu.* 2. Sanch. *d. lib.* 7. *disput.* 93. *nu.* 9. Valer. Reginal. *d. lib.* 31. *nu.* 100.

6 *Cuius simili commisceatur.* Notatur ad hoc quod inspiciendum est an vterque vir similis sit ætate, robore, ac membro virili, & si similes sint præsumitur potuisse quoq; cognosci à priori viro, secus si dissimiles sint, quia prior vir erat senex, vel debilis, vel alium defectum in virili membro patiebatur, posterior autem iuuenis, vel robustior, vel eo defectu membri virilis carebat, vt per Brunel. *de sponsal. concl.* 28. *limit.* 6. *num.* 25. Angles *in florib. Theolog. par.* 1. *tit. de Matrimon. q.* 8. *art.* 1. *dub.* 6. Gregor. *l.* 17. *verb. en membros tit.* 2. *par.* 4. Vega *tom.* 2. *sum. cap.* 34. *casu* 107. Gaeta *in repet. c. ad limina* 30. *q.* 1. *§.* 4. *q.* 222. *num.* 525. Henriq. *in sum. lib.* 12. *cap.* 7. *num.* 9. Matien. *in rub. tit.* 1. *glos.* 1. *n.* 197. *lib.* 5. *nouæ recopil.* Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 39. *nu.* 12.
7 vnde non restauratur prius Matrimonium ratione arctitudinis fœminæ dissolutum quando per concubitum proprij prioris viri nequit reddi apta copulæ cum illo, quamuis per concubitum cum altero apta sit, vt per D. Barbosam ad *l.* 1. *ff. sol. Matrim. par.* 1. *nu.* 95.

8 *Sententiã diuortij per errorẽ, &c.* Notatur ad hoc quod sententia, quæ per euidentiam facti nulla est nunquam transit in rem iudicatam vt per Tiraq. *de retract. lig. §.* 4. *glos.* 1. *n.* 38. *in fine*. Nam si iudex in sententia referat
9 se expresse ad acta, & ex illis appareat de errore ipsius iudicis vitiatur sententia, & est nulla. Turzan. *tom.* 2. *commun. opinion. lib.* 7. *tit.* 8. *nu.* 11. *pag.* 142. Tiraq. *de iure mariti glos.* 7. *num.* 184. Duen. *reg.* 246. Gam. Lusit. *decis.* 110. *num.* 42. Menoch. *cons.* 110. *num.* 67. *& cons.* 345. *num.* 35. Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 103. *à num.* 18.

10 *Nouimus esse prolatam.* Quia finis ipse declarat qualis sit res censenda vt per Tiraq. *de retract. lig. §.* 1. *glos.* 7. *nu.* 45. Et à fine res denominatur Barthol. Perett. *ad extranag. ambitiosæ, de rebus Ecclesiæ non alien. pag.* 93. *n.* 23. *&* 24. qui refertur *in libello de principijs vtriusque Iuris lit. F, num.* 48.

11 *Nisi se fornicario, &c.* Notatur ad hoc quod ratione fornicationis admissæ à coniuge illo præsumpto impotente & ob id separato, licet alteri, si innocens sit, celebrare diuortium quoad thorum, & cohabitationem, quamuis errore prioris sententiæ detecto restaurandum sit Matrimonium quoad vinculum, ita Sanch. *d. lib.* 7. *disput.* 101. *num.* 3.

12 *Ammodo.* Id est post primum coitum, vt per Panorm. hic *num.* 20. Brunel. *de sponsal. conclus.* 28. *limit.* 6. *n.* 27. Sanch. *d. disp.* 101. *nu.* 11. vbi *nu.* 12. *in fine* dicit quod id importat ammodo, idest, des de luego, absq; alia indagine, vel mora, est separanda à posteriori Matrimonio, quia statim constat id esse irritum, nam si non est arcta valet prius Matrimonium, & sic non posterius, si vero sit arcta, neutrum.

13 *Corporali periculo.* *Glos. hic verbo corporali* tenet nomine huius corporalis periculi intelligi periculum probabile vitæ, aut grauis morbi, quam sequitur Greg. *l.* 2. *verbo grande, tit.* 8. *part.* 4. Matien. *ad rubr. tit.* 1. *glos.* 1. *n.* 97. *lib.* 5. *nouæ recopil.* Sed verius & probabilius est solius mortis periculũ intelligi, vt docent Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 93. *n.* 18. Gutier. *de Matrim. cap.* 112. *nu.* 28. vbi *nu.* 31. resoluit quod mulier arcta tenetur pati incisionem cum molestia, & graui dolore, & cauterio faciendam, non tamen grauissimum morbi incommodum.

14 In glos. [Matronas] Aduerte quod quando signa necessario & euidenter impotentiam concludunt siue viri siue fœminæ, nulla temporis mora expectata, est dissoluendum Matrimonium nullo interueniente iuramento, aut septima manu propinquorũ, vt tenet Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 107. *n.* 3 vbi *n.* 7. resoluit quod signum omnino euidẽs et impotẽtiæ ita vt nec triennium sit expectandum, nec prædicta iuramenta desiderentur, quando mulier est arcta, de quo etiam Mascard. *conclus.* 888. *num.* 4. Henriq. *lib.* 12. *cap.* 7. *num.* 7. Gutier. *de Matrim. cap.* 120. *nu.* 5. *vers. signum.*

15 In glos. [Diuinum.] Notatur ad hoc quod dissoluto Matrimonio ratione maleficij, aut vtriusque, aut alterius coniugis si maleficiatus aliud Matrimoniũ ineat, & eandẽ vxorẽ cũ qua maleficiatus erat, & à qua ratione maleficij dissolutus fue-

fuerat, fornicarie cognoscat, tunc instaurandum est Matrimonium cum illa : vt docent Gregor. *l. fin. verbo, tornar, tit.* 8. *part.* 4. Petr. de Ledesma *de Matrimon. q.* 58. *art.* 2. *paulo ante primum dubium*, Fr. Emman. *in sum. tom.* 1. *cap.* 235. *num.* 3. *conclus.* 3. Sanch. *d. lib.* 7. *disput.* 99. *num.* 25.

16 In glos. [Remaneat.] Notatur ad hoc quod quando inuento errore dissolutionis prioris Matrimonij alter coniux est iam professus, aut vult profiteri, nulla est facienda restitutio, cum iam prius Matrimonium, quod consumatum non erat, dissolutum sit per professionem, iuxta tex. *in cap. ex publico, sup. de conuers. coniugat.* ita Bonac. *d. quaest.* 3. *puncto* 13. *num.* 23. Sanch. *d. lib.* 7. *disputat.* 99. *num.* 37. vbi aduertit maxime attendendum an virgo illa, quam Ecclesia arctam iudicauit, & nunc experientia inuenitur apta priori viro, salua integritate recepit semen illius intra vas, quacunque arte, aut matrice attrahente, tunc enim cum consumatum iam fuerit, minime dissoluetur professione; de quo etiam Henriq. *in sum. lib.* 12. *cap.* 7. *in commento pen.* Quando autem vxore manente in seculo vir iam sacris est initiatus detecto errore sententiae, quae prius Matrimonium dissoluit, vir restituendus est vxori repetenti, quia Matrimonium non est dissolutum : vt per Petr. de Ledesma *de Matrimon. quaest.* 58. *artic.* 2. *dub.* 1. Sanch. *d. disput.* 99. *num.* 39. Bonac. *d. punct.* 13. *num.* 24. Henriq. *d. lib.* 12. *cap.* 8. *num.* 3. vbi limitat nisi vxor fornicata esset, quia tunc ratione fornicationis si vir esset innocens posset illam repellere; deinde idem Henriq. *d. num.* 3. *in commento lit. L.* limitat nisi impedimentum esset ex maleficio, & transacto triennio atque alijs diligentijs praemissis facta esset Matrimonij dissolutio, quod non approbat *Sanch. d. loco*.

17 In glos. [Fornicario.] ibi *(dicit quod vsque ad tertiam vicem tantum)* Notatur ad hoc, quod quoties foemina à viro separata, quòd ab eo cognosci nequiuit, semel tantum restituenda priori viro propter deceptionem circa impotentiam deprehensam, & cum eo remansura triennio, & si eo tempore cognoscatur firmum manere debet prius Matrimonium, si autem eo triennio cognosci nequeat ab illo, praesumitur saltem vir maleficiatus respectu illius, ac impotens ad illam, ac proinde in perpetuum declarandum est irritum illud prius Matrimonium, ac reddenda est posteriori viro, cui nupserat foemina illa: vt per Brunell. *de sponsal. conclus.* 28. *limit.* 6. *num.* 25. Gaeta *in repet. cap. ad limina* 30. *quaest.* 1. §. 4. *quaest.* 231. *num.* 534. Sanch. *d. lib.* 7. *disput.* 99. *num.* 34. vbi *num.* 35. idem resoluit quando ratione frigiditatis viri aut maleficij existimati alterutrius coniugis generalis respectu omnium, separatum est Matrimonium, & postea experientia compertum est eum virum aliud iuisse ac consumasse Matrimonium, aut fornicatum esse, in quibus casibus prius Matrimonium instaurandum est, si enim eo instaurato, & reddita priori vxore huic frigido, vel maleficiato non potuerit triennio illam cognoscere separabitur iterum Matrimonium absque restitutionis spe.

18 In ead. glos. ibi *(quoniam duae tantum sententiae, &c.)* Notatur ad hoc quod sententia Matrimonij non trãsit in rem iudicatam à qua decennio appellatum non est, vel duplici sententia confirmata ad hunc sensum quin per viam querelae possit contra eam allegari, vt per Couar. *de sponsal. par.* 2. *cap.* 8. §. 12. *vers. sententia vero*, Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 100. *nu.* 4.

SVMMARIVM.

1. *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2. *Impotentiam alterius coniugis integrum est coniugi quocunque tempore transacto allegare.*
3. *Declaratur tex. in praesenti.*
4. *Virgo an sit mulier vel potius corrupta probatur per inspectionem obstetricum & matronarum.*
5. *Matronae, quae inspicere debent an mulier sit virgo vel corrupta, debent esse honestae, & bonae famae.*
6. *Deponentes de re aliqua iuxta artis peritiam accusari possunt si veritatem non dicant.*
7. *Triennium in impedimento maleficij à quo tempore computetur, ostenditur.*
8. *Maleficium quando constare non potest an sit perpetuum vel temporale, praesumitur perpetuum.*
9. *Triennium continuum quod dicatur ostenditur.*
10. *Maleficium dicitur quando vir non potest vxorem cognoscere cum possit ad alias accedere, frigiditas vero quoad omnes vniuersalis est.*
11. *Maleficij signum quod sit, ostenditur.*

Cap. Litterae. VII. & fin. Honor. iij.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abbas antiq Innoc. Collect. Zabarel. Io. And. Host. Henric. Butr. Anch. Panor Praepos. Casal. *in annot.* Alex. de Neuo, Ximen Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellae p.* 1. & 2. Viuian *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 94. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 592.

2 *Quod cum octo annis elapsis, &c.* Notatur ad hoc quod integrum est cõiugi quocunq; tempore transacto allegare alterius coniugis impotentiam, vt per Sanch. *de Matrimon. lib.* 7. *disput.* 109. *num.* 14. vbi etiam dicit quod tex. *in cap.* 1. *sup. hoc tit.* negans mulierem audiendam quando non statim proclamat, intelligitur donec triennium transactum sit: tex. vero in praesenti & *in cap. fraternitatis, hoc eodem tit.* concedentes audiendam esse clamantem post nullos annos intelliguntur modo iam triennium transierit.

3 *Vos vero ne id cõfiterẽtur in fraude, &c.* Aduerte Pontificem in præsenti ponderare Mulierem fatentem vna cum viro impotẽtiam, ac lapsis octo cohabitationis annis fuisse inspectam, quia id ad abundantiorem cautelam effectum est, vt sentiunt Panorm. hic *nu.* 10. Zabarel. *nu.* 3. Præpos. *nu.* 3. Alexan. de Neuo *nu.* 15. quos refert Sanch. *d. lib.* 5. *disput.* 108. *num.* 6. Vnde Rota apud Seraphin. *decis.* 688. *à prin.* censuit dispositionem huius tex. non habere locum quando per euidens genus probationis constare potest de frigiditate viri, veluti quando vitium est tale, quod per visionẽ detegi possit, & quoties coniuges fatentur impotentiam, aliàs secus.

4 *A matronis, &c.* Notatur ad hoc quod probatur per inspectionem obstetricum, & matronarum, an mulier sit virgo, an vero potius corrupta, & deflorata, vt per Mascar. *de probat. concl.* 1313. *num.* 5. Farin. *in praxi crim. p.* 4. *decis.* 27. *num.* 2. *vbi addit. lit. A.*

5 *Bonæ opinionis, & fide dignis.* Notatur ad hoc quod matronæ debent esse honestæ, ac bonæ famæ, non leues, aut viles, ne modico pretio subornatæ falsò deponant, vt per Sanch. *d. lib.* 7. *disput.* 113. *n.* 1. vbi *num.* 7.
6 resoluit quod matronæ, ac omnes alij, qui iuxta artis peritiam de re aliqua deponere debent, recusari possunt, de quo etiam Fulu. Pac. *de probat. lib.* 1. *cap.* 47. *num.* 120. Io. Garc. *de expens. cap.* 24. *nu.* 25.

7 *Si constiterit vobis, &c.* Notatur ad hoc quod in maleficij impedimento triennium computatur à die copulæ intentatæ, nec oportet huiusmodi triennium assignari à iudice, nec prius pœnitentiam peragi; nec tex. in præsenti narrans pœnitentiam peccatorum fuisse iniunctam, contrarium decidit, quia factum narrat, nec Ius statuit; imò quando decidit solum petit toto illo octo annorum tempore, ex quo initum erat Matrimonium, triennio continuo coniuges habitasse, vt docent Greg. *l.* 5. *verbo, dar, tit.* 8. *part.* 4. Matien. *in rub. tit.* 1. *glos.* 1. *num.* 203. *lib.* 5. *noua recopil.* Henriq. *in summ. lib.* 12. *cap.* 7. *num.* 2. Sanch. *d. lib.* 7. *disput.* 110. *num.* 5. Quamuis huiusmodi triennium incipere currere à die cohabitationis teneat Menoch. *de arbitr. casu* 519. *num.* 14. *&* 15. vel à tempore assignationis per iudicem factæ asserat Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 56. *nu.* 74.

8 *Infra prædictos octo annos, &c.* Notatur ad hoc quod quando constare non potest perpetuum ne sit, an temporale maleficium, præsumitur perpetuum, ac dissoluetur coniugium quando triennio coniuges dedere operam carnali copulæ, nec perficere potuerunt vt per Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 94. *nu.* 12.

9 *Per continuum triennium.* Intellige ciuili modo, nempe vt toto triennio vacauerint coniuges copulæ debitis horis, & locis; non vero mathematicè, continuò, quia id esset moraliter impossibile, sæpe nanque morbus intermittit tempus illud, & si aliud diceremus impedirentur peregrinationes, aliaque negotia, quibus virum vacare societas, atque gubernatio domestica cogit, ita Sanch. *dict. lib.* 7. *disput.* 111. *num.* 2. *&* 3. Gutier. *eodem tract. cap.* 122. *num.* 7.

10 In glos. [Cognoscendi] ibi (*maleficium quantum ad istam, & non quantum ad alias*) Notatur ad hoc quod maleficium dicitur quando vir non potest vxorem cognoscere, cum possit ad alias accedere, frigiditas vero quoad omnes vniuersalis est, vt per Victor. *in sum. vbi de Matrimon. nu.* 286. Henriq *in sum. lib.* 12. *cap.* 8. *num.* 2. Sanch. *de Matrimon. lib.* 7. *disput.* 94. *num.* 6. vbi etiam asserit maleficij si-
11 gnum esse quando coitum quis appetit, & virgam erigit, itaut ad copulam aptus sit, & cum ad vas fœmineum penetrandum appropinquat relaxantur, ac concidunt subito organa, nec potest complere, atque iterum rigent, & si iterum copulari nitatur, denuo laxantur.

12 In glos. [Septima, fin.] ibi (*tamen si alterum committeretur, &c.*) Hæc glos. cum dicit non sufficere aspectum matronarum nisi etiam concurrat iuramentum septimæ manus propinquorum, subdit valere sententiam altero eorum omisso: si enim intelligatur de matronarum aspectu verum dicit, sed omissio iuramenti septimæ manus propinquorum sententiam reddit nullam: nam in hoc tex. propè finem tradens Pontifex formam dissoluendi Matrimonium ratione impotentiæ, ponit tanquam prærequisitum hoc iuramentum, & cum sit forma probationis Iure præscripta, eius omissio vitiat sententiam, ita Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 108. *num.* 9.

De Matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiæ. Tit. XVI.

SVper hanc rub. scripserunt Zabarel. Io. And. Anch Butr. Panor. Præpos. Alexan. de Neuo, Durand. *in breuiario aureo Iuris Canon. & in speculo Iuris sub hoc tit. lib.* 4 Steph. Ranchin. *in continuat. titulorum Decretal.* Io. de Londris *in breuiario Sanctorum Canonum*, Petrus de Rauenna *in compend. Iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epithom. Decretal.* Dan. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontif. à pag.* 564. Goffred. & Host. *in sum. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Sponsalia per oscula amplexus, & similia signa nequaquam transeunt in Matrimonium.*
3 *Praesentia, & taciturnitas contrahendorũ an sufficiat diꝰ quicunque extranei contrahunt, ostenditur.*
4 *Coniuges ad tempus separandi sunt quando Matrimonium contra prohibitionem ineunt.*

Cap. Litteræ. I. *Alex. iij.*

1 Super hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Præpos. Alexand. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag. 95.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 592.* refertur ab Ant. August. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 17. cap. 2.*

2 *Sape amplexata fuisset, &c.* Notatur ad hoc quod sponsalia, quæ re, & verbis de futuro appellamus, per oscula, amplexus, & similia signa nequaquam transeunt in Matrimonium; vt per Couar *de spons. par. 1. cap. 4. §. 2. n. 2.* Mascard. *de probat. concl.* 1029. Menoch. *de præsump. lib. 3. præsump. 1. nu. 62.* Matiens. *in rub. tit. 1. glos. 1. num. 57. lib. 5. noua recopil.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. comparat. 14. nu. 18.*

3 *A proprio viri sui fratre se desponsari, &c.* Notatur ad hoc quod non est speciale dum parentes pro filijs contrahunt, vt sufficiat præsentia, & taciturnitas, sed idem dicendum est de quocunque extraneo, vt per Fr. Emman. *in sum. cap. 234. num. 4. tom. 1.* & saltem quoad internum forum, in illo enim quicunque respondeat satis esse ad valorem Matrimonij, vel sponsalium, quoad vero forum externum minime sufficere, nisi parentes, aut tutores sint, tenent Viual. *in candel. par. 1. de Sacram. tit. de Matrim. num. 39.* Angles *in flor. Theol. par. 1. q. de essential. Matrimony art. 2. dub. 3.* Petr. de Ledesma *de Matrim. q. 45. art. 2. dub. 3.* Vega *lib. 3. sum. cap. 152.* Henriq. *in sum. lib. 11. cap. 2. num. 6. iuncto commen. lit. P.* Cæterum probabilius est speciale esse in parentibus, vnde si alij respondeant, desiderabitur aliud signum consensum internum exprimẽs vt valeant sponsalia, vel Matrimoniũ, ita Greg. *l. 10. verbo no las puede tit. 1. part. 4.* Couar. *de sponsa. p. 2. cap. 4. in initio nu. 4.* Matien. *in rub. tit. 1. glos. 5. nu. 26. lib. 5. noua recop.* Gutier. *de Matrim. cap. 13. nu. 2.* Sanch. *eod. tract. lib. 1. disp. 23. nu. 7.* vbi n. 15. respondet in hoc tex. adfuisse expressum consensum, vel vltra taciturnitatem interfuisse alia signa tacita consensum exprimentia.

4 *Mandamus quatenus, &c.* Notatur ad hoc quod quamuis causa interdicẽdi Matrimonium sit temporalis, & Matrimonium cõtra prohibitionem initum sit validum, quando Iudicis prohibitio fuit legitima, separandi sunt coniuges ad tempus in pœnam delicti, ne pœnæ immunitate præceptum iudicis iustum contemnere audeant: non obstat tex. *in cap. 2. infr. hoc tit.* vbi huiusmodi Matrimonium minime separandum esse decernitur, quia intelligitur de perpetua separatione: ita docent Couar. *de spons. p. 2. cap. 6. in initio nu. 6.* Ludou. Lopez *in instructor. conscien. p. 2. de Matrim. cap. 46. vers. porrò aduertendũ,* Perez *glos. 1. pag. 493. tit. 2. lib. 3. Ordinam.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 2. nu. 14.* vbi etiam aduertit, quamuis in hoc tex. assignetur vnicus mensis, tempus hoc esse arbitrarium, & mensem illum poni hic gratia exempli, & non ad arctandam Iudicis facultatem.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Matrimonium non est irritum si contra prohibitionem temporalem Pontificiam ineatur.*
3 *Iudex à quo generaliter potest intentare illa, quæ tendunt in faciliorem exitum causæ appellationis, non tamen cognoscendo de eius viribus.*
4 *Contrahẽs cũ aliqua cõtra prohibitionẽ à superiore Ecclesiast. iusta de causa sibi facta peccat mortaliter.*
5 *Iudex à quo est appellatum in causa Matrimoniali inhibendo partibus ne interim lite pendente alteri nubant, non dicitur attentare.*

Cap. Ex litteris. II.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarell. Ioann. Andr. Hostien. Henric. Butr. Aneh. Panorm. Præposit. Alexand. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cũ legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag. 96.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 592.* refertur ab Ant. Augustin. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 17. cap. 3.* & est post Concil. Lateran. sub Alexan. III. *par. 6. cap. 28.*

2 Probat hic tex. non esse irritum Matrimonium si contra prohibitionem temporalem Pontificiam illud ineatur, vt per Sanch. *de Matrimon. lib. 7. disput. 2. num. 4.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 31. nu. 189.*

3 *Eidem sub excõmunicationis interminatione, &c.* Notatur ad hoc quod Iudex à quo generaliter potest intentare illa, quæ tendunt in faciliorem exitum causæ appellationis, non tamen cognoscendo de viribus appellationis; vt per Duen. *reg. 42. limit. 17.* Corset. *in sing. appellatio licet iudex,* Couar. *practicarum cap. 23. nu. 1. vers. prima.*

4 *Alia tamen pænitentia eis, &c.* Aduerte mortaliter peccare contrahẽtem cum

aliqua quando interuenit prohibitio à superiore Ecclesiastico ei facta, iusta de causa, ne cum illa contrahat, secus si certò sciat nullum subesse impedimentum, ita Valer. Reginal. *d. lib. 31. nu. 189. vers. tertio.*

5 In glos. [Interminatione] ibi (*comminatio tantum sit non sententia*) Vide Tiraq. *in l. si vnquã C. de reuocan. donat. verbo reuertatur nu. 255.* Sayr. *in claui Reg. lib. 3. cap. 8. nu. 19.*

6 In glos. [Districtius] Notatur ad hoc quod iudex à quo est appellatum in causa Matrimoniali inhibendo partibus ne interim lite pendente nubant, non dicitur attentare, vt per Mascard. *de probat. concl. 148. nu. 22.*

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Contrahentes contra prohibitionem à superiore factam sunt separandi.*

Cap. De muliere. III. & fin.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Collec. Innoc. Zabarel. Io. And. Hosti. Henric. Butr. Anch. Panor. Præpos. Alex. de Neuo. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castella p. 1.* Viu. *in rational. lib. 4. Iuris Pont. pag. 97.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 593.* hic tex. est pars *cap. de muliere supra de sponsalibus*, quæ refertur ab Anton. Augustin. *collect. 1. Decretal. sub illo tit. de sponsalib. c. 5. §. illos*, & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *p. 6. cap. 19. §. illos.*

2 Probat hic tex. contrahentes contra prohibitionem à superiore factam esse separandos, & sub pœna excommunicationis ne cohabitent quousq; cognoscatur legitimè an eorum Matrimoniū possit, & debeat Iure stare, vt per Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 31. n. 189. vers. tertio.*

Qui filij sint legitimi. Tit. XVII.

SVper hanc rub. scripserunt Zabarel. Io. And. Anch. Butr. Panorm. Præpos. Alex. de Neuo, Durand. *in breuiario aureo Iuris Canon. & in speculo Iuris sub hoc tit. lib. 4.* Steph. Ranchin. *in continuatione titulorum Decretal.* Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum.* Petr. de Rauen. *in compendio Iuris Can.* Martin. Mesnart. *in epithome Decretal.* Dan. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontificij, à pag. 565.* Goffr. & Hosti. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anast. Germ. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.*

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Maritus de vxoris legitimitate in iudicio agere potest sine mandato:*
3 *Coniuncta persona excepto patre sine mandato ea agere non possunt, quæ speciale mandatū requirũt.*
4 *Vxor pro marito agere non potest.*
5 *Diffamatus ab aliquo de illegitimitate potest petere in iudicio vt legitimus declaretur, &c.*

Cap. Conquestus. I. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anch. Panorm. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castella p. 1.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag. 97.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 593.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 18. cap. 1.* & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *p. 33. cap. 3.*

2 *Conquestus est nobis H. &c.*

Notatur ad hoc quod maritus de vxoris legitimitate in iudicio agere potest sine mandato, cōsonant tex. *in cap. constitutus sup. de procur. & in cap. vlt. de confessis*: docent Hostiens. Io. Andr. Butr. Anch. Zabarel. & Præpos. in præsenti, & alij de quibus Alphan. *collect. 648.* quibus adde Tiraq. *de retrac. tit. 1. §. 10. glos. 1. à princ.* qui omnes adducunt similem tex. *in l. maritus C. de procurat. & in l. vltima §. sancimus C. de pactis conuen.* ac proinde rationem illam, quia negari non potest vxorem esse personam coniunctam viro suo tum ex reg. *l. 1. ff. de ritu nupt.* tùm etiam ex reg. tex. *in cap. debitum de bigam.* Vnde tanquàm persona coniuncta debet maritus admitti quamuis vxoris mandatū non habeat, ex reg. *l. sed, & hæc, ff. de procur. & l. exigendi C. eod.* etiamsi inuita, & renitens sit vxor, ex noua constitutione *d. l. maritus.*

3 Licet autem coniunctæ personæ excepto patre sine mandato ea agere non possint, quæ speciale mandatum requirunt, Cou. *lib. 1. var. cap. 6. nu. 5.* Tiraq. *d. tit. 1. §. 1. glos. 13. nu. 34.* Garc. *reg. 21. limit. 7.* Cald. Pereira *in l. si curatorem verbo implorandum, nu. 8. cum seqq.* Maritus tamen hæc omnia agere potest sine aliquo vxoris mandato, tum quia liberam habet facultatem *l. procurator, cui generaliter 57. ff. de procur. & cap. qui ad agendum in fine eod. tit. in 6.* tùm etiam ex ratione tex. quæ in omnibus pariter concludit. Sic etiam similiter licet receptum sit coniunctam personam pro coniuncta in causis spiritualibus sine mandato admittendam non esse *glos. 1. vers. sed credo in cap. coram 34. sup. de officio deleg.* recepta per citatos ibi; in marito tamen hoc locum non habet, hic enim etiam in spiritualibus debet admitti sine vxoris mandato ex libera potestate ei à lege concessa, quæ etiam extenditur ad ea, quæ speciale mandatum requirunt, tùm quia de alijs coniunctis ad maritum non infertur consequentia, tum denique ex tex. in præsenti, vbi nisi diuinando suppleatur mandatum vxoris, sine eo admissus est maritus de eius legitimitate agens.

4 Quare

4 Quare autem maritus liberam habeat potestatem agendi causas vxoris absentis, & inuitæ ex supra dictis, vxor tamen non ita pro marito agere poterit vt probat *l. qui absente C. de procurat.* curiose interroget aliquis: ratio facilis est, quamuis enim vxor marito suo æque sit cōiuncta vt ipse maritus vxori, in vxore tamen non solum deficit, verum etiam in contrarium militat ratio propter quam marito libera illa potestas conceditur ne scilicet fœminæ in contumeliam matronalis pudoris irreuerenter irruant contentionum iudicia, quæ si exigit vt maritus admittatur in causis vxoris contradicentis, fortius concludit vxorem ipsam pro marito admittendam non esse sine mandato, vt late prosequitur Tiraq. *de legibus connubial. l. 10. à nu. 31.*

5 *R. patruus mulieris ipsam exhæredare, &c.* Notatur ad hoc quod is, qui ab altero diffamatur, quod sit illegitimus, potest petere in iudicio, vt legitimus declaretur, & aduersario non agēti, nec excipienti perpetuum silentium super illegitimitate, & hæreditate imponatur, nisi illegitimitatem probauerit, vt per Menoch. *consil. 306. nu. 5.* nam diffamatio, & iactatio siue verbalis molestia non sufficit vt quis in iudicio audiatur cogens aduersariū agere de iure, quod extra iudicium dicit, seu iactat ad se pertinere, excepto speciali casu *l. diffamari C. de ingen. & manumis.* quando scilicet quis diffamatur de statu personæ ingenuitatem, seruitutem, aut similem qualitatem respiciente. Ita Ordin. Regia Lusitanorum *lib. 3. tit. 11. §. 4.* Ant. Gomez *tom. 3. Variarum cap. 1. n. 18.* Sarmien. *select. lib. 1. c. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Legitimi sunt filij concepti ante sententiam diuortij à parentibus, qui bona fide contraxerunt, licet inter eos existat impedimentum propter quod postea Matrimonium iudicio Ecclesiæ fuit separatum.*

3 *Legitimi sunt censendi filij suscepti ex Matrimonio, quod iusto facti, vel Iuris errore parentes nulliter contraxerunt, & nu. 17.*

4 *Filij suscepti à parentibus, qui publicè, & bona fide contraxerunt vere, & proprie sunt legitimi.*

5 *Filij ex bona fide parentum legitimi ad Ordines sacros, & ad Episcopatus sunt admittendi.*

6 *Ecclesiasticam emphyteusim obtinere possunt filij ex bona fide parentum legitimi.*

7 *Legitimi per bonam fidem parentum admittuntur ad feudi, & maioratus successionem.*

8 *Legitimi per bonam fidem parentum, an succedant in maioratu, feudo, emphyteusi, aut fideicommisso, si adsit clausula, vt succedant ij soli, qui ex legitimo Matrimonio procreati fuerint, ostenditur.*

9 *Filij ex Matrimonio putatiuo quoad vtrumq; parentem legitimi fiunt, si vnus ex parētibus fuerit in bona fide, quamuis alter habeat malam fidem.*

10 *Parens, qui habet malam fidem impedimenti non gaudet iure legitimi parentis.*

11 *Matrimonium clandestinum dicitur quoad pœnas, cui desunt denunciationes.*

12 *Filij suscepti à parentibus Matrimonium clandestine contrahentibus, indistincte sunt illegitimi.*

13 *Legitimi sunt filij nati post litem contestatam super Matrimonio publicè contracto, quod per sententiam postea nullum fuit declaratum.*

14 *Successionis filiorum in bonis parentum origo, & necessitas eis ex Iure ciuili prouenit, imò Iure naturæ debitam esse defenditur.*

15 *Legitima non potest lege, vel statuto auferri.*

16 *Mater sola non alit filiū, qui fuit cōceptus in Matrimonio putatiuo, quod exinde fuit dissolutum.*

18 *Legitimi an sint filij suscepti à parentibus, qui de validitate Matrimonij dubij erant, ostenditur.*

19 *Coniuges quando de Matrimonij validitate dubitant, huiusmodi dubium speculatiuum est, ac per consequens non inducit malam fidem.*

20 *Matrimoniū etiā publice contractum coram Parocho, & testibus, omissis tamen denunciationibus, cēsetur clandestinū quoad iustitiam, & alios effectus.*

21 *Matrimonium publicum non dicitur, quod corā magna hominum frequentia conuocatis etiam amicis, & vicinis contractum fuit.*

22 *Illegitimi sunt filij, etiam in conscientiæ foro, qui ex Matrimonio clandestino, & stante impedimento dirimente suscepti sunt, quamuis parentes in eo veritate illud ignorauerint.*

23 *Respondetur fundamentis contrariæ opinionis.*

24 *Filij legitimi non fiunt, si Matrimonium clandestinum sine denūciationibus celebretur in mortis articulo cū muliere, ex qua ægrotans prolem susceperat.*

25 *Datur differentiæ ratio quare in l. vlt. C. de liberali causa filij nati pendente lite super statu matris sequantur cōditionem, quæ de matre iudicabitur, filij vero nati lite pendente super validitate Matrimonij legitimi iudicentur, quāuis contra Matrimoniū feratur sententia illud inualidum pronuncians.*

26 *Alimenta vt filio lite pendente, quem pater filium esse negat, assignet iudex, debet summariā præmittere informationem, & si præsumptio aliqua sit pro filio debet interim per iudicē pronūtiari vt alatur.*

27 *Cautio de reddendis alimentis, si in causa filius succumbat an ab eo sit exigenda, remissiue.*

Cap. Cum inter. II.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Coll. Zab. Io. And. Host. Henr. Butr. Anch. Panorm. Prępos. Casal. *in annot.* Alex. de Neuo, Xim. Tolet. *in concord. vtriusq; Iuris cū legib. Castel. p. 1. & 2.* Viu. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag. 98.* Alag. *in comp. Iuris Canon. pag. 593.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 18. cap. 2.* & est post Conc. Lateran. sub Alex. III. *p. 33. cap. 5.*

2 Probat hic tex. legitimos esse filios cōceptos ante sentētiam diuortij à parētibus, qui publice bona fide contraxerunt, licet inter eos existat impedimentum propter quod postea Matrimonium iudicio Ecclesiæ fuit separatum, vt per Couar. *de sponsalib. par. 2. cap. 8. §. 1.* Gail. *lib. 2. obseruat.*

obseruat. 48. *nu.* 6. Paleoth. *de nothis, & spur. cap.* 9. Gabr. *lib.* 6. *commun. tit. de legitimat. concl.* 4. Seruan. *ad l. sextam Tauri nu.* 11. *cum seqq.* Pereg. *de fideic. art.* 24. *n.* 67. Menoch. *de præsump. lib.* 4. *præsump.* 77. Baptista Costa *de facti scientia & ignor. centur.* 2. *inspect.* 38. *n.* 3. *cum seqq.* Castil. *quotidian. quæstionum lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 3. & 7. Nam legitimi sunt censendi filij suscepti ex Matrimonio, quod iusto facti vel Iuris errore parentes nulliter contraxerunt, vt per Couar. *d. cap.* 8. §. 1. *nu.* 9. Paleot. *d. cap.* 9. *num.* 9. *ad fin.* Pereg. *d. artic.* 64. *nu.* 69. vbi *nu.* 68. aduertit ad hunc effectum sufficere Matrimonium putatiuũ ex errore iniusto, quia titulus putatiuus quamuis ex errore iniusto proueniens bonam fidem causat.

4 *Filij eorum non debent exinde sustinere iacturam.* Ergo filij suscepti à parentibus, qui publicè, & bona fide contraxerunt verè, & propriè legitimi sunt, vt docent Couar. *d.* §. 1. *num.* 1. Paleoth. *d. cap.* 9. *num.* 14. Gabriel *d. conclus.* 4. *num.* 13. Azor. *instit. moral. p.* 2 *lib.* 2. *cap.* 16. *q.* 4. Menoch. *de præsump. lib.* 4. *præsump.* 77. *à num.* 3. & alij, quos copiosissime refert Castil. *quotidian. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 5. & 6. Itaut si illi instituantur hæredes à testatore, qui credebat eos esse natos ex iusto Matrimonio, adhuc institutio non corruit, quandoquidem ij filij quoad suum commodum censentur vere & proprie legitimi, & dicũtur sui hæredes, & in potestate patris Menoch. *de præsump. lib.* 4. *præs.* 24. *n.* 9.

5 Vnde ad sacros Ordines huiusmodi filios ex bona fide parentum legitimos admittendos esse vltra sup. citatos resoluunt Soar. *tom.* 5. *de censur. disp.* 5. *sect.* 1. *nu.* 6. *cum seqq.* Sayr. *eod. tract. lib.* 6. *cap.* 10. *à num.* 31. Auil. *eod. tract. p.* 7. *disput.* 3. *dub.* 6. Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit. de discipl. cleric* §. 3. *num.* 23. Et ad Episcopatum, vt per multos, quos refert & sequitur Castil. *d. cap.* 11. *num.* 19. atque etiam ad Ecclesiasticam
6 emphyteusim, vt post Dec. resoluit Cald. Pereira *de nominatione emphyt. q.* 25. *n.* 38. Sic etiam
7 licet legitimati à feudi successione repellantur *cap.* 1. §. *naturales, si de feudo fuerit controuersia inter dominum, & agnatos,* admittuntur tamen legitimi per bonam fidem parentũ, communis ex Sonsbech. *de feudis p.* 9. *n.* 37. Gabr. *d. concl.* 4. *n.* 14. Sic denique licet bastardi non admittantur ad maioratus successionem admittuntur tamen illegitimi ex bona fide, vt probat Molina *de primog. lib.* 13. *cap.* 1. *nu.* 12. & reliqui omnes verã esse sententiam sine difficultate admittentes quando maioratus simpliciter est institutus, vel emphyteusis simpliciter concessa.

8 Ardua tamen est inter scribentes controuersia an idem sit resoluendum quando in maioratu feudo, emphyteusi, aut fideicommisso adiecta est clausula, vt succedant ij soli, qui ex legitimo Matrimonio procreati fuerint? Partem enim affirmatiuam quod adhuc stante ea clausula legitimi ex bona fide parentum sint admittẽdi resoluit Dec. *cons.* 153. quem multis late tuetur Soc. iun. *cons.* 39. *vol.* 3. & sine dubio est magis recepta ex Couar. *d. p.* 2. *cap.* 8. §. 1. *n.* 3. Molina *d. cap.* 1. *n.* 15. Menoch. *de præsump. lib* 4. *præsump.* 97. *n.* 6. Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 8. *n.* 24. Castil. *d. cap.* 11. *n.* 12. & 17. Pereg. *d. art.* 25. *à n.* 72. Contrariam vero negatiuam partem quod in his terminis stãte clausula prædicta nequeant succedere legitimi ex bona fide parentum tuetur Curt. iun. *cons.* 64. *nu.* 8. *vol.* 1. sequitur Fulu. Paci. de *probat. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 69. *vers. ex quo infertur,* & in puncto Iuris veriorem esse concludit Cald. Pereira *d. q.* 21. *nu.* 44. & de ea dubitans cogitandum relinquit Carol. Ruin. in *l. Gallus* §. *si eius n.* 99. *ff. de liber. & posth.*

9 *Cum parentes eorum.* Quamuis rex. in præsenti parentum in numero plurali faciat mentionem, quasi videatur exigere ad legitimitatem bonam fidem vtriusque parentis, cum tamen referatur verbum illud ad publicitatem intrat resolutio communis DD. quod filij ex Matrimonio putatiuo quoad vtrumq; parentem legitimi fiunt, si vnus ex parentibus fuerit in bona fide, quamuis alter habeat malam fidem, vt docent *glos. verbo ambo, in cap. cum inhibitio, de clandest. despons.* Duen. *reg.* 150. *limit.* 2. *vers. circa,* Gabr. *d. concl.* 4. *n.* 4. Pereg. *d. art.* 24. *n.* 66. Costa *in cap. si pater, de testam. lib.* 6. *verb. vxorem n.* 4 Seruan. *d. l.* 6. *Tauri nu.*
10 13. Azor. *d. cap.* 16. *q.* 3. Matien. *in rub. tit.* 1. *glos.* 1. *n.* 116. *lib.* 5. *nouæ recopil.* Sanch. *de Matrim. lib.* 8. *disp.* 34. *n.* 46. Gutier. *eod. tract. cap.* 71. Rota *dec.* 354. *n.* 3. *inter impres.* Farin. *post lib.* 2. Seraphin. *decis.* 1099. *nu.* 1. quæ quidem resolutio vera est respectu filij, & in eius fauorem, & respectu parẽtis, qui in bona fide fuit, non vero respectu parentis, qui malam fidem habuit, hunc enim non gaudere iure legitimi parentis resoluunt Costa *d. verbo vxorem n.* 21. *cum sequentibus* Seruan. *d. l.* 6. *n.* 16. D. Barbosa *in l. si cum dotem* §. *fin. n.* 12. *ff. sol. Matrim.* Sanch. *d. disp.* 44. *n.* 46. vide plures alios, quos citaui ad *cap. ex tenore verbo ignaram, inf. hoc tit.*

11 *Publice contraxisse.* Idest præmissis denunciationibus Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *disp.* 1. *nu.* 12. Matrimonium enim clandestinum dicitur quoad pœnas, cui desunt denunciationes, Perez. *l.* 1. *vers. plura tamen pag.* 38. *tit.* 1. *lib.* 5. *Ordin.* Menoch. *cons.* 69. *n.* 70. Fului. Pac. *de probat. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 69. *vers. ego nescio,* Gutier. *pract. lib.* 2. *q.* 4. *n.* 13. & *de Matrim. cap.* 55. *num.* 5. Sanch. *d. disp.* 1. *num.* 10. & plures alij, quos refero Ego ipse *de off. & po-*
12 *test. Episc. p.* 2. *alleg.* 32. *n.* 8. Vnde filios susceptos à parentibus Matrimonium clandestinè contrahentibus indistinctè illegitimos esse, quia in iis, qui clam contraxerunt semper scientia, & mala fides vtroq; Iure præsumitur, docent Seruan. *d. l.* 6. *n.* 22. Fr. Emman. *sum. tom.* 1. *cap* 221. *n.* 3. Henriq. *in sum. lib.* 11. *cap.* 20. §. 1. Pereg. *d. art.* 24. *n.* 8. Ca-

stil.

fil. *d. cap. 11. n. 8.* Sanch *d. lib. 3. diſput. 41. n. 6.*

13 *Ante latam ſententiam.* Notatur ad hoc quod filij nati poſt litem conteſtatam ſuper Matrimonio publicè contracto, quod per ſententiã poſtea nullum fuit declaratum, legitimi ſunt, vt per Couar *d. cap. 8. §. 1. n. 5. cum ſeqq.* Gabri. *d. concl. 4. n. 12.* Pereg. *d. art. 24. n. 70.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 2. cap. 13. q. 6.* Sayr. *de cenſur. lib. 6. cap.* 10. *nu.* 33. Nam litis conteſtatio non induxit malã fidem quoad vſus Matrimoniales inter parẽtes, qui à principio bona fide contraxerunt, nec coniuges pendente lite priuari poſſunt ſuæ poſſeſsionis commodo, aut ſuſpenditur inter eos carnale comercium iuxta *tex. in cap. 2. ſup. vt lite pendente*, & iuxta regulam generalem de continuanda poſſeſsione lite pendente, quæ probatur in *cap. 1. illo tit.* & quæ latiſsime proſequitur Lancellot. *de attentatis p. 2. cap. 4. limitat. 1. cap. 2.* iuncta reg. & recepta interpretatione illius *cap. 2.* ibi, ante probatam accuſatioñẽ, ex quo deſumitur quod ante prolatam diffinitiuam ſententiam non dicuntur factæ probationes, neque liquere de cauſa, vt per Abb. *hic n. 5. & 6.* Amplia & extende idẽ eſſe lata ſententia pendente appellatione vt per Vinc. de Franchis *deciſ. 130. n. 3.* nam conceptos appellatione pendente à ſententia lata contra Matrimonũi legitimos fieri reſoluit Bellet. *diſquiſit cleric p. 1. tit. de diſcipl cleric. §. 3. n. 23. in fine.*

14 *In bona paterna hereditario Iure ſuccedant.* Notatur ad hoc quod ſucceſſioni filiorum in bonis parẽtum origo, & neceſsitas ex Iure Ciuili prouenit, vt per Dyn. *in reg. indultũ n. 22. cũ ſeqq. de reg. Iuris lib 6.* ſequitur Bar. *in l. Titio centum §. Titio genero, n. 6. ff. de cond. & demonſtr.* & receptam ſententiam profitetur Lara *in l. ſi quis à liberis §. idẽ reſcripſit n. 149. cum ſeqq. ff. de liber. agnoſc* communem dicit Ceual. *commun. contra commu. q. 112. à*
15 *princ.* Cæterum contrarium, imo filijs legitimam portionem ſeu ſucceſsionem in bonis parentũ Iure naturæ debitam eſſe tenent Gomez. *tom. 1. variar. cap 1. à n. 2.* Corraſ. *lib. 3. miſcelan. cap. 16. à n. 3.* Roias *de ſucceſſ. cap. 7. à princ* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 1. à n. 14.* Spin. *in ſpec. teſtam. gloſ. 17. à n. 19.* Azor. *d. p. 2. lib. 2. cap. 17.* hinc inferentes ad varias quæſtiones, & præcipue non poſſe lege, vel ſtatuto hanc legitimam auferri, de quo Couar. *p. 2. de ſponſal. cap. 8. §. 6. n. 5.* Coſta *in cap. ſi pater 3. p. verbo priuare non poſsit n. 42.* ad vtrãque partem late Ceual. *d. q. 112.* Has tamen cõtrarias opiniones ſub diſtinctionis fœdere conciliandas duxi, vt ſcilicet prima, quæ hanc legitimam, & filiorum ſucceſsionem ait Iuris ciuilis eſſe, intelligatur de legitima quoad quotã, ſeu quantitatem; ſecunda vero opinio intelligatur quoad originem ipſius ſucceſsionis, intelligendo deinde de Iure naturali poſterioris capitis, quod ſolis hominibus proprium eſt, & Ius gentium à Iuriſconſultis dicitur.

16 *Parentum facultatibus nutriãtur.* Notatur ad hoc quod mater ſola nõ alit filium, qui fuit conceptus in Matrimonio putatiuo, quod exinde fuit diſſolutum, vt per Surd. *de aliment. tit. 7 q. 14 n* 18.

17 Duæ ſuperſunt in hac materia reſoluẽdæ quæſtiones, quarum prima eſt vtrum legitimi cenſendi ſint filij ſuſcepti ex Matrimonio, quod iuſto facti vel Iuris errore parentes nulliter contraxerunt? Pars affirmatiua, quæ vera eſt, ex eo neceſſario colligitur quia vt tex. probat, & ſupra in principali concluſione diximus, legitimi ſunt filij habiti ex Matrimonio inualido bona fide vtriuſq. vel alterius ex parentibus contracto, ſed quando parentes iuſto Iuris, vel facti errore contraxerunt, nec malam, nec bonam fidem habere cenſentur, ergo ſi conſtet de tali errore filij legitimi erunt, vide Abb. *in cap. prelatum. n. 5. & in cap. per venerabilem n. 36. in fin. inf. hoc tit.* Couar. *d. cap. 8. §. 1 n. 9.* Paleoth. *n. 9. ad fin* Pereg. *d. arti. 24 n. 69.* Vtrum autem iniuſtus error ſufficiat ad hanc legitimationem inducendam? ardua eſt quæſtio, quæ pendet ex alia, vtrum ex iniuſto errore bona fides cauſari poſsit, ſed relictis iis, quæ pro vtraq. parte adducunt DD. partem affirmatiuam de noſtra legitimatione agens tuetur Pereg. *d. art. 24. n. 68* ſcribens ad hunc effectum ſufficere Matrimonium putatiuum ex errore iniuſto, quia titulus putatiuus quamuis ex errore iniuſto proueniens bonam fidem cauſat, & conſequenter ſufficit in omni præſcriptione, quæ ſolam bonam fidem exigit, vide Bar. *in l. ſenſus n. 17. ff. de vſucap.* & ibi Paulus de Caſtro *num. 2.* & Bald. *n. 20.* Alci. *reg. 3. præſump. 5.* Couar. *in reg. poſſeſſor. §. 7. n. 5.* Mench. *illuſtrium cap. 77. n. 9.* Menoch. *de præſump. lib. 3. præſump. 130. n. 3 cum ſeqq.* Fachin. *controuerſ. lib. 8. c. 28.* Gilchen. *de præſcrip. p. 2. memb. 1. c. 3. à n. 8 & 13.* Sãch. *de Matrim. lib. 5. diſp. 3. n. 13.* vbi reſoluit generaliter ignorantiam Iuris non ſolum obſcuri, ſed etiã clari ſi de ea conſtet vtroque foro excuſare.

18 Altera quæſtio eſt vtrum legitimi ſint filij ſuſcepti à parentibus, qui de validitate Matrimonij dubij erant? in qua pars affirmatiua verior eſt, quia qui dubij ſunt de impedimento Matrimonij, eiuſque validitate non habent impedimenti ſcientiam, ſed potius bonam fidem, ex reg. *tex. in cap. ſi virgo 34. q. 2.* vbi Auguſtinus ait, bonæ fidei poſſeſſorem dici qui ſe poſsidere ignorat alienum, malæ vero fidei cum ſciuerit alienam eſſe rem, quam poſsidet; quibus verbis probat ad malam fidem inducendam neceſſarium eſſe quod poſitiuè ſciat vitium poſſeſsionis, ſeu impedimentũ exiſtens, ſufficere vero ad bonam fidẽ ignorantiam vitij, ſeu impedimenti per negationem ſcientiæ, quod plane in dubitante reperitur, non enim poſitiuè ſcit impedimentum, & conſequẽter ignorat, quo argum. dubitantem eſſe bonæ fidei poſſeſſorem notauit *gl. fin. in cap. vlt. de præſcript.* quam ſequuntur DD. communiter ex Abb. ibi *nu. 40.* &

Paris.

Parif. *n.*48.Balb. *de præscr.* 2.*p.*3.*q.*2. Mench. *d.cap.* 77.*à n.*3.Sarm. *lib.*2.*selcct.c.*10.*n.*5. Accedit quia quando coniuges de Matrimonij validitate dubitant, huiusmodi dubium speculatiuum est, quia non dubitant in praxi an licitè vtantur Matrimonio, sed an illud validum sit, quod dubium apud omnes receptum est non inducere malam fidem, sed potius bona conscientia dubitantes posse eo stante operari, vt docent Nauar. *in cap. si quis autem, num.* 61. *de pœnit. dist.* 7. Conar. *de sponf. p.* 2. *cap.* 7. §. 2. *n.*10. *& in reg. possessor. p.* 2. §. 7. *nu.* 4. & plures, quos refert Sanch. *de Matrim. lib.* 2. *disp.* 41. *n.* 4. *&* 8. quibus adde Valent. *tom.* 2. *disp.* 2. *q.* 14. *punc.* 4. *dubit.*4. *& tom.* 3. *disp.* 7. *q.* 3. *punc.* 2. *vers. tertia*, Azor. *instit. moral. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 19. Sayr. *de censur. lib.* 1. *cap.* 13.

20 In glos. [Publice] ibi (*scilicet denunciatione præmissa in Ecclesia publice, alias hodie dicitur clandestinum*) Iam supra in tex. ostendi Matrimonium dici clandestinum quando non est contractum præmissis denunciationibus, quod hæc glos etiã probat. Vnde primo colliges sustineri non posse eorum sententiam, qui censent publice cõtractum dici Matrimonium, quod coram Parocho & testibus fuit celebratum quamuis omissæ sint denunciationes, quod voluerunt omnes, qui docent post Concil. Trident solum censeri clandestinum, quod fit sine parocho, & testibus, vt tenẽt Molin. *de iust. tract.* 2. *disput.* 176. *vers. obserua*, & Dominus meus D. Barbosa *in l.* 3. *p.*4. *n.* 39. *ff. sol. Matrim.* Sed salua pace tanti viri, non aduerterunt clandestinitatem diuersimode considerari respectu diuersorum, vel quoad validitatem, vel quo ad Iustitiam, & alios effectus: si quoad validitatem consideretur certum est solum censeri clandestinum quod sine testibus & parocho contrahitur; si quoad iustitiam vt licite fiat tam iure Decretalium, quàm nouissimo Conc. Trid. attento sine dubio clandestinum censeri debet, quamuis coram parocho & testibus fiat, si denunciationes omittantur *in d. cap. cum inhibitio in princ.* vbi solemnitatem denunciationum obseruandam præscribit, *in vers.* §. 1. ibi, huiusmodi clandestina, &c. *&* §. *vlt.* ibi, tales coniunctiones, &c. Deinde quia Conc. Trid. quoad denunciationes faciendas expresse innouat decisionẽ Lateranẽ Concilij *in d. cap. cum inhibitio*, solumq; addit quod nullum sit Matrimonium sine parocho, & testibus; cum ergo à Trid. Ius antiquum pœnam imponens contrahentibus sine denunciationibus non sit immutatum, sequitur quoad hoc obseruandum esse, & manere Ius antiquum iuxta *l. præcipimus, in fine C. de appellat.* & ita merito contra prædictos hanc partem tuentur citati *in tex. hoc eod. verbo*.

21 Secundo colliges sustineri non posse sententiã, quam plerique communiter receptam profitentur, quæ resoluit publicum censendum illud esse Matrimonium, quod coram magna hominum frequentia conuocatis amicis, vicinis, & consanguineis nemine seriose excluso fuerit contractum, quod docuit Abb. *in d. cap. cum inhibitio*, & ex Oldrad. Ioan. Lup. Roland. & alijs, quos refert communẽ dicit Mascard. *de probat. concl.* 297. *n.* 6. Gom. *l.* 49. *Tauri n.* 1. *vers. ex quo*, Cou. *d. cap.* 6. *in princ. n.* 10. Seruant. *l.* 6. *Tauri n.* 25. Sed falsum docent, peiusq. pro hac sententia adducunt Nau. *in man. cap.* 22. *n.* 7. licet enim ille id admittat vbi inualuit consuetudo vt sine denunciationibus fiat Matrimonium ad valuas Ecclesiæ, vel aliarum in præsentia cognatorum & vicinorum, post Trident. tamen aperte docet cõtrarium esse resoluendum, quo etiam casu loquuntur Paleoth. *d. cap.* 9. *n.* 4. *& seq.* Pereg. *d. art.* 24. *n.* 65. Gutier. *practic. lib.* 2. *q.* 4. *n.* 13. Henriq. *lib.* 11. *cap.* 5. §. 1. & post glos. *hic verbo, publice*, & alios, quos refert Sanch. *lib.* 3. *disp.* 1. *nu.* 10. Nec obstat Abb. Panor. fundamentum, quod scilicet Iura in hac specie solum exigunt, vt Matrimonium in facie Ecclesiæ contrahatur iũcta notissima significatione nominis Ecclesiæ pro fidelium collectione *cap. Ecclesia, de consecrat. distin.* 1. quamuis enim hæc significatio recepta sit, receptior tamen, & frequentior est alia, pro templo materiali, vt *in tit. de Ecclesijs ædific.* & sæpe alibi, & in hoc sensu ponitur *in d. cap. cum inhibitio*, ibi, in Ecclesijs per presbiteros iunctis sequentibus, vbi etiam præcipit quod in Ecclesia fiant denunciationes, vnde cum expresse requirat hanc solemnitatem, qui sine ea contrahunt clandestine contrahere merito dicuntur.

22 Tertio colliges tutũ non esse, quod de foro cõscientiæ scribit Soar. *de censur. to.* 5 *disp.* 50. *sect.* 1. *n.* 10. resoluens in eo foro censendẽ legitimam prolem susceptam ex Matrimonio nullo clandestino hoc modo sine denunciationibus contracto si in conscientia, & rei veritate constet parentes habuisse bonam fidem; quæ sententia iuuari videtur ex eorum doctrina, qui resoluunt præsumptionem Iuris & de Iure non habere locum in foro conscientiæ data veritate in contrarium, vt in terminis *cap. is qui fidem sup. de sponsalib.* in quibus communiter constituunt primum Matrimonium præsumptum non habere locum in conscientia si sponsus consensum coniugalem non habuit in actu copulæ, sed in conscientia debere remanere cum secunda in quam verè consensit, vt post antiquiores receptũ testatur, & sequitur Cou. *de sponsal. p.* 1. *cap.* 4. §. 1. *num.* 9. & tanquam indubitatum supponit Sanc. *lib.* 7. *disp.* 37. *n.* 9. *ad med.* Sed contrarium in nostro proposito necessariò resoluendũ existimo, quod scilicet etiam in conscientia illegitimi sũt filij, qui ex Matrimonio clandestino stante impedimento dirimente suscepti sunt, quamuis parentes in rei veritate illud ignorauerint, & in cõscientia de ipsorum bona fide constet; ratio est quia effectus hic legitimitatis, vtroque foro tã conscientiæ quàm exteriori non aliunde pendet quam ex legis auctoritate, quæ illos tantum legitimos facit, quos vt tales approbat, vel non approbat, at vero ex supra resolutis constat legem Canonicam expresse non approba-

re vt

re vt legitimos, sed potius vt illegitimos damnare filios susceptos ex Matrimonio nullo propter Iuris impedimentum, quamuis parentes illud ignorarent, si sine denunciationibus contractum est, ergo non oportet inter vnum & alterū forum distinguere.

23 Nec obstat arg. in simili de terminis *d. cap. is qui fidem*, nam adhuc in illis in foro Cōscientiæ procedere decisionem illius tex. tenent grauissimi DD. sed si cōmunis sentētia contraria esset indubitata, longe diuersa est ratio de illis ad nostros terminos, si aduertas Matrimonium non ex legis pendere auctoritate, sed ex consensu contrahentium sine quo non potest subsistere, *cap. sufficiat 27. q. 1. l. nuptias ff. de reg. Iuris*, & ideo licet lex ex copula post sponsalia præsumat consensum coniugalem, si tamen constet in Conscientia, & rei veritate coniugalem non adfuisse consensum non potest inde Matrimonium resultare, quod conscientiam obliget, quemadmodum in fortioribus terminis si quis verba exprimat cōsensum de præsenti importantia, & tamen interiorem consensum non habuerit, non potest in conscientia Matrimonium iudicari, vt decidit tex. *in cap. tua nos, 26. sup. de spons.* vbi notant omnes, & latè disputat Sanch. *lib. 1. disp. 9. cum seqq.* In nostro vero proposito cum totum pendeat ex legis auctoritate, quæ hoc casu non vult prolem vt legitimam approbare, resoluendum est il legitimam esse tam in exteriori, quam in interiori Conscientiæ foro.

24 Quarto colliges falsam videri limitationem, quam tradunt Couar. *d. cap. 6. in initio nu. 12. in fine*, & Gabriel *d. concl. 4. n. 19.* & Sarmi. *lib. 1. select. cap. 6. n. 7.* resoluentes quod si Matrimonium contrahatur in mortis articulo cum muliere ex qua ægrotans prolem susceperat, eam fieri legitimam, quantuncunque clandestine sine denunciationibus sit celebratum. Fateor enim non existente impedimento dirimente inter cōtrahentes in mortis articulo Matrimonium esse licitum, & prolem antea susceptā legitimari, vt resoluunt Gomes, *l. 9 Tauri n. 59.* Molin. *de primog. lib. 2. c. 5. n. 25.* Spin. *in spec. testa. glos. 15. princ. à n 104.* At vero minime placere potest quod stante impedimento dirimente (qui sunt termini, de quibus loquimur) legitimetur proles āntea suscepta per tale Matrimonium nullum in rei veritate, & clandestine contractum contra generalem decisionem tex. *in cap. cum inhibitio §. 1. de clandest. despons.* qui absolute illegitimos facit filios ex tali coniunctione clandestine susceptos, non solum præsumendo præsumptione Iuris & de Iure parentes habuisse malam fidem, sed insuper statuendo, vt illegitimi sint quamuis de bona fide ipsorum parentum appareat: quare præsumptio bonæ fidei resultans ex necessitate contrahendi, in eo articulo nullum potest quo ad hoc filijs præstare subsidium.

25 In glos. [Sententiam] ibi (*argum. contra C. de liberali causa l. vlt.*) Licet glos. non soluat arg. in-eius tamen solutione maxime laborant DD. in præsenti, quare scilicet in illa *l. vltim.* filij nati pendente lite super statum matris sequantur conditionem, quæ de matre iudicabitur, itaut serui fiant si contra matris libertatē fuerit iudicatum, at vero in nostro tex. filij nati lite pendente super validitate Matrimonij legitimi iudicentur, quamuis contra Matrimonium feratur sententia illud inualidum pronuntiās. Quare Abb. Panorm. hic *n. 6.* respondet respectu legitimationis inspici tēpus cōceptionis, & nō sententię, at vero respectu libertatis inspici tempus post litis contestationem. Card. vero Zabarel. *opposit. 2.* resp. fauorem esse filiorum quòd expectetur exitus sentētiæ quia potest mater ingenua pronuntiari; Butr. *n. 7.* quem sequitur Præpos. *n. 5.* ait differentiæ rationem in eo stare, quia status libertatis non imprimit concepto libertatē, sed bene status Matrimonij concepto legitimitatem.

26 In glos. [Nutriantur. fin.] ibi (*iudex summatim cognoscat, &c.*) Singulariter glos. iudicem instruit circa modum assignandi alimenta filio lite pendente, quem pater filium esse negat, debet enim summariam præmittere informationē, & si præsumptio aliqua sit pro filio, debet interim per iudicem pronuntiari vt alatur, sequuntur omnes hic, Couar. *practic cap. 6. n. 8.* Duen. *reg. 365.* Molina *de primog. lib. 2. cap. 16. n. 30.* Soar. de Pace *in pract. tom. 3. cap. 4. §. 3. n. 10.* Lara *in l. si quis à liberis §. si vel parens à n. 42. ff. de liber agnosc.* D. Barbosa *in l. 1. p. 1. n. 58 ff. sol. Matrim.* Valas. *consult. 1. n. 10. & 12.* plene Surd *de alim. tit. 1. q. 110. n. 10.* qui omnes prædictę præsumptionis exempla proponunt, quando filius est in possessione filiationis, vel communi existimatione filius reputatur, vel primam sententiam pro se reportauit, à qua est appellatum, nam pendente appellatione à lędum esse decidit tex. *in l. si instituta. § de inofficioso ff. de inofficioso test.*

27 Vtrum vero cautio de reddēdis alimentis si in causa filius succumbat ab eo sit exigenda vide Cou. *nn. 7.* Molin. *n. 41.* Valas. *n. 7.* proxime citatis locis.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Vicinia fama multum valet in probanda filiatione.*
3 *Filiatio minime probatur ex sola alimentorum præstatione, nisi vti filio præstentur.*
4 *Filiatio plene probatur ex confessione & nominatione parentum vere & principaliter propter se factam accedentibus alijs indicijs.*
5 *Nominatio patris in libro suo probat filiationem.*
6 *Legitima an statim in vita patris peti possit si religionem ingrediatur, ostenditur.*

Cap. Transmissæ. III.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butri. Anch. Panor. Præpos. Casal. *in annot.* Alex. de Neuo, Ximen. Toletan.

in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2. Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag. 98.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 593.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 18. cap. 3.* & est post Concil. Lateranen. *p. 8. cap. 11.*

2 *Quamuis a vicinia, quæ ipsum filium, &c.* Notatur ad hoc quod in probãda filiatione multum valet fama viciniæ, vt per Couar. *de spons. p. 2. cap. 8. §. 1. n. 10.* Paleot. *de noth. & spurijs cap. 22. nn. 2.* Menoch. *de arbitr. casu 89. n. 86. & de præsump. lib. 6. præsump. 53. num. 43.* Anton. Monac. *Lucen. decis. 56. nn. 7. & 15.* Mascard. *de prob. concl. 791.* Fului. Pac. *eod. tract. lib. 2. cap. 6. nn. 29. & 31.* hinc instruentes aduocatos ad probandam filiationem quod tres faciant articulos: Primum quod ex viro, & vxore, seu concubina domi retenta natus est; secundum quod pater eum filiũ nominauit, & agnouit; tertium quod communi voce viciniæ filius existimatus est: confirmaturque ex his omnibus, quæ Doctores tradere solent de vi, & auctoritate communis famæ iuxta *tex. in l. 3. §. eiusdem*, ibi, consentiens fama confirmat, *ff. de testibus*, & quæ plene prosequuntur Duen. *reg. 299.* Garc. *reg. 187.* Mascar. *concl. 713* Fuln Pac. *lib. 1. cap. 49. à princ. & à nn. 39.* Menoch. *de præsump. lib. 1. præsum. 89. n. 28 cum seq.*

3 *Quod eum pietatis intuitu nutriuissent.* Vnde ex sola alimentorum præstatione, vel collatione in Matrimoniũ cum possint fieri pietatis causa, filiationem minime probari resoluunt Sud. *de alim. tit. 9. q. 7. n. 9. cum seqq.* Valas. *consult. 176. n. 13.* Si vero educationem, & alimenta præstet aliquis cuiquam vti filio, tunc filiationem ex hoc cõmode probari arg. *l. 1. § ad quæstionem ff. de quæst. & l. quidam 132. ff. de verb. oblig.* resoluunt Couar. *de spons. p. 2. cap 8. §. 3. nu. 3.* Mascard. *concl. 795. & seq.* Menoch. *d. lib. 6. præsump. 53. n. 32.* Valasc. *consult. 134. n. 4.*

4 *Standum est verbo viri, & mulieris.* Notatur ad hoc quod ex confessione, & nominatione parentum vere, & principaliter propter se facta accedentibus alijs indicijs plene probatur filiatio, vide Cou. *d. cap. 8. §. 3. n. 7.* Duen. *reg. 34. cum seq.* Paleoth. *cap. 23. n. 2.* Menoch. *casu 89. n. 87.* Mascar. *concl. 790. à princ.* vnde nominationem patris in libro suo probare filiationem dicunt Menoch. *d. præsump. 53. num. 57. & cons. 714. num. 18.* Anton. Monach. *Florent. decis. 61. n. 8. & 9.* quæ quidem nominatio filiationem probat etiamsi emanauerit ab vno parente, de cuius bonis, & hæreditate agitur Mascar. *concl. 790. n. 12.* & non solum probat contra patrem nominantem, sed etiam contra eius hæredes, & contra alium tertium, vt per Paleoth. *d. cap. 22. n. 4. & 5.* Menoch. *d. casu 89. n. 7.*

6 In glos. [Mota] ibi *(dicunt quidam quod erant facti monachi &c.)* Vult glos. filios in vita patris si religionem profiteantur statim posse petere legitimam, quod communiter DD. colligunt ex *tex. in cap. cum simus, in fine sup. de regular.* de cuius intellectu, & duabus contrarijs communibus sentẽtijs in hac quæstione vide vltra ordinarios ibi, & hic, Abb. *in cap. in præsentia n. 59. & Dec. n. 67. sup. de prob.* plures de quibus Cou. *in cap. 2. n. 7. de testam.* Duen. *reg. 356. limit. 6* Mench. *Illustrium cap. 37. n. 10.* Nan. *commen. 2. de regular. n. 48.* Perez *l. 1. glos. 1. pag. 75. vers. dubitatur tit. 2. lib. 5. Ordin* Gutier. *canon. lib. 2. cap. 1. à n. 71.* Crass. *receptarum §. legitima q. 12. n. 5.* Fr. Emman. *quæstion. regul. tom. 2. q. 80. art. 2.* Ceual. *commun. contra commun. q. 342.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Spurij censendi sunt omnes, qui ex illis nascuntur, qui Matrimonium contrahere non potuerunt, remissiue.*
3 *Pater vbi non succedit nec filius succedere potest.*

Cap. Causam, quæ. IV.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panor. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ p. 1.* Viuian. *in ration. lib. 4. Iuris Pontif pag. 99.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 594.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 1. Decretal lib. 4. tit. 18. cap. 4.* & reliquæ partes vbi sint docet *gl. 1. hic verbo Muliere.*

2 Probat hic tex. spurios censendos esse omnes, qui ex illis nascuntur, qui Matrimonium cõtrahere non potuerunt, sed vide quæ dixi *ad cap. tanta verbo si autem vir, infra hoc tit.*

5 Notatur ad hoc quod vbi pater non succedit nec filius succedere potest, vt per Couar. *de sponsal. p. 2. cap. 8. §. 5. n. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Quæstio natiuitatis residens in causa ciuili hæreditatis, quæ vertitur coram iudice seculari ad ecclesiasticum est remittenda.*
3 *Natalium causa ecclesiastica pendente coram ecclesiastico non potest secularis iudex in causa principali hæreditatis procedere.*
4 *Iudex ecclesiasticus, ad quem causa natalium, vel alia spiritualis remittitur, potest opponenti exceptionẽ illã præfigere terminũ perẽptorium intra quem probare teneatur, non vero iudex ecclesiasticus n. 5.*
6 *Declaratur tex. in præsenti 7.*
8 *Filius ex illicito coitu natus præsumitur potius spurius quam naturalis.*
9 *Matrimoniũ præsumitur quoad liberorum legitimationem cohabitantibus vita functis.*

10 *Ma-*

10 *Matrimonium præsumitur quoad filios præcessisse inter vinos concurrentibus alijs præter cohabitationem coniecturis.*

11 *Cohabitatio hodie efficere nequit Matrimonium.*

Cap. Lator. V.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anch. Panorm. Præpos. Casal. *in annot.* Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 100. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 594. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 18. *c.* 5.

2 *Coram seculari iudice super hæreditate, &c.* Notatur ad hoc quod quæstio natiuitatis residens in causa ciuili hæreditatis, quæ vertitur coram iudice seculari, ad Ecclesiasticum est remittenda, concordat *tex. in cap. tuam supra de ordine cognit.* vide Mantu. *dial.* 42. Couar. *de spons. p.* 2. *cap.* 8. §. 3. *nu.* 4. Garc. *reg.* 353. D. Barbosa *in l. Titia nu.* 22. *ff. sol. Matrim.* quod procedit quãdo causa legitimitatis, seu natalium pendet ex aliqua quæstione Iuris, veluti vtrum Matrimonium sit legitime contractum, & validum, non ita si versetur circa factum solummodo, veluti quia dubitatur an Matrimonium fuerit contractum de facto inter personas habiles ad contrahendum Couar. *d. cap.* 8. §. 12. *nu.* 3. Garc. *reg.* 253. *n.* 12. Menoch. *cons.* 366. *nu.* 11. D. Barbosa *d. l. Titia nu.* 22. 24. *&* 53. *vers. secunda principalis conclusio*, Ceual. *commun. contra comm. q.* 403. Cabed. *p.* 1. *decis. Lusitaniæ Aresto* 102. vbi refert quæstionem facti in proposito dici quando solũ dubitatur an Matrimonium contractum sit, & quæstionem Iuris quando partes fatentur Matrimonium de facto contractum esse, sed negant valuisse.

3 *Et tunc seculari dominio, &c.* Notatur ad hoc quod pendente causa natalium coram ecclesiastico non potest secularis Iudex in causa principali hæreditatis procedere, vide Marant. *de ordine iudicior. p.* 4. *distin. vlt. à princ.* Coras. *miscelan. lib.* 2. *cap.* 5. Gutier. *de iuram. confir. p.* 1. *cap.* 2. *nu.* 14. D. Barbosa *in d. l. Titia num.* 7.

4 *Intra duos menses.* Notatur ad hoc quod Iudex Ecclesiasticus ad quem causa incidens natalium, vel alia spiritualis remittitur, potest opponenti exceptionem illam præfigere terminum peremptorium, intra quem ea probare teneatur, & vt eo elapso amplius non audiatur, & Iudex secularis in causa principali possit procedere, vt docent in præsenti Butr. *n.* 5. Abb *nu.* 4. Zabarel. *oppos.* 2. & Præpos. *num.* 4. quod confirmant ex multis, quæ circa perfinitionem termini ad probandam exceptionem, nullitatem, vel appellationẽ prosequendam, notant DD. per tex. ibi *in cap. personas de appellat.* & Marant. *de ordine iudic. p.* 6. *de appellat. num.* 194. Duen. *reg.* 42. *limit.* 22. Lancellot *de attent. p.* 2. *cap.* 12. *ampliat.* 13. *& seq. & cap.* 17. *à num.* 129. *& p.* 3. *cap.* 23. *n.* 98. *& cap.* 24. *q.* 16. & alij, de quibus Cened. *ad Decretal. collect.* 17. *à princ.*

5 Non potest è conuerso Iudex secularis, qui dẽ causa principali hæreditatis cognoscit, præfigere partibus terminum intra quem causa incidens spiritualis terminetur coram Ecclesiastico ad quẽ remittit, quia Iudici ecclesiastico, qui in spiritualibus superior est ex reg. *cap solitæ de maior. & obedien.* legem imponere non potest, vt in simili ait text. *in capit. ex insinuatione* 50. *de appellation.* vbi notauit Dec. *num.* 3. post Bart. *in leg.* 2. *ff. de re iudic.* vbi sequitur Ias. *num.* 12. & Ripa *num.* 7.

6 Illud tamen in præsentiarum aduertendum duxi tex. in præsenti loquentem de præfinitione termini duorum mensium ad expediendum causam illegitimitatis, intelligi non ita indistinctè, sed quando constat de malitia, vt erat in casu huius tex. in quo causa perpenderat coram Episcopo Noruicen., qui causam expediebat: itaque Papa mandauit Episcopo, vt causam intra duos menses expediret, alias quod remitteret causam bonorum determinandam Iudicibus secularibus, ita Put. *lib.* 1. *decis.* 123. *in antiquis.*

7 *Sublatò appellationis obstaculo.* de vi & effectibus huius clausulæ vide in meis Remissionibus *de dictionibus & clausulis, clausul.* 7. & dixi *ad cap. pastoralis sup. de appellat.*

8 In glos. [Probare, pen.] Notatur ad hoc quod filius ex illicito coitu natus præsumitur potius spurius, quam naturalis, & sic incapax, vt per Menoch. *de præsump. lib.* 6. *quæst.* 54. *numer.* 2. *& cons.* 318. *num.* 14. Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 10. *numer.* 35.

9 In ead. glos. ibi (*eo mortuo, &c.*) Notatur ad hoc quod cohabitantibus vita functis, etiam Iure Pontificio quoad liberorum legitimationem Matrimonium præsumitur, vt per Couar. *de sponsal. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 5.
10 Menoch. *de præsump. lib.* 3. *quæst.* 1. *num.* 77. Concurrentibus autem alijs præter solam cohabitationem coniecturis quoad filios præsumitur Matrimoniũ præcessisse inter viuos, Mascar. *concl.* 1021. *n.* 7. Menoch. *cons.* 199. *à n.* 48. Franc. Mol. *de rit. nupt. lib.* 1. *comp.* 12. *n.* 17. vbi *n.* 26. quod hodierno Iure cohabitatio efficere nequit Matrimonium, nouus enim consensus requiritur, & forma Concilij, Spin. *in spec. testam glos.* 15. *princ. n.* 61. *post princ.* Matien. *glos.* 1. *rub. tit.* 1. *à n.* 53. *lib.* 5. *nouæ recop.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Filius naturalis natus ante Matrimonium legitimus efficitur, si illud postea inter parentes subsequatur.*

3 *Conditionis inequalitas inter contrahentes non impedit quin filij naturales per Matrimonium postea subsequutum efficiantur legitimi.*

4 *Instrumenta dotalia de Iure Canonico in Matrimonijs necessaria non sunt.*

5 *Filij suscepti extra concubinatum per subsequens Matrimonium de Iure Canonico legitimi efficiuntur.*

6 *Filij naturales ancillæ per subsequens Matrimonium cum ea contractum scienter legitimi efficiuntur.*

7 *Filij per subsequens Matrimonium legitimi efficiuntur, non obstantibus intermedijs parentum nuptijs.*

8 *Filij naturales legitimantur per subsequens Matrimonium contractum in mortis articulo, vel à sene decrepito.*

9 *Matrimonio in mortis articulo contracto legitimantur filij antea suscepti, etsi affôrent substituti sub conditione si sine liberis.*

10 *Per Matrimonium alias validum clandestine tamen celebratum legitimatur proles ante suscepta.*

11 *Denunciationum omissio nec reddit Matrimonium nullum, nec prolem illegitimam.*

12 *Naturalis filius, vt per subsequens parentum Matrimoniū fiat legitimus, sufficit Matrimonium inter eos esse ratum, quāuis non sit copula consumatū.*

13 *Legitimatio, quæ fit per subsequens Matrimonium Iuris fictione retrotrahitur ad tempus natiuitatis.*

14 *Filij per subsequens Matrimonium fiunt vere & proprie legitimi, non Principis priuilegio, sed auctoritate Iuris.*

15 *Legitimatus per subsequens Matrimonium non perdit legitimationem, licet patri sit ingratus.*

16 *Matrimonium non potest ita contrahi quod filij antea suscepti non legitimentur.*

17 *Feudi ad successionem admittuntur legitimati per subsequens Matrimonium.*

18 *Legitimati per rescriptum Principis ad feudi successionem non admittuntur.*

19 *Emphyteusim Ecclesiasticam obtinere, in eaque succedere possunt filij legitimati per subsequens Matrimonium.*

20 *Legitimati per rescriptum Principis ad emphiteusis ecclesiastica successionem non admittuntur.*

21 *Legitimationem à Papa impetrare debent volentes in Ecclesiastica emphyteusi succedere cum clausula, vt bona ecclesiastica possint obtinere.*

22 *Maioratuū ad successiones admittendi sunt legitimati per subsequens Matrimonium, & præferendi filijs secundis, qui nati sunt ex eisdem parentibus legitimo Matrimonio iam coniunctis.*

23 *Filius naturalis primò natus ex cōcubina an sit præferendus filio secundo genito ex legitimo Matrimonio, quod est postea contractum cum alia, qua defuncta sequutum fuit postea Matrimonium cum concubina, remissiuè.*

24 *Legitimati per subsequens Matrimonium possunt ad sacros Ordines promoueri, & in Episcopos eligi.*

25 *Cardinalatus ad celsitudinem ascendere non possunt legitimati per subsequens Matrimonium.*

26 *Substitutiū excludunt legitimati per subsequens Matrimonium, si testator dixerit, si sine liberis de legitimo, vel ex legitimo Matrimonio, &c.*

27 *Legitimati per subsequens Matrimonium ad retractum sunt admittendi.*

28 *Nobilitate parentum gaudent ligitimati per subsequens Matrimonium.*

29 *Donatio iuxta terminos l. si vnquā C. de reuocandis donat. reuocatur per natiuitatem filiorum naturalium subsequuto postea inter parētes Matrimonio.*

30 *Naturales filij solummodo per subsequens Matrimonium legitimantur.*

31 *Naturalis filius quis dicatur ad effectū legitimationis per subsequens Matrimonium, ostenditur.*

32 *Tyrannus si rem habeat cū aliqua muliere per vim filius inde natus non erit spurius quoad matrem.*

33 *Clerici in minoribus benefi.ia obtinentis filius legitimatur per subsequens Matrimonium cum ipsius matre contractum.*

34 *Filij suscepti à monacho, vel moniali intra annum professionis per subsequens Matrimonium legitimi efficiuntur.*

35 *Filij nati ex parētibus simplici castitatis voto adstrictis legitimi fiunt subsequuto Matrimonio.*

36 *Votum simplex, quod post duos nouitiatus annos fit in societate Iesu reddit emittentes inhabiles ad Matrimonium valide contrahendum.*

37 *Filij suscepti ab eo, qui mortua vxore cum alia, ex qua filios prima viuente susceperat Matrimonium contrahit, non legitimantur per illud.*

38 *Incestuosus filius ex dispensatione Papæ legitimatur per subsequens Matrimonium.*

39 *Filij ex Matrimonio prohibito nati legitimantur, si fuit obtēta dispensatio ad validandū Matrimoniū & ad legitimandam prolem, quamuis quoad Matrimonium non potuerit habere effectum propter superuenientiam mortis alicuius ex parentibus.*

40 *Dispensare potest summus Pontifex in radice Matrimonij quoad legitimationē etiam post mortem alterius ex coniugibus, si dispensatio per parentes in vita petita fuerat.*

41 *Filius natus ex coniugato & soluta ignorante impedimentum, an per subsequens Matrimonium fiat legitimus, ostenditur, & n. 42.*

Cap. Tanta. VI.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Io. Andr. Host. Henr. Butr. Anch. Panorm. Præpos. Cened. *collect.* 68. Alex. de Neuo, Casal. *in annot.* Ximen. Tolet. *in concordant. vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. & 2. Viuian. *in ration. lib.* 4. *Iuris Pontificij pag.* 100. Alagona *in* com-

compend. Iuris Canon. pag. 594. refertur ab Ant. August. collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 18. cap 6. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. par. 33. cap. 1.

2 Probat hic tex. filium naturalem natum ante Matrimonium legitimum effici, si illud postea inter parentes subsequatur, docent Cou. de sponsi p. 2. cap. 8. §. 2. Duenh. reg. 350. Anton. Gomez l. 50. Tauri à num. 35. Gabri lib. 6. commun. tit. de legitimat. concl. 1. Cardin. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 12. Viu. tom. 1. communi. opin. lib. 5. tit. 16. num. 1. vers. & hinc est. pag. 754. Vezin. tom. 2. lib. 6. tit. 47. num. 76. cum seqq. pag. 195. Peregr. de fideicomm. artic. 24. Bernard. Græuæ. ad pract. Cameræ Imper. lib. 2. conclus. 124. Menoch. de præsumpt. lib. 4. quæst. 81. & remed. 1. adipisc. num. 42. & cons. 15. num. 19. & consil. 16. & consil. 174. nu. 6. Mench. vsufreq. lib. 3. cap. 42. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 2. cap. 13. col. 162. cum seqq. Perez tit. 2. lib. 5. Ordinam. pag. 97. Surd. de alim. tit. 1. q. 3. num. 102. & tit. 2. q. 15. num. 32. & tit. 8. priuileg. 67. D. Barbosa in rub. ff. sol. Matrim. p. 2. num. 109. Cald. Pereira de nominat. q. 21. num. 40. cum seqq. plures ex antiquioribus refert Ccned. ad Decretal. collect. 68. Valer. Reginal. in praxi fori pœnit. lib. 10. num. 69. & lib. 31. num. 357. Campan. in diuersorio Iuris Canonici rub. 11. cap. 13. num. 124. cum seqq. Aloys. Ricc. in collect. decis. p. 1. collect. 107. Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de discipl. cleric. §. 3.

3 Amplia primo procedere conclusionem etiam data conditionis inæqualitate inter contrahentes, vt quia fœmina sit vilis conditionis, aut meretrix, vir autem nobilis, & honestus, cum nec Iure Cæsareo, nec Pontificio impediatur nobilis ducere vilem, vt per Menoch. consil. 18. per totum, & præcipue à num. 6. & consil. 342. num. 28. Burg. cons. 6. num. 12. Greg. l. 1. verbo se casa. tit. 13. part. 4. Peregr. de Iure fisci lib. 3. tit. 17. num. 2. Put. p. 3. decis. 8. Cald. Pereira de nomin. q. 21. à num. 77. Fachineum controuers. lib. 3. cap. 53. Aloys. Ricc. d. collect. 107. Octau. Cacheran. Pedam. decis. 154. Peregr. de fideicom. artic. 24. num. 51. Ioseph. Ludou. concl. 26. num. 11. latè Meneh. controuers. vsufreq. lib. 3. cap. 41. vbi asserit hanc opinionem procedere quo ad validitatem Matrimonij, non bene tamen negat obtinere quo ad alios Iuris Ciuilis effectus.

4 Secundo amplia etiamsi Matrimonium subsequens contrahatur dotalibus instrumentis non adhibitis, cum de Iure Canonico (quod in causis Matrimonialibus semper præualet Ciuili cap. penul. & vlt. de secund. nupt.) necessaria non sint, Vide Duenh. d. reg. 350. limit. 11. Mantica nu. 7. Peregr. num. 54. dictis locis, Sanch. de Matrim. lib. 3. disp. 44. num. 2. vers. nec textus. Thesaur. Pedam decis. 83. sub num. 1. Vezin. tom. 2. commun. opin. lib. 6. tit. 47. num. 79. Franc. Viui. Neapol. decis. 519. num. 21. Fachin. lib. 3. controuers. cap. 51. Bernar. Græuæ. ad pract. cam. imper. lib. 2. concl. 141. consid. 1. num. 18. cum seqq. Azor. Instit. moral. p. 2. lib. 2. cap. 13. q. 4. Mench. vsufreq. lib. 3. cap. 41. num. 3. Ceuall. communium contra commun. q. 591.

5 Tertio amplia quamuis extra concubinatum suscepti sint, vt per Pereg. d. art. 24. num. 53. Bernard. Græuæ. d. concl. 141. consid. 1. num. 12. licet Gabri. d. concl. 1. num. 56. resoluat hanc opinionem procedere iuxta ius Pontificium, secus dicens de Iure ciuili, ac proinde legitimatos successionum incapaces videri, cum in materia successionum illud attendatur.

6 Quarto amplia etiam in filijs ancillæ, nam per subsequens Matrimonium cum ea scienter contractum filij naturales legitimi fiunt, cum de Iure Canonico validum contrahatur Matrimonium cum ancilla eius nota conditione cap. 1. & 2. de coniug. seru. Ita docent Greg. per tex. ibi in l. 1. in fine tit. 13. part. 4. Syluest. Aldobrandin. §. fin. num. 10. instit. de nupt. Ludou. de Sardis in tract. de naturalibus liberis cap. de legit. n. 18. Menoch. cons. 225. num. 71. Campan. d. rub. 11. cap. 13. nu. 133. Sanch. de Matrim. lib. 7. disp. 20. n. 12.

7 Quinto amplia procedere huius tex. decisionē non obstantibus nuptijs intermediis, nam si alter parentum contrahat Matrimonium cum alio vel cum alia post susceptos filios, si tamen defuncto altero coniuge inter se concubinus & concubina Matrimonium contrahant legitimantur filij antea habiti non obstante Matrimonio intermedio, ita docent Abb. hic num. 3. & Præp. n. 7. Cou. d. §. 2. n. 15. Petr. Greg. syntag. Iuris p. 2. lib. 10. cap. 4. n. 2. Sayr. de censuris lib. 6. cap. 10. nu. 19. Viuald. in candelabro aureo tit. de irregul. ex illegitimitate n. 121. Tiraq. in l. bones §. hoc sermone limit. 3. n. 8. Cald. Pereira de nomin. emphyt. q. 13. num. 54. Henriq. d. cap. 20. nu. 1. lit. O. Campan. d. rub. 11. cap. 13. nu. 131. Azori. d. cap. 13. q. 5. Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de discipl. cleric. §. 3. nu. 20. vers. legitimantur.

8 Sexto amplia etiam si Matrimonium contrahatur in articulo mortis, vel à sene decrepito, quia ex eo filij antea geniti legitimi reddūtur, & tale Matrimoniū inter tales illo tēpore cōtrahi potest, habetque vim legitimandæ eiusdem prolis, ita docēt omnes in præsenti, præcipue Zabarel. n. 6. Butr. n. 14. Anch. n. 4. notab. 2. Henric. n. 5. Alex. de Neuo n. 24. & Præpos. n. 8. Ozasc. decis. 154. Thesaur. decis. 96. à n. 3. Tiraq. in l. si vnquam verbo susceperit, n. 73. Bursar. cons. 40. n. 7. lib. 1. Pereg. d. art. 24. nu. 59. Gugliel. Bened. in cap. Raynuntius de testam. verbo in extremis nu. 13. Gail. lib. 2. obseruat. 141. n. 8. Menoch. cons. 108. n. 21. & cons. 226. n. 18. & cons. 350. n. 32. & de præsum. lib. 4. præs. 83. num. 78. & lib. 5. præsump. 5. nu. 16. Siluan. cons. 3. num. 29. ex Hispanicis scriptoribus Couar. d. cap. 8. §. 2. n. 10. Soar. in tit. de los pleitos n. 10. Greg. l. 1. verbo se casa tit. 13. p. 3. Roias de success. cap. 2. n. 23. Cifuent. l. 12. Tauri, dub. 9. num. 13. & ibi Castil. nu. 25. Molin. de primog.

lib. 2. cap. 5. num. 25. Mench. de succession. creat.
par. 1. §. 10. num. 506. & vsufreq. lib. 2. cap. 41.
num. 4. Spin. d. glos. 15. à num. 102. Gutier.
pract. lib. 2. q. 105. n. 9. Sarmien. lib. 1. select. cap. 6.
Henriq. d. lib. 11. cap. 20. n. 1. vers. tertio, Burg.
de Pace cons. 6. num. 11. Gama de Sacram. praest.
vltimo supplicio damnatis q. 4. num. 2. Fr. Emman.
quaestio. regul. tom. 1. q. 13. artic. 1. & tom. 2. q. 77.
artic. 5. Cened. de collect. 68. num. 2. Campan. d.
rub. 11. cap. 13. num. 173. Molin. d. tract. 2. disp.
172. num. 13. Sanch. de Matrim. lib. 7. disp. 105.
à num. 4. Gutier. ead. tract. cap. 118. num. 2. Franc.
Molin. de ritu nuptiar. lib. 1. comp. 18. num. 14. cum
multis seqq.
9 Declara vt per Matrim. in mortis articulo cō
tractū legitimentur filij antea suscepti etsi affo-
rent substituti sub conditione si sine liberis,
itaut succedant excluso substituto, vide Gom.
l. 9. Taur. n. 39. Cou. d. §. 2. n. 10. Molin. d. cap.
5. num. 26. Alex. Raudens. de annalogis cap. 36. à
num. 1. Spin. d. glos. 15. num. 105. Garc. d. glos.
21. num. 59. Azori. d. cap. 13. q. vlt. vers. quaeras.
Cancer. lib. 3. vari. cap. 11. num. 231. Henriq. d.
lib. 12. cap. 7. num. 3. Sanch. d. disp. 105. num.
8. Gutier. d. cap. 118. à num. 3. Franc. Molin.
d. compar. 18. num. 26. cum seqq. Quid autem si
huiusmodi Matrimonium in fraude substituti
contrahatur in articulo mortis vide per supra
citatos.
10 Sexto amplia etiamsi Matrimoniū alias vali-
dum clandestine fuerit celebratū, per illud enim
legitimatur proles antea suscepta vt per Azori.
d. cap. 13. q. 9. vers. quares, Sanch. lib. 3. disp. 44.
11 & omissio denunciationum nec reddit Matri-
monium nullum, nec prolem illegitimam Rota
apud Farin. decis. 71. num. 11. p. 1. recent.
12 Septimo amplia etiamsi Matrimonium mini-
me fuerit consumatum, nam vt illegitimus per
subsequens parentum Matrimonium fiat legiti-
mus satis est Matrimonium ratum Maiol. de ir-
reg. lib. 1. cap. 5. num. 9. Sayr. de censur. lib. 6.
cap. 10. num. 28. quos refert Bellet. d. §. 3. num. 20.
13 *Legitimi habeantur.* Legitimatio
hæc, quæ fit
per subsequens Matrimonium Iuris fictione re-
trotrahitur ad tempus natiuitatis, ita vt qui an-
tea illegitimi nati sunt, per Matrimonium po-
stea subsecutum non solum ex tunc legitimi fiāt,
sed ante, & à tempore natiuitatis habeantur le-
gitimi: ita docent in præsenti Butr. nu. 2. & 4.
Zabarel. nu. 2. Abb. nu. 7. Anch. nu. 10. Tiraq.
de iure primogen. q. 34. n. 34. & post Fortun. in §.
& quid si tantum n. 174. Couar. de spons. p. 2. cap.
8. §. 2. nu. 26. Mantica de coniect. vltim. volunt.
lib. 11. tit. 12. n. 18. Roland. cons. 100. num. 14.
vol. 2. Duenh. reg. 350. ampliat. 3. Surd. cons. 309.
n. 24. Quamuis contrarium imo hanc legitima-
tionem non retrotrahi, sed filios modo legiti-
mos censeri à tempore contracti Matrimonij
tanquam nouè tradat Alci. paradox. cap. 12. &
sequantur Philip. de fiction. p. 4. cap. 11. Pereg.
d. art. 24. num. 34. & Fachin. controuers. lib. 4.
cap. 54.
14 Vnde filios per sequens Matrimonium fieri
verè, & proprie legitimos resoluunt Surd. d. tit. 8.
priuil. 67. n. 5. 8. & 10. Azor. d. p. 2. lib. 2. cap.
13. q. 6. vbi in vers. obijciet, dicit verbum, habean-
tur, de quo in præsenti, rei veritatem continere,
cum proferatur ab eo, qui habet potestatem, nō
Principis priuilegio, sed auctoritate Iuris, itaut
filius etiam inuitus subsequuto Matrimonio le-
gitimus fiat, vt tenēt idē Azor. d. c. 14. q. 12. vers.
quares, Couar. d. cap. 8. §. 2. n. 13. Mench. quaestion.
freq. cap. 42. n. 3. Molin. d. disp. 172. n. 5. Gonz.
ad reg. 8. Cancel. gl. 58. n. 8. licet ibi contrariū
15 tenere videatur, & ideo filius sic legitimatus nō
perdit legitimationem licet patri sit ingratus,
vel neget alimenta Surd. d. tit. 8. q. 67. num. 4.
16 Azor. d. cap. 14. q. 13. vers. postremo. Nec Matri-
monium potest ita contrahi, quod filij antea su-
scepti non legitimentur Surd. d. priuil. 67. n. vlt.
Azor. d. cap. 14. q. 12.
17 Ex quibus primo infertur huiusmodi legiti-
matos per Matrimonium subsequens ad succes-
sionem feudi admittendos esse, quia agnatis ex
legitimo Matrimonio non differunt. Ita Feudistæ
in cap. 1. §. naturales, si de feudo. fuerit contron.
inter dominum & agnat. vbi Andr. & Aluarot.
num. 8. Afflict. notab. 5. num. 3. & nu. 25. in fine
Curt. tract. feudorum p. 3. col. 31. vers. secundum
principalis regula, Clar. in §. feudum q. 82. num. 5.
Cou. d. cap. 8. §. 2. num. 27. Tiraq. de iure pri-
mog. q. 35. num. 53. Boer. decis. 123. n. 4. Mandos.
in reg. 18. Cancel. q. 6. num. 5. Duen. reg. 350.
ampliat. 6. Gabri. d. concl. 1. num. 22. Mantica
d. tit. 12. num. 3. Pereg. d. art. 24. num. 9. Vezin.
tom. 2. commun. opin. lib. 6. tit. 47. num. 83. pag.
195. Sonsbech. de feudis p. 9. num. 70. Surd. d.
priuil. 67. n. 7. Petr. Anton. de Petra in tract. de po-
testate Principis cap. 32. q. 2. incipit, capio nunc se-
cundum, Henric. à Rosenth. de feud. cap. 7. concl.
11. Siluan. cons. 3. num. 49. Sebast. Neu. ad lib.
1. feud. tit. 1. §. vel quia num. 11. pag. 243. Mench.
quaest. freq. cap. 42. num. 9. Menoch. de præsump.
lib. 4. præsump. 81. num. 9. & cons. 16. num. 271
& cons. 174. num. 13. Spin. in spec. testam. glos. 15.
princip. à n. 107. Cald. Pereira de nominat. emphyt.
q. 13. num. 56. & q. 21. num. 36. Campan. d. rub.
11. cap. 13. num. 129. Bernard. Græuæ. d. lib. 2.
concl. 140. in consid. nu. 3. plures ex antiquiori-
18 bus refert Cened. d. collect. 68. nu. 3. cum tamen
legitimatos per rescriptum Principis ad illius
successionem non esse admittendos per tex. in
cap. 1. §. naturale, si de feudo fuerit contentio inter
dominum, & agnatum, resoluant Mysing. cent. 5.
obseruat. 42. Petr. Anton. de Petra d. cap. 32. n. 16.
Henric. à Rosenth. dicto cap. 7. concl. 19. lit. F.
Sonsbecch. d. p. 9. num. 7. Cald. Pereira d. q. 21.
num. 45. Azor. d. cap. 13. q. 14. vers. nec obstat.
19 Secundo infertur huiusmodi legitimatos per
subsequens Matrimonium posse succedere in
emphyteusi ecclesiastica, vt bene tenent Duen.
d. reg.

d. reg. 350. *amplias.* 7. Gab. *d. concl.* 1. *num.* 29. Cald. Pereira *d. q.* 21. *num.* 36. Pereg. *d. art.* 24. *num.* 10. Tiraq. *de iure primogen. q.* 34. *n.* 55. Paleoth. *de nothis, & spur. cap.* 31. *num.* 3. Io. Garc. *de nobilit. glos.* 21. *num.* 49. Azor. *d. lib.* 2. *cap.* 13. *q.* 14. cum tamen legitimati per rescriptum Principis ad illius successionem non admittant, prout resoluit Cald. Pereira *d. q.* 21. *n.* 3. & recte post Afflict. *decis.* 386. cōsuluit Valasc. *consult.* 134. *n.* 8. quod volentes in Ecclesiastica emphyteusi succedere debent impetrare à Papa legitimationem cum clausula, vt bona ecclesiastica possint obtinere.

22 Tertio infertur sic legitimatos admittendos esse ad successiones maioratuum, & praeferēdos filijs secundis, qui nati sunt ex eisdē parentibus legitimo Matrimonio iam coniūctis: ita docent Tiraq. *q.* 34. *à princ.* Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 23. Greg. *l.* 2. *verbo si no byo tit.* 15. *part.* 2. Pereg. *d. art.* 24. *n.* 6. Auend. *l.* 40. *Tauri gl.* 11. *à n.* 41. Menoch. *consil.* 16. *n.* 14. Burg. *de Pace consil.* 6. *nu.* 13. Mench. *quaest. vsufreq. cap.* 42. Cald. Pereira *d. q.* 13. *nu.* 52. *cum seqq.* Henriq. *in sum. lib.* 11.

23 *cap.* 20. *n.* 2. *in princ.* Vtrum autem praeferendus sit filius naturalis primo natus ex concubina filio secundo genito ex legitimo Matrimonio, quod est postea contractum cum alia, qua defūcta vxore secutum est postea Matrimonium cū concubina; verbi gratia, post natum filium naturalem ex concubina contraxit pater nuptias cū alia ex qua filium legitimum suscepit, & postea mortua hac vxore contraxit Matrimonium cū concubina, ex qua filium naturalem longe ante genuerat, quaeritur modo an primogenia debeatur filio legitimo secundo nato, an filio naturali primo nato facto tamen legitimo ex Matrimonio postea subsecuto cum cōcubina eius matre? in qua quaestione magis communiter sentiunt DD. filium secundò natum esse praeferendum ei, qui primò natus est, pro cuius tamen vera resolutione consule Couar. *d. cap.* 8. §. 2. *n.* 28. Greg. *l.* 13. *verbo se casa, tit.* 15. *part.* 4. Anton. Gomez *l.* 12. *Tauri n.* 63. Tiraq. *d. q.* 34. *n.* 3. & 43. Molin. *d. cap.* 11. *n.* 7. Pereg. *d. art.* 24. *n.* 35. Auend. *d. l.* 40. *Tauri n.* 41. Spino *d. glos.* 25. *nu.* 126. Io. Garc. *de nobilitate glos.* 21. *n.* 63. Henriq. *d. n.* 2. *in commento lit.* S. Molina *d. tract.* 2. *disp.* 172. *nu.* 8. Cenal. *commun. contra com. q.* 606. *n.* 25. Azor. *d. p.* 2. *cap.* 13. *q.* 15. plures alios citat Ceued. *d. collect.* 68. *n.* 4. *ante medium*, Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 1. *q. comp.* 18. *n.* 48.

24 Quarto infertur huiusmodi legitimatos per subsequens Matrimonium posse ad sacros Ordines promoueri, & in Episcopos eligi, Menoch. *d. consil.* 16. *n.* 5. & *consil.* 799. *n.* 12. *vol.* 8. Surd. *d. priuil.* 67. *n.* 6. Azor. *d. cap.* 13. *q.* 14. *vers. praeterea*, Ludou. de Sardis *tract. de natural. liberis cap. de legit. effectu n.* 5. Couar. *d. cap.* 8. §. 2. *n.* 24. & 30. Henriq. *d. lib.* 11. *cap.* 30. *nu.* 3 *in princ.* Valer. Reginald. *in praxi fori poenit. lib.* 30. *n.* 70. Bellett. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit. de discipl. clericali* §. 3. *n.* 18. Tiraq. *in tract. primog. q.* 34. *n.* 55. Siluan. *consil.* 3. *n.* 23. Ruin. *consil.* 211. *post nu.* 3. *vol.* 1. Cassan. *in consuetud. Burgund. rub.* 8. §. 3. *nu.* 6. Viuald. *in candelabro aureo, p.* 2. *rub. de irregul. speciebus n.* 113. Boet. *decis.* 199. *nu.* 4. Campan. *in diuersorio Iuris Canon. rub.* 11. *cap.* 13. *n.* 127. vbi plures re-

25 fert. Ad celsitudinem tamen Cardinalatus ascēdere non possunt prout statuit Sixtus V. sua constit. 50. incipien. Postquam de anno 1590. publicata circa electionem Cardinalium vt refeferunt Sayr. *de cens. lib.* 6. *cap.* 10. *nu.* 13. & 14. Henriq. *d. n.* 2. Bellet. *d.* §. 3. *nu.* 22. Campan. *d. cap.* 13. *n.* 128. *in fine*.

26 Quinto infertur huiusmodi legitimatos excludere substitutū ēt si testator dixerit si sine liberis de legitimo, vel ex legitimo Matrimonio procreatis, vel legitime natis, &c. Vide Rip. *in rub. si certum petatur, n.* 3. & *in l. si vnquam n.* 96. *C. de reuoc. donat.* Couar. *d. cap.* 8. §. 2. *n.* 30. Roland. *consil. vlt. n.* 28. *volum.* 2. Menoch. *consil.* 16. *n.* 6. Io. Garcia *d. gl.* 21. *n.* 21. Azor. *d. cap.* 13. *q. vlt.*

27 Sexto infertur sic legitimatos ad retractum esse admittendos, vt per Tiraq. *de retract. tit.* 1. §. 1. *gl.* 8. *n.* 10. & seq. Duen. *reg.* 350. *ampl.* 11. Io. Garc. *d. gl.* 21. *n.* 50.

28 Septimo infertur huiusmodi legitimatos gaudere parentum nobilitate, vt notant Tiraq. *de nobil. cap.* 15. *n.* 21. Mantica *tit.* 12. *n.* 4. Surd. *d. priuil.* 67. *n.* 9.

29 Octauo infertur per natiuitatem filiorum naturalium subsequuto postea inter parentes Matrimonio reuocari donationem iuxta terminos *l. si vnquam C. de reuocandis donat.* vt docent Azori. *d. cap.* 13. *q.* 13. *vers. praeterea*, Cald. Pereira *de nominat. emphyt. q.* 13. *n.* 56.

30 *Qui antea sunt geniti*, Aduertendum duxi in hac materia non omnes filios, ex eisdem parentibus ante tale Matrimonium natos per subsequens Matrimonium legitimari, sed solum na-

31 turales; ille autem naturalis reputandus est, qui licet conceptus ex ijs parentibus sit inter quos tempore conceptionis erat impedimentum dirimens Matrimonium, quod tempore natiuitatis iam cessauerat: veluti si soluta concepit ex coniugato, at vero tempore natiuitatis filij mortua erat vxor illius coniugati, vel si soluta concepit ex consanguineo, aut affine, & tempore natiuitatis filij obtenta erat dispensatio, vt cōtrahere possent; tunc tali casu filius natus est naturalis, & non spurius, eo quod status filij ex tēpore conceptionis, aut natiuitatis, prout magis tali filio erit expediens, est iudicandus, vt per Couar. *d. cap.* 8. §. 2. *n.* 2. Azor. *d. cap.* 13. *q.* 3. Molin. *d. disp.* 172. *n.* 4. & plures, quos refert Ce-

32 ned. *d. collect.* 68. *n.* 6. Illud tamen notabile memoriae mandandum est quod licet tyrannus rem habeat cum aliqua muliere per vim, filius inde natus non erit spurius quoad matrem, vt ex Bald. refert Hyppol. *consil.* 25. *num.* 30. & *consil.* 99. *n.* 11.

33 Vnde ex dictis primo colliges filios clerici in

minoribus beneficia obtinentis, qui postea cum
ipsius matre contraxit Matrimonium, per illud
legitimari; licet enim huiusmodi Clerici in mi-
noribus contrahendo Matrimonium amittant
beneficia, ipsum tamen Matrimonium validum
est, cum illud non prohibeantur contrahere *cap.*
1. & per totum de cleric. coniugatis, ita docent
Cardin. *hic q. 14. & Præpos. n. 12.* Couar. *d. cap.*
8. §. 2. n. 5. Duen. *d. reg. 350. limit. 7.* Mozz. *de*
contractibus tract. de Matrim. tit. de natural. Ma-
trim. n. 16. vers. tertio ampliatur, Roias *de success.*
cap. 27. nu. 20. Campan. *d. rub. 11. cap. 13. n. 136.*
Menoch. *cons. 174. n. 4. cum seqq. & cons. 225. n. 27.*
Vincent. de Franch. *decis. 47. n. 4.* Auend. *l. 9.*
Tauri gl. 10. à num. 11. Spin. *in speculo testam.*
gl. 16. princ. à n. 93. Sayr. *d. lib. 5. cap. 10. n. 17.*
Lara *in l. si quis à liberis in princ. n. 89. cum seqq. ff.*
de lib. agnos. Gutier. *pract. lib. 2. q. 104. n. 2.* Fa-
chin. *controuers. lib 3. cap. 52.* Azor. *d. cap. 13. q. 9.*
quares, plures per Cened. *d. collect. 68. n. 5.* quid-
quid contrarium tueantur Ozasc. *Pedam. decis.*
154. Sarmien. *select. lib. 1. cap. 5. n. 7. & 8.* Hen-
riq. *in sum. lib. 11. c. 20. §. 2.*

34 Secundo collige ex ead. ratione filios susce-
ptos à monacho, vel moniali intra annum pro-
fessionis per subsequens Matrimonium legiti-
mos effici, vt per Menoch. *cons. 174. n. 8.*

35 Tertio collige filios natos ex parentibus vo-
to simplici castitatis adstrictis legitimos fieri
subsecuto Matrimonio, vt notat Lara *in d. l. si*
quis à liberis in princ. n. 93. probabile dicit, licet
contrarium verius existimet, Azor. *d. cap. 13. q.*
10. & exemplificari potest in illis mulieribus,
quas Lusitani beatas vocant, italice Bizoche;
non enim profitentur solemniter, sed voto sim-
plici solent alligari ex Sanch. de *Matrim. lib. 2.*
36 *disp. 18. n. 4.* Contrarium vero resolue in vo-
tis simplicibus, quæ post duos nouitiatus annos
fiunt in societate IESV, faciunt enim veros reli-
giosos, & ex Constit. Greg. xiij. reddunt emit-
tentes inhabiles ad Matrimonium valide con-
trahendum, explicant Henriq. *in sum. lib. 12. cap.*
5. n. 5. Sanch. *lib. 7. disp. 25. n. 15. cum seqq.* An-
ton. Ricciul. *de Iure personarum &c. lib. 8. cap. 8.*
num. 1.

37 ***Si autem vir viuente vxore, &c.***

Principalis huius tex. conclusio, quæ habet filios
antea genitos per subsequẽs Matrimoniũ legiti-
mos effici, limitatur in hac secunda tex. parte nõ
procedere quando filij suscepti sunt ab eo, qui
mortua vxore cũ alia ex qua filios prima viuẽte
susceperat, Matrimonium contrahit, huiusmodi
enim filios antea genitos legitimos non fieri, sed
adhuc esse spurios resoluunt Duen. *d. reg. 350.*
limit. 3. cum seq. Lara *in l. si quis à liberis in princ.*
n. 92. ff. de liber. agnosc. Gutier. *practic. lib. 2. q.*
105. n. 9. Menoch. *de præsump. lib. 4. præsump. 81.*
n. 22. Pereg. *d. art. 24. n. 49.* Valer. Regin. *in*
praxi fori pœnit. lib. 30. n. 69. vers. aduerte, & plu-
res citati per Cened. *d. collect. 68. n. 7.* Rota *de-*
cis. 191. n. 2. apud Farin. *p. 1. recent.*

38 Filius incestuosus ex dispensatione Papæ le-
gitimatur per subsequens Matrimonium, vt cen-
suit Rota *decis. 164. n. 5.* apud Farin. *p. 1. recen-*
39 *tiorum.* Illud tamen in præsentiarum aduertendũ
duxi filios ex Matrimonio prohibito natos le-
gitimari, vbi fuit obtenta dispensatio ad vali-
dandum huiusmodi Matrimonium, & ad legiti-
mandam prolem, quamuis quoad Matrimoniũ
non potuerit habere effectum propter superue-
nientiam mortis alicuius ex parentibus, nam
hoc casu gratiam quoad legitimationem prolis
posse executioni mandari, etiam in præiudiciũ
venientium ab intestato, tenent Stephan. Gra-
tian. *disceptat. forens. cap. 138. n. 48.* Iacob. de
Grassis *tom. 1. consil. sub tit. de consanguin. & affi-*
nit. cons. 1. n. vlt. Pute. *decis. 483. n. 3. lib. 2.* Gonz.
40 *ad reg. 8. Cancel. gl. 5. §. 9. n. 57.* & quoad hanc
legitimationem posse summum Pontificem dis-
pensare in radice Matrimonij etiam post mortẽ
alterius ex coniugibus, si tamen dispensatio per
parentes in vita petita fuerat, censuit eadem
Rota *decis. 687. n. 13.* apud Farin. *p. 2. recentio-*
rum.

41 Quæstio est difficilis vtrum filius natus ex
coniugato, & soluta ignorante impedimentum
per subsequens Matrimonium fiat legitimus?
vel vt DD. loquuntur vtrum filius putatiue na-
turalis per verum Matrimonium postea subse-
cutum efficiatur legitimus? Affirmatiuam par-
tem tuetur *gl. 2. in præsenti*, quam sequitur, & se-
cundum eam iudicasse Rotam Romanam refert
Cassador. *decis. 1. de spons.* sequuntur etiam Lu-
dou. *de Sardis de legitimat. per verum Matrim. nu.*
16. & de legitimat. per Matrim. putatiuum q. 1.
Rosel. *lib. 1. de Matrim. putat. n. 2.* Rota *decis. 605.*
n. 5. p. 1. diuers. & plures alij, quos refert &
magis sequi videtur Gabriel. *d. tit. de legitim.*
concl. 2. à n. 2. iuncto *n. 9.* & Surd. *cons. 303. n. 20.*
vol. 3. Campan. *d. rub. 11. cap. 13. n. 139.* qui
duo vltimo loco citati referunt hanc partem
esse communiter approbatam, & allegandam in
Doctorum varietate tanquam benignam, piam
& fauorabilem, eique adhæsisse Rotã: qui omnes
mouentur arg. tex. *in cap. ex tenore infra hoc tit.*
nam si Matrimonium putatiuum bona fide con-
tractum reddit legitimos filios postea susceptos,
ita etiam concubinatus putatiuus debet facere
naturales, atque ita per subsequens Matrimo-
nium legitimabiles, adducitur etiam *cap. quod*
nobis hoc tit. vbi Matrimonium clandestinum ab
Ecclesia postea approbatum facit filios legiti-
mos, quamuis propter aliquod impedimentum
nullum esse detegatur; ergo si filius ex bona fi-
de alterius parentis adulterinus nõ sit, & postea
licitum Matrimonium sequatur hoc debet suf-
ficere vt legitimus censeatur.

42 Verum contraria sententia verior est, & om-
nino tenenda, quam magis videtur tenuisse *d. gl.*
2. hic, si vltima verba, (sed primum verius) adie-
ctitia sint, vt credit Domin. *cons. 66.* Sed hanc
sententiam expresse probarũt Io. And Butr. Abb.
& Henric. quos refert, & sequitur Couar. *d. §. 2.*
n. 16.

n.16. & 17. Duen. *d. reg.* 350. *limit.* 3: *vers. qua limitatio,* Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 11. alt. Molin. Theolog. *de iust. tract.* 2. *disp.* 172. *vers. dubium deinde.* Sarmien. *select. lib.* 1. *cap.* 6. *à princ. & omnino n.* 4. Pereg. d. *art.* 24. *n.* 52. & esse cõmunem reprobata gl. prædicta testatur Gutier. *d. q.* 105. *n.* 9. & late disputat Fachin. *controuers. lib.* 3. *cap.* 55. approbat Azor. *d. cap.* 11. *q.* 9. & plures citat Cened. *d. collect.* 68. *n.* 6. *vers. egregia.* Pro qua facit generalitas huius tex. negantis legitimari posse per Matrimonium subsequens filios natos ex ijs, qui propter aliquod dirimens impedimentum valide Matrimonium contrahere non possunt, quod dari in coniugatis certum est; argum. vero, quod sumitur *ex d. cap. ex tenore,* infirmum, & fragile est, nam ibi præcessit Matrimonium, quod actus est per se licitus, vnde mater ignorans impedimentum putabat licite à viro cognosci, & consequenter mirum nõ est si hæc bona fides filijs prosit ad legitimitatẽ; at vero in quæstione proposita qñ filius nascitur ex coniugato & soluta extra figurã Matrimonij quamuis ipsa virum coniugatum ignoret, scit nihilominus dare se operam rei illicitæ, quæ nũquam ab Ecclesia etiam Matrimonio secuto approbatur, ac subinde non recte procedit argum. de vno casu ad alterum, cum bona fides in qua totaliter fundatur *d. cap. ex tenore,* hoc casu nequeat considerari; ad *d. cap. quod nobis,* respondebis verius esse non dari ibi impedimentum dirimens, sed solum vitium clandestinitatis quod minime sufficit ad annullandum Matrimonium, ac prolem illegitimam faciendam.

Vt

4 *Præsertim si in mortem, &c.* facile percipias huius dicti rationem aduerte, quod postquã dixerat filios cõiugati legitimos non fieri per Matrimonium subsequens si mortua vxore contrahat cum adultera, quod ea ratione procedit, quia stante impedimento ligaminis ex primo Matrimonio procedẽtis, non poterant parentes valide cõtrahere, & consequẽter deficit habilitas in extremo ad quod trahitur legitimatio, sic & à fortiori nec quando alteruter ex adulteris contrahere volentibus machinatus est in mortem prioris coniugis ea secuta, ex quo apparet aliud impedimentum, quod dirimit Matrimonium subsequens, & consequenter eo extante deficit habilitas in extremo à quo, quod in actu habili esset necessarium, hoc est quod Matrimonium validum sit, & legitimum. Quæ omnia ad materiam huius tex. colligendo obseruabis filium ex coniugato susceptum nunquam per subsequens Matrimonium cum ipsius matre contractum legitimari; Verum si mortua iam vxore ex adultera filios suscipiat, distinguẽdum est vtrum alteruter machinatus sit in mortem vxoris, & certum est tunc per subsequens Matrimonium non legitimari, quia nascuntur ex ijs, qui impedimentum habent dirimens, si autem nec fides de contrahendo Matrimoniũ data est, nec alteruter in mortem coniugis fuit machinatus filij sic suscepti post mortem vxoris per subsequens legitimantur, vt bene explicat Lara *in l. si quis à liberis in princ. n.* 92.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Causæ natalium cognitio siue principaliter siue incidenter ad solum pertinet iudicium ecclesiasticum.*
3 *Causa temporalis dependens à causa principali natalium non potest Ecclesiasticus incidenter definire.*
4 *Declaratur tex. in cap. per vestras, de donation. inter virum.*
5 *Declaratur tex. in cap. ex litteris de pignoribus.*
6 *Declaratur tex. in cap. de prudentia, de donat. inter virum.*
7 *Opponens alteri parentes ipsius defunctos legitimos non fuisse præsumitur fouere malam causam.*
8 *Crimina morte extinguuntur.*

Cap. Causam, quæ. VII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Coll. Zab. Io. And. Host. Henr. Butr. Anch. Panorm. Præpos. Casal. *in annot.* Alex. de Neuo. Xim. Tolet. *in concord. vtriusq; Iuris cũ legib. Castel. p.* 1. Vivian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 101. Alag. *in comp. Iuris Canon. pag.* 598. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 18. *cap.* 7. & est post Conc. Lateran. *p.* 33. *cap.* 4.

2 Probat hic tex. causæ natalium cognitionem siue principaliter, siue incidenter ad solum pertinere iudicium ecclesiasticũ, vt dixi *ad cap. lator supra hoc tit.* causam vero temporalẽ depen-
3 dẽtẽ à causa principali natalium non posse Ecclesiasticum incidenter diffinire, sed seculari iudicio debere reseruare tenere videntur Vant. *de nullit. tit. ex defectu iurisdict. ordinaria nu.* 5. Soar. de Pace *in pract. tom.* 2. *prælud.* 2. *nn.* 21. Fachin. *controuers. lib.* 11. *c.* 78. D. Barbosa *in l.* 1. *ff. sol. Matrim. p.* 1. *n.* 46. & in confirmationẽ huius sententiæ adducunt fundamenta aliqua, Iuribusque
4 contrarijs respondere conantur, imprimis *ad cap. per vestras, de donat. inter virum, & vxorem,* respondet ibi Palat. *notab.* 2. *n.* 5. loqui de paupere, atque ita miserabili persona, de cuius causa Pontificem, & ecclesiasticos iudices competentes esse notant DD. communiter per tex. ibi *in cap. ex parte de foro compet.* vt vel inuitus fatetur
5 Couar. *prac. cap.* 6. *nu.* 1. D. Barbosa *d. p.* 1. *nu.* 46. *ad fin.* vbi *n.* 47. similiter respondet *ad cap. ex litteris de pignor.* quòd mulier, de qua ibi, erat oppressa per Iudicem secularem à quo propter delictum mariti fuerat dote propria spoliata; dein-
6 de ad *cap. de prudentia de donat. inter virũ* multipliciter respondetur, primo Iudicẽ ecclesiasticũ posse ibi cognoscere de dote non ratione incidentiæ, sed principaliter, quia est mixti fori; secundò quia mulier apud iudicem, qui de Matrimoniali causa cognoscebat, petijt dotẽ sibi restitui, & ita iudex debuit pronuntiare: tertio magis communiter respondetur in illo tex. actum

fuisse

fuisse coram ecclesiastico de dote per viam reconuentionis, quia maritus diuortium petebat & mulier agnoscens impedimentum consanguinitatis coram iisdem iudicibus dotem repetebat. Quid autem in hoc verius credendum sit, & cætera, quæ in hac materia desiderari possunt tam circa principalis dubij resolutionem, quam prædictorum textuum intellectum vide late *in meo tract. de off. & potestate Episcopi p. 3. alleg. 84. nu. 25. cum seqq.*

7 *Licet incongruum videatur, &c.* Præsumitur enim fouere malā causam opponens alteri parentes ipsius defunctos legitimos non fuisse, quia vt aduertit D. Barbosa *in l. Titia nu. 20. ff. sol. Matrim.* videtur malitiose distulisse eam obiectionem vt illā eius hæredibus rei nō plene informatis obijciat, quæ malitiæ, & fraudis præsumptio (cum fouere malam causam præsumatur qui litē mouit post mortē debitoris, quia hæredes non sunt instructi Menoch. *de præsump. lib. 3. præs. 35. nu. 19. & lib. 5. præsump. 3. n. 105.* Mascar. *concl.* 1318. *n.* 27. Cald. Pereira *de empti. cap. 31. n. 64.*) efficiet, vt latius sit procedendum, non tamen tollit quod etiam post mortem patris de eius legitimitate, vel illegitimitate, atque ita de statu personæ agi possit, si opotuerit ad decidendam quæstionem hæreditatis, vt bene probat tex. *in l. quamuis,* ibi, propter emolumentum successionis *C. ne de statu defunctorum*, Butr. *num.* 6. Anch. *notab.* 8. Præpos. *notab.* 6.

8 In gl. [Incongruum] ibi *(quia crimina morte extinguuntur)* Vide Plac. *de delictis lib. 1. cap. 28.* Clar. *in §. fin. q. 51. nu. 9. & 12.* Tiraq. *de pœnis temp. causa 49. n. 42.* Sebast. Medicis, *in tract. mors omnia soluit p. 2. concl. 27.* Bonacos. *commun. crim. verbo falsitatem committens p. a. fol. 76.* Anton. Gomez *tom. 3. variar. cap. 1. n. 78.* Mench. *quæst. freq. cap. 7. n. 15.* Perog. *de Iure fisci lib. 4. tit. 5. d. princ.* Cardos. *in praxi iudic. & aduocatorum verbo delictum, n. 34.* Cald. Pereira, *in comment. ad l. vnicam C. ex delic. defunct. q. 3. in princ. & p. 5. num. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Declaratur tex. in præsenti & difficultates, quas patitur, dissoluuntur.*
3 *Iudicis auctoritas seu iussus in illicitis excusat à dolo.*

Cap. Perlatum. VIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. And. Hosti. Henric. Butr. Anch. Panor. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Tolet. *in concordantys vtriusque Iuris cum legibus Castellæ part. 2.* Viuia. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag. 101.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag. 595.* refertur ab Anton. August. *collect. 2. Decretal. lib. 4. tit. 18. cap. 8.* & est post Concil. Lateranen. *p. 50. cap. 23.*

2 Hic tex. adeo multiplicem habet sensum vt illius intellectus verè ignoretur, sicuti recenset hic Abb. *nu. 5. & 6.* & dicit Menoch. *cons. 69. n. 75.* Difficultas enim ex eo prouenit, quia ex serie huius tex. constat sententiam diuortij nullam fuisse propter ordinem iudiciarium non seruatum, processit enim iudex cōtra primum maritum absentem personaliter non citatum, & lite non contestata, quemadmodum oportebat expectando quòd de ipsius obitu verosimilis haberetur præsumptio, iuxta reg. *tex. in cap. quoniā frequenter §. porro vers. si autem, vt lite non contest.* Vnde sententia nulla fuit, subindeq; minime prodesse debet ad excusandā malā fidē mulieris, quæ non certa de morte prioris coniugis, cū secūdo cōtraxit, cōtra reg. *tex. in c. in præsentia de sponsal.* sunt qui dicunt in hoc tex. maritū ab vxore per longū tempus se absentasse, & diligenter perquisitū inueniri non potuisse constat ex tex. ibi, Episcopus vero sicut vir prouidus & discretus, &c. quo casu præsumitur maritum se absentasse per malitiam, & contumaciam, ne citatio ad eum perueniret, & tunc citatio ad domum valet, etiā in ijs, quæ sunt magni præiudicij vt per Tiraq. qui hunc tex. citat, *de retract. lig. §. 9. gl. 2. n. 7.* & procedi potest contra absentem, vt probat *tex. in cap. 1. qui Matrimonium accusare possunt,* secundum vnum intellectum; ita Abb. & Cardin. hic *n. 4.* notantes diuersam esse rationem *in cap. per venerabilem infra hoc tit.* quia ex eo, in vers. *Præterea,* constat sententiam nullam fuisse. Tu dic quod Pontifex hic non curauit de validitate sententiæ, aut processus ad effectum legitimatis filiorum, de qua interrogabatur, quia siue esset valida, siue nulla semper sufficiens erat ad legitimandam prolem susceptam ex secundo Matrimonio, quod eius auctoritate publice in conspectu Ecclesiæ parentes contraxerunt, nec Iuris errore, si eum haberet mulier contrahens, confisa in Iudicis sententia bonam fidem potuit im-
3 pedire, ita multi quos refert, & sequitur Couar. *de spons. p. 2. cap. 8. §. 1. n. 10.* & ita etiam auctoritate *gl. vlt. in præsenti,* refert Menoch. *cons. 15. n. 7 & cons. 17. n. 5.* & facit quod etiā in illicitis iussus, seu iudicis auctoritas excusat à dolo *gl. in c. dixit Dominus, 14. q. 5.* Tiraq. *de pœnis temper. causa 34. n. 4. cum seqq.* Decian. *tract. crim. lib. 9. cap. 37. n. 4.* Iuuat deinde quia missus Iudicis decreto in possessionem illius rei, quam scit esse alienam, dicitur habere bonam fidem, ideoq. potest præscribere, vt per Couar. *in reg. possessor p. 2. §. 8. nu. 9.* Mench. *illustr. cap. 72. n. 1.* plene Gilchen. *de vsucap. p. 2. memb. 2. cap. 5. d. prin.* Accedit quod huiusmodi Matrimonium publice contractum fuit, & bona fides probatur ex eo quod quid publice factum est, ex Tiraq. *in proœm. retract. convent. n. 13.* Menoch. *d. cons. 15. num. 7.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Filij suscepti ex Matrimonio valido, sed tamen illicito propter aliquod Iuris impedimentum impediẽs tantum, non vero dirimens sunt spurij, referuntur fundamenta pro parte affirm. & num. 3. pro negante.*
4 *Declaratur tex. in præsenti.*
5 *Filij naturales per Matrimonium clandestinum nullum propter defectum parochi & testium an legitimentur, ostenditur.*

Cap. Quod nobis. IX.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarel. Ioann. Andr. Host. Henr. Butr. Anch. Panor. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag. 102.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 595.* refertur ab Ant. August. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. de clandest. desponsat. cap. 3.* & est post Concil. Lateranen. *par. 50. cap. 17.*

2 Hic sedet disputanda quæstio apud Doctores controuersa vtrum filij suscepti ex Matrimonio valido, sed tamen illicito propter aliquod Iuris impedimentum impediens tantum non vero dirimens, sint spurij, an legitimi? In qua vt certa ab incertis separemus dicendum videbatur in casu Matrimonij clandestini sine denunciationibus contracti (quod validum esse notaui *de off. & potestate Episc. p. 2. Alleg. 32. nu.* .) spurios esse filios ex eo generatos grauissimi tenuerunt Doctores, nam hanc sententiam Hostiensi tribuit, eamque sequitur Beroi. *q. 107.* eandem tribuit glossæ, & Abbati *in cap. vlt. sup. de clandest. despons.* Sot. *in 4. dist. 28. q. 1. art. 2. vers. alia sunt.* Adducitur pro hac parte tex. in præsenti, quatenus probat filios ex Matrimonio clandestino antequam illud ab Ecclesia fuerit approbatum, illegitimos esse; deinde secundo adducuntur *tex. in cap. cum inhibitio §. si quis vero, de clandestina desponsatione & in cap. ex tenore infra hoc tit.* quibus Iuribus requiritur ad legitimandam prolem propter bonam fidem parentum quod Matrimonium contractum sit in facie Ecclesiæ: tum etiã quia in ijsdem Iuribus probatur illegitimam esse prolem susceptam ex Matrimonio clandestino, si inter parentes aliquod existebat impedimentum, quod ipsi ignorabant, quæ tamen legitima esse debuit, si stante eo impedimento, & parentum ignorantia, non clandestine, sed publicè fuisset contractum.

3 Verum huiusmodi filios susceptos ex Matrimonio clandestino valido legitimos esse verius est, & receptius; constat enim legitimationem prolis ex validitate Matrimonij pendere, quia ex iustis nuptijs iusti nascuntur filij, *princ. Instit. de patria potestate*, iustæ autem nuptiæ dicuntur, quæ secundum leges validæ sunt, licet in contrahendo parentes culpam cõmiserint, si ergo Matrimonium valet secundum leges, & contracto licite vtuntur, non est cur ex tali coniunctione suscepti filij illegitimi censeri debeant; atque ita expresse docuit *gl. vlt. in præsenti*, recepta per Butr. hic *n. 6.* & Abb. *n. 5.* sequuntur & Paleoth. *de noth. & spur. cap. 10. num. 1.* Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 12. n. 13.* Menoch. *cons. 199. nu. 57.* Fnlu. Pac. *de prob. lib. 2. cap. 16. nu. 68.* & alij plures per Sanch. *de Matrim. lib. 3. disp. 42. n 8.*

4 Nec huic sententiæ obstat *tex. in præs.* facilis est enim eius interpretatio, quamuis à DD. difficilis soleat reputari, vt constat ex statim referendis; nam DD. communiter existimant tex. procedere in Matrimonio clandestino nullo propter aliquod latens Iuris impedimentum, filiosque legitimos esse, quamuis cõcepti & nati sint in clandestinitate ante Ecclesiæ approbationem, si ea postea sequatur, quamuis deinde iã Matrimonio approbato impedimentum detegatur, ita resoluit communem dicens modernorum Anton. de Rosel. *in tract. de legitimat. lib. 1. cap. penult. de Matrim. putat. num. 3.* & post Io. And. Butr. Abb. Præpos. Alex. de Neno, & alios quos refert, & late tuetur argum. in contrarium satisfaciens Sanch. *d. disp. 43. n. 4. cum seqq.* eodem modo respondetur ad tex. *in d. §. si quis vero*, agere de Matrimonio nullo propter aliquod Iuris impedimentum, quod parentes ignorabant, fuisseque dubitandi rationẽ *ex d. tex. in cap. ex tenore*, videbatur enim propter bonam fidem parentum prolem legitimandam, quod tamen tex. negat, ea ratione qnia vltra impedimentum fuit Matrimonium clandestine contractum, quo casu tex. inqnit, non expertæ scientiæ, vel saltem affectatores ignorantiæ videri sic contrahentes, &c.

5 De Matrimonio vero, clandestino nullo propter defectum Parochi, & testium iuxta nouam dispositionem Concil. Trid. *sess. 24. de reformat. Matrim. cap. 1.* de duobus potest dubitari; Primo an per illud naturales antea suscepti fiant legitimi? & certũ esse debet non legitimari; patet quia, vt Matrimonium sequens antea susceptos reddat legitimos validum esse oportet; constat autem nullum esse Matrimonium contractũ sine parocho, vel testibus ex Concil. Trid. *d. c. 1.* Ergo, &c. quo casu loquitur Menoch. *de præsump. 1. nu. 100.* Aut rursus possumus dubitare an filij suscepti ex hoc Matrimonio clandestine contracto spurij sint, ita vt per aliud subsequens validum cum Parocho & testibus nequeant legitimari; & certum est illegitimos esse, & consequenter per subsequens Matrimonium posse legitimari, vt tenent Pereg. *de fideicomm. art. 24. n. 74.* & euidenti ratione ostenditur qui licet Matrimonium sine Parocho contractum nullum sit, contrahentes tamen, si nullo alio impedimento sint impediti, habiles manent ad contrahendum de nouo, quia Concil. Trid. *in d. cap. 1.* non simpliciter eos reddit inhabiles, sed solũ ad cõtrahendum

hendum sic, idest sine Parocho, & testibus quia his adhibitis minime prohibet imo permittit de nouo cōtrahere, vt tenent multi, quos refero Ego ipse *de off. & potest. Episc. p. 2. alleg. 32. n. 151.* Vnde licet isti illegitimi sint, quia nati ex Matrimonio inualido, cum tamen nascantur ex parentibus, qui Matrimonium valide possunt contrahere, nullumque habeant Iuris impedimentum, quos eos ad contrahendum de nouo faciat inhabiles, apertissimum sequitur per Matrimonium validum postea sequutum legitimos fieri.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Illegitimi sunt filij nati ex Matrimonio contracto contra publicæ honestatis iustitiam.*

Cap. Referente. X.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anch Panor. Præpos. Alex. de Neuo, Casal. *in annot.* Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag. 102.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 595.* refertur ab Ant. August. *collect. 2. Decretal. lib. 4. tit. 11. cap. 1.*

2 Probat hic tex. illegitimos esse filios natos ex Matrimonio contracto cōtra publicæ honestatis iustitiam, cum huiusmodi impedimentum impediat & dirimat Matrimonium si contrahatur intra gradus à Iure præscriptos, vide Nauar. *in manu. cap. 22. à nu. 57.* Couar. *de sponsal. par. 2. cap. 6. §. 2. à princ.* Henriq. *in sum. lib. 12. cap. 10. §. 2.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 68.* Gutier. *eod. tract. cap. 103.* Bonac. *eod. tract. q. 3. puncto 11. à princ.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Contendens alicuius parentes Matrimonium contrahere non potuisse debet probare Matrimonium illud non tenuisse, eiusque parentes illud contraxisse mala fide.*
3 *Intellectus diuinatorius ejciendus.*

Cap. Peruenit. II.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Coll. Zab. Io. And. Host. Henr. Butr. Anch. Panorm. Præpos. Casal. *in annot.* Alex. de Neuo, Xim. Tolet. *in concord. vtriusq; Iuris cū legib. Castel. p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag. 102.* Alag. *in comp. Iuris Canon. pag. 593.* refertur ab Anton. August. *collect. 2. Decretal. lib. 4. tit. 11. cap. 2.*

2 *Matrimonium fuisse legitime celebratum, &c.* Notatur ad hoc quod contendens alicuius parentes Matrimonium contrahere non potuisse, debet dicere, & probare Matrimonium illud non tenuisse, atque eius parentes illud contraxisse malā fide, ita Couar. *de spons. p. 2. cap. 8. §. 3. num. 1. in fine.*

3 In glos. [Si est ita] vnica, ibi (*sed hoc est diuinare*) Notatur ad hoc quod intellectus diuinatorius est reijciendus, vt per D. Barbosam *in rub. ff. sol. Matrim. p. 1. num. 12.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Sententia quæ nititur duabus causis, quarum vna vera est, & altera falsa, tenet.*

Cap. Per tuas. XII.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collectar. Zabarell. Io. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Præpos. Alexan. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag. 103.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 595.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 4. tit. 12. cap. 1.*

2 *Non tamen Decretali, &c.* Notatur ad hoc quod sententia, quæ nititur duabus causis, quarū vna vera est, & altera falsa, valet, & tenet, vt per Siluan. *cons. 2. nu. 75.* Gail. *lib. 1. obseruat. 66. num. 9.* Hyppolit. *sing. 617. & cons. 113. n. 22.* Tiraq. *in tract. cessante causa, limit. 22. n. 6. 13. & 20.* Vant. *de nullit. tit. ex defectu processus num. 123.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Archiepiscopus pro laico procuratoris officium apud Rom. Pontificem suscipere potest.*
3 *Papa non solum ad spiritualia, sed etiam ad actus seculares laicos potest legitimare in terris Imperij.*
4 *Papa, qui potest tollere impedimentum à iure positiuo procedens, potest etiam illo sublato dispensare in illius radice.*
5 *Papa censetur in radice dispensare quando ipse declarat legitimos filios natos ante dispensationem, & postea nascituros.*
6 *Dispensatio in radice Matrimonij est tanta potentia vt non solum viuentibus contrahendis, sed etiam post eorum mortem operetur ad filiorum legitimationem in præiudicium tertij.*
7 *Dispensatio in radice Matrimonij comprehendit tātum prolem susceptam in figura Matrimonij, non autem natum, & conceptum.*
8 *Legitimandi potestas inter ea, quæ Principi reseruantur, numeranda est.*
9 *Legitimationes in Regno Portugaliæ prout, & alibi non sunt vera legitimationes, sed potius dispensationes.*

10 *Legi-*

10 *Legitimatus à Principe non potest obtinere terras, quæ non sunt subditæ Principi legitimanti.*
11 *Causa requiritur in Principe legitimante.*
12 *Argumentum à maiori ad minus validum est.*
13 *Argumentum de maiori ad minus non valet in materia dispensationis, quod declara vt ibi.*
14 *Episcopalis dignitas eximit filium à patria potestate.*
15 *Electio sola in Episcopum satis est vt quis patriam potestatem egrediatur.*
16 *Religionis professio à filio facta eum liberat à patria potestate.*
17 *Seruus liber fit, quando ad Ordines promouetur scienter per Episcopum absente, & ignorante domino.*
18 *Legitimus vt quispiam sit pro parte, & pro parte illegitimus monstruosum est.*
19 *Dispensatus ad vnum, dispensatus quoque videtur ad consequutiua.*
20 *Constantinus Imperator in pluribus terris, & Prouincijs omnem temporalem potestatem, dominium, & vniuersa Imperij Iura in Ecclesiam transtulit.*
21 *Matrimonium propter adulterium coniugis potest dissolui quoad thorum, & mutuam cohabitationē, non tamen quoad vinculum.*
22 *Franciæ Rex Imperatori non subijcit.*
23 *Portugaliæ Regnum est exemptum à Romano Imperio.*
24 *Hispaniæ Reges non subsunt Imperatori, nec superiorem recognoscunt in temporalibus.*
25 *Aragoniæ Rex non recognoscit superiorem.*
26 *Angliæ Rex Romani Imperij iurisdictione est liber.*
27 *Venetorum serenissima Resp. ab Imperio exempta est.*
28 *Mediolani Dux habet Iura regalia, & fiscalia, & omnia potest in suo statu, quæ potest Imperator in toto Imperio.*
29 *Regna Neapolis, Siciliæ, Sardiniæ, Poloniæ, & Vngariæ Imperatori subiecta non sunt.*
30 *Sabaudiæ Dux serenissimus in suo ducatu Imperij, & omnimodæ potestatis Ius habet.*
31 *Flandriæ Comes, Archidux Austriæ, & alij potentatus in Germania superiorem non recognoscunt.*
32 *Delphinus habet Iura Principis supremi.*
33 *Ferrariæ Dux non recognoscit superiorem.*
34 *Montis Ferrati Dux habet Iura Imperij.*
35 *Duces, Marchiones, Comites perpetuo inuestiti, censetur Imperatores in suo Ducatu, Marchionatu, ac Comitatu.*
36 *Princeps supremus an possit filios proprios legitimare, ostenditur.*
37 *Papa in terris Regum directè non habet Iurisdictionem quoad temporalia.*
38 *Causæ dubiæ difficiles, & ambiguæ ad iudicium Sedis Apost. cui Rom. Pontifex præest, deferendæ sunt.*
39 *Apost. Sedes, & vniuersalis Ecclesiæ primatus Iure Diuino est in Rom. Ecclesia.*
40 *Apost. Sedes an possit auctoritate Pontificia aliò trāsferri, ostenditur.*
41 *Petrum Romæ fuisse contra hæreticos qui defenderint, ostenditur.*
42 *Apparitio Christi facta Petro interroganti Domine quo vadis, verissima.*
43 *Cardinalium dignitas tempore Innocentij I. cognita non erat.*
44 *Cardinales post tempora Innocentij IV. seu Bonifacij VIII. gerere cœperunt officium, quod antea gerebant Episcopi in summi Pontificis consilijs.*
45 *Papa potest sine Cardinalibus omnia expedire, etiam ardua, ex ciuilitate tamen in arduis debet communicare cum Cardinalibus.*
46 *Cardinales sunt instituti de iure diuino.*
47 *Cardinalium origo, potestas, & hodierna excellentia inter omnes Ecclesiæ Prælatos, quæ sit, remissiuè.*
48 *Excommunicatio æquiparatur morti.*
49 *Papa an possit mortis pœnam corporalem infligere remissiuè.*
50 *Presbyterorum filij ordinari non possunt.*
51 *Alimenta filius spurijs de æquitate Canonica vbique seruanda debentur.*
52 *Naturalis filius propriè, & strictè dicitur, qui ex concubina natus est in schemate vxoris.*
53 *Adulterini dicuntur filij Presbyterorum.*

Cap. Per venerabilem. XIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostiens. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Præpos. Alex. de Neuo, Catal. *in annot.* Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag.* 104. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 595. refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 4. tit. 12. cap. 2.*

2 *Arelaten. Archiepiscopum.* Ergo Archiepiscopus pro laico procuratoris officiū apud Romanum Pontif. suscipere potest, contra *reg. tex. in cap. 2. ne clerici vel monachi*, sed multi intelligunt ea ratione procedere, quia prohibitio illa solū obtinet locum in procuratore generali, qui huiusmodi officium frequenter exercet, non ita si vnum suscipiat, vel semel hoc faciat, per ea quæ diximus ad *cap. 1. de postul. n. vlt.* vbi multos citauimus DD. vel potest dici Episcopos, Sacerdotes, & à fortiori alios inferiores clericos non prohiberi officium procuratoris etiam pro laicis in Romana Curia suscipere, quod alij ampliant ad quamcumque curiam ecclesiasticam, etiam in partibus, vt tenent citati per me *in d. cap. 1. n. penult.*

3 *Quod autem super hoc, &c.* Ex his verbis, & alijs, quæ sequuntur probari videtur conclusio illa in qua præcipue huius tex. vertitur difficultas, quod scilicet summus Pontifex non solum ad spiritualia, sed etiam ad actus seculares laicos potest legitimare in terris Imperij, quod etiam deducitur ex *versic. præterea, & versic. rationibus*, ex quibus bene hanc conclusionem affirmatiuam firmāt hic Hostien. & Gofred. de Trano *in summa huius tit.* Rota *decis. 200. alias 1. in nouis sub hoc tit.* & securè tradit Anast. Germon. *in paratitla ad hunc tit.* & in

para-

effectu post longas distinctionum ambages sequitur Præpos. *a num.* 71. & vltra huius tex. auctoritatem pluribus rationibus cõfirmat; quidquid in contrarium sit communis DD. resolutio de quibus. Sanch. *lib.* 8. *de Matrimon. disput.* 7. *à princ.* quos reprobat Rota Rom. *decis.* 191. *nu.* 13. apud Farin. *par.* 1. *recent.*

4 Vnde Summus Pontifex, qui potest tollere impedimentum à Iure positiuo procedens, potest etiam illo sublato dispensare in radice illius, & relinquere Matrimonium in terminis priorum consensuum, & sic verum, & validum, prout ex tunc, acsi dispensatio illud præcessisset, vt censuit Rota *in vna Hispalen. legitimitatis* 11. *Maij* 1615. coram Domino Manzanedo, quæ est *decis.* 687. *num.* 8. apud Farin. *par.* 2. *recentiorum*, & ita absque dubio posse Summum Pontificem laicos etiam in terris Imperij ad temporalia legitimare in radice Matrimonij profitentur hic Abb. *nu.* 22. Zabarell. *quæst.* 9. & Præpos. *nu.* 74. Couar. *de spons. par.* 2. *cap.* 8. §. 8. *num.* 13. Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 12. Pereg. *de fideicom. art.* 24. *nu.* 77. *& seqq.* Cald. Pereira *de nominat. emphyt. q.* 21. *nu.* 51. Henriq. *in sum. lib.* 11. *cap.* 20. §. 2. Sayr. *de cens. lib.* 6. *cap.* 11. *nu.* 6. & plene relati à Sanch. *d. lib.* 8. *di-*
5 *sput.* 7. *nu.* 4. Ex quibus autem verbis censeatur Romanum Pontificem dispensare in radice in Matrimonio inter consanguineos nulliter contracto ostendit Sanch. *d. disp.* 3. *à num.* 14. *& n.* 22. Sed melius Rota *d. decis.* 687. *nu.* 14. *par.* 2. *recentiorum* dicit à Papa dispensatum censeri in radice quando ipse declarat legitimos filios natos ante dispensationem, & postea nascituros.

6 Quæ dispensatio in radice est tantæ potentiæ, vt non solum viuentibus contrahẽdis, sed etiam post eorum mortem operetur ad filiorum legitimationem in præiudicium tertij, aliàs vocati ad successionem, quia hæc legitimatio fundamentum non habet in consensu; quem parentes mortui iam præstare non possunt. sed potius in Matrimonio, quod nulliter contraxerunt, reuocando impedimentum à principio, acsi non existeret tempore illius: cui rei nihil obstat quod vterque, vel alter ex parentibus mortuus sit; siquidem hoc non inducit defectum potestatis in Pontifice ad reuocandum impedimentum suæ legis Canonicæ, & effectus ab ea productos, vt probant in proprijs terminis DD. per me citati ad *cap. tanta. prope finem versic. filius incestuosus sup. hoc tit.* & comprobat Ro-
7 ta *d. decis.* 687. *num.* 13. vbi id procedere asserit vbi dispensatio per parentes in vita petita fuerit: eadem Rota *decis.* 174. *post lib.* 2. *consil. Farin.* tenuit dispensationem in radice Matrimonij comprehendere tantum prolem susceptam in figura Matrimonij, non autem natum & cõceptum ante Matrimonium, idem iterum censuit *in vna Leodien. canonicatus* 23. *Februarij* 1601. *coram Illustrissimo Ludouisio, postea S. D. Gregorio XV.* Cætera quæ in hac materia occurrere possunt vide *in tract. de officio & potestat. Episcop. par.* 1. *tit.* 3. *cap.* 2. *nu.* 101. cum multis seqq. vbi multa circa intellectum huius tex.

8 Illud tamen aduertendum duxi in materia dispensationum legitimandi potestatem inter ea, quæ Principi reseruantur, annumerandam esse, vt docet Cassan. *in consuetud. Burgundiæ, rub.* 8. §. 3. *verbo abintestat. num.* 28. *pag.* 287. *&* §. 5. *nu.* 40. *pag.* 295. Menoc. *cons.* 17. *nu.* 9. Mascar. *de probat. concl.* 324. *num.* 2. Surd. *cons.* 1. *nu.* 25. Cald. Pereira *quæstion. forens. cons.* 4. *nu.* 33. Azor. *instit. moral. par.* 2. *lib.* 2. *cap.* 14. *q.* 5. & iam hodie prout etiam in nostro Lusita-
9 niæ Regno legitimationes non sunt veræ legitimationes, sed potius dispensationes, de quo vide Menoch. *cons.* 181. *nu.* 17. *& cons.* 306. *nu.* 24. *cum seq. & cons.* 390. *nu.* 53. Flores *ad Gam. decis.* 11. Io. Garc. *de nobilit. glos.* 2. *nu.* 77. Steph. Gratian. *disceptationum forens. cap.* 138. *num.* 41. *cum seqq.* & ex nostris Lusitanis Cald. Pereira *in l. si curatorem verbo siue curatore num.* 51. *vers. aduerto tamen & n.* 52. *& de nominat. emphyt. q.* 21. *num.* 64. *& in responso pro Sebastiano Limpo n.* 46. *&* 47. *& quæstion. forens. lib.* 1. *q.* 28. *num.* 23. Valasc. *consul.* 163. *nu.* 7. *& de partition. cap.* 12. *num.* 42. Cabed. *par.* 2. *decis.* 69. *nu.* 3. vbi *n.* 19.
10 resoluit quod legitimatus à Principe non poterit obtinere terras, quæ non sunt subditæ Principi legitimanti.

11 *Diuersis causis inspectis.* Ergo in Principe legitimante requiritur causa, de quo vide Dec. *in cap. at si Clerici* §. *de adulterijs n.* 10. *vers. sed aduertendum sup. de iudic.* Menoch. *cons.* 19. *n.* 3. *&* 20. *& cons.* 20. *nu.* 9. *&* 41. Sanch. *de Matrim. lib.* 8. *disp.* 17. *à nu.* 23.

12 *Quod in maiori conceditur, &c.* Vulgariter allegatur ad hoc quod validum est argumentum de maiori ad minus, de quo Euerard. *loco* 66. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. glo.* 9. §. 2. *num.* 24. Sanch. *d. lib.* 8. *disput.* 1. *nu.* 21. Card. Tusc. *tom.* 1. *lit. A. concl.* 501. Thom. de Thomasset. *in floribus legum reg.* 53. & alij plures citati *in libello de princip. vtriusq; Iuris lit. A, num.* 185. Sed dubium facit quia tex. in præsenti huiusmodi arg. de maiori ad minus validum pronuntiat in materia dispensationis, in qua il-
13 lud non procedere resoluunt Molina *de primog. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 48. *&* 49. Couar. *d. cap.* 8. §. 8. *num.* 11. Menoch. *cons.* 72. *num.* 11. Gutier *canonic. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 124. *&* 126. Brunor. à Sole *in locis communibus lit. D. verb. dispensationes sunt odiosæ*, Molin. *de iustit. tract.* 2. *tom.* 3. *disp.* 191. *num.* 2. Sanch. *d. disp.* 1. *num.* 32. Vnde quidam distinguunt inter dispensationes odiosas, & fauorabiles, vt in his posterioribus procedat regula huius tex. qui de legitimatione agit, quã inquiunt ea ratione fauorabilem quia per eam fit ingressus ad Ius naturale, secundũ quod omnes homines legitimi nascebantur *auth. quibus modis naturales effic. sui* §. *illud*: at vero in prioribus scilicet odiosis procedat communis senten-

tia

sia legatina. Alij vero distinguunt inter legi-
timationem, quam fatentur odiosam, & restrin-
gendam, sicut dispensationem; & inter potesta-
tem legitimandi seu dispensandi, de qua intelli-
gunt tex. in præsenti, quam inquiunt esse fauo-
rabilem, & extendendam, Cou. d. §. 8. nu. 6. vers. 8.
& nu. 11. Fr. Emman. in sum. tom. 1. cap. 166. n. 3.
Perez l. 6. glos. 1. pag. 697. vers. hinc est tit. 12. lib. 9.
Ordin. Menoch. cons. 18. num. 16. Gutier. d. cap. 15.
nu. 125. Henriq. in sum. lib. 7. cap. 3. in fine. Molin.
d. tract. 2. disp. 173. vers. obseruandum. Sayr. de cen-
sur. lib. 6. cap. 11. num. 8. & alij, de quibus Sanch.
d. lib. 8. disp. 2. nu. 1. Sed his, & alijs reiectis intel-
lectibus facilis, & verior sensus est argumentum
hoc de spiritualibus ad temporalia, & ita de
maiori ad minus non esse Pontificis, sed partis
petentis ad temporalia legitimationem.

14 *Eximitur à patria potestate, &c.*

Notatur ad hoc quod per Episcopalem digni-
tatem filiusfamil. eximitur à patria potestate,
consonat Auth. *sed Episcopalis dignitas C. de Episc.
& Cler.* Bernar. Diaz *reg.* 235. Alphan. *collect.* 446.
Gregor. [illegible] *glos. fin. tit.* 18. *par.* 4. Io. Garcia *reg.* 198.
Viuius [illegible] *1. commun. opin. lib.* 8. *tit.* 29. *n.* 4. *pag.* 403.
Pinel. in l. 1. *par.* *n.* 42. *C. de bonis mater.* Matien. *l.* 9.
gl. 3. *n.* 3. *tit.* 11. *lib.* 5. *noua recopil.* Valdes. *ad Xuar.*
ad l. 9. *tit. de los pleitos.* §. *considera vltra pag.* 62.
Cort. *in memorab. verbo Episcopalis dignitas, & ver-
bo Sacerdotium pag.* 742. Surd. *de alim. tit.* 9. *q.* 20.
n. 34. Menoch. *remed.* 15. *recuper. n.* 321. Modern. *de
iurisdict. par.* 4. *casu* 17. *num.* 4. Molina *de In-
stit. tract.* 2. *disp.* 229. *vers. sextus n.* 8. vbi etiam resol
15 uit satis esse solam electionem in Episcopum,
vt quis patriam potestatem egrediatur, esto
nondum Episcopatum administret.

16 Religionis professio à filio facta eum liberat
à patria potestate, vt per Viui. *d. nu.* 4. *vers. & hos
idem,* Cald. Pereira *in l. si curatorem verbo sine cura-
tore n.* 24. *&* 25. *& verbo læsis nu.* 143. Nauar. *com-
ment.* 3. *de regular. n.* 47. Surd. *de alim. tit.* 8. *priuil.* 68.
n. 6. Fr. Emman. *quæsti. regul. tom.* 2. *q.* 77. *artic.* 6.
Valasc. *cons.* 108. *nu.* 4. *&* 23.

17 *Scienter seruum alterius, &c.*

Notatur ad hoc quòd seruus liber fit quando ad
Ordines promouetur scienter per Episcopum
absente, & ignorante domino, tenetur tamen Epi
scopus illius æstimationem in duplum recompē-
sare per tex. *in cap. si seruus absente* 54. *dist.* resoluūt
materiam late prosequentes Trot. *de vero, & per-
fecto Clerico lib.* 2. *cap.* 4. Maiol. *de irregularit. lib.* 1.
c. 35. Vgol. *eod. tract. cap.* 57. Henriq. *in sum. lib.* 14.
cap. 8. *n.* 7. Auil. *de censur. p.* 3. *disp.* 3. *dub. vlt.* Nauar.
in manu. cap. 27. *nu.* 204. plures per Cened. *ad De-
cretal. collect.* 61. Bellett. *disquisit. clerical. p.* 1. *tit.
de disciplina clericali* §. 14. *nu.* 2. Bernard. *in pract.
cap.* 19. *n.* 3. *in nouiss. edit.*

18 *Videretur siquidē mōstruosū, &c.*

Notatur ad hoc quod monstro simile est quod
quispiā sit legitimus pro parte, & pro parte il-
legitimus, consonat *cap. ex tenore supra hoc tit.* vbi
glos. verbo si ambo parentes, & facit reg. *cap.* 3. *sup.
de clādestina desponsat.* Tiraq. *in l. si vnquā verbo do-
natione largitus nu.* 284. Garc. *de nobilit. glos.* 21. *à*
19 *nu.* 78. Dispensatus enim ad vnum dispensatus
quoque videtur ad omnia consécutiua, *glos. ver-
bo solemnibus in cap. si quis in clero* 9. *q.* 1. *glos. verbo
plures in cap. quia in tantum de præbendis,* quas rece-
ptas testantur Felin. *in cap. postulasti nu.* 10. *de re-
scriptis.* Gom. *in cap. vlt. nu.* 37. *de iudic. in* 6. multi,
de quibus Sayro *de censuris lib.* 7. *cap.* 14. *num.* 21.
P. Sanch. *d. lib.* 8. *disput.* 1. *nu.* 19.

20 *In patrimonio Diui Petri, &c.*

Quod scilicet habuit Apostolica Sedes in perso-
na Siluestri Pontificis ex donatione Constantini
Imperatoris, qui in pluribus terris, & prouincijs
omnem temporalem potestatem, dominium, &
vniuersa Imperij iura in Ecclesiam Romanam
transtulit, de qua *in cap. Constantinus* 96. *dist.* lau-
dat, & approbat Pontifex in *cap. fundamenta vers.
ne autem de elect. lib.* 6. *& in Clem.* 1. *de iureiur.* facit
tex. in cap. ego Ludouicus 63. *dist.* quorum argumē-
to veram esse hanc de Constantini donatione hi-
storiam Doctores communiter profitentur dictis
locis, & Turrecrem. *de potestate Ecclesiæ lib.* 2. *c.* 42.
Castald. *de Imperat. q.* 51. Pelag. *de planctu Ecclesiæ
lib.* 1. *cap.* 43. *& lib.* 2. *cap.* 29. Cou. *lib.* 4. *var. cap.* 16.
nu. 8. *vers. secundo loco,* Alphonsus de Mendoza
in quodlib. q. 4. *scholast.* §. 4. *vers.* 5. Cardin. Baron.
tom. 4. *annalium Ecclesiæ anno Christi* 324. *Con-
stantini* 19. Molin. *de iustit. disp.* 25. plures re-
fert Ceuall. *communium contra communes q.* 345.
alios citat Cened. *ad Decretal. collect.* 109. *nu.* 4.
quibus adde Franciscum Ioannet *in lib. Rom. Pon-
tificum cap.* 33. *pag.* 41. & alios citatos per me
de officio & potestate Episcopi p. 1. *art.* 2. *cap.* 2.

21 *Nō tamē ipsius violatio cōiug. &c.*

Aperte probat tex. Catholicam veritatē sæpius
Sacris Canonibus definitā ab hæreticis nostræ
tempestatis male vexatā, quod scilicet propter
adulterium cōiugis potest dissolui Matrimoniū
quoad thorū & mutuā cohabitationem, non ta-
men quoad vinculum, nec innocens potest viuē-
te adultera aliud inire Matrimonium, ita etiam
de Fide definitum est per Concil. Triden. *sess.* 24.
Canon. 7. multiplici ratione, & diuinarū literarū,
Sanctorumq; Patrū traditione confirmans con-
trarijs late satisfacit Bellarm. *in suis controuersijs
tom.* 2. *de Matrim. lib.* 1. *cap.* 15. *& seqq.* Cou. *de spō-
sal. p.* 2. *c.* 7. §. 6. *n.* 13. Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 25. *à n.* 4.
Hēriq. *in sum. lib.* 11. *c.* 2. *n.* 3. *iuncto cōmento lit.* R.
D. Barbosa *in rub. ff. soluto Matrim. p.* 2. *nu.* 15.
Sanch. *de Matrim. lib.* 10. *disp.* 2. *nu.* 2. Rebello *de
obligat. iustitiæ par.* 2. *lib.* 2. *q.* 25. *sect.* 2.

22 *Cum Rex superiorem in tempo-
ralibus, &c.* Notatur ad hoc quod Rex
Franciæ Imperatori non est
subiectus, prout late defendunt Igneus per in-
tegrum *tractat. an Rex Franciæ recognoscat su-*

periorem, Mantu. *dialogo* 49. Carol. de Graff. *de regalibus Franciæ lib.* 1. *tit.* 6. Cassan. *in cathalogo gloria mūdi par.* 5. *consid.* 28. Petr. Greg. *syntag. Iuris lib.* 47. *cap.* 14. *num.* 15. Cosm. *in pragm. in proœm. pag.* 1. *verbo Dei*. Scacc. *d. loco.*

23 Portugaliæ Regnum quod sit exemptum à Romano Imperio asserunt Ferret. *de iusto & iniusto bello nu.* 24. Nau. *in cap. nouit notab.* 3. *nu.* 165. *de iudic.* Parlad. *lib.* 2. *rerum quotid. cap.* 21. *n.* 3. Ceuall. *communium contra communes tom.* 4. *q.* 897. *nu.* 391. Soar. *de legibus lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 3. *in fine*. Cabed. *p.* 1. *Lusitaniæ decis.* 211. *sub n.* 3. *& p.* 2. *decis.* 7. *n.* 4. Garc. *de nobilit. glos.* 21. *nu.* 45. Cald. Pereira *de empt. cap.* 1. *nu.* 5.

24 Hispaniæ Reges quod non subsint Imperatori, nec recognoscāt in temporalibus superiorem tenent Cou. *in reg. peccatum p.* 2. §. 9. *nu.* 9. Nauar. *d. cap. nouit notab.* 3. *n.* 161. Olan. *in præfat. antinom. n.* 2. *&* 12. Renat. Chopin. *de dom. Franciæ lib.* 2. *tit.* 1. *n.* 13. Gregor. *l.* 27. *verbo en lus cosas tit.* 23. *part.* 3. Burgos *de Pace in proœmio legum Tauri à nu.* 34. *& n.* 144. Perez *in proœmio Ordin. q.* 1. *pag.* 6. Auend. *de exequendis mand. p.* 1. *cap.* 1. *n.* 7. Franciscus Nunez de Velazco *en los dialogos de contencion de la milicia y ciecia dialogo* 1. *fol.* 28. *&* 29. Scacc. *de appellat. q.* 16. *lim.* 5. *n.* 4. Azeuedo *l.* 1. *n.* 5. *tit.* 17. *lib.* 9. *& l.* 3. *n.* 4. *tit.* 5. *lib.* 3. *nouæ recop.* Parlad. *d. cap.* 21. *n.* 3. Menoch. *controu. illustr. in proœm* Modern. *de Iurisdict. p.* 1. *cap.* 26. *n.* 70. Ceuall *d. q.* 897. *n.* 390. *& seq.* Cabed. *p.* 2. *Lusitaniæ decis.* 8. *n.* 3. Petrus Marizius *in suis dialogis variæ historiæ dialog.* 2. *cap.* 6. Soar. *d. cap.* 8. *n.* 3. plene Valdes. *de Regum Hispaniæ dignitate c.* 18. *per totum*, plures citat Cened. ad Decretum *collect.* 64. *num.* 4. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 11. *cap.* 5. *q.* 4. *vers. Regem*.

25 Aragonum Rex non recognoscit superiorem. Selse *decis.* 187. *nu.* 106.

26 Angliæ Rex Romani Imperij iurisdictione est liber, siue iure belli, siue alio iure, quod per *c. cum sit, quæ il* 2. *sup. hoc tit.* tenēt Lara *in l. si quis à liberis in princip. n.* 67. Azor. *d. q.* 4. *vers. Regem Angliæ.*

27 Venetorū Serenifs. Respubl. ab Imperio exēpta, tam de facto, quia Imperatorem in dominū non recognoscit, quā de iure, vel quia alma Venetiarū ciuitas in insula maris fundata est, atq; ideo veluti altera Roma libera est, vel quia priuilegium libertatis ab Imperatore habuerit, Pereg. *de iure fisc. lib.* 1. *tit. de his qui iura fiscalia habēt n.* 69. Ant. Oliban. *in cōm. ad vsati. alitē nāq; de iure fisci c.* 3. *n.* 79. vbi idem de ciuitate Genuensium.

28 Mediolani Dux habet iura regalia, & fiscalia, & omnia potest in suo statu, quæ potest Imperator in toto imperio, & gaudet prærogatiua *l. bene à Zenone Cod. de quadrien. præscript.* vt per Muscul. *tom.* 1. *commun. opinion lib.* 8. *tit.* 17. *n.* 25. *pag.* 326. Viui *lib.* 3. *tit.* 11. *nu.* 72. *pag.* 393. *vers. Mediolani.* Mascard. *de probat. cōcl.* 139. *n.* 11. Menoch *cōs.* 507. *n.* 1. Anton. Oliban. *d. cap.* 3. *n.* 79. Et ideo à Senatu Mediolanensi non datur appellatio, Scaccia *d. q.* 16. *limit.* 4. *n.* 6. *vers.* 1. *& limit.* 13.

29 Neapolis, & Siciliæ, ac Sardiniæ Regna Imperatori subiecta non sunt, vt per Azor. *d. q.* 4. *vers. Regem Neapolis. cum seqq.* vbi idem de regnis Poloniæ, & Vngariæ.

30 Sabaudiæ Dux Serenissimus in suo Ducatu Imperij, & omnimodæ potestatis iura habet, vt per Cassan. *in cathalogo gloriæ mūdi p.* 2. *consid.* 58. Muscul. *vbi proxime*, Ozasc. *Pedem. decis.* 155. Menoch. *cons.* 1. *n.* 158 *& cons.* 2. *num.* 103. *cum seqq. & cons.* 92. *n.* 32. *& cons.* 156. *n.* 1. Ioan. Francisc. Leon. *in thesauro fori Eccles. p.* 1. *cap.* 10. *n.* 29. & ab eo non potest appellari Scacc. *d. q.* 16. *limit.* 16.

31 Comes Flandriæ, Archidux Austriæ, & alij potentatus in Germania superiorem non recognoscunt vt per Anton. Oliban. *d. cap.* 3. *nu.* 79.

32 Delphinus habet iura Principis supremi, vt per Mascard. *de probat. concl.* 139. *nu.* 11.

33 Ferrariæ Dux non recognoscit superiorem, vt per Ruin. *cons.* 21. *col.* 2. *vol.* 1. quem refert Mascard. *d. concl.* 139. *n.* 10.

34 Montisferrati Dux Serenissimus habet iura Imperij, & in eo Ducatu potest ea, quæ Imperator in toto imperio, vt per Surd. *decis.* 1. *num.* 1. Menoch. *cons.* 1. *nu.* 159.

35 Duces, Marchiones, Comites perpetuò inuestiti censentur Imperatores in suo Ducatu, Marchionatu, ac Comitatu, & omnia possunt in subditos suos, quæ potest Imperator in toto orbe, vt per Soar. *in thesauro commun. verbo Duces nu.* 376. Bonacos. *commun. criminal. p.* 1. *verbo Duces fol.* 55. *verso*. Menoch. *cons.* 302. *nu.* 21.

36 *Videretur aliquibus, &c.* Notatur ad hoc quod potest supremus Princeps vt talis, non vt pater, filios proprios legitimare, vt per Abb. hic *nu.* 13. Cou. *de sponsal. par.* 2. *cap.* 8. §. 8. *nu.* 20. Rojas *success. cap.* 25. *num.* 81. Molina *de iustitia tract.* 2. *disput.* 173. *vers. Princeps*. Verum contrarium ex nostro tex. obseruat *glos. hic verbo Regi gratiam*, considerans quod Pontifex solum refert opinionem quorundam, quorum sententiam nō approbat, & sequitur Cabed. *p.* 2. *decis. Lusitaniæ* 69. *num.* 20.

37 *In alijs regionibus temporalem iurisdictionem, &c.* Notatur ad hoc quod in terris Regum non habet Summus Pontifex iurisdictionem directe quoad temporalia, ex vi tamen Pontificalis officij habet sufficientem potestatem super omnia negotia secularia quando id expedierit ad quietem, & conseruationem, ac Ecclesiæ defensionem, & ad bonum spiritualiter, ac ad finem Ecclesiasticæ potestatis supernaturalem assequendum. Vide Victor. *de potestate Ecclesiæ relect.* 1. *q. pen. & in relect. de Indis insulanis p.* 1. *à nu.* 26. *& ad cap. vlt. Matthæi nu.* 29. Sot. *in* 4. *distin.* 25. *quæst.* 2. *art.* 1. *& de iustitia lib.* 4. *quæst.* 4. *artic.* 1. *colum.* 4. *post princip.* Turrecrem. *in sum. lib.* 2. *cap.* 113. *&* 114. Viui. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 43. *pag.* 157. Albert. Pygi. *de Ecclesiastica hyerarchia lib.* 5. Caetan. 2. 2. *quæst.* 43. *artic.* 8. Ioan.

Drie-

Driedon. *de libertate Christiana lib.1.c.9.15.& 16.* Card. Bellarmin. *de Romano Pontifice controu. 3. generali lib. 5. cap. 6.* Nauar. *in cap. nouit notab. 3. de iudic.* Mench. illustri. *cap. 21.* Ceuall. *communium contra commun. q. 759.* Morla *in emporio iuris par.1. tit. de iurisdict. q. 4.* Molin. *de iustit. tract. 2. disput. 29. vers. tertia conclusio.* Rebello *de obligat. iustit. par. 2. lib. 14. q. 23. sect. 1. nu.2. & 3. & sect. 5. nu. 29.* Soar. *de legibus lib. 3. c. 7. num. 5. & de defensione Fidei Catholicæ contra Anglicanæ sectæ errores lib. 3. cap.22.* Ex quorum resolutione vera & recepta illa est sententia, quod scilicet directè Summus Pontifex potestatem non habet in temporalibus & procedit tex. *in cap. cum ad verum 96. dist. & cap. nouit. de iudic.* cum similibus. Eam tamen habet casualiter & indirectè in ordine ad spiritualia, quoties scilicet ad spirituale bonum fuerit necessarium, & procedit tex. *in præsenti, & extrauang. vnam sanctam de maiorit. & obedien.* Quamuis directò habere summam potestatem defendat Modern. *de iurisdict. par. 1. cap. 18. cum seqq.* contra eum enim est verior opinio ex traditis per Azori. *inst. moral. par. 2. lib. 11. cap.5. q. 6. vers. quæstio itaque.*

38 ***Si difficile, &c.*** Ex hac Deuteronomij auctoritate, *cap. 17.* quam eleganter, & erudite explicat Pontifex in præsenti, colligit infra in vers. *Medium*, causas difficiles, ambiguas, seu dubias ad iudicium Sedis Apostol. cui Romanus Pontifex præest, esse deferendas, veluti quando agitur de vero sensu, & interpretatione sacrarum Scripturarum, vt definit Concil. Triden. *sess. 4. in Decreto de editione & vsu Sacrorum librorum vers. præterea.* & late prosequuntur Cano. *de locis theolog. lib. 12. cap. 7. cum seqq.* Pyg. *de ecclesiastica hyerarchia lib. 4. cap. 2.* Bellarmin. *tom.1. controu. 1. lib. 3. cap. 4.* Peña *in direct. inquisit. lib. 2. schol. 21. reg. 2. & 3.* Bañes *in 2.2. quæst.1. artic. 10. dub. 6. conclus. 5.* optime Cened. *ad Decretal. collect. 8. num. 5.* Azori. *instit. moral. par.1. lib. 8. cap. 2. quæst. 2. vers. respondeo.* Sic etiam quando agitur de interpretatione Concilij Triden. ad Sedem Apost. esse recurrendum asserit Bulla Pij IIII. Summi Pontif. quæ incipit Benedictus, ibi, si cui vero in eis aliquid obscurius dictum & statutum fuisse, eamq; ob causam interpretatione, aut decisione aliqua egere visum fuerit, ascendat ad locum, quem Dominus elegit, ad Sedem videlicet Apostolicam.

39 ***Locus enim, quem elegit Dominus, &c.*** Notatur hic tex. ad hoc quod Sedes Apostolica, & vniuersalis Ecclesiæ primatus ex Christi Domini dispositione, atque ita Diuino Iure est in Romana Ecclesia, Summusq; Pontificatus, seu Papatus Iure Diuino Romanæ Ecclesiæ est annexus, cōsonant tex. *in cap. omnes 22. dist. cap. dudum 3.q. 6.cap. 2. ad finem de summa Trinit.* & tenent Turrecr. *de potestate ecclesiæ lib. 2. cap 40. cum seqq.* Pyg. *de ecclesiastica hyerarchia lib.3. cap.12. & 13.* Corduba *lib. 4. q. 1. proposit. 8. vers. sed vtrum sedes ista.* Melchi. Cano *de locis theolog. lib. 6. cap.8. vers. deinde illud.* Rebuff. *in concord. tit. de mandatis Apost. §.1. in princip. in glos. Romanus Pontifex,* Aluar. Pelag. *de planctu Ecclesiæ lib. 1.* plures alios refert Cened. *ad Decretum collect. 11. n.4.* quibus adde latissime Card. Bellarm. *tom. 1. de Romano Pontifice lib.2. à princ. & in addit. ad Martyrol. Romanū 18. Ianuarij pag. 30.* Card. Thuscum *tom. 3. concl. 3. n.19. & tom.7. lit. R, concl. 362.* optime Azor. *instit. moral. p.2. lib.4. cap. 11. q. 2. vers. his testimo-*
40 *nijs,* inde asserentes non posse auctoritate Pontificia aliò transferri huiusmodi Principatum, quod ex professo erudite disputat Alphonsus de Mendoza *in quodlib. q.4. scholastica,* post Iacobat. *de Cōcil. lib. 8. art. 6.* Bellarmin. *d. tom. 1. de Romano Pontif. lib. 4. c. 4.* Videmus tamen, & passim nobis referunt historiæ, quod per septuaginta annos parum plus stetit dicta Sancta Sedes Auinioni apud Francigenas, vt tradunt Illescas *in chronica Pontificali p. 2. lib. 6. c. 1. & 7.* Petr. Mexia *in sylua varia lect. lib. 2. cap. 6.* S. Antonin. *p. 3. hist. tit. 21. c. 1* vbi refert rationes ob quas à Pōtif. Clem. V. fuit translata Sācta Sedes Auenioni, sed iuxta supradicta Romæ fuit restituta per Greg. XI.

41 ***Petrus Vrbem fugiens, &c.*** Licet hæretici huius tempestatis impudenter negent Beatū Petrum Romæ vnquam cathedram constituisse, & quod magis est nec Romā vnquā vidisse, eos tamen ex omnibus antiquis Patribus, atq; Latinis eleganter conuincit Card. Baron. *annalib. Ecclesiast. tom. 1. anno Christi 44. c. 22. cum seqq.* ex professo latissime cōprobat, omnibus contrarijs satisfaciens Card. Bellar. *d. to. 1. de Rom. Pōt. lib. 2. à prin.*

42 Hāc historiā de apparitione Christi factā Petro authenticā & verissimā esse non est dubium, de eā enim meminere antiquissimi Ecclesiæ Patres, scilicet, Abdias Apostolorū cōteporaneus, & discipulus, Babiloniæq; Episc. *lib. 1. histor. Apostol. in vita B. Petri prope finem,* quem librum Iulius Africanus (cuius metio habetur apud D. Hieronymū in cathalogo scriptorū Ecclesiasticorū) ex Greco Latinū fecit, eandem etiam apparitionem refert Aegesippus *de excidio Hierosolymitano lib. 3. c. 2.* S. Ambros. *in oratione contra Auxentium,* & plures alios antiquissimos Patres refert Mōdoza *d. q. 4.* & ex nouioribus asseuerant pro indubitato Cordub. *d. lib. 4. q. 1. dub. 1.* Iacob. *d. lib. 8. in fin.* Sebast. Medices *in summa omnib. hæresum p. 2. verbo Petrus pag. 614.* late Georg. Seherer *in libro an sit verū quod Roma fæmina Pōtifex fuerit arg. 3.* Card. Baron. *to. 1. annaliū Ecclesiæ anno Christi 69. cap. 6. & 7.* Bellarm. *d. lib. 2. cap. 3. ad finem vers. Adde vltimo.* Azori. *d. q. 2. vers. deinde, cum seqq.* vbi in contrarium adductis respondet.

43 ***In executione Sacerdotalis officij coadiutores, &c.*** De Episcopis, & non Cardinalibus esse intelligendum plures ex nostris existimarunt ea ratione, quia tempore Innocentij I. auctoris huius tex.

Cardinalium dignitas cognita non erat, vt longo discursu nititur comprobare Virg. Polydor. *de inuent.rerum lib.4. cap 9.* Et officium, quod an-
44 tea gerebant Episcopi in Summi Pôtificis consilijs, deinde post tempora Innocent. IV. seu Bonifacij VIII. gerere cœperunt Cardinales, iuxta tex. in *cap. fundamenta §. decet de elect. in 6.* & sequitur Card. Tusc *tom. 1 lit. C, conclus. 95.* concludens iuxta tex. in præsenti Summum Pontificem semper Sacerdotes, & Episcopos habuisse, qui sibi assisterent coadiutores, licet non Cardinales, sed alio nomine appellarentur, vt late explicant Iacobat. *de Concil. lib. 1. art. 12. pag. 26. & vers. similiter pag. 41.* optime Garci. *de nobilit. glos. 48. §. 3. nu. 35. cum seqq.*

45 Notatur hic tex ad hoc quod Papa non debet ardua explicare sine consilio fratrum, idest Cardinalium, vt per Rebuff. *in concordatis tit. de approbat. comment. glos. de verum consilio pag. 519. in fine.* Sed Doctores magis communiter resoluunt posse Summum Pontificem sine Cardinalibus omnia expedire, etiam ardua, vt per Card. Alban. *in tract. de Cardinal. cap. 39.* Mench. *illustri. cap. 23. per totum,* Cardin. Paleoth. *de consultat. Sacri Palatij par. 1. q. 3.* Ceuall. *q. 645.* Garci. *d. §. 3. nu. 53.* Azori. *instit. mor. par. 2. lib. 4. cap. 1. col. 40. & cap. 3. col. 420.* Flamin. *de resignation. lib. 3 quæst. 18. n. 124 & lib. 7. q. 5. nu. 14.* dicit quod ex ciuilitate in arduis debet communicare cum Cardinalibus.

46 Notatur etiã ad hoc quod Cardinales sunt instituti de Iure diuino vt per Duenh. *reg. 72. limit. 3.* Franc. Marc. *decis. 1296.* late Garci. de nobil. *glos. 48. §. 3. nu. 26. cum seqq.*

47 De Cardinalium origine, potestate, & hodierna excellentia, & præeminentia inter omnes Ecclesiæ Prælatos latissime tractant Cassan. *in cathalogo gloriæ mundi par. 4. considerat. 10. cum seqq.* Barbat. *de præstantia Cardinalium par. 1. q. 1.* Turrecr. *in sum. lib. 1. cap. 80. cum seqq.* Petr. Mathæ. *in scholijs ad Motus Summorum Pontif. pag. 23. cum seqq.* Cotta *in memorab. verbo Cardinales.* Aluar. Pelag. *de planctu Ecclesiæ lib. 2. cap. 36.* Hieronym. Roman. *de Republica Christiana par. 1. lib. 3. cap. 1. & 2.* Maiol. *de irregular. lib. 2. cap. 3.* Fr. Ioseph. de Seguença *in vita Sancti Hieronymi lib. 3. cap. 6.* Anastas. Germon. *in suo tractat. de indultis Cardinalium in descriptione §. Episcopus à num. 7. & 10. tractat. de Sacrarum immunit. lib. 3. cap. 6.* Flam. *de resignat. lib. 2. quæst. 1. num. 34. cum seqq. & lib. 3. q. 1. num. 62. cum seqq. & lib. 2. q. 32.* Ioan. Garc. *d. §. 3. num. 26. cum multis seqq.* Zerol. *in praxi Episcop. par. 1. verbo Cardinales,* Grauat. *ad Octgmon. de stylo Curiæ lib. 1. cap. 1. à num. 7.* Læli. Zechi. *de Republica Ecclesiastica tit. de statu Illustrissimorum Cardinalium,* Cardin. Bellarmin. *in suis controuers. tom. 1. de Clericis lib. 1. cap. 16.* Azori. *instit. moral. par. 2. lib. 4. cap. 7. col. 695.* Henriq. *in summa lib. 10. cap. 27. de Cardinalium dignitate,* Gonzal. *ad regul. 8. Cancel. glos. 24. à princip.* Cardin. Tusch. *tom. 1. lit. C. conclus. 35. cum seqq.* plures refert Cened. *ad Decretal. collect. 115.* qui post alios scribunt quod Cardinales vocantur filij primi gradus Papæ; consiliarij eius, columnæ Ecclesiæ, post Papam maiores, Patres spirituales, & Orbis terrarum Cardinales, præferuntur Patriarchis, sunt pars corporis Papæ, vtuntur equo, & capello, ac indumento rubeo, & Patriarchæ habent capellum morellum, collegium illorum est Sacrum, & Senatus diuinus, & sacer cætus, ac Ecclesiæ gremium.

48 *Mori præcipitur.* Id est per excõmunicatione, vt interpretatur Perez *l. 1. gl. 3. pag. 172. col. 1. ad med. tit. 5. lib. 8. Ordin.* Farin. *in praxi crimin. par. 1. lib. 1. q. 19. n. 12.* Excõmunicatio æquiparatur morti, quia quẽadmodũ mortuus vitæ corporalibus fructibus priuatur, ita excõicatus vitæ spiritualis fructibus caret, medicinalis autẽ dicitur quia intẽtio Ecclesiæ, & iudicis eam proferentis est afferre peccatorum medicinam, & remedium vt à peccato resipiscat *cap. 1. in princip. de except. lib. 6.* prosequuntur Couar. *in cap. alma mater par. 1. in initio n. 9.* Vgolin. *de censuris tab. 1. cap. 11. in princ. & §. 1.* Salzed. ad Bernard. *in pract. cap. 116. n. 3.* Henriq. *in sum. lib. 13. cap. 1. nu. 3.* Soar. *de censuris tom. 5. disp. 4. sect. 5. à nu. 30.* Sayr. *eod. tract. lib. 1. cap. 3. à nu. 8.* Auila *eod. tract. par. 1. dub. 2. ad 1.*

49 Ergo Papa non potest mortis pœnam corporalem infligere, de quo vide Couar. *lib. 2. vari. cap. 20. nu. 10. vers. tertio.*

50 *Canone vetante tales ad sacros Ordines, &c.* *Vt in cap. 1. & per totam 56. dist. cap. 1. & per totum de filijs presbyt.* vide plures Doctores, quos refert Cened. *ad Decretum collect. 62.* quibus adde Salzad. ad Bernard. *in pract. cap. 14.* Vgolin. *de irregularit. cap. 44.* Sayr. *de censuris lib. 6. cap. 10.*

51 *Negantibus, &c.* Ergo videtur Pontificem in præsenti approbare legem Ciuilem, quæ spurijs denegat alimenta in Auth. *quibus modis naturales efficiantur sui, ad finem,* vnde desumitur *tex. in auth. ex complexu Cod. de incestis nupt.* Sed de Iure nostro Pontificio *in cap. cum haberet sup. de eo qui duxit in Matrim.* vbi multos citaui Doctores, abrogatus est rigor Iuris Ciuilis, & æquitas Canonica seruanda est vtroq; foro, non solũ Ecclesiastico, sed etiam seculari, vt per Cou. *de sponsal. p. 2. c. 8. §. 6. n. 6.* Lara *in l. si quis à liberis §. idẽ rescripsit n. 17.* Duenh. *reg. 367 ampl. 1.* D. Barbosa *in l. 1. p. 4. n. 65 ff. soluto Matrim.* Gam. *decis. 1 t. n. 9.* Nec contra huiusmodi Canonicam æquitatem text. in præsenti aliquid statuere videtur, sensus enim & intentio Pontificis est ostendere detestabiles esse, & odiosos spurios legibus Diuinis, atque humanis, & in eius rei confirmationem adducit leges Ciuiles, quæ eos adeo odio habuerunt, vt etiam alimenta eis denegent, minime vero voluit earum legum rigorem approbare, ideoq; cum de Sacris Ordinibus ageret, dixisset Canones vetare illos ad sacros Ordines promoueri, de ali-

mentis

mentis agens fecularibus legibus id tribuit, non igitur Canonicis, vt bene aduertit Cuiac. *d. cap. cum haberet, in fine*, & ante eum Paleoth. *de nothis & spurijs cap. 46.*

52 In glof. [Non naturalibus.] Notatur ad hoc quod naturalis filius proprie, & stricte dicitur, qui ex concubina natus est in schemate vxoris, vt per Anton. Gomez *l. 9. Tauri nu. 1.* Cou. *de sponsalib. par. 2. cap. 8. §. 4. nu. 2.* Surd. *de alim. tit. 1. q. 9. nu. 9.*

53 In glof. [Adulterinus.] Notatur ad hoc quod filij Presbyterorum dicuntur adulterini vt per Azor. *institut. moral. par. 2. lib. 6. cap. 7. quæst. 13. in fine* Card. *verbo Fornicatio num. 18.*

44 In glof. [Certis causis.] Quænam sint causæ ex quibus Romanus Pontifex temporalia proxime per se administrat etiam extra loca Romanæ Ecclesiæ ditionis subiecta, vide apud Azor. *d. par. 2. lib. 4. cap. 19. q. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Filij geniti ex Matrimonio in facie Ecclesiæ cum bona fide saltem alterius coniugis celebrato sunt legitimi.*
3 *Impedimenti scientia præsumitur ex Matrimonio clam & occulte contracto.*
4 *Filius natus ex Matrimonio bona fide parentum inito est vere legitimus non solum quoad parentem habentem bonam fidem, sed etiam quoad alium malam fidem habentem.*
5 *Parens qui sciuit impedimentum non habet iura legitimi parentis.*

Cap. Ex tenore. XIIII.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Præpof. Casal. *in annot.* Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag. 106.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 596.* refertur ab Ant. August. *collect. 3. Decretal. lib. 4. tit. 12. cap. 3.*

2 Probat hic text. filios genitos ex Matrimonio in facie Ecclesiæ cum bona fide saltem alterius coniugis celebrato esse legitimos, esto Matrimonium propter occultum impedimentum fuerit nullum, vt per Henriq *in sum. lib. 11. cap. 20. §. 1. vers. secundo*, Menoch. *cons. 5. nu. 18. & cons. 15. num. 5.* Bonacof. *tom. 1. communium opinion. lib. 5. tit. 2. num. 37. pag. 705.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 1. q. 13. art. 1.* Nauar. *cons. 3. sub tit. de sponsalib. nu. 1. in antiq.* Cald. Pereira *de nominat. emphyt. q. 21. nu. 38.*

3 *In facie Ecclesiæ.* Ergo videbatur requiri ad legitimandam prolem propter bonam fidem parentum quod Matrimonium contractum sit in facie Ecclesiæ, sed aliò tendit tex. nam cum Matrimonium de quo agit esset nullum, vtpote ab vxorato viuente prima vxore contractum, vt ex illo filii nati dicantur legitimi fundat se text. in eo quod non fuerit clandestinum, sed in facie Ecclesiæ contractum, ad ostendendam alterius ignorantiam, nam si præter impedimentum ligaminis fuisset quoque Matrimonium clandestinum intraret dispositio text. *in cap. cum inhibitio §. si quis vero, sup. de clandestina desponsat.* probantis filios genitos ex Matrimonio inter prohibitos contracto cum vitio etiam clandestinitatis esse spurios, nam ex Matrimonio clam & occulte contracto præsumitur scientia impedimenti, & dolose Matrimonium contractum, vt probant *l. vlt. ff. de ritu nupt. & l. 1. C. de interdict. Matrimon.* Mascard. *de probat. conclus. 531. num. 43. & concl. 297.* Menoch. *de præsumpt. lib. 5. par. 3. num. 107.* Vnde resolutio illa, quæ habet non legitimari filios ex Matrimonio putatiuo nisi publice fuerit contractum in facie Ecclesiæ, intelligenda est quando ex aliquo impedimento dirimenti Matrimonium esset nullum, etiamsi illud coniugibus minime fuisset notum. vide Couar. *de sponsalib. par. 2. cap. 6. in initio num. 12.* Mascard. *conclus. 798. num. 5.* Pereg. *de fideicomm. art. 24. num. 74.* Duen. *reg. 350. limit. 12.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 83. num. 23.* Ceuall. *commun. contra commun. q. 697. à num. 7.* Gutier. *de Matrim. cap. 71. num. 8.*

4 *Ignaram.* Notatur ad hoc quod filius natus ex Matrimonio bona fide parentum inito, est vere legitimus, non solum quoad parentem habentem bonam fidem, sed etiam quo ad alium malam fidem habentẽ, vt per Duen. *reg. 150. vers. circa quam*, Bonac. *commun. crimin. par. 1. verbo Matrimonium fol. 111. verso*, Vincent. de Franch. *Neapol. decis. 130. nu. 1.* Mascard. *de probat. concl. 798. num. 5.* Costa *in cap. si pater, de testam. in 6. par. 1. verb. vxorem num. 2.* Matien. *in rub. tit. 1. glos. 1. num. 116. lib. 5. noua recop.* D. Barbosa *in l. si cum dotem §. fin. nu. 12. ff. sol. Matrim.* plures per Sanch. *de Matrim. lib. 8. disp. 38. n. 46.* Girond. *de priuil. seu exemption. explicat. n. 1195.* Castil. *quotid. quæst. lib. 2. c. 11 n. 3.* Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib. 31. n. 355.* & dixi *ad cap. 2. super verb. cum parentes eorum, hoc*

5 *tit.* vbi aduerti parentem, qui sciuit impedimẽtum non habere Iura legitimi parentis in prædicto filio, cum Costa *d. verbo vxorem, nu. 21.* & Barbosa *d. §. fin. nu. 12.* & Sãch. loco proxime citato, nunc tamen addendum duxi valde probabile esse vtrunq; parentem censeri legitimum, ac proinde posse succedere suæ proli, vt late tuentur Auend. *ad l. 6. Tauri glos. 1.* Gutier. *practi. lib. 3. quæst. 74.* Ceual. *quæst. 697. num. 16. cum sequen.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Filij nati ex Matrimonio infidelium in gradu prohibito à lege Canonica sunt legitimi si tales coniuges ad legem Christi conuertantur.*

3 *Filius natus ex patre Christiano & matre pagana, siue Iudæa an fiat legitimus Matrimonio inter parentes subsequuto, ostenditur.*

4 *Matrimonium à fideli contractum cum Iudæa vel alia infideli, punitur pœna adulterij.*

Cap. Gaudemus. XV. & fin.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Host. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Henric. Butr. Anch. Panor. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag.* 106. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 596. refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 4. tit. 12. cap. 4.*

2 Probat hic tex. filios natos ex Matrimonio infidelium in gradu prohibito à lege Canonica legitimos esse si tales coniuges ad legem Christi conuerterentur, vide Sot. *in 4. senten. distin. 39. q. vnica art. 3. ad 4.* Lap. *allegat. 89. n. 10.* Mascard. *de prob. concl. 648. nu. 21.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. n. 77.* Anton. Ricciul. *in tract. de Iure personarum extra gremium Ecclesiæ exist. lib. 2. cap. 3. nu. 10.* vbi *nu. 5.* obseruat gradus per Canonicas constitutiones vetitos nõ vendicare sibi locum in Matrimonijs inter Iudæos.

3 An autem filius natus ex patre Christiano, & matre pagana, siue iudæa fiat legitimus Matrimonio inter parentes subsecuto, quæstio est, in qua negatiuam partem videlicet huiusmodi filium non reddi legitimum tenent Panorm. *in cap. tanta num. 14. supr. hoc tit.* Couar. *de spons. p. 2. cap. 8. §. 2. num. 7.* Ricciul. *vbi sup. num. 12.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 2. cap. 13. quæst. 8.* Ratio est quia Matrimonium fidelis cũ iudæo seu alio infideli est vetitum non solum de Iure Diuino, sed etiam de iure Canonico, & Ciuili, Cou. *d. p. 2. cap. 6. §. 11. num. 1.* Marq. *de Iudæ. p. 2. cap. 3. sub num. 13. vers. quidautem,* Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 71. sub num. 7.* Ricciul. *d. cap. 3. num. 8. vers. tertia,* & *num.* 10. dicit Matrimo-
4 nium à fideli contractum cum Iudæo, vel alio infideli puniri pœna adulterij, & citat Decia. *tract. crimin. lib. 5. cap. 12. n. 2. in fine, & n. 23.* Menoch. *de arbitr. casu 290. in princ.* Farin. *in praxi crimin. q. 136. num. 1. & 39.*

Qui Matrimonium accusare possunt, vel contra illud testificari. Tit. XVIII.

SVPER hanc rub. scripserunt Zabarel. Io. And. Anchar. Butr. Panorm. Præpos. Mari. Socin. Alexand. de Neuo, Durãd. *in breu. aureo Iuris Canon. & in speculo Iuris Põtif. sub hoc tit. lib. 4.* Steph. Ranchin. *in continuatione titulorum Decretal.* Ioan. de Londris *in breuiario Sanctorum Canonum,* Pet. de Rauenna *in compendio Iuris Canonici,* Martinus Mesnart. *in epithome Decretal.* Dan. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontif. à pag. 560.* Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. sub hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Maritus præsumitur habitare cum vxore.*

3 *Citatio personalis non requiritur vbi quis malitiose latitat.*

4 *Vxor debet sequi virum etiam quando vir culpa sua mittitur in exilium.*

5 *Vxor non tenetur sequi virum vagabundum longe peregrinantem.*

Cap. Relatum. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. And. Host. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Præpos. Alexand. de Neuo, Ximen Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag. 107.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 596.*

2 *Cum vxore permansit.* Maritus enim præsumitur habitare cum vxore, vt per Tiraq. *de retractu tit. 1. §. 9. glos. 1. nu. 7.* quem refert, & sequitur Menoch. *de præsump. lib. 2. præsump. 27. nu. 1.* Mascard. *de probat. concl. 1271. nu. 1.*

3 *Postquam iuuenis fuerit, &c.* Notatur ad hoc quod eo casu, quo quis malitiose latitat, nõ requiritur citatio personalis, vt Tiraq. *d. §. 9. glos. 2. num. 7.* Couar. *in cap. alma mater. p. 1. §. 9. nu. 4.* Alciat. *de præsump. reg. 1. præsump. 35.* Menoch. *remed. 8. recuper. num. 115.* Cald. Pereira, *de renouat. emphyt. q. 6. num. 3.* & citandus tantum est conquirendus in sua domo ad hoc vt nõ repertus possit ad illam citari Gutier. *pract. lib. 1. q. 133. nu. 6.*

4 In glos. [Exiuit.] Notatur ad hoc quod vxor debet sequi virum etiam quando vir ob delictũ mitti-

mittitur in exiliũ de quo vide Sanch. *de Matrim. lib. 1. disp. 41. nu. 12.*

5 In ead. glos. ibi (*Nisi forte vagabundus discurreret*) Notatur ad hoc quod vxor non tenetur sequi virum vagabundum, vel longe peregrinantẽ vt per Tiraq. *ad leges connubiales glos. 1. p. 1. nu. 39.* Perez *ad lib. 4. Ordin. pag. 912.* Menoch. *de arbitr. casu 469. nu. vlt.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Testis per scripta testificari & proprium testimonium exponere non potest.*
3 *Confessio Sacramentalis fieri non potest in scriptis.*

Cap. A nobis. II. *Clem. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panor. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in ration. lib. 4. Iuris Pontif pag. 109.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 597.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 2. Decretal. lib. 4. tit. 12. cap. 4.*

2 *Nihil voce propria, &c.* Notatur ad hoc quod testis per scripta testificari, & proprium testimonium exponere non potest vt per Hippol. *in l. de minore §. plurium num. 2 ff. de quæst.* Alberic. *de testibus p. 3. num. 31.* Crot. *eod. tract. n. 197. & 375.* Aufrer. *de reprobat. testium num. 44.* Sayr. *in clauis Regia lib. 12. cap. 21. n. 2.* Couar. *variar. lib. 2. cap. 13. num. 9. in princ.* Rebuff. *de reprob. test. nu. 541. cum seqq.* Viu. *tom. 1. commu. opin. lib. 4. tit. 10. num. 24. & 25. pag. 514.* Mascar. *de probat. in proœ. q. 5. num. 11. cum seqq. & concl. 460. num. 3.* Farin. *in praxi crimin. p. 2. q. 80. n. 27. cum seqq.* Fr. Emman. *quæst regul. tom. 2. q. 13. art. 4.* Bernard. Græu. *ad practicam Cameræ Imp. lib. 1. concl. 100. consid. 3. num. 7.* Quicquid Bart. *in l. Theoj ombus n. 12. ff. de dote præleg.* existimet valere testimonium traditum iudici in scriptis, cuius fundamentis respondent supracitati.

4 Quemadmodum etiam Confessio Sacramentalis non potest fieri in scriptis, tum quia sigillum Confessionis periclitatur, tum etiam quia tollitur erubescentia confitentis si propria peccata scripta confessori tradantur *glos. verbo per scriptum in c. quem pœnitet, de Pœnit. dist. 5.* Gabr. *in 4. dist. 17. q. 1.* D. Thom. *quod art. 16.* Cou *d, n. 6.* Bonacin. *de Sacram. disp. 5. q. 5. sect. 2. puncto 2. §. 2. n. 25.* Soar. *tom. 4. de Pœnit. disp. 19. sect. 3. nu. 15.* vbi super hoc refert peculiarem Clementis VIII. declarationem, quam etiam adducit Quarant. *in summa bullarij verbo Confessio Sacramentalis*, vbi contraria opinio vti falsa, temeraria, & scandalosa damnata est, *tex.* vero *in cap. quidas 30. q. 5.* dum ait in fine recipiendam esse Pœnitentiam per scripturam, quicquid dicat ibi *glos. verbo per scripturam*, procedit in pœnitentia exteriori, quæ in iudicio imponitur ad separationem thori, vt aduertit Gabri. vbi supra.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Parentum testimonium in causa Matrimoniali ad fauorem filiorum recipi potest.*
3 *Parentes recipi possunt in testes pro filijs in his, quæ melius per eos sciri præsumuntur, quam per alios.*

Cap. Videtur. III.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collectar. Zabarell. Io. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Præpos. Alexan. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag. 109.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 597.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 1. de Matrimonium contra interdictũ ecclesiæ celebratũ c. 1.*

2 Probat hic tex. in causa Matrimoniali parẽtum testimonium ad fauorem filiorũ recipi posse, vt per Anch. hic *notab. 4.* Abb. *notab. 1.* Zabarel. *notab. 3.* & Præpos. *num. 1.* Anton. Gabriel *comm. tit. de testib. concl. 9. a princ. & concl. 17. n. 16.* Crott. *de testibus num. 113.* Campeg. *eod tract reg. 1. fallen. 3.* Greg. *l. 15. verbo e mando, tit. 9. part. 4.* Mascard. *de prob. concl. 1018. num. 14. cum seqq. & concl. 1019. nu. 8. & 23. & concl. 1023. & concl. 1031. num. 20. & concl. 1148. num. 23.* Franc. Molin. *de ritu nup. lib. 1. comp 8. num. 8.* Farin. *in praxi crim. p. 2. q. 54. num. 191.* vbi *nu. 192.* intelligit procedere cum alijs, quos ibi citat, quando agitur, & dubitatur de substantia Matrimonij propter affinitatem, secus si quæratur an Matrimonium sit contractum necne: quia tunc est latius distinguendum, & procedere tex. in præsenti etiam in probatione cuiuscumque alij impedimenti Matrimonij, in quo militat eadem ratio, docet Gutier. *de Matrim. cap. 44. num. 87. cum seqq.*

3 *Quoniam vnusquisque suam genealogiam, &c.* Notatur ad hoc quod parentes recipi possunt in testes pro filijs in his, quæ melius per eos sciri præsumuntur, quàm per alios, vt per Gabr. *d. tit. de testib. concl. 17. num. 8.* Farin. *d. q. 54. num. 194.*

4 *Et contractibus verum est.* In quibus autem causis possit vel non possit pater testimonium ferre in causis filiorum dixi *ad cap. super eo 22. in glos. sup. de testib.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Testes in causa Matrimon. debẽt esse præclaræ famæ.*

3 *Matri-*

5 *Matrimonium metu initum non ratificatur copula metu graui extorta.*

Cap. Insuper. IIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anch. Panor. Præpos. Alexand. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 110. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 597. refertur ab Ant. August. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 12. *cap.* 3.

2 *Fama, & couersatione præclaros.* Notatur ad hoc quod testes in causa Matrimoniali debent esse præclaræ famæ, vt per Gregor. *l.* 15. *glos.* 1. *tit.* 9. *part.* 4.

3 *Copula carnali consensit.* Intellige spontaneè cum Sanch. *de Matrim lib.* 4. *disp.* 18. *num.* 18. Nam si ipsa copula fuisset metu graui extorta, per eam minime ratificaretur Matrimonium metu initum, vt docent Nauar. *in manu. cap.* 22. *nu.* 51. *ad finem*. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 4. *nu.* 31. *cum seqq.* Petr. de Ledesma *de Matrim. q.* 47. *art.* 3. *in fine*. Henriq. *in sum. lib.* 11. *cap.* 9. *nu.* 7. Sanch. *d. disp.* 18. *nu.* 13.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Hominum malitijs non est indulgendum.*
3 *Malitijs hominum occurrendum.*

Cap. Significante. V. *Innoc. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. And. Hosti. Henric. Butr. Anch. Panor. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castella part.* 1. Vinia. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 111. Alagona *in compendio Iuris Canonici, pag.* 598. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 13. *cap.* 2.

2 *Cum igitur non sit malitijs hominũ indulgendum.* Hominum malitijs non esse indulgendum pluribus ad id citatis Iuribus probat Escob. *de ratiociniijs cap.* 15. 3 *n.* 3. illis enim est occurrendum Flam. *de confiden. benefic. q.* 32. *n.* 61. & nequaquam est via aperienda Cæsar. Argel. *de contradict. legitimo q.* 13. *n.* 90. Flam. *d. tract. q.* 35. *n.* 70.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Absens nō præsumitur scire ea, quæ fiunt in ciuitate.*
3 *Absentia cum sit facti non præsumitur, nisi probetur.*
4 *Vicinus ægrotus graui morbo non præsumitur scire facta vicini, vel quæ publicè fiunt in ciuitate.*
5 *Notitia eorum, quæ publicè, & solemniter fiunt præsumitur.*
6 *Ignorantiam allegandi incumbit onus probandi.*
7 *Impedimentū an possit iuramento probari, ostenditur.*

Cap. Cum in tua. VI. & fin.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. And. Host. Henric. Butr. Anch. Panor. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concord. vtriusq. Iuris cum legibus Castell. p.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iur. Pontif. pag.* 110. Alag. *in comp. Iur. Canonic. pag.* 598. refertur ab Anton. August. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 4. *sub hoc tit. cap. vni.*

2 *Extra Diœcesim existebat.* Notatur ad hoc quod absens non præsumitur scire ea, quæ facta sunt in ciuitate, vt per Bocr. *decis.* 39. *nu.* 17. Duen. *reg.* 125. *limit.* 2. Tiraq. *de retractu tit.* 1. §. 36. *glos.* 2. *num.* 57. Surd. *decis.* 246. *num.* 16. 3 Sayr. *in claui Regia lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 5. Mascar. *de probat. concl.* 295. *num.* 7. vbi *nu.* 12. resoluit absentiam cum sit facti non præsumi nisi probetur.

4 *Si nimia infirmitatis feruore, &c.* Notatur ad hoc quod consanguineus, vel vicinus ægrotus graui morbo non præsumitur scire facta vicini, vel consanguinei, aut ea, quæ fiunt publicè in ciuitate, vt per Tiraq. *in tract. de indic. in rebus exig. vers.* 14. *pag.* 56. Mascar. *d. concl.* 295. *nu.* 10. Surd. *d. decis.* 246. *nu.* 16.

5 *Quod denunciationem publice factam, &c.* Notatur ad hoc quod præsumitur notitia eorum, quæ publice, & solemniter fiunt, vt per Mascar. *de probat. concl.* 1100. *num.* 6. quia publica vox, & fama inducit scientiam Ioseph. Ludou. *Perus. decis.* 103. *nu.* 12.

6 *Alioquin cum rationabiliter, &c.* Notatur ad hoc quod ignorantiam alleganti incumbit onus probandi, vt per Sanch. *de Matrim. lib.* 9. *disp.* 32. *nu.* 4.

7 *Nisi proprio firmauerit iuramento.* Ergo impedimentum potest iuramento probari contra tex. *in cap. ex litteris sup. de in integ. restitut.* & *in cap. cupientes* §. *quod si per viginti*, & *ibi glos. verbo fides de elect. lib.* 6. de quorũ Iurium conciliatione agit Menoch. *de præsump. lib.* 1. *præsump.* 78. *num.* 10. & 11. & Alciat. *eod. tract. reg.* 3. *præsump.* 16. *num.* 3. *ver. sed tamen saluando*, vbi dicit tex. in præsenti loqui quando præsumptio illa oriens ex publico proclamante, & similibus est debilior ea, quæ oritur ex iuramento: vel potest dici tex. procedere vbi impedimentum quàm per Iuramentum non potest verosimiliter probari, tex. vero in *d. cap. ex litteris*, & *in d. cap. cupientes*, locum habere vbi impedimentum potest verosimiliter probari per testes, vel aliter legitime, quia tunc non admittitur iuramentum par-

partis, ne recedamus à reg. *cap. licet vniuersis, sup. de testibus.*

8 In glos. [Iuramentum] Notatur ad hoc quod aduersus præsumptionem scientiæ eorum, quæ publice fiunt resultantem contra eum, qui præsens fuit, admittitur probatio per eius iuramentum, vt per Lap. *alleg.* 94. *num.* 5. Ozasc. *decis.* 71. *num.* 28. Menoch. *d. præsump.* 78. *num.* 6.

De Diuortijs. Tit. XIX.

SVper hanc rub. scripserunt Zabarel. Io. Andr. Anchar. Butr. Panormit. Præpos. Alexand. de Neuo, Durand. *in breuiario aureo Iuris Canon. fol.* 131. *& in speculo Iuris sub hoc tit. lib.* 4. Stephan. Rãchin, *in cõtinuat. titulorũ Decretal. fol.* 168. Io. de Londris *in breuiario Sanctorũ Canonũ, fol.* 178. Petr. de Rauen, *in cõpendio Iuris Canonici*, Martin. Mesnart. *in epithome Decretal.* Dani. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontificij à pag.* 574. Goffred. & Host. *in sum. huius tit.* Alox. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. sub hoc tit.*

De materia huius tit. vide latissime Sanch. *de Matrim. lib.* 10. Bonac. *eod. tract. q.* 4. *punc.* 5. Farin. *in praxi crim. p.* 5. *q.* 143. §. *separatio.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Mulier insidiatrix in mortem viri punitur pœna amissionis coniugij, etiamsi insidiæ effectum non sint consequutæ.*
3 *Factũ narratur cuiusdam mulieris insidiantis mortem viro suo.*

Cap. Si qua. I.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Coll. Zab. Io. And. Host. Henr. Butr. Anch. Panorm. Præpos. Alexander de Neuo, Ximen. Tolet. *in concord. vtriusq; Iuris cũ legib. Castel. p.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 112. Alag. *in comp. Iuris Canon. pag.* 598. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 20. *cap.* 1. Et desumitur ex Concil. apud Vuormaciam relat. per Burchard. *lib.* 6. *Decretor. cap.* 41. & per Iuon. *par.* 10. *cap.* 169.

2 Probat hic tex. mulierem insidiatricem in mortem viri puniri pœna amissionis coniugij, quamuis insidiæ effectum nõ sint consequutæ, vt per Boer. *decis.* 262. *num.* 3. *cum seqq.* Menoch. *de arbitr. casu* 360. *num.* 82. intellige dummodo ad aliquem actum exteriorem productæ fuerint ex Farin. *in praxi crim. p.* 5. *q.* 143. *nu.* 155.

3 Referunt Doctores de hac materia agentes exemplum cuiusdam mulieris insidiantis mortẽ viro suo, hæc enim cum diu illam tacuisset, & minime reperiri posset vna nocte plorans stabat in stebulo vbi eius maritus mortuus absconditus fuerat, & fętebat, & ad ploratum mulieris vicini occurrerunt, quod fuit causa, vt reperto cadauere, & muliere torta, ac confessa quòd suum maritum occidi fecerat à quodam suo amasio statim suspensa fuit, prout tanti criminis grauitas postulabat, narrant Boer. *d. decis.* 262. *n.* 6. *ad fin.* Decian. *in tract. crim. lib.* 9. *cap.* 13. *n.* 16. *& cap.* 14. *nu.* 9. Farin. *d. p.* 5. *q.* 120. *num. vlt.*

4 In glos. [Insidiatrix.] Hanc glos. communiter DD. sequuntur teste Farin. *d. p.* 5. *quæst.* 143. *n.* 155.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Diuertere coniugibus ob nullum crimen aliud à fornicatione carnali vel spirituali licet, si ille coniux illo implicitus non pertrahat alterum ad peccandum.*
3 *Diuortium quoad thorum licitum est propter adulterium spirituale.*
3 *Coniugi diuertere integrum est quando ab altero coniuge ad peccandum inducitur.*
I *Matrimonij vinculum propter hæresim non dissoluitur.*
6 *Vxori datur actio ad separationem thori propter ipsius viri adulterium.*

Cap. Quæsiuit à nobis. II. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarel. Ioann. Andr. Host. Henr. Butr. Anch. Panor. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontificij pag.* 112. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 598. refertur ab Ant. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 20. *cap.* 2. & est post Concil. Lateranen. *sub Alex. III. par.* 50. *cap.* 23. §. *quod autem.*

2 *Pro furto, vel alio crimine, &c.* Notatur ad hoc quod propter nullũ crimen aliud à fornicatione carnali, vel spirituali licet coniugibus diuertere, si coniux illo implicitus non pertrahat alterum ad peccandum ita D. Thomas *in* 4. *dist.* 39. *q. vni. art.* 6. *in corpore* D. Barbosa *p.* 2. *rub. ff. soluto Matrim. à num.* 17. Sanch. *de Matrimonio lib.* 10. *disput.* 17. *num.* 3. Farin. *in praxi crim. p.* 5. *q.* 143. *num.* 98. *&* 241. Quicquid hodie asserant propter alia crimina adulterio paria, veluti veneficium, parricidium, & similia, de quibus *in l. consensu Cod. de repud.* Matrimonium posse dissolui quoad thorum, & mutuã cohabitationem Rip. *in rub. de iudic. nu.* 18. *cum seqq.* Lara *in l. si quis à liberis* §. *si quis ex his, à num.* 38. *ff. de liberis agnosc.*

Nisi

3 *Nisi fidei suæ religionem corrumpere velit.* Notatur ad hoc quod propter adulterium spiritnale, quale est hæresis, vel apostasia à Fide, in quam alter coniux labitur, licitum est dinortium quoad thorum, vt per Surd. *de aliment. tit. 7. quæst. 21.* Cou. *de sponsal. par. 2. cap. 7. §. 5. num. 4.* Bellet. *disquis. cleric. p. 1. tit. de fauore cleric. reali §. 4. n.* 106. Henriq. *in sum. lib. 11. cap. 17. num. 7.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 31. num. 314.* Farin. *d. q. 143. num. 98.* Sanch. *d. lib. 10. disp. 15. num. 3. cum seqq* qui etiam resoluunt ratione hæresis licitum esse diuortium quo ad mutua obsequia, cohabitationem, ac debitum coniugale.

4 *Verum si coniugem suam, &c.* Notatur ad hoc quod integrum est coniugi diuertere quando ab altero coniuge ad peccandũ inducitur, timeretque sibi animæ ruinam, vt per Gaetam *in repet. cap. ad limina 30. q. 1. §. 4. nu.* 235 Angles *in flor. Theolog. p. 1. de Matrimon. q. 12. de cultus disparitate art. 2. post dub. 7. diffic. 3.* Card. Bellarm. *lib. 1. de Matrim. cap. 14. vers. secundo sine consensu,* Henriq. *d. cap. 17. num. 7.* D. Barbosa *in rub. ff. soluto Matrim. p. 2. num. 30.* Sanch. *d. disp. 17. num. 5.* Valer. Reginal. *d. lib. 31. num. 318. vers. posterioris,* Bonac. *de Matrim. q. 4. punc. 5. num. 25. vers. quarta.* Vnde Sanch. *d. disp. 17. num. 6.* infert iustam præbere causã diuertendi vxori ipsi si vir sit eius leno, & *nu. 7.* si admittat domi viros procaces, & parum pudicos, & *num. 8.* si coniux habitare renuit, nisi alter latrocinium exercens diuitias congreget, vel nisi sub conditione peccati patrandi.

5 *Semper tamen coniuges erunt.* Notatur ad hoc quod quamuis propter hæresim fiat thori separatio, non tamen Matrimonij vinculum dissoluitur, quia non nisi per mortem coniugis alter coniux alij nubere potest, vt per Surd. *decis. 249. num. 22.* D. Barbosa *d. p. 2. rub. num. 19.* Sanch. *d. disput. 15. num. 7.* Farin. *d. q. 143. num. 108.* De Matrimonij indissolubilitate vide Petr. de Ledesma *de Matrim. q. 67. art. 1. cum seqq.* Sanch *lib. 2. disp. 13. & 14.* Gutier. *de Matrim. cap. 54.* Bonac. *eod. tract. q. 2. punc. 11.*

6 *In viris quoque, &c.* Ex his verbis colligit Farin. *d. q. 143. num. 22.* vxori dari actionem ad separationem thori propter ipsius viri adulterium.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Sententia iudicis desideratur vt licita sit thori separatio.*
3 *Adulterium vbi esset ita notorium vt nulla prorsus tergiuersatione celari posset, tunc absque iudicis sententia licite fiet thori separatio.*
4 *Conciliatur tex. in præsenti cum cap. significasti, hoc tit.*
6 *Iudex ex officio parte inuita procedere potest ad retractandam sententiam in coniugali causa latam, vbi de errore certior factus fuerit.*

Cap. Porro. III.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostiens. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Præpol. Alexander de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag. 114.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 599.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 20. cap. 3.* & est post Concil. Lateranen. *sub Alex. III. par. 50. cap. 29. § porro.*

2 Probat hic tex. sententiam iudicis desiderari vt licita sit thori separatio, vt per Gaetam *in repet. cap. ad limina 30. q. 1. §. 4. num. 422.* Castrõ *lib. 2. de lege pœnali cap. 8. vers. vt igitur,* Card. Bellarm. *in suis controu. lib. 1. de Matrim. cap. 14. vers. secundum est.* Graffis *in decis. aur. p. 2. lib. 1. cap. 12. num. 66. in fin. & num. 73. casu 2.* Perez *l. 7. glos. 1. col. 2. tit. 15. lib 8. Ordin.* Morl. *in emporio Iuris p. 1. tit. 1. q. 9. nu. 51.* Surd. *de alim. tit. 7. q. 17. num. 19. cum seqq.* Bernard. Græuæ *ad prac. cam. Imp. lib. 2. concl. 27. num. 24.* Farin. *in praxi crimin. p. 5. q. 143. num. 49. cum seqq.*

3 Limitant tamen aliqui supradictam conclusionem non procedere vbi taliter notorium esset adulterium, vt nulla prorsus tergiuersatione celari posset nullusque inficiationi esset locus, de qua limitatione Couar. *de sponsal. p. 2. cap. 7. §. 5. num. 12.* Petr. de Ledesma *de Matrim. quæst. 62. art. 3. in fine.* Vega *in sum. tom. 1. cap. 13. casu 1.* Fr. Emman. *etiam in sum. tom. 1. cap. 240. num. 4.* Henriq. *lib. 11. cap. 17. num. 2. iuncto commen. lit. I.* Sanch. *de Matrim. lib. 10. disp. 12. num. 13.* D. Barbosa *in rub. ff. sol. Matrim. num. 26.* Farin. *d.*
4 *q. 143. num. 51.* qui duo vltimo loco citati ex hoc inferunt conciliationem ad tex. in præsenti cum *cap. significasti inf. hoc tit.* vt scilicet tex. in præsenti loquatur in notoria consanguinitate, quæ tamen celari aliquo modo poterat, at vero tex. in *d. cap. significasti* agat de notorio adulterio, quod nulla tergiuersatione celari potest; tunc enim notorium impedit restitutionem, quando tale est vt nullo modo tegi valeat: quæ quidẽ conciliatio facilis est, ac veritate nititur, licet DD. diuersimode in his iuribus conciliandis locuti fuissent. Nam Butr. hic *nu. 9.* Zabarel. *nu. 3.* Abb. *n. 9.* & Alex. de Neuo *n. 11.* & Couar. *d. nu. 12.* dicunt in præsenti non esse statutum, quod concedatur restitutio vxori expulsæ ob notoriã consanguinitatem, sed tantum prohiberi ne vir tunc propria auctoritate à se vxorem expellat, etiamsi notoria sit consanguinitas, at vero *in d. cap. significasti* non decidi posse vxorem notorie adulterantem expelli propria auctoritate viri,

sed

sed vxorem sic expulsam quamuis temere minime esse restituendam Nauar. vero *conf 6. num. 1. sub tit. de conuers. coniugat. in antiq. & conf. 11. n. 2. in nouis* asserit tex. in praesenti loqui in consanguinitate notoria, cuius exceptio minime restitutionem impedit, *at cap. significasti*, in adulterio notorio, quod restitutioni faciendę obstat. Deinde Brunel. *de spons. concl. 30. num. 12. casu 4.* & Gaeta *d. §. 4. num. 216.* Graffis *d. num. 66.* & alij dicunt nostrum tex quatenus concedit restitutionem in adulterio notorio, intelligendum de commisso ante spolium, at *d. cap. significasti* illam denegans de commisso postea, Denique Francisc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. comp. 22. nu. 43.* dicit se nouè & praeter alios existimare ideo in hoc tex. ob notoriam etiam consanguinitatẽ non potuisse maritum vxorem expellere propria auctoritate, quia nulla vxoris culpa à marito poterat imputari: at in casu *d. cap. significasti* non fuit vxor restituta quod ea adulterium commisisset, & culpa sua cuilibet est nociua, quinimo vxor illic nedum semel adulterium commisit, sed & adhuc post dimissã à marito eo praetextu iterum cum alio coiens sobolem ab eo suscepit, atque ideo ne ex propria culpa & delicto commodum consequatur, iniquum ibi visum fuit Romano Pont. fore restituendam. Verum his, & alijs reiectis intellectibus, quos adducunt Menoch. *rem. 1. recup. num. 123. cum seqq.* & Sanch. *d. disput. 12. num. 38.* priori, quem sup. ex Farin. & Barbosa adduxi propter eius facilitatẽ, & tantorum virorum auctoritatem, inhaerendũ mihi videtur, quem olim interdisputandum in Conimbricensi academia libenter amplexus fui.

5 *Illicite*, Idest inualide, vt intelligit Sãch. *de Matrim. lib. 1. disp. 2. n. 8.*

6 *Tui officij interest Matrimonia, &c.* Notatur ad hoc quod potest iudex ex officio parte inuita procedere ad retractandam sententiam in coniugali causa latam, vbi de errore certior factus fuerit, vt per Sanch *d. tract. de Matrim. lib. 7. disp. 100. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc text. scribentes.*
2 *Vir propter adulterij vxoris non potest propria auctoritate illam expellere.*
3 *Adulterium notorium dicitur quando est facti permanentis.*
4 *Spoliari dicitur mulier de domo viri & sponte recedens, si volens redire non admittatur.*
5 *Adulterium commissum ab vxore propter saeuitiam mariti ab eius domo abfugiente, potest accusari per maritum.*
6 *Mulier ab adulterio non excusatur si dicat illud propter famem commisisse.*
7 *Separatio thori propter adulterium vxoris impeditur si vxor excipiat de eodem adulterio viri, vel è contra, declaratur ibi multipliciter.*
8 *Adulterij notorij exceptio seu replicatio impedit restitutionem viri, aut vxoris eam petentis.*
9 *Separatio thori propter adulterium, etiam fit, si vir dederit occasionem, vt mulier fornicetur.*
10 *Restitutio concedenda est vxori temere recedenti, si postea rediens non admittatur.*
11 *Maritus non alit vxorem sine causa degentem extra eius domum.*
12 *Maritus alit vxorem, quae etsi decesserit sua culpa, tamen est parata redire.*
13 *Spoliatus ante omnia est restituendus, quando agit iudicio possessorio allegans spolium & petens se restitui.*

Cap. Significasti. IV.

1 Svper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anch. Panorm. Praepos. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellae p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag. 115.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 599.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 20. cap. 4.* & est post Concil. Lateranen. sub Alexan. III. *par. 16. cap. 14.*

2 *Sine iudicio Ecclesiae dimissa.* Notatur ad hoc quod vir propter adulterium vxoris non potest propria auctoritate illam expellere, vt per Couar. *de spons. p. 2. cap. 7. §. 5. n. 8. 4. est tamen necessarium iudicium Ecclesiae*, Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 1. q. 142.* Farin. *in praxi crimin. p. 5. q. 143. num. 229.* vbi *num. 232.* ampliat vt nec etiam vir possit vxorem de domo sua expellere propter praetensum adulteriũ, etiã quod de illo fuerit certificatus ab aliquo viro fide digno extraiudicialiter, non enim debet sic statim fieri credulus, vt vxorem ex sua domo repellat.

3 *Verum mulier non continuit, &c.* Notatur ad hoc quod notorium isto casu dicitur adulteriũ quando est facti permanentis, veluti quãdo mulier postquã recessit à viro sobolem procreauit, ita Farin. *d. q. 143. num. 57.*

4 *Asserens se ab ipso iniuste dimissam.* Ergo si mulier de domo viri sponte recedat, & tamen volens redire non admittatur dicitur spoliari, vt per Mascard. *de prob. concl. 1329. num. 9.*

5 Notatur ad hoc quod si mulier propter saeuitiam mariti ab eius domo aufugiat, & ita eiecta adulterium committat, poterit maritus eã de adulterio accusare, quia illud commissum fuisse culpa mariti dici nõ potest, cum illius culpa ad illud perpetrandum minime fuerit ordinata, ita D. Barbosa *in l. 2. in princ. p. 1. num. 97.*
6 *in princ. ff. sol. Matrim.* vbi etiam cum Menoch. *conf. 31. num. 30.* resoluit, quod nec mulier excusatur ab adulterio si propter famem dicat illud commisisse.

Nisi

7 *Nisi cõstaret ipsum cum alia, &c.* Notatur ad hoc quod sepatatio thori propter adulterium vxoris impeditur, si vxor excipiat de eodem adulterio viri, vel è contra, fit enim isto casu mutua debitorum compensatio, vt docent Cott. *in memorab. verbo vxor suscepta de adulterio*, Sanch. *de Matrim. lib.* 10. *disp.* 5. *num.* 2. *&* *disp.* 8. *num.* 29. *cum seqq.* late Farin. *d. q.* 143. *num* 69. *cum sequentibus*, vbi *num.* 71. resoluit quod vt fiat compensatio vnius adulterij cum alio, non attenditur an quis vnum vel plura commiserit adulteria, & *n.* 73. quod compensatio adulterij vnius coniugis cum altero adultero datur siue adulteria sint commissa eodem tempore, siue diuerso, & *num.* 74. quod compensatio fit de Sodomia perfecta, & consumata ad adulterium, & de adulterio ad sodomiam, & *nu.* 77. *cum seqq.* quod fit compensatio si ciuiliter agatur, & adulterium commissum sit post spolium.

8 *Ad eam recipiendam, &c.* Notatur ad hoc quod exceptio, seu replicatio notorij adulterij impedit restitutionem viri, aut vxoris eã petentis, si enim vxor à viro sine causa expulsa petat virum sibi restitui, & vir de notorio vxoris adulterio excipiat impedit petitam restitutionem; & e contra si vxor, quæ sine causa à sua marito aufugit, viro petenti sibi eam restitui, excipiat de notorio viri adulterio pariter impedit petitam restitutionem, ita Farin. *d. q.* 143. *num.* 53.

9 In glos. [Materiam] in princ. ibi *(sed contrarium est verum, &c.)* Notatur ad hoc quod separatio thori propter adulterium etiam fit si vir dederit occasionem, vt mulier fornicetur, veluti expellendo eam de domo, denegando alimenta, & quid simile, vt per Farin. *d. q.* 143. *n.* 12.

10 In ead. glos. ibi, *(sed pone quod mulier recessit, &c.)* Notatur ad hoc quod vxori temere recedenti concedenda est restitutio, si postea rediens non admittatur vt per Sanch. *d. lib.* 10. *disp.* 12. *num.* 16.

11 In ead. glos. ibi, *(sed nunquid poterit à viro petere expensas, &c.)* Notatur ad hoc quod maritus non alit vxorem sine causa degentem extra eius domum, vel quæ absque viri culpa propria temeritate ab eius consortio recedit, vt docent Couar. *de spons. p.* 2. *cap.* 7. §. 5. *num.* 9. Tiraq. *de retract. tit.* 1. § 10. *glos.* 1. *num.* 14. *&* 16. Iara in *l. si quis à liberis* §. *si quis ex ys, nu.* 34. *&* 35. *ff. de liber. agnosc.* Brunol. à Sole *in locis commun. verbo maritus, vers. maritus cogitur*, Petr. Greg. *syntagm. Iuris lib.* 9. *cap.* 19. *num.* 4. D. Barbosa *in rub. ff. soluto Matrim. p.* 2. *num.* 43. Matien. *d. l.* 2. *glos.* 1. *num.* 52. *tit.* 9. *lib.* 5. *noua recopil.* Surd. *de alim. tit.* 6. *q.* 10. *num.* 5. *& tit.* 7. *q.* 7. *& q.* 16. *num.* 1. Sanch. *de Matrim. lib.* 9. *disp.* 4. *num.* 20.

12 *cum seqq.* Maritus tamen alit vxorem, quæ etsi decesserit sua culpa, tamen est parata redire, ex Surd. *tit.* 1. *q.* 32. *num.* 26.

13 In glos. [Si notorium] Notatur ad hoc quod spoliatus ante omnia est restituendus, quando agit iudicio possessorio allegãs scilicet spolium, & petens se restitui; si enim agat petitorio, non statim restituendus est, sed audietur exceptio, vt per Sanch. *d. disp.* 12. *num.* 18.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc text. scribentes.*
2 *Adulterium probatur per confessionem vnius ex coniugibus quoad effectum separationis thori.*
3 *Adulterij pœnas effugere potest vxor propter viri sæuitiam, aut propter famis necessitatem.*
4 *Matrimonium reintegratur si facta separatione thori propter vxoris fornicationem maritus cum alia fornicetur.*
5 *Confessio calore iracundiæ emanata confitenti non nocet.*
6 *Adulterium si vxor aut vir committat, alter qui est innocens non solum potest à nocenti separari, sed etiam eo viuente ingredi religionem, aut Ordines suscipere.*

Cap. Ex litteris. V.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Præpos. Casal. *in annot.* Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantys vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontificij pag.* 115. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 600. refertur ab Ant. August. *collect.* 2. *Decretal. sub tit. de clandest. despons. lib.* 4. *cap.* 3.

2 *Cœpit publice confiteri, &c.* Notatur ad hoc quod ad effectum separationis thori probatur adulterium per confessionem vnius ex coniugibus, vt per Farin. in praxi *d. q.* 143. *num.* 17. faciunt quæ Brunel. *tract. de sponsal. concl.* 29. *num.* 2. Franc. Marc. *decis.* 754. Menoch. *de arbitr. casu* 103. *num.* 7. *& de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 1. *num.* 11. Mascard. *de probat. concl.* 1031. *num.* 43. Non obstat certissima Iuris regula, quæ habet confessionem delicti per se solam non sufficere ad aliquem condemnandum, cũ non sit dominus membrorum suorum *l. liber homo ff. ad leg. Aquil.* Clar. §. *fin. q.* 55. *nu.* 10. vbi Baiard. *nu.* 13. *cum seq.* Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 20. *num.* 37. Mascard. *concl.* 354. *à princ.* Farin. *in d. praxi crimin. q.* 2. *num.* 7. quia quoties delictum confessum nullam habet permanentiam quia sit facti transeuntis, veluti adulterium, furtum, & his similia; ex vera & ab omnibus approbata opinione, si cum confessione concurrat partis querela, potest quis ex eo condemnari, ita in specie in crimine adulterij resoluit Clar. *d. q.* 55. *n.* 11. qui ex Boer. & alijs ita obseruari affirmat. Vnde cum in præsenti prius maritus de adulterio vxorem conuenisset, atque postea eadem illud fuerit confessa, nihil mirum

si potuit

si potuit iudex ex illius confessione thori separationem inducere.

3 *Vtriq; priuatim continentiã, &c.* Notatur ad hoc quod vxor ab adulterij pœna excusatur propter viri sæuitiam, aut propter famis necessitatem, aut propter paupertatem, vt per Menoch. *consil.* 31. *num.* 30. *&* 32. Baiard. ad Clar. §. *adulterium num.* 35. *cum seqq.* Farin. *in praxi crimin. q.* 141. *num.* 60.

4 *Præfatum virum ad legitimam vxorẽ reddire cõpellas.* Notatur ad hoc quod si facta separatione thori maritus cum alia muliere fornicetur reintegratur Matrimoniũ, mulierque virum sibi restitui petere potest, vt docent Cou. *de spons. p.* 2. *cap.* 7. §. 6. *num.* 5. *vers. imo lata sententia*, Surd. *d. q.* 16. *num.* 52. *& tit.* 7. *q.* 4. *num.* 10. D. Barbosa *in l. viro, ac vxore* 40. *num.* 3. *ff. sol. Matrim.* Farin. *d. q.* 143. *n.* 35. Sanch. *de Matrim. lib.* 10. *disp.* 9. *num.* 27. *cum seqq.* vbi ad hoc quatuor recenset Doctorum sententias, quarum vltima (cui ipse tanquam probabiliori adhæret) tenet, vt isto casu coniugi nulla competat actio aduersus coningem, quia fornicatus fuit post sententiam diuortij ad sui fauorem latam, sed bene iudex ex officio ad euitandum fornicationis periculum possit & debeat coniuges reconciliare, & insimul ad cohabitandum cogere.

5 In glos. [Admonita] ibi (*sed si fiat ex deliberatione, &c.*) Notatur ad hoc quod confessio calore iracundiæ emanata confitenti non nocet vt per Duen. *reg.* 292. *ampl.* 3. *& reg.* 119. *limit.* 3. Padil. *in l. error num.* 15. *C. de Iuris & facti ignor.* Perez *l.* 3. *glos.* 2. *pag.* 211. *tit.* 8. *lib.* 8. *Ordin.* Ioan. de Sylua *in tract. de sureiur. p.* 3. *num.* 30. Tiraq. *de pœnis temper. causa* 1. *num.* 25. Mascard. *de probat. conclus.* 345. *num.* 36. *& conclus.* 346. *num.* 20. *& conclus.* 350. *num.* 20. Cald. Pereira *in l. si curatorem verbo vel aduersary dolo num.* 42. *col.* 3. Farin. *in praxi crimin. p.* 3. *q.* 91. *num.* 24. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 1. *comp.* 30. *num.* 6.

6 In glos. [Redire] fin. ibi (*& vterque altero inuito monasterium intrare potest*) Notatur ad hoc quod si vir aut vxor commisissent adulterium, alter, qui est innocens, non solum posset ab adultera separari, sed etiam ea viuente ingredi religionem, & sacros Ordines suscipere, quia licet maneat vinculum coniugale, tamen neuter tenetur alteri, & quilibet cessit Iuri suo, vt per Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 102. *n.* 24. Sanch. *de Matrim. lib.* 10. *disp.* 11.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Hæreticum maritum expellere potest vxor propria auctoritate non expectato Ecclesiæ iudicio.*
3 *Vxor quæ propter viri hæresim ab eo discessit propria auctoritate tenetur redire si vir ad fidem conuertatur.*
4 *Catholicus quomodo possit à cõiuge hæretico propria auctoritate separari, ostenditur.*
5 *Vxor separata iudicio Ecclesiæ à viro propter eius hæresim non tenetur amplius redire ad eum.*

Cap. De illa. VI. *Vrban. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Io. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panor. Præpos. Alex. de Neuo, Cened. *collect.* 69. Ximen. Toletan. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. *&* 2. Viuian. *in ration. lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 116. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 600. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 20. *cap.* 5. & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *par.* 50. *cap.* 63. §. *& illa vero.*

2 *Sine iudicio Ecclesiæ declinauit, &c.* Notatur ad hoc quod vxor potest propria auctoritate maritũ hæreticum expellere, non expectato Ecclesię iudicio, vt per Surd. *de alim. tit.* 7. *q.* 21. *num.* 6. vbi etiã dicit quod hic est casus in quo vxori agẽti possessorio recuperãdæ ad coniugem, qui diuertit propria auctoritate, obstat exceptio spiritualis fornicationis, quia non potest fide salua esse tuta cum illo: addit etiam quod hæc est vna ex differentijs inter carnalem, & spiritualem fornicationem, quia pro carnali vxor non expellitur propria auctoritate nisi delictum sit notorium, sed id licet pro spirituali propter periculum infectionis.

3 *Ei cum reuersus fuerit, &c.* Notatur ad hoc quod vxor, quæ propter viri hæresim ab eo discessit propria auctoritate, & sine iudicio Ecclesiæ, tenetur redire, si idem vir ad fidem reuertatur, vt per D. Barbosa *in rub. ff. sol. Matrim. p.* 2. *num.* 20. *in fine, vers. non obstat secundo,* Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 20. Cened. *ad Decretal. collect.* 169. *num.* 1. Ludou. Beia *respons. casuum conscientiæ p.* 4. *casu* 30. Farin. *in praxi crim. p.* 5. *q.* 143. *num.* 120. *cum seqq.* Sanch. *de Matrim. lib.* 10. *disp.* 15. *num.* 13. vbi asserit ita fateri omnes DD. nisi esset timor probabilis fictæ & non veræ conuersionis, & sic non cessaret periculum peruersionis Catholici, & *num.* 14. ampliat etiã quod Catholicus, qui propria auctoritate ante sententiam iudicis ab hæretico diuertit, ingressus fuisset religionẽ, eidem reuerso est restituendus, quia ante sententiam diuortij non est licitum coniugi Catholico religionem ingredi.

4 *Iudicio Ecclesiæ.* Aduerte quod, vt Catholicus dicatur ab hæretico separatus auctoritate, ac iudicio Ecclesiæ, non desideratur specialis diuortij sententia, sed tantummodo Iudicium illud Ecclesiæ, idest sententia Iudicis

L Ec-

Ecclesiastici, qua declaretur illum esse hæreticum, & ita huiusmodi sententia, absque alia separationis integrum erit Catholico omnino diuertere, vt docent Castro *de iusta heretic. punit. lib. 2. cap. 7.* Couar. *de sponsf. p. 2. cap. 7. §. 5. num. 5.* Iacob. de Graffis *in decis. aur. p. 1. lib. 2. cap. 84. num. 16.* D. Barbosa *d. p. 2. num. 21. & 22.* Sanch. *d. disp. 15. num. 20.*

5 *Eum nullatenus ducimus compellendum.* Notatur ad hoc quod vxor separata iudicio Ecclesię à viro propter eius hæresim nō tenetur amplius redire ad eum etiam redeuntem ad fidem, vt per D. Barbosa *d. p. 2. num. 10. in fin. vers. secundus est*, Farin. *d. q. 143. num. 123.* vbi *n. 125.* intelligit dummodo vxor sic à viro iudicio Ecclesiæ separata, propter hæresim ingressa, & professa fuerit religionem, secus si religionem nō fuerit ingressa, aut ingressa, sed non professa, tunc enim viro redeunti ad fidem restituenda est, etiā quod iudicio Ecclesiæ fuerit separata, testaturq; sic vidisse cōmuniter Doctores distinguentes, & concordantes tex. in præsenti cum cap. seq. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Papa errare non potest cum aliquid definit tanquam summus totius Ecclesiæ præfectus, & pastor.*
3 *Matrimonium inter infideles contractum alterutro ad fidem Christi conuerso dissoluitur tribus concurrentibus.*
4 *Matrimonium tenet si alter coniugum labatur in hæresim.*
5 *Matrimonium verum & legitimum est apud infideles.*
6 *Fidelis cum infideli habitare quando dicatur cum contumelia Creatoris, ostenditur.*
7 *Coniux vnus si post aliam ad fidem conuertatur, primus conuersus restituitur secundo conuerso si res est integra.*

Cap. Quanto. VII. *Innoc. iij.*

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan Andr. Host. Henric. Butr. Anch. Panor. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag. 117.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 600.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 4. tit. 14. cap. 1.*

2 *Licet quidam Prædecessor noster, &c.* Glos. verbo *Prædecessor* in præsenti, dicit huiusmodi prædecessorem fuisse Cælestinum III. & ex ijs verbis aliqui colligere videntur Romanum Pontificem errare posse cum aliquid definit tanquam summus totius Ecclesiæ præfectus, & pastor. sed occurrit Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 5. cap. 4. q. 3. vers. secundo obijcitur* respondens nihil ex hoc tex. probari, nec enim consequens est si aliquid in corpore Iuris contineatur, vt eo ipso sit à Pontifice diffinitum, multa enim in corpore Iuris habentur, quæ Pontifices non diffiniunt, sed dicunt suam sententiam tantummodo referentes, & ideo hic tex. caute dicit prædictum Prædecessorem censisse, & non diffinisse.

3 *Si enim alter infidelium, &c.* Notatur ad hoc quod Matrimonium inter infideles contractum alterutro ad fidem Christi cōuerso dissoluitur, potestque Christianus statim contrahere cum alia tribus concurrētibus causis; prima est cum infidelis conuersi fidelis respuit conuictū: secunda cum non vult sine iniuria Creatoris cum fideli commorari; tertia cum ex conuictu infidelis fideli pernicies atque animi exitium permaneret. Ita docent Aegid. *de Sacram. tom. 2. disp. 26. dub. 5. num. 38.* Bonacin. *de Matrim. q. 3. puncto 7. num. 4.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 1. q. 126. vers. quarta, cum seqq.* vbi *in vers. sextam* asserit probabilius esse tribus his de causis non ipso iure Matrimonium cessare infidelium, sed tunc demum cum secundum est legitime in Christi Ecclesia celebratum, quod etiam tenet Henriq. *in sum. lib. 11. cap. 8. n. 4.* vbi in *cōmen. lit. S.* illorum non approbat opinionem negantium valere Matrimonium secundum fidelis, si in infidelis coniux monitus vellet quidem remanere sine contumelia Creatoris, sed non vult conuerti, de quo etiam Bonacin. *d. punct. 7. nu. 6.* vbi contrarium sequitur.

4 *Si vero alter fidelium, &c.* Notatur ad hoc quod si alter coniugum labatur in hæresim tenet Matrimonium, & in nullo casu dirimitur consumatum, vt per Basil. Ponc. *de impedimentis Matrimony cap. 21. in fine.*

5 *Quod etsi Matrimonium verum inter infideles, &c.* Notatur ad hoc quod apud infideles est verum & legitimum Matrimonium, vt per Sanch. *de Matrim. lib. 2. disp. 9. & lib. 7. disp. 73. num. 2.* Cened. *ad Decretal. collect. 70. num. 2.* Paul. Comitol. *d. q. 126. vers. tertia*, optime Sayr. *de Sacram. in genere lib. 2. cap. 5. art. 3. vers. secunda propositio*, vbi asserit quod si Matrimonium inter infideles contrahatur, verum esse potest, non tamen inter eos Sacramentum est; dicitur enim à summo Pont. in præsenti huiusmodi Matrimonium esse verum, quia est validum, non tamen est ratum, id est non est omnibus modis indissolubile, quia non est Sacramentum.

6 *Contumelia Creatoris.* Contingit autem quādo infidelis compellit fidelem ad peccatum, vel quando infidelis non vult nomen Dei, aut Christi audire, nisi cum despectu; vel quando nomen Dei blasphemat, vel impedit quominus debi-

debitus honor, aut laudes Deo exhibeantur, vel quando retrahit familiam à Christi fide, ita Valent. *tom.* 4. *disp.* 10. *q.* 1. *punc.* 3. Sanch. *lib.* 7. *disp.* 74. *num.* 6. Rebell. *de oblig. Iustit. p.* 2. *lib.* 3. *q.* 10. *sect.* 2. *n.* 2. quos refert,& sequitur Bonac. *d. puncto* 7. *num.* 5.

7 In glos.[Si relinquitur] ibi, (*si autem antequam contrahat cum alia, &c.*) Notatur ad hoc quod si vnus coniux post aliū ad fidem conuertatur primus cōuersus restituitur secūdo conuerso si res est integra, idest si alteri prius non nupserit, & sic inter eos reintegratur Matrimonium tanquā nouum, ita Farin. *in praxi criminali p.* 5. *q.* 143. *num.* 119.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Infideles Matrimonio coniuncti in primo gradu consanguinitatis si ad fidem conuertatur, separandi sunt.*
3 *Sacramentum coniugij quomodo dicatur apud infideles existere, ostenditur, & n.* 4. *&* 5.
6 *Habitatio fidelis cum infideli quādo poterit esse sine contumelia creatoris, quo tempore permissa, ostenditur.*
7 *Iudæi, & infideles licite contrahunt in gradibus per leges Canonicas prohibitis.*
8 *Papa an super infideles habeat potestatem secularem gubernatiuam, remissiue.*
9 *Coniugia an soluantur per Sacramentum Baptismi.*
10 *Poligamia Iure diuino Euangelico, naturali, & humano prohibita.*
11 *Papa non potest dispensare in pluralitate vxorum.*
12 *Contrahens cum pluribus simul viuentibus quas pœnas incurrat, remissiue.*
13 *Inquisitores contra hæreticam prauitatem possunt procedere & punire contrahentem cum duabus.*
14 *Parentes an sint plus diligendi, quam vxor.*
15 *Patres veteris legis antiqua pluribus vxoribus coniunctæ immunes fuerunt à culpa.*
16 *Matrimonij vinculum non dissoluitur propter coniugis adulterium.*
17 *Repudium quare fuisset licitum Hebræis ostenditur.*
18 *Matrimonium an statim vt infidelis conuertitur ad fidem dissoluatur, ostenditur.*
19 *Infidelis ad fidem conuerso non potest diuertere ab infideli ad fidem conuerso obijciens ei fornicationē tempore infidelitatis.*
21 *Matrimonij separatio si Ecclesiæ sententia facta sit eo quod infidelis noluerit conuerti, conuerso postea infideli integrum est fideli ad religionem migrare.*
22 *Hæreticus absolutus in foro pœnitentiæ potest accusari in foro externo.*
23 *Iudæus effectus Christianus in foro Cōscientiæ ab omnibus præteritis peccatis & criminibus absolutus censetur.*

Cap. Gaudemus. VIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostiens. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Præpos. Casal. *in annot.* Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontificij pag.* 118. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 601. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 14. *cap.* 2.

2 *Vxores accipientes in secūdo, &c.* Non autem in primo lege naturali prohibito, veluti inter ascendentes primi gradus, idest, patrem, & filium, ita docent Petr. de Ledesma *de Matrim. q.* 54. *art.* 3. *difficul.* 1. *concl.* 1. Vical. *in candelabro p.* 1. *Sacramentorum tit. de Matrim. num.* 189. Valent. *p.* 4. *disp.* 10. *q.* 5. *punc.* 3. *vbi de cognationis imped. vers. quarto conuenit*, Henriq. *in sum. lib.* 12. *cap.* 9. *num.* 3. Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *disp.* 51. Valer. Reginald. *in praxi foro pœniten. lib.* 31. *num.* 118. Nec inter colaterales primi gradus, quales sunt frater, & soror, est enim interdictum, ac irritum iure naturæ Matrimonium inter eos contractum, vt tenent Petr. de Ledesma *d. art.* 3. *diffic.* 3. *concl.* 1. *& diffic.* 4. *concl.* 1. Valen. *d. q.* 5. *punc.* 3. *tit. de Matrim. cognat. vers. sed tamen contraria sententia*, Henriq. *d. cap.* 9. *num.* 4. plures quos refert, & sequitur Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 52. *num.* 11. vbi *num.* 12. infert infideles Matrimonio coniunctos in primo gradu consanguinitatis lineæ transuersæ, vt sunt fratres, separandos esse dum ad fidem conuertuntur, & huiusmodi Matrimonia inter fratrem, & sororem, vti prohibita lege Naturali Ecclesiæ, vel Papæ dispensatione permitti non posse resoluit Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 3. *quæstion.* 2. *versic. communis.*

3 *Cum Sacramentum coniugij apud fideles & infideles existat.* Elaborant maxime DD. in declarandis huiusmodi verbis cum prima facie videantur difficillimę resolutionis. Difficultatem facit quia Sacramenta non reperiuntur nisi in Ecclesia *cap. quia ex sola* 24. *q.* 1. *cap. extra Catholicam* 1. *q.* 1. ita vt extra illam nullum reperiatur, *cap. plerumq.* §. *hinc est* 2. *q.* 7. cum similibus, cum ergo Iudæi, & infideles sint extra Ecclesiam iuxta Apostoli auctoritatem, quam refert tex. in præsenti, quid enim mihi qui foris sunt iudicare *ad Corint. cap.* 5. & late comprobat Cardin. Bellarmin. *in tertia controuersia generali lib.* 3. *cap.* 3. Ratio est quia cum careant Baptismate, quod est ianua omnium Sacramentorum *cap. veniens, de presby. non baptiz.* consequens est, vt omnes qui baptismi gratiam

non sunt assequuti in Ecclesia esse dici non possint *cap. firmissime, de consecrat. dist. 4. cap. maiores de baptismo.*

4 Quare DD. diuersas exquisierunt solutiones, imprimis Couar. *de sponsal. p. 2. cap. 1. §. vnico num.* 4. tenet Sacramentū coniugij apud infideles existere habitu non vero actu; alij vero vt sunt Veracr. Petr. de Ledesma, & alij, quos refert, & sequitur Sanch. *de Matrim. lib. 2. disp. 8. num. 1.* dicunt appellari in præsenti Sacramentum Matrimonium infideliū large, & impropriè in quantum aliquo modo designat vnionem Christi cum Ecclesia, licet impropriè quia fide carent. Noue tandem Anton. Ricciul. *in tract. de Iure person. extra grem. Eccl. exist. lib. 2. cap. 1. num. 8.* dicit Matrimonium dupliciter posse considerari, Primo vti naturæ cōtractus, & remedium concupiscentiæ, & vti signum rei sacræ non conferentis gratiam, & hoc modo reperitur etiam inter Iudæos DD. *in 4. sentent. distin. 39. artic. 1.* vbi Sot. *in 1. conclus.* Alio modo addit idem Ricciul. posse Matrimonium considerari, vti Sacramentum institutum à Christo, & hoc modo nō reperitur nisi inter Christianos, prout euincunt ea, quæ supra memorauimus, in confirmationem difficultatis.

5 Ego vero semper aduertendum duxi Sacramentum esse nomen generale de cuius ratione saltem in genere est quod sit rei sacræ signum. Sacramēta autem in genere sumpta in duas partes diuiduntur, in sacramenta scilicet legis veteris, ac naturalis, & legis nouæ, ac Euangelicæ, quæ licet inter se multum differāt, tamen omnia dicuntur sacramēta, & sic appellantur à Concilijs, & Sanctis Patribus, & ideo Matrimonium apud infideles dicitur Sacramentum non quidem nouæ legis, sed legis naturalis, quia specialiter institutum est, tum quia significat rem sacram, idest vnionem inter Christum, & Ecclesiam, & hoc modo accipitur Sacramentum coniugij in præsenti, quod in genere est apud fideles, & infideles, sed diuerso modo apud hos imperfectū significans tantum, & non efficiens; apud illos vero significans, & efficiens, ac gratiam conferens.

6 *Non illam dimittat, &c.* Olim tempore primitiuæ Ecclesiæ & sexcentis proximis sequentibus annis propter frequentem infidelium conuersionem, quæ tunc fiebat, ex consilio Apostoli *ad Corint. 1. cap. 7.* laudabilis fuit habitatio coniugis fidelis cum infideli, quando habitare volebat sine contumelia Creatoris, vt declarat D. August. relatus *in cap. iam nunc, & sequenti 28. q. 1.* succedentibus tamen temporibus vsu comprobatum est non modicum peruersionis periculum imminere fideli ex simultanea habitatione cum infideli, & propterea consuetudine Ecclesiæ receptum est, ac præceptum inductum, ne coniux ad fidem conuersa permittatur cum infideli cohabitare, tex. in *cap. iudæi* 28. q. 1. D. Thom. Siluest. Durand. Gabri, & alij, quos refert, & sequitur Sanch. *lib. 7. disp. 73. n. 12.* vbi *n. 13.* extendit procedere etiam si subesset aliqua spes conuersionis.

7 *Qui constitutionibus canon. non arctantur.* Notatur ad hoc quod gradus per Canonicas constitutiones vetitis in Matrimonijs contrahendis, non vendicant sibi locum in Matrimonijs inter iudæos, seu infideles, sed ipsi licite contrahunt in gradibus per Canones prohibitis, ita docent Innoc. *in cap. super his, de voto,* Barbat. *cons. 13. num. 4.* Felin. *in cap. ad hæc notab. 2. de iudæis,* Brun. *in tract. stantibus masculis, art. 6. sub num. 57. vers. ad hoc facit,* Marquar. *de Iudæis p. 2. cap. 4. num. 9.* ex ea ratione quia iudæi, & infideles non ligantur constitutionibus, quæ ab Ecclesia feruntur, ad dirigendum regimen spirituale, vt docent Surd. *cons. 121. sub num. 6. & 18.* Card. Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib. 21. tit. 8. num. 59.* Sanch. *lib. 6. disp. 1. num. 3.* & alij plures, quos refert, & sequitur Ricciul. *d. lib. 2. cap. 3. in princ.* tum quia Ecclesia non potest infidelibus impedimenta Matrimonium dirimentia statuere Sanch. *lib. 7. disp. 1. num. 3.* vbi tamen libenter fatetur posse Pontificem non tanquam ecclesiasticum Principem, sed tanquam temporalem impedimenta dirimentia Matrimonium infidelibus inhabitātes loca suæ temporali iurisdictioni subdita decernere. Vnde Matrimonia contracta per iudæos, & infideles in gradibus humana lege prohibitis post conuersionem ad fidem non separari resoluit Ricciul. *d. cap. 3. num. 9.*

8 *De his, quæ foris sunt iudicare.* Vtrum summus Pontifex super infideles habere possit potestatem generalem gubernatiuā, ac proinde cognoscere, iudicare, & disponere de eorum negotijs secularibus late disputant *de officio & potestate Episcop. p. 1. tit. 3. cap. 2. n. 32. cum seqq.*

9 *Cum per Sacramentum Baptismi nō soluantur coniugia.* Ergo nō eo ipso quod alter ex coniugibus infidelibus ad fidem conuertitur altero manente in infidelitate, dissoluitur coniugium, de quo vide Sanch. *lib. 7. disputat. 63. num. 6.*

10 *Nec vlli vnquam licuit plures vxores habere.* De Poligamia iure diuino Euangelico, naturali, & humano prohibita, vide Tiraq. *l. 7. connubinali glos. 1. par. 7. num. 20. cum sequentibus* vbi adducit plurium gentium testimonia, quæ plures habēt vxores, & rursus plures, quibus non permittitur Henriq. *in sum. lib. 12. cap. 6.* Menoch. *de arbitr. casu 420. num. 2. cum sequentibus* plures quos refert Sanch. *lib. 7. disp. 80.* quibus adde

Farin.

Farin. *in praxi crimin. p. 5. q. 140. num.* 2. Ludou. de Sotomaior, insignem præceptorem meum, super *Cantica cap. 6. in verb. sexaginta sunt Reginæ pag.* 1091. Basil. Ponc. *de imp. Matrimon. cap.* 13. Gutier. *de Matrimon. cap.* 106. Bonac. *eod. tract. q. 3. punc.* 10. *à princ.*

11 Vnde summus Pontifex cum dispensare non possit in Iure naturæ, vel Diuino, non potest in pluralitate vxorū dispensare vt docent Ledesma *de Matrimonio q. 65. art. 2. concl. 3.* Valent. *tom. 4. disp. 10. q. 1. punc.* 3. Sanch. *d. disp. 80. num.* 8. Aegid. *de Sacrament. & cens. tom. 2. disp. 26. dub. 2. num.* 20. Reginald. *d. lib. 31. num.* 4. & alij quos refert, & sequitur Bonac. *d. punc.* 10. *n.* 4. vbi *num.* 6. resoluit infideles contrahentes Matrimonia cum multis fœminis inualidè contrahere, teneriq; cum prima habitare, si ipsa voluerit cum eo permanere absque Creatoris iniuria; cæteris in infidelitate remanentibus, & quamuis omnes vxores, quas vir habebat tempore infidelitatis, conuertantur, præter primam nolentem cum ipso permanere, aut volentem, sed cum pertractione ad p[illegible]catum, aut cum iniuria Creatoris, vir no[illegible]tur vllā ex conuersis ducere in rigore loque[illegible]uia nulla ex ipsis est eius coniux excepta[illegible], ita DD. loco proxime citato.

12 Grauis pœna imponitur ei, qui contra[illegible] [illegible] pluribus simul viuentibus, vt constat ex . *qui duas C. de adult.* & *ex §. affinitatis vers. qui Instit. de nup.* & apud nostros Lusitanos *in Ordinatione Regia lib. 5. tit.* 19. & apud Castellanos *in fin. tit. 17. part. 7. & in l. 9. tit. 7. & l. 8. tit. fin. lib. 8. Ordinam. & l. 8. tit. 20. lib. 8. noua recopil.* referunt plura in detestationem huius criminis diuersasq; pœnas secundū diuersarū Prouinciarū statuta imponentes Cou. *d. p. 2. de spons. cap. 7. §. 3. num.* 6. Duen. *reg.* 290. *vers. limita tertio* Tiraq. *de iure mariti gl.* 8. *num.* 206. *& l. 7. connubiali gl. 1. p. 7. num.* 24. Gomez *l.* 80. *Tauri num. 27. cum seqq.* Clar. *§. fornicatio n.* 30. vbi Baiard. *à num.* 34. Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum, §. 57. num.* 25. Viui. *tom. 2. comm. opin. lib. 9. tit. 7. n. 4. pag.* 469. Menoch. *de arbitr. casu* 420. *num. 96. cum seqq. & cons. 16. in fin.* Cabal. *resol. criminal. casu* 98. Farin. *in praxi crim. q.* 140. Sanch. *d. lib. 7. disput.* 80. *&* 81. plures per Cened. *ad Decretal. collect.* 171.

13 Inquisitores contra hæreticam prauitatem possunt procedere, & punire contrahentem simul cum duabus vel pluribus vxoribus, tanquam contra suspectum de hæresi, eo quod videatur male sentire de Sacramento, vt docent Perez *ad tit. 1. lib. 5. Ordina. pag. 44. in fine*, Menoch. *d. casu* 420. *num.* 114. *& de præsump. lib. 5. præsump. 6. num.* 37. Nauar. *cons. 1. de hæreticis nu.* 8. Azeued. *l. 5. nu. 3. tit. 1. lib. 5. noua recop.* Gutier. *pract. lib. 2. q. 8. num.* 1. Henriq. *lib. 11. cap. 2. num. 3. & lib. 11. cap. 6. num.* 4. Farin. *d. q. 140. num.* 24. Emman. de Valle *de incantationibus & ensalm. sectio. 3. cap. 1. nu. 14. in princ. & cap. 3. num.* 5.

14 *Propter hoc relinquet homo, &c.* Ergo videtur plus diligendam esse vxorem, quàm parentes, contra quartum Decalogi præceptum, & contra Doctorum resolutionem asserentium filiam teneri potius alere patrem, quàm maritum, de qua Surd. *de alimen. tit. 1. qu. 8. 33. num.* 33 Sanch *de Matrimon. lib. 9. disp. 4. num.* 26. Sed hæc verba sunt intelligenda quòad vnionem carnalis copulæ, & cohabitationis, in aliis autem non est deferendus pater propter coniugem secundum D. Thom. *2. 2. q. 26. art.* 11. Cæterum quomodo Adamus dixerit conspecta vxore propter hanc relinquendum patrem & matrem cum patre careret vide eleganter Colon. Concil *in libro de Sacram. noua legis tract. de Matrim. cap. Est autem.*

15 *Nisi cui fuit diuina reuelatione, &c.* Notatur ad hoc quod veteres Patres legis antiquæ pluribus vxoribus coniuncti culpæ immunes fuerunt, eo quod Deus cum illis dispensauerit, quo exemplo excusari videntur olim vicini Gentiles, dum ex ignorantia vnus plures ducebat; quibus tamen per se nunquam licuit plures ducere, nec enim illis hic fauor priuilegij datus est à Deo. Cæterum iam in lege Euangelicá eiusmodi dispensatio cassata est à Christo Seruatore nostro, quando Matth. 19. reducit Matrimonium ad primæuum statum, in quo vnica vxor licebat, quare nullis fidelibus, nec infidelibus licita est hodie polygamia. Hæc omnia colliges ex Cardin. Bellarm. *lib. 1. de Matrim. cap. 11. proposit. 3. & 4.* Valent. *p. 4 disp. 10. q. 1. puncto* 3. Henriq. *in sum. lib. 12. cap. 6. num.* 2. Sanch. *de Matrimon. lib. 7. disp. 80. num. 12. cum seqq.* Gutier. *de Matrimon. cap. 106. num. 2. cum seqq.* Bonacin. *d. puncto 10. num. 3. & 4.*

16 *Qui autem secundum ritum suum, &c.* Notatur ad hoc quòd licet propter coniugis adulterium detur separatio thori, non tamen dissoluitur Matrimonij vinculum vt per Baiard. *ad Clar. §. adulterium num.* 114. late Sanch. *de Matrim. lib. 10. disp. 2.* Farin. *in praxi crimin p. 5. q. 143. num.* 33.

17 *Repudiauit.* Notatur ad hoc quod repudium fuit permissum non tanquam licitum, sed tanquam minus malū ad vitanda maiora, vt per Couar. *de sponsal. p. 2. cap. 7. §. 4. nu.* 4. Tiraq. *l. 9. connub. n.* 5. Nauar. *cons. 3. in fine sub tit. de conuers. coniugat. in nouis*, Petr. Gregor. *syntag. iuris p. 2. lib. 9. cap. 16. num. 1. & p. 3. lib. 22. cap. 3. num.* 20. Sed probabilius est repudium fuisse licitum Hæbræis Deo dispensante in lege naturali, cui repudium aduersabatur vt per Gaetam *in repet. cap. ad limina 30. quæst. 1. §. 4. num.* 203. Veracruc. *part. 2. speculi artic. 10. concl.* 1. Petr. de Ledesm.

non sunt assequuti in Ecclesia esse dici non possint *cap. firmissime, de consecrat. dist. 4. cap. maiores de baptismo*.

4 Quare DD. diuersas exquisierunt solutiones, imprimis Couar. *de sponf. p. 2. cap. 1. §. vnico nu. 4.* tenet Sacramentū coniugij apud infideles existere habitu non vero actu; alij vero vt sunt Veracr. Petr. de Ledesma, & alij, quos refert, & sequitur Sanch. *de Matrim. lib. 2. disp. 8. num. 1.* dicunt appellari in præsenti Sacramentum Matrimonium infideliū large, & impropriè in quantum aliquo modo designat vnionem Christi cum Ecclesia, licet impropriè quia fide carent. Noue tandem Anton. Ricciul. *in tract. de Iure person. extra grem. Eccl. exist. lib. 2. cap. 1. num. 8.* dicit Matrimonium dupliciter posse considerari, Primò vti naturæ cōtractus, & remedium concupiscentiæ, & vti signum rei sacræ non conferentis gratiam, & hoc modo reperitur etiam inter Iudæos DD. *in 4. sentent. distin. 39. artic. 1.* vbi Sot. *in 1. conclus.* Alio modo addit idem Ricciul. posse Matrimonium considerari, vti Sacramentum institutum à Christo, & hoc modo nō reperitur nisi inter Christianos, prout euincunt ea, quæ supra memorauimus, in confirmationem difficultatis.

5 Ego vero semper aduertendum duxi Sacramentum esse nomen generale de cuius ratione saltem in genere est quod sit rei sacræ signum. Sacramēta autem in genere sumpta in duas partes diuiduntur, in sacramenta scilicet legis veteris, ac naturalis, & legis nouæ, ac Euangelicæ, quæ licet inter se multum differat, tamen omnia dicūtur sacramēta, & sic appellantur à Concilijs, & Sanctis Patribus, & ideo Matrimonium apud infideles dicitur Sacramentum non quidem nouæ legis, sed legis naturalis, quia specialiter institutum est, tum quia significat rem sacram, idest vnionem inter Christum, & Ecclesiam, & hoc modo accipitur Sacramentum coniugij in præsenti, quod in genere est apud fideles, & infideles, sed diuerso modo apud hos imperfectū significans tantum, & non efficiens; apud illos vero significans, & efficiens, ac gratiam conferens.

6 *Non illam dimittat, &c.* Olim tempore primitiuæ Ecclesiæ & sexcentis proximis sequentibus annis propter frequentem infidelium conuersionem, quæ tunc fiebat, ex consilio Apostoli *ad Corint. 1. cap. 7.* laudabilis fuit habitatio coniugis fidelis cum infideli, quando habitare volebat fine contumelia Creatoris, vt declarat D. August. relatus *in cap. iam nunc, & sequenti 28. q. 1.* succedentibus tamen temporibus vsu comprobatum est non modicum peruersionis periculum imminere fideli ex simultaneā habitatione cum infideli, & propterea consuetudine Ecclesiæ receptum est, ac præceptum inductum, ne coniux ad fidem conuersa permittatur cum infideli cohabitare, tex. in *cap. iudæi 28. q. 1.* D. Thom. Siluest. Durand. Gabri. & alij, quos refert, & sequitur Sanch. *lib. 7. disp. 73. n. 12.* vbi *n. 13.* extendit procedere etiam si subesset aliqua spes conuersionis.

7 *Qui constitutionibus canon. non arctantur.* Notatur ad hoc quod gradus per Canonicas constitutiones vetitis in Matrimonijs contrahendis, non vendicant sibi locum in Matrimonijs inter iudæos, seu infideles, sed ipsi licitè contrahunt in gradibus per Canones prohibitis, ita docent Innoc. *in cap. super his, de voto*, Barbat. *cons. 11. num. 4.* Felin. *in cap. ad hac notab. 2. de iudæis*, Brun. *in tract. stantibus masculis, art. 6. sub num. 57. vers. ad hoc facit*, Marquar. *de Iudæis p. 2. cap. 4. num. 9.* ex ea ratione quia iudæi, & infideles non ligantur constitutionibus, quæ ab Ecclesia feruntur, ad dirigendum regimen spirituale, vt docent Surd. *cons. 121. sub num. 6. & 18.* Card. Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib. 21. tit. 8. num. 59.* Sanch. *lib. 6. disp. 1. num. 3.* & alij plures, quos refert, & sequitur Ricciul. *d. lib. 2. cap. 3. in princ.* tum quia Ecclesia non potest infidelibus impedimenta Matrimonium dirimentia statuere Sanch. *lib. 7. disp. 1. num. 3.* vbi tamen libenter fatetur posse Pontificem non tanquam ecclesiasticum Principem, sed tanquam temporalem impedimenta dirimentia Matrimonium infidelibus inhabitātes loca suæ temporali iurisdictioni subdita decernere. Vnde Matrimonia contracta per iudæos, & infideles in gradibus humana lege prohibitis post conuersionem ad fidem non separari resoluit Ricciul. *d. cap. 3. num. 9.*

8 *De his, quæ foris sunt iudicare.* Verum summus Pontifex super infideles habere possit potestatem generalem gubernatiuā, ac proinde cognoscere, iudicare, & disponere de eorum negotijs secularibus late disputant *de officio & potestate Episcop. p. 1. tit. 3. cap. 2. n. 32. cum seqq.*

9 *Cum per Sacramentum Baptismi nō soluantur coniugia.* Ergo nō eo ipso quod alter ex coniugibus infidelibus ad fidem conuertitur altero manente in infidelitate, dissoluitur coniugium, de quo vide Sanch. *lib. 7. disputat. 63. num. 6.*

10 *Nec vlli vnquam licuit plures vxores habere.* De Poligamia iure diuino Euangelico, naturali, & humano prohibita, vide Tiraq. *l. 7. connubinali glos. 1. par. 7. num. 20. cum sequentibus* vbi adducit plurium gentium testimonia, quæ plures habēt vxores, & rursus plures, quibus non permittitur Henriq. *in sum. lib. 12. cap. 6.* Menoch. *de arbitr. casu 420. num. 2. cum sequentibus* plures quos refert Sanch. *lib. 7. disp. 80.* quibus adde Farin.

Farin. *in praxi crimin. p.5. q.140. num.* 2. Ludou. de Sotomaior, insignem præceptorem meum, super *Cantica cap.6. in verb. sexaginta sunt Reginæ pag.* 1091. Basil. Ponc. *de imp. Matrimon.cap.* 13. Gutier. *de Matrimon. cap.* 106. Bonac. *eod. tract. q. 3. punc.* 10. *à princ.*

11 Vnde summus Pontifex cum dispensare non posset in Iure naturæ, vel Diuino, non potest in pluralitate vxorū dispensare vt docent Ledesma *de Matrimonio q.* 65. *art.* 2. *concl.* 3. Valent. *tom.* 4. *disp.* 10. *q.* 1. *punc.* 3. Sanch. *d. disp.* 80. *num.* 8. Aegid. *de Sacrament. & cens. tom.* 2. *disp.* 26. *dub.* 2. *num.* 20. Reginald. *d. lib.* 31. *num.* 4. & alij quos refert, & sequitur Bonac. *d. punc.* 10. *n.* 4. vbi *num.* 6. resoluit infideles contrahentes Matrimonia cum multis fœminis inualidè contrahere, teneriq; cum prima habitare, si ipsa voluerit cum eo permanere absque Creatoris iniuria; cæteris in infidelitate remanentibus, & quamuis omnes vxores, quas vir habebat tempore infidelitatis, conuertantur, præter primam nolentem cum ipso permanere, aut volentem, sed cum pertractione ad peccatum, aut cum iniuria Creatoris, vir non tenetur vllā ex conuersis ducere in rigore loquendo, quia nulla ex ipsis est eius coniux excepta prima, ita DD. loco proxime citato.

12 Grauis pœna imponitur ei, qui contrahit cum pluribus simul viuentibus, vt constat ex *l. eum qui duas C. de adult.* & ex *§. affinitatis vers. qui duas Instit. de nup.* & apud nostros Lusitanos *in Ordinatione Regia lib.* 5. *tit.* 19. & apud Castellanos *in l. fin. tit.* 17. *part.* 7. *& in l.* 9. *tit.* 7. *& l.* 8. *tit. fin. lib.* 8. *Ordinam. & l.* 8. *tit.* 20. *lib.* 8. *nona recopil.* referunt plura in detestationem huius criminis diuersasq; pœnas secundū diuersarū Prouinciarū statuta imponentes Con. *d. p.* 2. *de spons. cap.* 7. *§.* 3. *num.* 6. Duen. *reg.* 290. *vers. limita tertio* Tiraq. *de iure mariti gl.* 8. *num.* 206. *& l.* 7. *connubiali gl.* 1. *p.* 7. *num.* 24. Gomez *l.* 80. *Tauri num.* 27. *cum seqq.* Clar. *§. fornicatio n.* 30. vbi Baiard. *à num.* 34. Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum, §.* 57. *num.* 25. Viui. *tom.* 2. *comm. opin. lib.* 9. *tit.* 7. *n.* 4. *pag.* 469. Menoch. *de arbitr. casu* 420. *num.* 96. *cum seqq. & cons.* 16. *in fin.* Cabal. *resol. criminal. casu* 98. Farin. *in praxi crim. q.* 140. Sanch. *d. lib.* 7. *disput.* 80. & 81. plures per Cened. *ad Decretal. collect.* 171.

13 Inquisitores contra hæreticam prauitatem possunt procedere, & punire contrahentem simul cum duabus vel pluribus vxoribus, tanquam contra suspectum de hæresi, eo quod videatur male sentire de Sacramento, vt docent Perez *ad tit.* 1. *lib.* 5. *Ordina. pag.* 44. *in fine*, Menoch. *d. casu* 420. *num.* 114. *& de præsump. lib.* 5. *præsump.* 6. *num.* 37. Nauar. *cons.* 1. *de hæreticis nu.* 8. Azeued. *l.* 5. *nu.* 3. *tit.* 1. *lib.* 5. *nona recop.* Gutier. *pract. lib.* 2. *q.* 8. *num.* 1. Henriq. *lib.* 11. *cap.* 2. *num.* 3. *& lib.* 11. *cap.* 6. *num.* 4. Farin. *d. q.* 140. *num.* 24. Emman. de Valle *de incantationibus & ensalm. section.* 3. *cap.* 1. *nu.* 14. *in princ. & cap.* 3. *num.* 5.

14 *Propter hoc relinquet homo, &c.* Ergo videtur plus diligendam esse vxorem, quàm parentes, contra quartum Decalogi præceptum, & contra Doctorum resolutionem asserentium filiam teneri potius alere patrem quàm maritum, de qua Surd. *de alimen. tit.* 1. *quæst.* 33. *num.* 33 Sanch *de Matrimon. lib.* 9. *disp.* 4. *num.* 26. Sed hæc verba sunt intelligenda quoad vnionem carnalis copulæ, & cohabitationis, in aliis autem non est deserendus pater propter coniugem secundum D. Thom. 2. 2. *q.* 26. *art.* 11. Cæterum quomodo Adamus dixerit conspecta vxore propter hanc relinquendum patrem & matrem cum patre careret vide elegan- ter Colon. Concil. *in libro de Sacram. nona legis tract. de Matrim. cap. Est autem.*

15 *Nisi cui fuit diuina reuelatione, &c.* Notatur ad hoc quod veteres Patres legis antiquæ pluribus vxoribus coniuncti culpæ immunes fuerunt, eo quod Deus cum illis dispensauerit, quo exemplo excusari videntur olim vicini Gentiles, dum ex ignorantia vnus plures ducebat; quibus tamen per se nunquam licuit plures ducere, nec enim illis hic fauor priuilegij datus est à Deo. Cæterum iam in lege Euangelica eiusmodi dispensatio cassata est à Christo Seruatore nostro, quando Matth. 19. reducit Matrimonium ad primæuum statum, in quo vnica vxor licebat, quare nullis fidelibus, nec infidelibus licita est hodie polygamia. Hæc omnia colliges ex Cardin. Bellarm. *lib.* 1. *de Matrim. cap.* 11. *proposit.* 3. *&* 4. Valent. *p.* 4 *disp.* 10. *q.* 1. *puncto* 3. Henriq. *in sum. lib.* 12. *cap.* 6. *num.* 2. Sanch. *de Matrimon. lib.* 7. *disp.* 80. *num.* 12. *cum seqq.* Gutier. *de Matrimon. cap.* 106. *num.* 2. *cum seqq.* Bonacin. *d. puncto* 10. *num.* 3. *&* 4.

16 *Qui autem secundum ritum suum, &c.* Notatur ad hoc quod licet propter coniugis adulterium detur separatio thori, non tamen dissoluitur Matrimonij vinculum vt per Baiard. *ad Clar. §. adulterium num.* 114. late Sanch. *de Matrim. lib.* 10. *disp.* 2. Farin. *in praxi crimin p.* 5. *q.* 143. *num.* 33.

17 *Repudiauit.* Notatur ad hoc quod repudium fuit permissum non tanquam licitum, sed tanquam minus malū ad vitanda maiora, vt per Couar. *de sponsal. p.* 2. *cap.* 7. *§.* 4. *nu.* 4. Tiraq. *l.* 9. *connub. n.* 5. Nauar. *cons.* 3. *in fine sub tit. de conuers. coniugat. in nouis,* Petr. Gregor. *syntag. iuris p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 16. *num.* 1. *& p.* 3. *lib.* 22. *cap.* 3. *num.* 20. Sed probabilius est repudium fuisse licitum Hæbræis Deo dispensante in lege naturali, cui repudium adscribabatur vt per Gaetam *in repet. cap. ad limina* 30. *quæst.* 1. *§.* 4. *num.* 203. Veracruc. *part.* 2. *speculi artic.* 10. *concl.* 1. Petr. de Ledesm.

de Matrim. q. 68. art. 3. concl. 1. & 2. Angles *in floribus theolog. 1. p. de Matrim. q. 7. de bigamia artic. 2. diffic. 2. concl. 1.* Metina *lib. 4. de sacrorum hominum continentia controu. 1. cap. 10.* Henriq. *in sum. lib. 11. cap. 8. num. 13. in fine,* D. Barbosa *in rub. ff. soluto Matrim. p. 2. n. 9. cum seqq.* Sanch. *de Matrim. lib. 10. disp. 1. nu. 5. cum seqq.*

18 *Quod si conuersum, &c.* Notatur ad hoc quod non statim ac infidelis conuertitur ad fidẽ dissoluitur Matrimoniũ, nisi donec ipse ad alias nuptias transeat, itaut generatio vnius sit corruptio alterius, vt per Cou. *de sponsal. p. 2. cap. 7. §. 4. num. 5.* Nauar. *in man. cap. 22. num. 49. & cons. 1. num. 6. & 9. & cons. 2. num. 5 in antiquis, & cons. 1. num. 5. & cons. 3. num. 6. & 9. in nouis sub tit. de conuers. infidelium.* Viuald. *in candelabro aureo 1. p. de Matrim. num. 221.* Vega *tom. 1. sum. cap. 13. casu 5. & tom. 2. cap. 34. casu 145.* Angles *in floribus theolog. tit. de Matrim. q. 12. art. 2. dub. 5.* Emman. *Saa in sum. verbo Matrimium tit. de impedimentis dirimentibus num. 8. vers. conuersus ad fidem.* Petr. de Ledesma *de Matrim. q. 59. art. 5. dub. vni. concl. 5.* Henriq *in sum. lib. 11. cap. 8. num. 4.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 75. à num. 4.* Fr. Basil. *de impedim. Matrim. cap. 21. vers. sed explicandum pag. 171.*

19 *Nisi alias fuerit fornicata.* Aduerte quod infidelis ad fidem conuersus non potest ab infideli diuertere ad fidem conuerso objiciens ei fornicationem tempore infidelitatis admisſã occasione data per coniugem innocentem, eo quod noluerit ad consortiũ maritale admittere illũ volentẽ cohabitare absque contumelia creatoris, vt per Fr. Basil. *de impedim. Matrim. cap. 21. vers. sunt tamen,* Sanch. *de Matrim. lib. 10. disp. 5. nu. 8.* vbi etiã asserit non obstare huius textus decisionem, quia eo tantum pertinet vt fornicatio tempore infidelitatis admissa non censeatur deleta per baptismum quoad diuortium ratione illius celebrandum.

20 In glos. [Compelletur] ibi *(alij dicunt quod Matrimonium ipso iure non soluitur)* Vide *Farin. in praxi crimin. p. 5. q. 143. num. 111.* Paul. *Comitol. respons. moral. lib. 1. q. 126. num. 4.*

21 In ead. glos. ibi *(sed nunquid etiam posset intrare religionem)* Notatur ad hoc quod si sententia Ecclesiæ separatio Matrimonij facta esset eo quod infidelis noluerit conuerti, conuerso postea infideli integrum est fideli ad religionem migrare, vt per Sanch. *lib. 7. disp. 76. num. 5.*

22 In glos. [Poterit] fin. Notatur ad hoc quod hæreticus siue ab Episcopo siue ab inquisitore, aut ab alio absoluendi facultatem habente, absolutus in foro pœnitentiæ, potest nihilominus accusari in foro externo, citari, carpi, & in carcerem detrudi, torqueri, & puniri siue canonica, siue ciuili pœna; quia pœnitentia pro foro interno imposita tendit ad alium finem, nempe vt per illam pœnitens satisfaciat Deo, & ipsi reconcilietur; at pœna fori externi spectat ad vindictã publicam, & Reipubl. satisfactionem, vt per Anton. Gomez *tom. 3. vari. cap. 1. num. 40.* Auiles *ad cap. 25. Prætor. glos. la pramatica num. 10.* Penna *in directorio Inquisit. p. 2. commento 25. vers. rursus altera quæstio.* Azori. *instit. moral. p. 1. lib. 8. cap. 19. q. 6. & cap. 10. q. 13.* Sanch. in præcepta Decalogi *lib. 2. cap. 12. num. 7. tom. 1.*

23 In ead. gl. ibi *(dicas quod omne crimen tollitur in Baptismo)* Notatur ad hoc quod in foro poli, & conscientiæ iudæus effectus Christianus ab omnibus præteritis criminibus & peccatis absolutus censetur, vt docent Couar. *variar. lib. 2. cap. 10. sub num. 4.* Surd. *de alim. tit. 7. q. 1. num. 45.* Sanch. *d. lib. 10. disp. 3. num. 5.* Farin. *in praxi crimin. p. 3. q. 98. num. 150.* plures per Cened. *ad Decretal. collect. 23. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Affinitatis impedimentum inter Iudæos, & infideles contrahitur, amplia vt ibi.*
3 *Iudæi an vtantur nostris legibus, remissiuè.*

Cap. Deus qui. IX. & fin.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Io. Andr. Host. Henric. Burr. Anchar. Panor. Præpos. Alex. de Neuo, Casal. *in annot.* Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in ration. lib. 4. Iuris Pontif pag. 120.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 601.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 3. Decretal. lib. 4. tit. 14. cap. 3.*

2 *Vt Matrimonijs contractis cum relictis fratrum vtantur.* Notatur ad hoc quod inter Iudæos, & infideles contrahitur impedimentum affinitatis, nam in hoc tex. infidelibus ad fidem conuersi præcipitur ne postquam ad fidem venerint ducant in vxorem relictam fratris sui, quod certè Ecclesia non præciperet si impedimentum affinitatis ex Matrimonio consumato proueniens esset simplex eius inuentum, nec aliquid haberet naturalis fœderis: quare ita docent D. Thom. *in 4. dist. 41. q. vnica, art. 1. q. 1. in corpore,* vbi Sot. *q. vlt. art. 1.* D. Antonin. *in tertia p. sum. tit. 1. cap. 11. in fine princ.* Ricciul. *de iure pers. extra grem. Eccl. existen. lib. 2. cap. 5. nu. 3.* plures quos refert, & sequitur Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 65. num. 4.* quamuis Henriq. *lib. 11. cap. 3. num. 5.* censeat impedimentum non contrahi, & ob id eum, qui tempore infidelitatis consumauit Matrimonium cum vxore, posse post baptismum ducere sororem vxoris. Quam quidem principalẽ tex. conclusionem à nobis desumptam ampliant Ricciul. *n. 5.* & Sãch. *n. 6.* dictis locis procedere in impedimento affinitatis proueniente ex Matrimonio rato non consumato, limitantque in impedimento affinitatis proueniente ex actu fornicario, vt apud ipsos videri potest.

Iuxta

3 *Iuxta legem Mosaycam.* Ergo Iudæi non vtuntur nostris legibus de quo vide Tiraq. *de iure primog. q. 60. n. 22. & 25.* & plures citatos infra ad tit. de Iudæis.

De Donationibus inter virum & vxorem, & de dote post diuortium restituēda. Tit. XX.

SVper hanc rub. scripserunt Zabarel. Io. Andr. Anchar. Butr. Panormit. Præpos. Alex. de Neuo, Palat. Durand. *in breuiario aureo Iuris Canon. fol.* 131 *& in speculo Iuris sub hoc tit. lib.* 4. Stephan. Rāchin. *in cōtinuat. titulorū Decretal.* Io. de Londris *in breuiario Sanctorū Canonū, fol.* 178. Petr. de Rauen. *in cōpend. Iuris Canonici*, Martin. Mesnart. *in epithome Decretal. fol.* 168. Dani. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontificij à pag.* 583. Goffred. & Host. *in sum. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. sub hoc tit.*

De materia huius tit. vide apud Lusitanos Ordinat. Regiam *lib. 4. tit. 65.* vbi Parens meus, & apud Castellanos *l. 4. cum seqq. tit. 11. par. 4.* vbi Greg. *& l. 9. tit. 9. lib. 5. recopil.* vbi Azeued. Scipion. Gentil. *in speciali tract. de donat. inter virum, & vxorem*, Duen. *reg.* 221. Kirchou. Soar. Bellacomb. & alios *tom. 1. commun. opin. tit. 10. lib. 5. pag.* 733. Anton. Gomez *variar. tom. 2. cap. 4. à num.* 23. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 4. collect.* 799. Ceual. *com. contra commu. q.* 12. Card. Mantica *de tacitis, & ambig. conuent. tom. 2. lib.* 21. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 3. q.* 1. Molin. *de instit. tract 2. disp. 286. cum seqq.* Less. *eod. tract. lib. 2. cap. 18. dub.* 12. Sanch. *de Matrimon. lib. 6.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 25. num.* 158. Azor. *instit. moral. p. 3. lib. 11. de donat. cap. 10. de donat. inter vir. & vxor.* Rebell. *de oblig. iust. p. 2. lib. 1. q. 8. num. 44. cum seqq. & lib. 6. q. 13.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Matrimonio ex causa licita separato dos est vxori restituenda.*
3 *Matrimonio ex causa licita separato in Regno Portugaliæ debent omnia bona diuidi inter virum, & vxorem pro dimidia parte.*
4 *Obijcitur contra tex. conclusionem.*
5 *Dos restituenda est vxori, vbi fit separatio culpa mariti, non vero sua ipsius.*
6 *Dos vt per maritum restituatur vxori necessarium est, quod mulier per sententiam iudicis ecclesiastici ab eo fuerit separata.*
7 *Intellectus, quem præstat glos. 1. ad hunc textum, an sit verus, ostenditur.*
8 *Maritus habet priuilegium vt si condemnetur ad restituendam dotem vxori, teneatur solum quatenus facere potest.*
9 *Verba quod maritus non conueniatur vltra quam facere possit quid significent, ostenditur.*
10 *Priuilegium, quod maritus non teneatur vltra quam facere potest, ab eo renunciari non potest.*

Cap. Mulieres. I.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarel. Ioann. Andr. Host. Henr. Butr. Anch. Panor. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par.* 2. Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag.* 121. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 601. refertur ab Ant. August. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 21. de dote post diuort. restituenda cap. 1.* & est post Concil. Lateranen. *sub Alex. III. par. 50. cap. 46.*

2 Probat hic tex. Matrimonio ex causa licita separato dotem esse vxori restituendam, vt per Segur. *in repet. l. vnum ex familia §. si fundum nu. 39. ff. de legat.* 2. Palat. *in repet rub. huius tit. §. 64. num.* 10. Cou. *de sponsal. p. 2. cap. 6. §. 8. num.* 26. Gutier. *canonic. lib. 1. cap. 24. nu. 14. & de Iuram. confirm. p. 1. cap. 1. nu.* 61. D. Barbos. *in rub. ff. soluto Matrim. p. 2. num. 39 cum seq.*

3 De Iure vero nostri Regni Lusitaniæ vbi de consuetudine celebratur contractus Matrimonij per chartam medietatis iuxta Ordin. Regiam *lib. 4. tit. 46. in princ.* illo separato ex causa licita quoad thorum auctoritate Ecclesiæ pro dimidia parte diuidi debent omnia bona, itaut dimidia remaneat penes vnum, altera vero dimidia retineat sibi alter, quia ratione mutuæ societatis, quæ tacite inter coniuges videtur contracta in illo Regno, prædicta pars bonorum diuertenti est acquisita, quam per diuortium etiā sua culpa factum non amittit, quia ex causa veluti onerosa ad eum pertinet, ita post Palat. *in repet. rub. huius tit. §. 34. num.* 10. tradit D. Barbosa *d. p. 2. rub. num. 48. & 61.* faciunt quæ ad hoc propositum resoluunt Cou. *de sponsal. p. 2. cap. 1. num. 8. ad finem*, Pinel. *in l. 2. C. de bonis mat. p. 1. num.* 37. Gutier. *canon. lib. 1. cap. 24. num.* 14. Matien. *l. 5. glos. 9. num. 1. tit. 9. lib. 5. noua recop.*

4 Verum contra principalem textus conclusionē obijcitur ab aliquibus quod vbicunque Matrimoniū ex causa adulterij separatur fit separatio ex causa licita, cum licite possit coniux propter adulterium adulterum coniugem à sua cohabitatione dimittere iuxta tex. *in cap. dixit Dominus 32. q. 1. cap. Apostolus 32. q. 7. cum similibus*, & tamen Matrimonio ex causa adulterij separato non est dos restituenda vxori *cap. plerumque inf. hoc tit.*

5 Quare facienda est differentia inter casum in quo contingit separatio culpa vxoris, & inter casum in quo contingit culpa mariti, itaut in il-

lo

lo, in quo propter culpam mariti fuerit Matrimonium iudicio Ecclesiæ quoad thorum, & mutuam cohabitationem separatum, sit vxori tota dos restituenda, qui est casus de quo loquitur tex. in præsenti; in alio vero vbi separatio fit culpa ipsius vxoris, veluti ob adulterium ab ea commissum, in quibus terminis loquitur *d. cap. plerumque* tunc restitutio dotis ei facienda non est, & ita illa Iura intelligunt, & conciliant Ripa *d. l. 2. num. 31.* Vincent. de Franch. *par. 2. decis. 244. num. 3.* Palat. *vbi proxime*, D. Barbosa *d. p. 2. rub. n. 39. & seq. & in l. maritum 13. n. 43. ff. soluto Matrim.* Nam vbi Matrimonium culpa vxoris authoritate Ecclesiæ fuerit separatū nec dotem, nec alimenta durante causa diuortij maritus vxori restituere aut præstare tenetur Roland. *cons. 50. num. 6. lib. 1.* Garci. *de expensis cap. 13. nu. 56.* D. Barbosa *d. p. 2. rub. n. 47. & in l. si ab hostibus §. fin. num. 38. ff. soluto Matrim.* Si tamen neque viti nec vxoris culpa diuortium contingit, & factum est ad tempus vxori dos non est restituenda, nec procedit decisio huius tex. iuxta ea quæ tradont Perez *l. 4. tit. 4. lib. 5. Ordinam.* Lara *in l. si quis à liberis §. si quis ex his num. 36. ff. de liberis agnosc.* si vero in perpetuum factum est videntur tacitum pactum coniuges inire vt quilibet eorū alteri restituat, quod ab eo accepit, vt per Segura *in d. §. sed si fundum num. 38.* D. Barbosa *d. par. 2. rubr. num. 56.*

6 *Separata.* Notatur ad hoc quod vt dos per maritū restituatur vxori necessarium est quod mulier per sententiam iudicis Ecclesiastici ab eo fuerit separata, vt per Nouell. *de dote speciali 11. nu. 7.* D. Barbosa *d. p. 2. rubr. nu. 41. & seq.*

7 In glos. 1. Hæc glossa asserit tex. in præsenti esse intelligendum de Matrimonio putatiuo, quod detecto impedimento irritum iodicatur vt per Abb. *hic nu. 4.* Cou. *de sponsalib. par. 2. c. 6. §. 8. nu. 26.* Campe. *de dote 3. par. q. 238.* Tiraq. *l. vlt. connub. glos 8. nu. 260.* Valdes. *in addit. ad Xuar. ad l. 1. tit. de las ganancias lib. 3. fori num. 9. pag. 12.* Qui quidem intellectus licet in se verus sit, non conuenit litteræ huius tex. cum ipsius generalitatem restringat, vt patet ex verbis ibi, quilibet iusta causa, & ibi, proprijs iuris, quæ verba non de putatiuis viris, qui proprij viri non sunt, sed de veris coniugibus sunt intelligenda.

8 In glos. [Totam 2.] ibi (*aliâs in quantam facere potest*) Notatur ad hoc quod maritus habet priuilegium vt si condemnetur ad restituendam dotem vxori, non debet in solidum in eius bonis fieri executio, sed solum quatenus facere potest, quod aperte probant tex. *in l. maritum 13. ff. soluto matrim. l. patronus 17. l. non tantum 20. ff. de re iudic. cum similibus*, resoluunt Campe. *de dote par. 3. q. 238. cum seq.* D. Barbosa *in d. l. maritum.* Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 442. num. 5.* Quid autem significent ea verba, quod
9 maritus non conueniatur vltra quam facere potest, vide D. Barbosa *d. l. maritum num. 5. cum seqq. & num. 100.* Molin. *d. tract. 2. disput. 415. num. 3. cum seqq. & num. 8. cum seq.*

10 In ead. glos. ibi [*etsi maritus &c.*] Notatur ad hoc quod huiusmodi priuilegium non potest à marito renuntiari, cum enim sit inductum ob illam eximiam reuerentiam, quæ maritis debetur, esset prædicta renunciatio contra bonos mores, vt ait tex. in *l. aliis §. eleganter ff. soluto matrim.* vbi late D. Barbosa *à num. 1.* Cou. *in cap. quamuis par. 2. in princip. num. 8.* Gomez *tom. 2. vari. cap. 11. num. 58.* Lara *in l. si quis à liberis §. sed si filius num. 94. ff. de liberis agnosc.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Matrimonio soluto vltra dotem est restituenda mulieri dimidia pars bonorum, quæ constante Matrimonio fuerunt acquisita.*
3 *Societas vera, & propria, an sit contracta de Iure communi inter virum, & vxorem, quæstio dubia.*
4 *Partem affirmatiuam, ac proinde inter coniuges attento iure communi lucra constante Matrimonio acquisita esse communicanda, qui Doctores teneant, referuntur.*
5 *Pars negatiua verior, & receptior.*
6 *Contrarÿs partis affirmatiuæ respondetur.*
7 *Societas vera, & propria non contrahitur inter coniuges, etiam vbi adest consuetudo, seu statutum, vt inter coniuges simpliciter contrahentes bona omnia communicentur.*
8 *Renuntiare possunt contrahentes Matrimonium communicationi etiam inducta, & stantibus legibus, seu statutis eam inducentibus.*
9 *Coniuges putatiui communicant bona inter se vigore Statuti huiusmodi communicationem permittentis.*
10 *Pactum tempore contracti Matrimonii, quod mulier non teneatur soluere debita mariti, etiam contracta constante Matrimonio, valida est.*

Cap. Significauit. II. Vrban. iij.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Io. And. Host. Henr. Butr. Anch. Panor. Præpos. Alexan. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. p. 122.* Alagona *in compendio Iuris Canonici p. 602.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 21. cap. 3.*

2 Probat hic tex. soluto Matrimonio vltra dotem esse mulieri restituendam dimidiam partē bonorum, quæ constante Matrimonio fuerunt acquisita, idque ratione tacitæ societatis inductæ inter coniuges, per quam omnia lucra eo tem-

tempore acquisita inter eos generaliter communicantur, de quo vide Palat. *in repet. rub. huius tit. §. 61. in princip.* Montalu. *l. 1. tit. 3. lib. 3. fori*, Cassan. *in consuet. Burgun. rub. 4. §. 2. num. 5.* Madæ. *in rub. ff. pro socio, in fin.* Couar. *de spons. par. 2. cap. 7. §. 1. nu. 5. & lib. 3. var. cap. 19. n. 2.* Gomez *l. 50. Tauri, nu. 69.* Spin. *in specul. testam. gl. 18. num. 4. in fin. & num. 5.* Garc. *de coniugali acquestu num. 30.* Gam. Lusit. *decis. 314. num. 4. & 5.* Valasc. *consult. 103. num. 1. & 2. & de partition. cap. 5. num. 4.* Cabed. Lusit. *decis. 150. num. 4. par. 1.*

3 Quæstio est maxime controuersa verum attento Iure communi inter virum, & vxorem sit contracta vera, & propria societas per quam lucra constante Matrimonio quæsita ad inuicem inter eos communicentur? in qua quæstione pro affirmatiua parte facit tex. in præsenti, deinde tex. *in cap. cum societas 27. quæst. 2.* quorum Iurium auctoritate hanc partem immo inter coniuges attento Iure communi lucra constante Matrimonio quæsita esse communicanda, & dari inter eosdem contractum socie-
4 tatis tenent Palat. *d. §. 61. in prin. & §. 65. n. 12.* Cassan. *d. §. 2. num. 1.* Ludou. Gomez *in §. actiones num. 12. instit. de actio.* Didac. Seg. *in tractat. paruo de bonis lucrandis constante Matrimonio n. 27. & in l. vnum ex familia §. sed si fundum nu. 34. ff. de leg. 2.* Gam. *d. decis. 314. num. 4.* & alij citati sup. in principali tex. conclusione.

5 Verum contraria sententia verior est, & receptior, quæ docet non dari veram nec propriam societatem attento Iure communi tam Canonico, quàm Ciuili inter coniuges, nec bona seu lucra constante Matrimonio quæsita inter eos communicari, quia nullibi in terminis Iuris cõmunis huiusmodi communicatio bonorum in vim societatis inducta reperitur inter cõiuges; quare ita tenent Duaren. *in rub. sol. Matrimon. tit. de nup.* Couar. *d. cap. 7. §. 1. num. 5. & lib. 3. variarum cap. 19. nu. 3.* Tell. *l. 16. Tauri, nu. 12. & 13.* Pirth. *in consuetud. Aurelianen. de societ. inter vir. & vxor. cap. 1. num. 1.* Pech. *in tractat. de testamen. coniug. lib. 2. cap. 1. num. 1. & 2.* Matien. *l. 2. gl. 1. num. 1. tit. 9. lib. 5. nouæ recop.* Gutier. *pract. lib. 2. quæst. 118. num. 5. & 6.* Io. Garc. *de expens. cap. 13. num. 14. & d. tract. de coniugali acquestu num. 30. & seq.* Valasc. *d. cap. 5. num. 4. cum seqq. & consult. 103. à princ.* D. Barbosa *par. 2. rub. ff. sol. Matrimon. nu. 47. ad finem, & in l. 1. par. 1. num. 33. & seq. & par. 4. num. 99. cum seqq. & in l. diuortio §. ob donationes num. 1. ff. eod.* late & eleganter Franc. Molin. *de ritu nuptiarum lib. 3. q. 65.* nouè Ioan. Frideric. Solis *in tractat. de bonis constante Matrimon. acquisit. quæst. 8.*

6 Qua sententia retenta non obstat tex. in præsenti, dum iubet fieri diuisionem eorum, quæ cõstante Matrimonio sunt acquisita, quia omissa responsione illorum, qui dicunt tex procedere de consuetudine illius loci, omissa etiam aliorũ responsione, quod scilicet societas expresse contracta fuerat per coniuges, quod ex illo nullo modo colligitur, planius intelligitur, vt procedat in bonis, quæ coniugibus communiter obuenerunt, vel quia constante Matrimonio marito, & vxori fuerunt donata, aut alio modo relicta, seu quia ex vtriusq; pecunia vtriusque nomine empta sunt; qui intellectus litteræ tex. plurimum conuenit, non enim dicit dari hic societatem, & actionem pro socio competere, sed iubet diuisionem bonorum fieri, quæ etiã absq; societate per competentem actionem in rebus communibus à Iure conceditur, iuxta *l. vt sit ff. pro socio, §. item si inter, instit. de oblig. quæ ex quasi contrac.* quem intellectum sequuntur *glos. vlt. in præsenti, & Abb. num. 3.* Couar. Io. Garc. D. Barbosa, & Valasc. *dictis locis.* Minus obstat tex. *in d. cap. cum societas* & alij similes, in quibus coniuges socij appellantur; quia non intelliguntur de societate communicatiua bonorum, prout sunt ciuiles societates, sed de communicatione, & consortio omnis vitæ, & de communicatione diuini, & humani Iuris, vt satis explicuit *Iurisconsul. in l. 1. ff. de ritu nuptiarum*, & de hac communicatione intelligitur illud Geneseos, mulier quam dedisti mihi sociam, &c.

7 Ampliabis, vt nec etiam stante lege, vel consuetudine secundum quam inter coniuges simpliciter Matrimonium contrahentes bona omnia communicantur, prout in Regno Portugaliæ iuxta Ordinat. Regiam *lib. 4. tit. 46.* adhuc enim inter coniuges vera, & propria societas non contrahitur, vt tenent Garc. & D. Barbosa locis citatis, D. Marta *in votis pontificiarum decis. voto 53. num. 14.* Et insuper sunt huiusmodi leges municipales, aut statuta Iuris communis correctoria, ac per consequens stricte intelligenda, vt docent Burg. de Pace *q. 8. num. 24.* Gutier. *d. q. 118. nu. 6. ad fin.* Matien. *d. glos. 1. num. 77.* Franc. Molin. *d. q. 66. num. 13.* & stantibus huiusmodi legibus, seu statutis possunt coniuges
8 declarare, ne huic communicationi sit locus immo & inductæ renuntiare, vt tenẽt Perez *tit. 4. lib. 5. Ordinam. pag. 169.* Mench. *vsufreq. lib. 1. cap. 13. nu. 6.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo sua facilitate num. 7.* D. Barbosa *in l. si constante in princ. nu. 133. & in l. si ab hostibus §. fin. nu. 59. ff. sol. Matrim.* Rebell. *de oblig. iustit. par. 2. lib. 6. q. 1. nu. 4.* Gam. *decis. 366. nu. 4.* Burg. de Pace *q. 9. nu. 9.* Pinel. *in l. 1. par. 1. num. 36. C. de bonis mater.* Franc. Molin. *d. q. 65. à nu. 17.*

9 *Quem loco viri tenebat.* Notatur ad hoc quod stante consuetudine, pacto, seu lege, per quam non solum lucra constante Matrimonio quæsita, sed reliqua bona inter coniuges communicantur, & soluto Matrimonio æqualiter diuiduntur, idem etiam obseruandum est inter coniuges putatiuos, itaut omnia circa veros coniuges statuta locum habeant in putatiuis, ita Palat. *in repet. rub. huius tit. §. 36. num. 2.* Gom. *l. 53. Tauri num. 37. vers. extende secundo, ad fin. & nu. 77.* Cou. *de sponsal. par. 2. cap. 7. §. 1. n. 7.*

Tiraq.

Tiraq. post *leges connub. glos.* 8. *nu.* 270. Matien. *l.* 2. *glos.* 1. *à num.* 4. *tit.* 9. *lib.* 5. *nouæ recopil.* D. Barbos. *in d.* §. *fin. num.* 12. *vers. ex qua infertur*, *&* *nu.* 13. Azeued. *d. l.* 2. *nu.* 4. Io. Garc. *de coniugali acquestu à num.* 159. Ioan. Fider. Solis *d. tract. q.* 10. Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 120. *num.* 76. *cum seqq.* Rebello *de obligat. iustitia par.* 2. *lib.* 6. *q.* 1. *nu.* 19. late Francisc. Molin. *d. lib.* 3. *q.* 66. *à princip.* vbi *nu.* 9. hoc verum intelligit quando coniuges contraxerunt in facie Ecclesiæ, & hodierno Iure cum solemnitatibus requisitis à Sacro Concilio Trident. *sess.* 24. *de reformat. Matrim. cap.* 1.

10 In glos. [Non est .] Notatur ad hoc quod valet pactum tempore cõtracti Matrimonij quòd mulier non teneatur soluere debita mariti etiã contracta constante Matrimonio, vt per Matiẽs. *d. l.* 2. *glos.* 1. *num.* 58. Perez *tit.* 4. *lib.* 5. *Ordin. pag.* 169. D. Barbos. *in l.* 1. *ff. soluto matrimon. par.* 3. *nu.* 62. vbi addit procedere etiam quamuis constante Matrimonio huiusmodi pactum celebretur, & citat Boer. *decis.* 244. *nu.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Delegatus ad causam Matrimonij super restitutione dotis potest pronuntiare.*
3 *Intellectus ad hunc text. præstatur.*
4 *Condictio ob causam, vel sine causa datur pro dote putatiua repetenda.*
5 *Maritus putatiuus non habet dilationem ad solutionem dotis putatiuæ.*

Cap. De prudentia. III. *Clem. III.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. And. Host. Henric. Butr. Anch. Panor. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concord. vtriusq. Iuris cum legibus Castell. p.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iur. Pontif. pag.* 123. Alag. *in comp. Iur. Canonic. pag.* 602. refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decretal. tit. de dote post diuortium restituend. cap.* 1.

2 Probat hic tex. delegatũ ad causam Matrimonij super restitutione dotis posse pronuntiare, vt per Hippol. *sing.* 589. Mantu. *lib.* 1. *dialog.* 42. Gerard. *sing.* 88. Ant. Gom. *l.* 50. Tauri *n.* 53. Nouel. *de dote p.* 9. *priuil.* 16. Azeued. *l.* 10. *n.* 44. *& seq. tit.* 1. *lib.* 4. *nouæ recopil.* Molina *de iustit. tract.* 2. *disp.* 443. *alt.* Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 76. Gutier. *pract. lib.* 1. *q.* 44. *nu.* 6. *cum seqq.* *&* *lib.* 3. *q.* 29. *nu.* 28. Cabed. Lusit. *decis.* 325. *nu.* 3. *p.* 1. Sed videndum est quare iudex qui cognoscit de validitate Matrimonij possit super restitutione dotis pronuntiare contra decisionem tex. *in cap. causam, quæ* 7. *sup. qui filij sint legit.* vbi deciditur iudicem ecclesiasticum 3 qui virtute rescripti Apost. principaliter de causa legitimitatis cognoscit, teneri relinquere Regi, seu potestati seculari iudicium super possessione terrarum, idem probat tex. *in cap. tuam sup. de ordine cognit.* & iuuat ratio *l.* 1. *C. de ordine iudic.*

3 Quare communis existimat ideo delegatum ad causam Matrimonij potuisse in præsenti super restitutione dotis pronuntiare, quia causa dotis etiam principaliter mota est mixti fori, & bene poterat præueniendo secularem, de ea cognoscere, & super ea pronuntiare. Ita Innocen. Imol. Abb. & alij hic, Aufrer. *de potestate Ecclesiæ super laicos fallent.* 27. Gomez *in cap. vlt. nu.* 22. *de iudic. in* 6. Ripa *in l.* 1. *num.* 48. *ff. soluto Matrim.* Bald. Nouell. *de dote p.* 9. *priuileg.* 16. Perez *l.* 2. *tit.* 1. *lib.* 3. *Ordinam.* Soar. de Pace *in pract. tom.* 2. *prælud.* 2. *nu.* 21. Sed hic intellectus conuincitur ex littera huius tex. ibi; vos qui de Matrimonio principaliter cognouistis, de dote, quæ est causa incidens, accessorie cognoscere valuistis: ergo ecclesiasticus iudex non alia ratione quàm incidentiæ de dote cognouit, vt melius aduertunt *glos. hic verbo accessorie*, Molin. *d. cap.* 15. *num.* 76. Palat. *in repet. cap. per vestras notab.* 2. D. Barbos. *in l.* 1. *par.* 1. *nu.* 46. *ff. soluto matrim.* ea scilicet ratione, quia causa dotis est adeo coniuncta & connexa Matrimonio cum illa sine hoc constare non possit *l.* 3. *ff. de iure dotium*, vt iudex Ecclesiasticus iudicando Matrimonium nõ valuisse meritò & consequenter debet iudicare dotem restituendam; quæ necessaria dependentia non reperitur in hæreditate, longe minus in restitutione terrarum, de qua *in d. cap. causam quæ*, vide latius super intellectum huius tex. quæ diximus *de officio & potest. Episcopi par.* 3. *alleg.* 84. *n.* 30. faciunt quæ Sanch. *de Matrim. lib.* 10. *disp.* 8. *nu.* 15.

4 In glos. [Repetebat] ibi (*& sic agit condictione sine causa*) Notatur ad hoc quod pro dote putatiua repetenda datur condictio ob causam, vel sine causa, vt per Cou. *de sponsal. par.* 2. *cap.* 6. §. 8. *nu.* 23. Tiraq. *de Iure mariti glos.* 8. *num.* 242. *& num.* 254. resoluit quod actio quæ datur pro dote putatiua æque priuilegiata est, atque ea, quæ veræ vxori datur. *& num.* 266. tenet quod
5 maritus putatiuus non habet dilationem ad solutionem dotis putatiuæ.

6 In ead. glos. ibi (*mobilia vsque ad annum*) Hæc glossa communiter reprobatur secundum Cou. *d.* §. 8. *nu.* 24.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Dotem amittit mulier propter adulterium.*
3 *Donationem propter nuptias, seu lucrum dotis ex pacto proueniens amittit mulier propter adulterium.*
4 *Bona paraphernalia propter adulterium amittit vxor.*
5 *Doctores referuntur de bonis paraphernalibus multa tradentes.*
6 *Dotẽ perdit propter adulteriũ etiã vxor putatiua.*
7 *Dotis amissionem propter adulterium tacite remisisse censetur vir post illud commissum sciens cum vxore se reconciliauerit.*

8 Recon-

8 *Reconciliata vxor non dicitur, quæ habitat cum viro adultero, & patitur ab illo cognosci, si non habet certitudinem adulterij a viro commissi.*

9 *Dotem, & donationem propter nuptias recuperat vxor, si maritus commiserit adulterium.*

10 *Vxor potest agere ad separationem thori & ad restitutionem dotis, quando maritus habet concubinam.*

11 *Dotem perdit vxor propter osculum luxuriosum, vel amplexum inhonestum.*

12 *Vxor propter adulterium dotem amittit, non ipso iure, sed per sententiam.*

13 *Dotem amittit vxor propter adulterium, quando propria voluntate puta virum timens ab eius domo recesserit.*

14 *Maritus postquam semel adulteram vxorem admisit, & reconciliauit non potest eandem accusare de eodem crimine.*

15 *Reconciliatus coniux, si in adulterium relabatur, potest de illo accusari.*

16 *Dotem, & donationem propter nuptias, propter adulterium commissum amittit mulier, etiamsi post latam sententiam super adulterium ipsa probet consanguinitatem, vel affinitatem.*

Cap. Plerumque. IIII.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabarel. Ioan. Andr Casal *in annot.* Hēric. Butr. Anch Host. Panorm. Præpos. Alex. de Neuo Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iur. Pontif. pag. 123.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 602.* refertur ab Anton. August. *collect. 2. Decretal. sub tit. de dote post diuort. restit. lib. 4. cap. 2.*

2 Probat hic tex. mulierem propter adulterium amittere dotem, vt per Cou. *de sponsal. p. 2. cap. 7. §. 5. num. 13.* Viui. *tom. 2. communium opinion. lib. 9. tit. 7. nu. 3. pag. 467.* & Bellacomb. *nu. 5. pag. 470.* Tiraq. *ad leges connub. glos. 8. nu. 238.* Cou. *de sponsal. p. 2. cap. 7. §. 6. nu. 2.* Gom. *l. 80. Tauri nu. 47.* Clar. *§. adulterium nu. 12. vers. alia quoque est pœna, & nu. 13. vers. & scias.* Cantera *in suis quæst. criminal. lib. vlt. cap. 4. sub tit. de adulterijs.* Costa *in cap. si pater. 1. par. verbo legauit nu. 46.* Menoch. *de arbitr. casu 287. nu. 12. cum seqq. & cons. 31. num. 17. vers. hic tamen,* Palat. *in repet. rub. §. 20. in princip.* Gam. *decis. 234.* vbi Flores, *& decis. 236.* Vincen. de Franch. *decis. 184 nu. 1.* Azeued. *l. 1. cum seqq. tit. 2. lib. 8. nouæ recopilat.* Petr. Greg. *syntag. iuris lib. 36. cap. 6. n. 14.* Surd. *de alim. tit. 7. q. 16. nu. 20. cum seqq.* Molina *de Iustitia tom. 4. tract. 3. disp. 90. nu. 2.* D. Barbosa *in l. 2. à princip. nu. 53. cum seqq. ff. soluto matrim.* Francisc. Molin. *de ritu nupt. lib. 3. q. 67. num. 2.* Bellett. *disquisit. clerical. par. 1. tit. de fauore clericorum reali §. 4. n. 71.* Sanch. *de Matrimonio lib. 10. disp. 8. num. 2.* Valasc. *cons. 169. nu. 16.* Cabedo *par. 1. Lusitania decis. 124. & 125.* Farin. *in praxi crimin. par. 5. q. 142. num. 1. cum seqq.* plures Doctores ex antiquioribus refert Cened. *ad Decretal. collect. 154. à nu. 1.*

3 Amplia primo huius tex. decisionem in donatione propter nuptias, seu lucro dotis ex pacto proueniente, vt per Palat. *in repet. rub. §. 20. nu. 1. vers. sic etiam vxor.* Clar. *§. adulterium num. 12. vers. alia quoque.* Viui. *tom. 1. commun. opinion. lib. 9. tit. 7. num. 3. vers. quæ profecto, pag. 467. col. 1.* D. Barbosa *l. 1. in princip. par. 1. num. 54. & 98. vers. item vt ipsa amittat dotem,* Sanch. *d. lib. 10. disp. 8. num. 21.* Perez *l. 1. glos. tres bienes tit. 1. lib. 5. Ordinam. pag. 21.* Surd. *de alimentis tit. 7. q. 16. n. 30.*

4 Secundo amplia in bonis paraphernalibus, vt per *glos. hic verbo dotalium, in fine,* & per Couar. *de sponsal. par. 2. cap. 7. §. 6. num. 2.* Anton. Gomez *l. 80. Tauri nu. 47. vers. item etiam imponitur* Clar. *§. adulterium n. 15. vers. adde quod,* Cott. *in memorab. verbo mulier propter adulterium, pag. 594.* Surd. *d. q. 16. n. 28* Perez *l. 2. tit. 15. lib. 8. Ordin. pag. 290.* Farin. *d. q. 142. n. 3.* Contrarium tamen tuentur Menoch. *de arbitr. casu 418. in addit. n. 5. & cons. 1. n. 72. & cons. 56. n. 4. cum seqq.* Cancer *var. resolu. lib. 1. cap. 9. n. 69. & 78.* Franc. Molin. *de ritu nup. lib. 3. q. 67. n. 5.* D. Barbosa *in d. l. 2. n. 54. & seq.* Sanch. *d. disp. 8. n. 10.* vbi dicit etiam attento iure Regni Castellæ bona paraphernalia, & reliqua vxoris adulteræ adiudicari viro. De bonis paraphernalibus multa

5 tradunt Viui. *tom. 1. commun. opinion. lib. 5. tit. 7. n. 48. pag. 724.* Menoch. *de præsump. lib. 3. q. 8.* Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap. 11. n. 15. & 16.* Bernard. Græue *ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 133. & lib. 2. concl. 78.*

6 Tertio amplia in vxore putatiua, quando scilicet Matrimonium est nullum propter aliquod impedimentum affinitatis, seu consanguinitatis, nam & tunc, etiam quod Matrimonium non adsit, vxor propter adulterium dotem perdit, & viro, applicatur, vt per *glossam hic* Cou. *d. cap. 7. §. 6. n. 1.* Clar. *§. adulterium n. 14. vers. sed quid si aliquis,* Anton. Gomez *l. 80. Tauri n. 48. vers. secundo infertur.* Viui. *d. tom. 2. commun. opinion. lib. 9. tit. 7. num. 3. vers. sed ipsa conclusio,* Gam. *decis. 89.* Hieronym. de Laurent. *Auenion. decis. 145. n. 15.* Surd. *de alimentis tit. 7. q. 16. n. 22.* Farin. *d. q. 142. nu. 16.* D. Barbosa *d. l. 2. par. 1. num. 93. cum seqq.* plures refert Cened. *d. collect. 154. nu. 4.*

7 *Nec reconciliata postea, &c.*

Notatur ad hoc (sumpto argumento à contrario sensu) quod quando vir post commissum ab vxore adulterium, illud sciens tacuit, vxorem in domo retinuit, cum ea se reconciliauit, & commiscuit, actionem quam habebat ad separationem thori, & dotis amissionem tacite remisisse censetur, vt per Viui. *d. tom. 2. communium opin. lib. 9. tit. 7. n. 3. vers. secundo pag. 467.* Surd. *de alimentis tit. 7. q. 16. n. 75. & n. 102. cum seq.* Bajard. *ad Clar. §. adulterium num. 116.* Bellet. *d. §. 4. n. 82.* Sanch. *d. lib. 10. disp 8. n. 21.* Farin. *d. q. 142. n. 68. cum seqq.* vbi *n. 69.* ampliat etiam quod reconciliatio fuerit sequuta

post

post cœptum iudicium super amissione dotis immo etiam post sententiam, & nu. 74. etiam ampliat, vt non solum domi retinens adulteram vxorem censeatur illi remisisse actionem & accusationem, quam habebat pro commisso adulterio, sed etiam possit dici eiusdem vxoris
8 leno. Non dicitur tamen reconciliata vxor, quæ habitat cum viro, & patitur se ab eo cognosci, si eadem non habet certitudinem adulterij à viro commissi, quia habita scientia adulterij per maritum commissi agere poterit ad separationem, vt decisum fuit in vna Romana *separationis thori 21. Iunij 1606. coram Iusto*, & in alia Bononien. *separationis pariter thori 26. Iunij 1606* Neque vbi agitur de remittenda dicta iniuria sufficit scientia deducta ex coniecturis & præsumptionibus, sed debet esse plena & concludẽs Mohed. *decis. 4. de probat.* Pute. *decis. 147. lib. 1.*

9 *Mulier.* Ita etiam & è contra si maritus commiserit adulterium vxor recuperat dotem, & lucratur donationem propter nuptias, vt per Bajard. ad Clar. *§. adulterium nu. 103.* Petr. Greg. *syntagm. Iuris lib. 36. cap. 6. num. 14.* Surd. *de alimentis tit. 7. quæst. 16. num. 30.* Sanch. *d. lib. 10. disp. 8. num. 11.* D. Barbosa *d. l. 2. in princip. par. 1. num. 56. vers. Vnde licet.* Farin. *d. q. 142. à num. 35. cum seqq.* Vincent. de Franchis *decis. 244. num. 3. par. 2.* Thesaur. *decis. 130. num. 4.* Bellet. *disquisit. clerical. par. 1. tit. de fauore clericorum reads §. 4. num. 74.* vbi *num. 75.* resoluit quod potest ad restitutionem dotis agere, & *nu. 76.* cum Castr. *cons. 128. & 328.* ac Cuman *cons. 175.* tenet posse eandem
10 vxorem agere ad separationem thori, & ad restitutionem dotis quando maritus tenet concubinam.

11 *Fornicata.* Vel propter osculum luxuriosum, vel amplexum inhonestum, aut si patiatur sibi mamillas tangi à viro, vt per Surd. *d. q. 16. num. 32. cum seqq.* & plures refert Doctores Cened. *d. collect. 154. num. 5.*

12 *Iudicio Ecclesiæ.* Notatur ad hoc quod propter adulterium vxor dotem amittit non ipso iure, sed per sententiam, vt per Cou. *de sponsal. par. 2. cap. 7. §. 6. num. 1.* Sanch. *d. lib. 10. disp. 8. nu. 13.* Farin. *d. q. 142. nu. 66.*

13 *Aut propria voluntate.* Notatur ad hoc quod propter adulterium vxor dotem amittit quando propria voluntate & absque alia iusta causa, puta virum timens, ab eius domo recesserit, vt per Sanch. *d. disp. 8. num. 13. vers. sed hinc.* Farin. *d. q. 142. n. 28.* vbi *nu. 29.* secus dicit si à domo viri recedit non propter fornicationem, quia tunc dotem non amittit.

14 In glos. [Nec reconciliatam.] ibi *(postea illam, &c.)* Notatur ad hoc quod posteaquam vir semel adulteram admisit, & reconciliauit, non potest eãdẽ accusare de eodẽ crimine. vide Gam. *Lusitana decis. 235. nu. 6. & decis. 273.* Surd. *de alimen. tit. 7. q. 16. nu. 102. & 103.* D. Barbosa *in l. 2. in princip. par. 1. nu. 101. & 104. ff. soluto matrim.* Cened. *ad Decretal. collect. 137. nu. 1.*

15 In eadem glos. ibi *(nisi postea fornicetur)* Notatur ad hoc quod si reconciliatione facta coniux ille reconciliatus in adulterium relabatur, potest non obstante priori illa reconciliatione de nouo eo adulterio illum accusari, & ratione illius celebrari diuortium, vt per Palat. *in reper. cap. in princip. §. 9. num. 18.* Cou. *de sponsal. p. 2. cap. 7. §. 6. n. 7.* Angles *in floribus theolog. 1. p. de Matrim. q. 9. de diuortio art. 1. diffic. 2. concl. 6.* Gregor. *l. 8. verbo en ante tit. 17. part. 7.* Fr. Emman. *tom. 1. sum. cap. 240. n. 3.* Surd. *d. q. 16. n. 103.* Azeued. *l. 2. n. 11. tit. 20. lib. 8 noua recop.* Henriq. *in sum. lib. 11. c. 17. num. 5.* D. Barbosa *d. l. 2. par. 1. in princ. nu. 104.* Sanch. *d. disp. 5. nu. 20.*

16 In glos. [Repetere, fin.] ibi *(demum probatur consanguinitas inter eos, &c.)* Notatur ad hoc quod propter adulterium commissum perdit mulier dotem, & donationem propter nuptias, etiamsi post latam sententiam super adulterio ipsa probet consanguinitatem, vel affinitatem inter eos extare, & pronuntietur exinde nullum Matrimonium, vt per Guid. Papæ *sing. 568. vers. vnde dubitatur.* Bellet. *d. §. 4. nu. 72.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Maritus vltra arrhas vxorem dotare potest.*
3 *Dos, & donatio propter nuptias pari passu ambulãt, & æqualem continent fauorem exceptis casibus à Iure expressis.*
4 *Arrha in Hispania cedunt lucro vxoris.*
5 *Argumentum de donationibus propter nuptias ad arrhas Hispaniæ non subsistit.*
6 *Nuptiæ incestæ non contrahuntur ex solis sponsalibus inter consanguineos, & affines non secuta copula carnali.*

Cap. Etsi necesse sit. V. *Clem. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anch. Panor. Præpos. Alexand. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris pontif. par. 124.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 603.* refertur ab Ant. Augustin. *collect. 2. Decretal. lib. 4. sub tit. de dote post diuortium restituen. cap. 2.*

2 Casum huius Decretalis refert Franc. de Rades, y Andrada *en la chronica de las tres ordenes y cauallerias tit. de la de Sanctiago c. 12. vers. El Rey de Castilla fol. 21.* aliqua tangit Valdes. ad Xuar. *ad l. 1. tit. de las arrhas §. nota primo pag. 26.* vbi tenet quod maritus, vltra arrhas potest dotare vxorẽ, sic intelligens hunc tex. loqui in vera dote, quia Rex Alphonsus IX. vxorem habuit Berengariam filiam Regis Alphonsi VIII. Castellæ ei coniunctæ in quarto consanguinitatis gradu, & dos data est

à Rege

à Rege Legionensi Alphonso IX. in pignus, & securitatem Matrimonij, & dicit Valasc. *consult.* 4. *num.* 3. illud quod supra dictum est de marito, quod potest constituere dotem vxori ex propria substantia, esse limitandum quando illa donatio, & dotis constitutio fieret ante cōtractum Matrimonij, secus si post, vel si effectus eius conferetur in tempus Matrimonij.

3 *Et ideo nec dos, nec donatio propter nuptias, etc.* Ergo dos, & donatio propter nuptias pari passu ambulant, & æqualem continent fauorem, exceptis casibus à Iure expressis, vt docent Vincent. de Franch. *decis.* 182. *num.* 2. *cum seqq. par.* 1. Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 42. *à num.* 77. Menoch. *de præsump. lib.* 3. *præsump.* 15. *num.* 10.
4 Arrhæ vero in Hispania cum cedant lucro vxoris Gomez *l.* 50. *Tauri num.* 9. *&* 10. Gregor. *l.* 7. *glos. fin. tit.* 11. *part.* 4. non subsistit argu-
5 men. de donationibus propter nuptias ad arrhas Hispaniæ Gregor. *l.* 1. *verbo spagna, tit.* 11. *par.* 4. D. Barbos. *in l.* 3. *ff. sol. Matrimon. par.* 4. *num.* 15.
6 Notatur ad hoc quod ex solis sponsalibus inter consanguineos, vel affines nō secuta copula carnali incestæ nuptiæ non contrahuntur, vt per Clar. §. *incestus num.* 9. *vers. hac autem pœna* Duen. *reg.* 150. *limit.* 3. Menoch. *de arbitr. casu* 502. *num.* 78. *& seq.* Pereg. *de Iure fisci lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 17. *vers. intellige quinto*, Surd. *de alim. tit.* 5. *quæst.* 7. *num.* 37. Farin. *in praxi crimin. q.* 149. *num.* 157.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Vassallus non potest filia sua feudum in dotem dare sine consensu domini.*
3 *Emphyteusis sine consensu domini in dotem filiæ dari non potest.*
4 *Vsufructuarius liberè potest vsumfructum alienare in consulto domino*
5 *Primus acquirens, quandiu viuit, durat ius secundi, cui facta est donatio.*
6 *Nullus plus iuris in alium transferre potest, quàm ipse in se habeat.*

Cap. Nuper. VI.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabarell. Io. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panormit. Præposit. Alexand. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontificij pag.* 124. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 603. refertur ab Ant. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 4. *sub tit. de dote amittenda, vel post diuor. restit. cap.* 2.

2 *Vel feudum.* Notatur ad hoc quod vassallus non potest filiæ suæ feudū in dotē dare sine consensu domini, vt per Duen. *reg.* 40. *ampliat.* 8. Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap.* 5. *num.* 43. sic etiam sine con-
3 sensu domini emphyteusim in dotem filiæ dari non posse tenent Gama *Lusitania decis.* 242. Cald. Pereira *d. tract. cap.* 10. *num.* 31. Rebell. *de oblig. inst. par.* 2. *lib.* 13. *quæst.* 5. *num.* 4. licet vbi fuerit dos inæstimata contrarium sentiant Cardin. Mantica *de tacitis & ambig. conuention. lib.* 22. *tit.* 28. *n.* 39. *cum seq.* Valasc. *consult.* 113. *nu.* 9. *cum seqq.*

4 *Dum vixerit.* Notatur ad hoc quod vsufructuarius libere potest vsumfructum alienare, & in tertium inconsulto domino cedere, vt tenet Cald. Pereira *d. tract. c.* 11. *n.* 4. sed vsumfructum alteri cedi non posse quin deuoluatur ad dominum proprietatis resoluit Lara, *in l. si quis à liberis* §. *parens, num.* 69. *cum seqq.* vbi *num.* 72. asserit text. in præsenti quatenus habet valere dotis constitutionem, dum vixerit ipse fructuarius, qui concessit, loqui in persona eius, qui concessit alicui vsumfructum, non vero in persona eius, qui cessit.
5 Notatur etiam ad hoc quod quandiu viuit primus acquirens durat ius secundi, cui facta est donatio, vt docet Cald. Pereira *d. tractat. cap.* 11. *num.* 2.

6 *Nullus plus iuris in alium transferre possit, &c.* De hoc principio vide Surd. *consil.* 126. *nume.* 31. Ioseph. Sesse *Aragoniæ decis.* 188. *nu.* 15. *&* 23. Cæsar Argel. *de contradictore legit. q.* 9. *n.* 58. Pich. *ad princ. Instit. de aquir. per arrogat. num.* 49.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Marito exigendi dotem à tertio, qui eam promiserat, non obstat exceptio, quod vergat ad inopiam, si offerat cautionem de restituendo.*
3 *Mulier contrahens Matrimoniū cum inope scienter, non excluditur à petenda cautione de dote seruāda.*
4 *Cauere pro modico cogi quis non debet.*
5 *Cautio idonea, quæ sit, remissiue.*
6 *Ecclesiasticus iudex cur de causa dotis in hoc textu cognouit, ostenditur.*
7 *Pecunia ad alimenta relicta deponi debet apud mercatorem ad honestum lucrum.*
8 *Vsuraria dicitur societas, in qua capitale saluum seruatur.*
9 *Maritus cui non fuit soluta dos promissa an possit vxorem expellere, ostenditur, ac declaratur textus in præsenti.*

Cap. Per Vestras. VII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anch. Panorm. Præpos. Casal. *in annot.* Alex.

de Neno Palat. Ximen. Tolet. *in concord vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuia. *in rationali lib. 4. Iuris Pontif. pag.* 124. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 603. refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 4. sub tit. de dote amitten. vel post diuort. restit. cap.* 3.

2 *De ipsa non peritura præst. &c.* Notatur ad hoc quod marito exigente dotem à tertio, qui eam promiserat, non obstat exceptio quod vergat ad inopiam, si offerat cautionẽ de restituendo, vel petit eam deponi apud mercatorem, vt per Tiraquel. *cessante causa limit. 14. num.* 5.

3 Notatur etiam ad hoc quod mulier contrahens Matrimonium cum inope scienter non excluditur à petenda cautione de dote seruanda, vide Nouel. *de dote par. 7. priuil.* 32. Palat. *in repet. rub. huius tit. §. 11. & seq. num.* 12. D. Barbosa *in l. si constante n. 27. ad fin. vers. infertur etiam ff. soluto Matrimon.* quos refert Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 3. q. 52. à n.* 38. Et quod mulier assecuranda sit de dote regulam cum ampliationibus, & limitationibus constituit Aloys. Ricc. *in collectan. decis. par. 4. collect.* 1110.

4 *Satis possit ei modicum credi dotis.* Notatur ad hoc quod non debet quis cogi pro modico cauere, vt per Tiraquel. de *iudicio in rebus exigen. vers. 27. pag. mihi* 59.

5 *Nisi cautionem idoneam, &c.* Cautio idonea, siue sufficiens quæ dicatur dixi ad *cap. ex transmissa 8. in glos. verbo sufficienti sup. de restit. spoliat.*

6 *Pro dote vxoris suæ, &c.* Ideo in præsenti iudex Ecclesiasticus de causa dotis cognoscit, quia agitur de paupere, atque ita miserabili persona, de cuius causa Pontificem, & Ecclesiasticos iudices competentes esse notant Doctores communiter per tex. ibi *in cap. ex parte sup. de foro comp.* vt vel inuitus fatetur Couar. *practic. cap. 6. num.* 1. & tenent Palat. hic *notab. 2. n.* 5. D. Barbos. *in l. 1. par. 1. n. 46. ad finem ff. soluto Matrimon.* quos refero Ego ipse *de officio & potestate Episcopi p. 3. allegat. 84. n. 29. in fine.*

7 *Vel saltem alicui mercatori, &c.* Notatur ad hoc quod pecunia ad alimenta relicta deponi debet apud mercatorem ad honestũ lucrum, vt per Surd *de alimentis tit. 9. q. 40. n.* 37. Cur. Philip. *par. 2. lib. 2. cap. 1. num.* 12. & vide ad quid D. Barbosa *in l. 2. ff. soluto Matrim. in princ. p. 1. n.* 51. Gregor. *l. 29 verbo ganancias tit. 11. par.* 4. vbi dicit ex Plat. quod hodie potest dari licite pecunia mercatori, vt inde percipiat ille quæstus, qui honestè percipi possunt.

8 Notatur ad hoc quod societas in qua capitale saluum seruatur dicitur vsuraria, vt per Farinac. *p. 4. cons. 54. n. 24. vers. quia stipulatio.*

9 *Vxor à viro dimissa, &c.* Notatur ad hoc quod maritus, cui non fuit soluta dos promissa cum vxore, potest illam expellere domo, vt per Larã *in l. si quis à liberis §. si quis ex his n. 51. ff. de liberis agnoscen.* Palat. *in repet. huius rub. §. 64. n. 16. & in repet. cap. notab. 3. in princ. n. 2. vers. sed ego teneo.* Boer. *decis. 22. n.* 3. Brunor. à Sole *in compendio resolut. lit. M, verbo maritus potest repellere,* Anton. Gomez *l. 53. Tauri. n.* 31. Petr. Gregor. *syntag. Iuris lib. 9. cap. 19. num.* 3. Gutier. *alleg. 11. n.* 16. Contrarium tamen, immo vxorem minime expelli posse ob dotem non solutam tenent Cou. *de sponsal. p. 2 cap. 7. in initio n.* 2. Octau. Cacher. *Pedam. decis. 132. n.* 18. Baec. *de non meliorandis filiabus causa dotis cap. 32. n.* 21. Matienso *in rub. tit. 1. glos. 1, n. 91. lib. 5. nouæ recopil.* Molina *de iustit. tract. 2. disp. 425. vers. si marito dos,* D. Barbosa *in l. 1. par. 3. n. 55. ff. soluto Matrim.* vbi *n.* 56. respondendo ad text. in præsenti, dicit quod hic vxor expulsa non petebat restitutionem, si enim eam peteret ante omnia esset restituenda per tex. *in cap. porro, sup. de diuortijs, & in cap. ex conquestione, supra de restitut. spoliat.* hanc etiam opinionem sequitur Sanch. *de Matrimon. lib. 9. disput. 5. num.* 17. vbi *n.* 18. dicit Pontificem in hoc tex. non definire id licitum esse, sed supposita expulsione siue iusta siue iniusta, respondet ad principale quæsitum de dotis cautione præstanda sit nec ne?

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Donatio non valet inter virum, & vxorem.*
3 *Iuramentum an confirmet donationem inter virum, & vxorem, ostenditur.*
4 *Imperator, aut Rex valide donat Imperatrici, seu Reginæ.*
5 *Donatio remuneratoria valet inter virum, & vxorem.*
6 *Vxor marito donat causa adipiscendæ dignitatis.*
7 *Maritus donare potest pecuniam ad reficiendas domos dotales incendio consumptas.*
8 *Maritus donare potest vxori quid annuum, vel menstruum ad eam cum suis sustentandam.*
9 *Alienam rem de consensu domini, potest maritus donare vxori.*
10 *Vxor donare potest marito ea mente, vt donatio conuertatur in dotem filiæ.*
11 *Religionis fauore valet donatio inter virum, & vxorem.*
12 *Maritus constante Matrimonio potest omnem dotem promissam, vel partem eius vxori remittere.*
13 *Donatio causa mortis, vel quando confertur in tempus Matrimonij finiti, valida est inter virum, & vxorem.*
14 *Manumissionis causa donatio facta inter virum, & vxorem, valida est.*
15 *Nominare potest maritus vxorem ad emphyteusim.*

16 De-

16 *Donatio facta exilij, vel deportationis causa, valet inter virum & vxorem.*

17 *Donatio exigui pretij inter virum, & vxorem valida est.*

18 *Donatio valet inter virum, & vxorem quando coniux, qui donat non fit donatione pauperior, quamuis alter ditior fiat.*

19 *Donatio valet inter virum, & vxorem, quando coniux donatarius non fit ditior, licet donans reddatur pauperior.*

20 *Vsuras dotis non soluta valide remittit vir vxori.*

21 *Donatio irrita inter coniuges confirmatur morte naturali, vel ciuili donatoris, si ante eius mortem praecedat traditio rei donata vera, vel ficta.*

22 *Donatio inualida inter coniuges, vt morte confirmetur, desideratur donantem in eadem voluntate persistere vsque ad mortem.*

23 *Donatio inter coniuges facta quando reuocata censeatur, ostenditur.*

24 *Donatarius si ante donantem moriatur nulla est facta inter viuos donatio.*

Cap. Donatio VIII. & fin. *Greg. ix.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Collect. Innocentius, Zabarel. Io. Andr. Anch. Butr. Hostien. Henric. Panor. Praepos. Alexand. de Neuo, Casal. *in annot.* Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castella par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 4. Iuris Pontificij pag.* 126. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 604.

2 Probat hic non valere donationem inter virum, & vxorem, de quo multos refert Doctores Cened. *ad Decretal. collect.* 82. *num.* 1. quibus adde Molina *de iustit. tract. 2. disput.* 289. *num.* 2. Lessi. *eod. tract. lib. 2. cap. 18. dub.* 12. Rebello *de oblig. iustit. par. 2. lib. 6. quest.* 13. *num.* 8. Azor. *instit. moral. par. 3. lib. 11. de donation. cap. 10. quaest.* 1. Valer. Reginald. *in praxi fori poenitent. lib. 25. num.* 158. *vers. quartum,* Sanch. *de Matrimon. lib. 6. disp.* 1.

3 Quaerit Cened. *d. collect.* 82. *num.* 2. an si in ipsa donatione inter coniuges facta, appositum sit iuramentum, virtute ipsius talis donatio confirmetur, & ad hoc ibi plures plena manu refert Doctores, quibus adde Serser *de iuramen. lib. 2. cap. 12. n.* 7. Fachin. *lib. 3. controuers. c.* 82. Ceuall. *communium contra commun. q. 12. num.* 5. Baptista Costa *de facti scientia & ignor. post distin. 91. cent. 2. in conf. nu.* 3. Valasc. *consf.* 5. *nu.* 10. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuen. lib. 21. tit.* 8. Azor. *d. cap. 10. q. 1. vers. sed quaritur.* Sanch. *de Matrim. lib. 6. disp. 11. nu. 1. & 2.* Surd. *decis.* 154. *n. 1. & consf.* 194. *n.* 23. Lessi. *d. dub.* 12. *n.* 88. Bernard. Graeuae. *ad practicam Camera imperi. lib. 2. concl.* 40. Francisc. Molin. *de ritu nuptiarum lib. 3. q. 1. nu.* 25.

4 Limita primò quando Imperator, aut Rex donat vxori, vel Imperatrix aut Regina viro, quia valet donatio *l. pen. Cod. hoc titulo,* vt per Peregrin. *de iure fisci lib. 4. tit. 5 num.* 25. Card. Mantica *d. lib. 21. tit. 3. nu.* 2. Cardoso *in praxi iudicum verbo donatio n.* 74. Molin. *d. disput.* 289. *nu.* 17. *in princip.* Lessi. *d. dub.* 12. *n.* 89. Sanch. *de Matrim. lib. 6. disp. 3. n. 1.* Azor. *d. lib. 11. cap. 10. q. 4.* Rebello *de obligat. iustitia p. 2. lib. 1. q. 8. n. 45. vers. septimus.* & *lib. 6. q. 13 nu.* 1.

5 Secundò limita quando donatio est remuneratoria alicuius debiti, aut si vir & vxor mutuò sibi donet, vel si vir senex & ignobilis vxori iuueni & nobili donet *l. quod autem §. si vir & vxor ff. hoc tit.* vt per Tiraq. *l. 9. connub. glos. 1. par. 6. n.* 27. Ioseph. Ludou. *Perus. decis.* 66. *nu.* 12. & 13. Ozas. *decis.* 100. Francisc. Marc. *decis.* 22. *par.* 2. Fachin. *lib. 3. controuers. cap.* 80. Surd *consf.* 164. & *consf.* 196. *num.* 8. Ceuall. *q.* 273. *à nu.* 8. Less. *d. dub.* 12. *nu.* 89. *vers. sextus.* Molin. *d. disput.* 289. *nu.* 17. *vers. tertius* Rebello *d. q. 8. nu. 45. vers. primus, & lib. 6. q. 13. n. 1.* Sãch. *d. lib. 6. disp. 6.* Frãcisc. Molin. *d. q. 1. n.* 100.

6 Tertio limita quando vxor marito donat causa ad piscendae dignitatis *l. quod adipiscendae ff. hoc tit.* vt per Molinã *d. disp.* 289. *nu.* 17. *vers. quartus.* Lessi. *d. dub. 12. nu. 89. vers. sextus.* Rebello *d. q. 8. n. 45. vers. sextus* Sanch. *d. lib. 6. disp. 3. nu.* 9.

7 Quarto limita quando maritus donat vxori pecuniam ad reficiendas domos dotales incendio consumptas *l. quod si vir ff. hoc tit.* Lessi. *d. dub. 12. n. 89.* Rebello *d. q. 8. nu. 45. vers. secundus, & lib. 6. q. 13. n. 4.* Molina *disp.* 289. *n.* 17. *vers. secundus* Card. Mantica *d. lib. 21. tit. 4. nu.* 56.

8 Quinto limita quando maritus donat vxori quid annuum vel menstruum ad eam cum suis sustentandam ad vires dotis, hoc est fructus dotis. D Barbosa *in l. qua dotis nn. 66. & 67. ff. soluto Matr.* Sanch. *d. disp. 3. nu. 12. ex glos. in l. ex annuo ff. de donation. inter.* Lessi. *d. dubit. 12. num. 89. vers. octauus.* Azor. *d. cap. 10. q. 4. vers. octauo.* Mantica *d. tit. 4. nu.* 40.

9 Sexto limita quando maritus donat vxori rẽ alienam de consensu domini, vt per D. Barbosa *in l. qua dotis n. 22. ff. soluto Matrim.* quẽ refert Rebell. *d. lib. 6. q. 13. nn.* 53. Card. Mant. *d. lib. 21. tit. 5.*

10 Septimo limita quando vxor donat marito ea mente vt donatio conuertatur in dotẽ filiae. vide Cald. Pereira *quaest. forensium lib. 1. q. 18. num.* 23. Rebello *d. lib. 6. q. 13. nu.* 6. Card. Mantica *d. lib. 21. tit. 4. n.* 32. per *l. si vxor marito ff. hoc tit.*

11 Octauo limita fauore Religionis valere donationem inter virum & vxorem, quando scilicet fit ad Dei oblationem, vel vt locus fit sacer, aut religiosus *l. si sponsus §. cõcessa, & §. proinde cũ seq. ff. hoc tit.* Card. Mantic. *d. lib. 21 tit. 4 à n.* 29.

12 Nono limita quando maritus constante Matrimonio omnem dotem promissam, vel partem eius vxori remittit; non valebit tamen alterius debiti remissio per glos. *in l. si constante Cod. de donat. ante nuptias,* resoluunt Azor. *d. cap. 10. q. 4. vers. septimo,* Rebello *d. q. 8. num. 45. vers. quintus,* Sanch. *d. lib. 6. disp. 3. nu.* 10.

13 Decimo limita quando donatio mortis causa facta est, vel quando confertur in tempus Matrimonii finiti per tex. *in l. sed interim & l. si is scium vxori, & l. quia in hoc ff. hoc tit.* Francisc. Molin *d. quæst. 1. num. 43.* Azor. *d. cap. 10. quæst. 4. vers. nono.* Cardin. Mantic. *d. lib. 21. tit. 4. à num. 21.* Sanch. *de Matrimon. lib. 6. disp. 10.*

14 Vndecimo limita quando causa manumissionis facta est donatio *l. quod autē §. manumissionis causa, cum duabus seqq. ff. hoc tit. l. maritus Cod. eodem*, Cardin. Mantica *d. lib. 21. tit. 4. à num. 24.*

15 Duodecimo limita quando maritus habens emphyteusim vxorem in ea nominat, quia hæc nominatio plenam firmitatem habet, vt per Cald. Pereira *de nominat. emphyt. quæst. 4. num. 18.* & faciunt quæ ipse tradit *de potestate eleg. cap. 17. nu. 50.*

16 Decimo tertio limita quando donatio facta est exilij causa, *l. inter virum ff. hoc titul.* vel quando facta est causa deportationis *l. sed si mors §. 1. hoc tit.* Cardinal. Mantica *d. lib. 21. titu. 4. cum sequentibus*, Sanch. *d. lib. 6. disput. 3. num. 13.*

17 Decimo quarto limita quando donata sunt exigui pretij *l. sed si vir §. si vir, & l. ex annuo*, sumpto argumento à contrario sensu, *ff. hoc tit*, Cardin. Mantica *d. lib. 21. tit. 4. à num. 44.*

18 Decimo quinto limita quando coniux, qui donat non fit donatione pauperior, quamuis alter ditior fiat, glos. in præsenti, Azor. *dict. lib. 11. cap. 10. quæst. 4. vers. quarto*, Cardinal. Mantica *d. lib. 21. tit. 4. à num. 57.* Rebello *d. lib. 6. quæst. 13. à num. 4.* Molina *d. disput. 289. num. 17. in fine, & num. 18.* Sanch. *de Matrimon. lib. 6. disput. 3. num. 7.* Francisc. Molin. *d. lib. 3. quæst. 49. nu. 29.*

19 Decimo sexto limita quando ex donatione coniux donatarius non fit ditior, licet donans reddatur pauperior, vt per Azor *d. cap. 10. q. 4. vers. quinto.* Cardin. Mantica, & Molina vbi proxime, Sanch. *d. disp. 3. num. 2. cum seqq.* Rebello *d. q. 13. num. 6.*

20 Decimo septimo limita si vir vsuras dotis non solutæ, de quarum solutione conuentum erat, remittat *l. vir vsuras 55. ff. hoc tit.* Duen, *reg. 221. limit. 7.* Sanch. *d. disp. 3. nu. 11.*

21 *Nisi donatoris obitu confirmetur*, Notatur ad hoc quod donatio irrita inter coniuges confirmatur morte donatoris, consonant text. *in l. Papinianus, & in l. cum hic status ff. hoc tit. l. 1. & 2. & l. donationes, quas parentes Cod. eod. l. 4. tit. 11. par. 4.* resoluunt Cardin. Mantica *d. lib. 21. titul. 7.* Azor. *d. cap. 10. quæst. 7.* Molina *d. disput. 289. num. 4.* Sanch. *d. lib. 6. disput. 14. num. 1.* Rebello *d. lib. 6. quæst. 13. num. 10.* Francisc. Molin. *d. quæst. 1. num. 27.* vbi *num. 28.* intelligit procedere nedum in morte naturali, sed etiam accidentali, immo & ciuili, veluti cum quis est deportatus, vel in metallum damnatus, aut religionem professus, vt docet Molin. *d. disp. 289. num. 6.* Surd. *cons. 171. à num. 7. & decis. 166. num. 10. & 11.* Cardin. Mantic. *d. lib. 21. tit. 7. num. 9. cum seqq.* Azor. *d. cap 10. quæst. 8.* Rebell. *d. quæst. 13. num. 15.* Francisc. Molin. *d. quæst. 1. num. 29.* Et vt donatio inter coniuges morte donantis confirmetur opus est vt ante mortem eius præcedat traditio rei donatæ vera, vel ficta *d. l. Papinianus* vbi *glos. verbo mariti*, vt per Gregor. *d. l. 4. verbo en su vida*. Matienso *l. 7. glos. 2. num. 5. tit. 10. lib. 5. nouæ recop.* Molina *d. disp. 289. num. 4.* Valasc. *consf. 5. num. 16.* Gutier. *pract. lib. 2. quæst. 12. num. 120.* D. Barbosa *in l. quæ dotis num. 67. ff. soluto Matrimon.* Cardin. Mantica *d. lib. 21. tit. 7. num. 32. cum seqq.* Rebello *d. quæst. 13. num. 16.* Sanch. *d. disp. 14. num. 6. cum sequentibus*, Francis. Molinum *d. q. 1. nu. 36. & 37.*

22 *Si reuocetur ab eo tacite, vel expresse.* Notatur ad hoc quod, vt donatio inualida inter coniuges morte confirmetur, desideratur donantem in eadem voluntate persistere vsque ad mortem, quare si expresse, aut tacite reuocet, minime confirmabitur morte, vt per Sanch. *d. lib. 6. disput. 15. per totam*, Molina *d. disput. 289. num. 11. vers. secundus euenius.*

23 Et tacite censetur donatio reuocata si diuortium inter coniuges sequatur, nisi ex mutuo consensu, & beneplacito fuerit factum *l. sed interim §. si maritus & l. cum hic status §. si diuortium ff. hoc tit.* Molina *d. disput. 289. num. 12.* Vel si facta fuit separatio propter adulterium, nisi reconciliatio sit sequuta Cardin. Mantica *d. lib. 21. tit. 7. num. 29.* Item tacite censetur huiusmodi donatio reuocata si donans rem vendat, permutet, leget, aut donet eandem rem alteri, immo si pignori illam alteri tradat, aut speciali hypothecæ subiciat; nisi de voluntate donantis constet intendere, vt donatio perseueret *l. cū hic status §. si maritus, & §. qui quasdam res ff. hoc tit.* Molin. *de iust. disput. 289. num. 12.* plures, quos refert, & sequitur Sanch. *d. disput. 15. nu. 5.* item tacite censetur reuocata si facta sit à viro dum esset sine liberis, eis nascentibus, Rebell. *d. q. 13. nu. 24.* Molin. *d. disput. 289. nu. 13.*

24 *Prius debitum naturale persoluat.* Notatur ad hoc quod si donatarius ante donantem moriatur, nulla est facta inter viuos donatio *d. l. cum hic status, §. si ambo. l. etiam, & l. à marito, C. hoc tit.* Rebell. *d. quæst. 13. num. 18.* Hieronym. Portoles *in tract. de consort. & fideicommiss. legali cap. 52. num. 10.* Sanch. *dict. lib. 6. disp. 14. num. 20. cum seqq.*

De

De Secundis nuptijs. Tit. XXI.

Vper hanc rub. scripserunt Zabarel. Io. And. Anch. Butr. Panorm. Præpos. Alex. de Neuo, Durand. *in breuiario aureo Iuris Canon. & in speculo Iuris sub hoc tit. lib.* 4. Steph. Ranchin. *in continuatione titulorum Decretal.* Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum.* Petr. de Rauen. *in compendio Iuris Can.* Martin. Mesnart. *in epithome Decretal.* Dan. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontificij, à pag.* 588. Goffr. & Hostien. *in summa huius tit.* Alexand. Cassan. & Anast. Germ. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. sub hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Nuptiæ secundæ non sunt benedicendæ.*
3 *Sacerdos secundis nuptijs benedictionem impertiens in casu non permisso suspensionem incurrit.*
4 *Amplia etiamsi benedicat secundum Matrimonium dissoluto primo.*
5 *Suspensio, quam incurrit sacerdos secundis nuptijs benedictionem impertiens in casu non permisso non incurritur ipso iure.*
6 *Sacerdos secundis nuptijs contrahentibus alterius parochiæ benedictionem impertiens absque Parochi, vel Ordinarij licentia quam pœnam incurrat, ostenditur.*
7 *Pœna arbitraria vltra suspensionem imponi potest sacerdotibus secundis nuptijs benedictionem impertiens in casu non permisso.*

Cap. Capellanum. I. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. And. Host. Henr. Butr. Anch. Panor. Prępo. Cened *collect.* 49. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 129. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 604. refertur ab Anton. August. *col.* 3. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 16. *cap. vnico.*

2 Probat hic tex. secundas nuptias non esse benedicendas, vt per Clarum *lib.* 5. *§. fin. quæst.* 75. *num.* 2 praxim Episcopalem *par.* 2. *verbo nuptiæ* Menoch. *de arbitr. casu* 417. Henriq. *in sum. lib.* 11. *cap.* 11. *num.* 2. Perez. *lib.* 5. *Ordinam. pag.* 52. Gutier. *de Matrimon. cap.* 106. *num.* 14. *cum seqq.*

3 *Ab officio, beneficioq; suspensum.* Notatur ad hoc quod Sacerdos secūdis nuptijs benedictionem impertiens in casu non permisso suspensionem incurrit, vt per Couar. *de sponf. par.* 2. *cap.* 8. *§.* 11. *num.* 2. Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *disp.* 82. *num.* 27. Gutier. *d. cap.* 106. *à num.* 16. à qua suspensione excusat quælibet ignorantia etiam crassa, dummodo non sit ita crassa, vt sit ingens temeritas, Sanch. *lib.* 5. *disp.* 48. *num.* 7. Gutier. *dicto tract. cap.* 75. *num.* 16.

4 Quamuis autem aliqui teneant prædictam suspensionis pœnam locum habere tantum, vbi constante Matrimonio priori presbyter secundas nuptias benedicit, ex quorum numero sunt Couar. *d. §.* 11. *num.* 2. Aloys. Ricci. *in praxi fori Eccles. decis.* 369. *num.* 2. *in prima edit. & resol.* 313. *in* 2. *edit.* verius tamen est Sacerdotem incurrere huiusmodi suspensionem si benedicat secundum Matrimonium, etiam dissoluto primo, vt docent Marius Alter. *de censur. tom.* 2. *disp.* 11. *de suspens. cap.* 4. *vers. sed primo,* Salzed. *in pract. cap.* 77. *lit. D,* Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiep. Neapolit. c.* 59. *in vlt. edit.* Sanch. *lib.* 7. *disp.* 82. *in fine,* Vgolin. *de officio, & potestate Episc. cap.* 15. *§.* 12. *nu.* 6.

5 Hæc pœna suspensionis ab officio, & beneficio non infligitur ipso iure in præsenti, quia hic tantum præcipitur, vt ipsum suspensum remittat absoluendum ad Pontificem, quasi dicat illum suspende, & vbi suspenderis, à solo Pontifice potest absolui: ita docent Couar. *d. §.* 11. *num.* 2. Bernard. *d. cap.* 77. *num.* 2. Clar. *§. fin. quæst.* 75. *vers. sacerdos,* Nauar. *in manu. cap.* 25. *num.* 137. Perez. *l.* 5. *colum.* 5. *versic. intelligas titul.* 1. *lib.* 5. *Ordin.* Henriq. *d. cap.* 16. *§.* 2. *& lib.* 13. *cap.* 39. *num.* 3. Fr. Emman. *in summ. tom.* 1. *cap.* 241. *in fine* Marc. Anton. Genuen. *d. cap.* 59. *in vlt. edit.* Mar. Alter. *d. c.* 4. *vers. secundo,* Sanch. *d. disput.* 82. *num.* 26. Gutier. *d. cap.* 106. *num.* 16.

6 Hodie ex noua dispositione Concil. Trident. *sess.* 24. *de reformat. Matrimon. cap.* 1. contra Sacerdotes secundis nuptijs benedictiones impertientes subditis alterius Parochiæ absque Parochi, vel Ordinarij licentia, est imposita pœna suspensionis ipso Iure interim dum absoluatur ab Ordinario eius parochi, qui Matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipienda erat: & licet dicta Conciliaris dispositio suspensum absolute ipsum pronunciet, hanc tamen suspensionis pœnam nedum ad officium, sed etiam ad beneficium extendi posse resoluit Francis. Molin. *de ritu nupt. lib.* 2. *differ.* 11. *num.* 149. & ab ea non solum Episcopum, sed etiam eius Vicarium posse absoluere secure tuentur Sanch. *lib.* 3. *disp.* 51. *num.* 4. & Marius Alteri. *d. cap.* 4. *in fin.*

7 Illud tamen aduertendum duxi, vltra suspensionem, de qua in hoc text. imponendam

 esse

esse pœnam arbitrariam, vt docent Menoch. *casu* 417.*num*.8. Perez *d.l.*5. *vers. intelligas* Salzed.*d.c.*77.*lit.F.vers.in hoc delinquens*.Ceual. *comm. contra com.q.*604.*n.*135.Aloys.Ricc. *d.resol.*113.*n.*1. Vgol. *d.* §. 12. *nu.* 6. *in fin.*

8 ***Ad Sedem Apost. nullatenus destinare, &c.*** Hæc missio ad Romanam Curiam sublata fuit per Extrauag. Io.xxII. de qua meminerunt Couar. *d.*§.11.*nu.*2.*vers.est tamen* Salzed. *d. cap.* 77. *lit.* C, Henriq. *d.cap.*16.§.2.*lit.*Q. Sanch.*d.disp.*82.*n.*28. Mari. Alter. *d. cap.* 4. *vers. quinto.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Captiui apud hostes Matrimonium est validum.*
3 *Coniux qui dubius de morte prioris coniugis contraxit, debitum nullo modo petere potest, tenetur tamen reddere.*
4 *Iudex Ecclesiasticus non debet mulieri facultatem concedere, vt secundo viro nubat donec certum nuncium acceperit de morte prioris quantumcunque annorum spatio quindecim absfuerit.*

Cap. Dominus. II. *Luc. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarell. Ioann. Andr. Hostien.Henr.Butr. Anch. Panor.Præpos.Cened. *collect.*171.Alex.de Neuo,Ximen.Tolet. *in cõcordantijs vtriusq; Iuris cũ legibus Castellæ par.* 1.& 2. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 129. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 604. refertur ab Ant. Augustin. *collect.* 1. *Decretal. lib.*4. *tit.* 22. *cap.* 3.

2 In superscript. ibi (*vniuersis Christianis in captiuitate Saracenorũ positis*) Notatur ad hoc quod Matrimonium captiui apud hostes est validum, vt per Sanch. *de Matrim.lib.*4.*disput.*12. *nu.*7. An autẽ hodie qui apud Turcas,vel apud alios infideles detinentur, vel mercium congerendarum causa,aut alia ratione commorantur, teneantur iuxta formam Concilij Trid. contrahere,dixi *de officio & potestate Episc.par.* 2. *alleg.*32.*nu.* 154.

3 Probat hic tex. coniugem, qui dubius de morte prioris coniugis contraxit, debitum nullo modo petere posse, teneri tamen reddere alteri bona fide possidenti, de quo vide Salon. 2. 2.*quæst.*61. *tract. de dominio quæst.*5. *art.* 6. *ratione vlt. finalis conclusionis*, Barthol.de Ledesm. *dub.*20.*de Matrim. concl.*1. Henriq. *in sum.lib.*12. *cap.* 6. *num.* 7. *in comment. lit.* S, Azor.*instit.moral.par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *q.* 5. Sayr. *in claui Reg. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 25. Sanch. *de Matrim. lib.*2. *disput.* 42. *num.* 2. Gutier. *eod. tract.cap.*50. *nu.*1. Valer. Reginal. *in prax. fori pœnit. lib.*31.*nu.*72. quidquid dicat Basil. Ponc. *de imped. Matrimon. cap.* 13. §. 5. coniugem non posse contrahi valide cum dubio de morte prioris viri, eo quod sit inhabilis donec certum habeat nuncium, additq. *in vers. secundo colligo* hunc tex. qui est Lucij III. esse correctum per alium Clementis III. *in cap. in præsentia sup. de sponsal.*

4 ***Donec ei constet, quod ab hac vita, &c.*** Notatur ad hoc quod Iudex Ecclesiasticus non debet mulieri facultatem concedere, vt secundo viro nubat; donec certum nuncium acceperit de morte prioris quantumcunque annorum spatio quindecim absfuerit Valer. Reginal. *d.lib.*31. *nu.*71. Mors autem viri qualiter probanda sit, vt inde possit vxor certa reddi, ac licentiam petere secundo nubendi, vide per citatos ad *d. cap. in præsentia*, & ibi citatis addo Ioseph. Ludou. *Perus. decis.* 12. *à num.* 1. Viui. *com.* 1. *commun.opin. lib.* 4. *tit.* 9. *de prob. num.* 19. *pag.* 477. vbi Bellacomb. *num.* 56. *pag.* 480. idem Viu. *tom.* 2. *lib.* 7. *tit.* 5. *num.* 75. *pag.* 241. Mascar. *de prob. concl.* 1070. *cum seqq.* Flam. *de resignat. lib.* 9. *quæst.* 24. *num.* 4. *cum seqq. & lib.* 12. *quæst.* 6. *num.* 19. & *quæst.* 7. *à num.* 9. Farin. *in praxi crimin. quæst.* 140. *à num.* 24. Valer. Regin. *d. lib.* 31. *num.* 70. Gutier. *de Matrimon. cap.*51. plures refert Cened. *ad Decretal. collect.* 171.

5 ***Ad priorem coniugem reuertatur.*** Notatur ad hoc quod si compertum fuerit mulierem habere duos viros, tunc primo viro restituenda est, & si ad eum redire renuerit excõmunicationis vinculo innodatur donec redeat, ita docent Menoch. *de arbitr. casu* 420.*num.*129. Farin. *d. quæst.* 140. *num.* 32.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Coniux secundo nubens non est à presbytero benedicendus: & quid hodie seruetur generali consuetudine, ostenditur num. 3.*

Cap. Vir autem. III. *Vrban. iij.*

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panormit. Præposit. Alexand. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.*1.& 2. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontificij pag.* 131. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.*605. refertur ab Ant. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 22. *cap.* 1. & est post Concil. Lateranen. sub Alexand. III. *par.*9.*cap.*1.

2 Probat hic tex. coniugem secundò nubentem non esse à Presbytero benedicendum, vt colligunt Couar. *de spons. par.* 2. *cap.* 8. §. 11. *num.*2. *in fin.* Nauar. *in manu. cap.* 22. *num.* 83. Perez. *l.* 1. *vers. est alia pœna tit.* 1. *lib.* 5. *Ordin. pag.*52. Iacob. de Graffijs *in decis.aur. par.*1.*lib.* 2.*cap.*81 *nu.*2.

num. 2. Valent. *par. 4. disput. 10. quæst. 6. punct. 1. ad fin. vers. deinde etiam*, Menoch *de arbitr. casu* 417. *num.* 2. Henriq *in sum. lib.* 11. *cap.* 16. *num.* 2. plures per Cened. *ad Decretal. collect.* 49. *num.* 1. quibus adde praxim Episcopalem *par.* 2. *verbo nuptia*, Ceual. *commun. contra commun. quæst.* 604. *num.* 134. Marc. Anton. Genuen. *in praxi Archiepiscop. Neapol. cap.* 59. Sanch. *de Matrimon. lib.* 7. *disput.* 82. *cum seqq.* Gutier. *eod. tractat. cap.* 106. *num.* 14. *cum seqq.* Bonac. *eod. tract. quæst.* 4. *punct.* 6. *num.* 4. Rebell. *de pio. lig. inst. par.* 2. *lib.* 3. *quæst.* 20. *num.* 3.

3 Hodie vero ex generali consuetudine communiter recepta obtentum est quod si fœmina solum non dum fuisset benedicta, posset tunc vtrique benedictio generaliter fieri, vt testantur Couar. *d. cap.* 8. §. 11. *num.* 2. Greg. *l.* 2. *verbo no deuen ser*, *tit.* 11. *part.* 4. Salzed. *cap.* 74. *lit. B*, Marc. Anton. Genuen. *d. cap.* 59. Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. decis.* 369. *num.* 2. *in prima edit. & resolut.* 313. *in fine, in* 2. *edit.* Mar. Alter. *de censur. tom.* 2. *disp.* 11. *de suspens. cap.* 4. *vers. tertio dubitatur*, Henriq. *d. cap.* 16. *num.* 2. *litt. M*, Posseuin. *de officio Curati cap.* 10. *num.* 48.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Resuscitatus coniux non recuperat vxorem suam.*
3 *Beneficiatus resuscitatus non potest beneficium repetere.*
4 *Monachus resuscitatus non tenetur redire ad monasterium.*

Cap. Super illa. IIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collectar. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panor. Præpos. Casal. *in annot.* Alexand. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castella par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontificij pag.* 131. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 605. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 20. *cap.* 2.

2 *Mulier viro suo mortuo, &c.*

Ergo coniux resuscitatus non recuperat vxorem suam, de quo vide Mench. *in præfat. Illustr. num.* 76. Henriq. *in sum. lib.* 2. *cap.* 12. plures per Cened. *ad Decretal. collect.* 171. *num.* 7. Rebuff. *in tract. de pacifici possessoribus num.* 268.
3 vbi dicit quod si beneficiatus miraculose resurgeret non posset beneficium repetere, sicut nec vxorem cum morte sit solutum Matrimonium, Garc. Gironda *de priuilegiorum, & exemp. explicat. num.* 1291. vbi *num.* 1282. resoluit quod resuscitatus licet non recuperet vxorem
4 recuperat tamen filios, & *num.* 1283. tenet quod Monachus resuscitatus non tenetur redire ad Monasterium.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Mulier nubens infra annum lugubrem non debet legalis infamia sustinere iacturam.*
3 *Pœna secundis nuptijs post annum initis Iure Ciuili inducta non sunt correcta per tex. in præsenti ostenditur.*
4 *Matrimonialis causa iudicatur secundum Ius Canonicum.*

Cap. Cum secundum. V. & fin. *Innoc. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. And. Host. Henric. Butr. Anch. Panor. Præpos. Alex. de Neuo, Ximen. Toletan. *in concord. vtriusq. Iuris cum legibus Castell. p.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iur. Pontif. pag.* 132. Alag. *in comp. Iur. Canonic. pag.* 605. refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 15. *cap. vnico.*

2 Probat hic tex. mulierem nubentem infra annum lugubrem non debere legalis infamiæ sustinere iacturam, ac per consequens pœnas fœminis secundo nubentibus intra annum luctus à iure Ciuili statutas corrigi per text. in præsenti, itaut viduæ quocumque tempore possit impune ad secundas nuptias transire. ita docent Couar. *de spons. par.* 2. *cap.* 3. §. 9. *num.* 5. & 6. Greg. *l.* 3. *verbo fasta vn anno*, *tit.* 12. *part.* 4. Guilliel. *in cap. Raynuntius de testamen. verbo, & vxorem, decis.* 5. vbi *de success. abintest. num.* 90. Rebuff. *tom.* 1. *ad leges Galliæ tit. de Constitution. in proœm. glos.* 5. *num.* 66. Clar. §. *supremum num.* 6. Brunel. *de spons. conclus.* 19. *num.* 6. Sarmien. *select. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 4. Perez *l. fin. vers. est tamen inquirendum pag.* 53. *tit.* 1. *lib.* 5. *Ordin.* Gutier. *in repet. l. nemo potest. num.* 19. *ff. de leg.* 1. & *pract. lib.* 2. *quæst.* 95. *num.* 5. Chætian. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 5. *tit.* 4. *nu.* 47. *cum seqq.* Matienso *l.* 3. *glos.* 1. *num. vnico tit.* 1. & *glos.* 2. *num.* 1. & *num.* 44. & *l.* 9. *glos.* 8. *nu.* 5. *tit.* 9. *lib.* 5. *noua recopil.* Azeued. *ad d. l.* 3. *num.* 1. & 2. Spin. *in speculo testam. gl.* 14. *princip. num.* 99. Surd. *de alimen. tit.* 7. *quæst.* 24. & *tit.* 9. *quæst.* 30. Peregr. *de Iure fisci lib.* 3. *tit.* 15. *num.* 1. *cum seqq.* & *tit.* 16. *n.* 1. D. Barbosa *in l.* 1. *p.* 7. *num.* 17. *cum seq.* & *l.* 2. *in princ. p.* 1. *num.* 66. *ff. sol. Matrim.* Ceual. *com. contra com. q.* 742. *num.* 2. Valasc. *consult.* 16. *num.* 3. Modern. *de iurisd. p.* 4. *casu* 70. *num.* 24. Pich. *de nobilit. communicatiua, num.* 65. Pradil. *in sum. legum pœnalium p.* 2. *casu* 16. Molin. *de iust. tract.* 2. *disp.* 154. *vers. de iure Ciuili*, Cardos. *in praxi iudicibus verbo*

bo malier num. 22. Benedict. Aegid. *in repet l. Tertia ff. de condit. & demonstra. p. 3. num.* 61. Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 87. num.* 23. *cum seqq.* Gutier. *eod. tract. cap.* 108.

3 *Scilicet unius anni spatium.* Ergo pœnæ Iure ciuili inductæ secundis nuptiis post annum initis, vt pote quæ in filiorum fauorem sunt, minime sunt correctæ per tex. in præsenti de quo vide Gutier. *in d. repet. l. nemo potest num.* 20. *& d. q.* 95. *num.* 5. *& d. cap.* 108. *num.* 21. Sanch. *d. lib. 7. disp.* 88. *n.* 39. quæ autem sint pœnæ secundis nuptijs Iure Ciuili indictæ in fauorem filiorum prioris Matrimonij, quę iure Canonico non corriguntur, late prosequuntur Sanch. *d. disp.* 68. Gutier. *d. cap.* 108. *num.* 12. *cum sequentibus, &* de pœnis testamētarijs secundæ nuptiis impositis iure Canonico non correctis vide Matien. *l. 3. gl. 2. num. 14. tit. 1. lib. 5. nouæ recopil.* Anton. Gabri. *tom. 3. com. opin. tit. de secund. nupt. concl. 5. n. penul.* Spin. *d. gl.* 14. *n.* 200. Sanch. *d. lib. 7. disp. 91. num.* 1.

4 *Cum in his præsertim seculares leges, &c.* Notatur ad hoc quod causa Matrimonialis iudicatur secundum ius Canonicum vt per Sucd. *de alim. tit. 8. priuil.* 10. *num.* 7.

Finis Quarti Libri Decretalium.

COLLECTANEA DOCTORVM

Tam veterum, quàm recentiorum, qui ſuper ſingulas, ſeu principaliores libri Quinti Decretalium Rubricas, Textus, & Gloſſas ex profeſſo, vel incidenter ſcripſerunt.

De Accuſationibus, Inquiſitionibus, & Denunciationibus. Tit. I.

Vper hanc rub. ſcripſerunt Zabar. Io. Andr. Aret. Anch. Felin. Mar. Soc. Panormit. Butr. Petr. de Rauenna *in compendio Iuris Canon.* Guillelm. Durand. *in breuiario aureo Iuris Canon. fol.* 133. *& in ſpeculo Iuris lib.* 4. Io. de Londris *in breuiario Sanctorum Canonũ, fol.* 178. Martin. Meſnart. *in epithome Decretal. fol.* 170. Steph. Rãchin. *in cõm. titulorũ Decretal.* Dani. Venator. *in analyſi methodica Iuris Pontificy à pag.* 589. Goffred. & Hoſt. *in ſum. huius tit.* Alex. Caſſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. ſub hoc tit.*

De Accuſationibus vide Clarum *§. fin. q.* 12. Farinac. *in praxi criminal. par.* 1. *quæſt.* 12. & edictum de accuſationibus eſt prohibitorium, & admittitur quicunq. qui nõ reperitur expreſſe prohibitus Clar. *d. §. fin. q.* 14. Surd. *de alim. tit.* 8. *priuil.* 87. *num.* 3. Coriolan. *de caſibus reſeruatis iuxta regulam Clem. VIII. regularibus præſcriptam p.* 2. *caſu* 5. *de accuſat.*

De Inquiſitionibus vide Greg. *tit.* 17. *in princ. verbo perquiſa part.* 3. Perez. *ad tit.* 1. *lib.* 8. *Ordin.* Farin. *d. p.* 1. *q.* 1. Sayr. *in claui Reg. lib.* 12. *cap.* 10. *num.* 8. *cum ſeqq.* Fr. Emman. *quæſtion. Regul. tom.* 2. *q.* 5. *art.* 1. Coriolan. vbi proxime *ſub tit. de inquiſitione* & inquiſitio ceſſat per accuſationẽ vt docet D. Barboſa *in l. ſi quis poſtea quam num.* 84. *ff. de Iudicijs.*

De Denuntiationibus vide Azeued. *ad l.* 21. *tit.* 9. *lib.* 3. *nouæ recopil.* Fr. Emman. *d. tom.* 2. *q.* 6. *art.* 1. Aldret. *de relig. diſcip. tuenda lib.* 1. *cap.* 5. Coriolan. *vbi proxime ſub tit. de denuntiatione.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Iudex ex officio poteſt repellere accuſatorem non idoneum.*

Cap. Si legitimus. I. *Felix.*

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innoc. Collectar. Zabarell. Io. Andr. Anania Anch. Butr. Bero Mar. Soc. Felin. Panor. Henric. Hoſt. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ p.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 1. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 606. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 1. *cap.* 1.

2 Probat hic tex. iudicem ex officio poſſe repellere accuſatorem non idonum, vt docet Clar. *§. fin. q.* 15. *num.* 1. vbi Baiard. ex Conrado ita diſtinguit quod ſi accuſator ſit omnino, & prorſus inhabilis, vt Iudæus, Hæreticus, infamis, & ſimilis, qui repelluntur odio ipſius perſonæ, tũc iudex ex officio parte etiam non opponente eos repellere poteſt, ſecus ſi non ſint omnino inhabiles, putà quia poſsũt expreſsè vel tacite cõſenſu partium habilitari, tales enim parte non opponente à iudice repelli non poſſunt.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Epiſcopi, eorumque cauſa ſummo Pont. immediate ſubijciuntur.*

Cap. Si quis. II.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. And. Anania Anch. Butr. Bero. Mar. Socin. Felin. Panorm. Henric Hoſt. Ximen Toletan. *in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ p.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 2. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 606. refertur ab Anton. Auguſtin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 1. *cap.* 8.

2 *Sed nunc ad Primates, &c.* Videtur colligi ex his verbis de causis Episcoporum criminalibus posse Primates cognoscere, quod dubium facit cũ speciali reseruatione Episcopi, eorumque causæ summo Pontifici immediatè subijciantur, *cap. quamuis 3. q. 6. cap. frater. 16. q. 1.* Borgas. *de irregularit. p. 6. tit. quis possit excommunicare, in fin.* Turrecrem. *in cap. vbique 15. q. 7. num. 5. 6. & 7.* cui obiectioni occurrit Felin. *hic n. 2. notab. vlt.* dicendo tex. probare Episcopi criminalem causam esse ad Primatem deferendam, non autem quod ipse Primas ipsam diffiniat, aut Episcopum condemnet, sed tantum vt votum suum proferat, & ad Papam referat: nam licet de Iure antiquo si contingeret criminaliter agi contra Episcopum, & crimen postularet depositionem ab Ordine, & dignitate Episcopali, examinanda esset causa ab omnibus Episcopis totius prouincię vna cum Metropolitano, verum ad minimum à duodecim Episcopis vltra Metropolitanum, vt notat *gl. in sum. verbo quod autem 3. q. 8. per tex. in cap. si quis Episcopum criminaliter 16. q. 4.* Postea tamen Iure recentiori dicti Episcopi cognoscere poterant vsque ad sententiam tantummodo, sententia autem & definitio reseruabatur Papæ, *vt in cap. accusatus, & in cap. quamuis, & in cap. multum stupet. 3. q. 6.* notat Alphon. Aluar. Guer. *in spec. iur. Pontif. cap. 29.* & ideo nil mirum si causa de qua agit tex. ad Primatem deferetur cũ solummodo ipse vsque ad sententiam posset cognoscere, sentẽtia autem, & definitio soli Papæ reseruaretur. Quid autem attento iure Concil. Trident. & modernarum Constitutionum super causis Episcoporum à summo Ecclesiæ pastore ipsaq; Sede Apostolica definitum sit, egi in meo tract. *de officio, & potestate Episc. p. 3. alleg. 112.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Religiosus potest suum Abbatem accusare nulla ad hoc prius impetrata licentia.*

3 *Monacho non permittitur quemquam accusare præter proprium Abbatem.*

Cap. Illa præpositorum. III. *Greg.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Io. And. Anania Anch. Butr. Beto. Mar. Soc. Felin. Panor. Henric. Hosti. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ part. 2.* Vivia. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 2.* Alagona *in compendio Iuris Canonici, pag. 606.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 1. cap. 5.*

2 *Aliquis de monasterio, &c.* Ergo religiosus qui dicitur de monasterio, potest suum Abbatem accusare, eo quod monasterij vtilitatem procurare dicatur accusando Abbatem, vt tradunt *glos. verbo alia in cap. ex parte, & ibi* Felin. paulo post princip. *inf. hoc tit.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6 c. 12. n. 18.* vbi *nu. 19.* asserit ad hoc nullã licentiam prius esse impetrandam & post Specul. Abb. & Innoc. citat pro hac parte Rebuff. *ad leges Galliæ to 1. tit. de sententia prouis.*
3 *in præfat. num. 104.* Vtrum autem permittatur monacho quemquam accusare præter propriũ Abbatem, respondet negatiue tex. *in d. cap. ex parte,* qui intelligendus est nisi duplex concurrat conditio; prior est licentia Abbatis; posterior vtilitas monasterij, his enim concurrentibus posse quemcunque accusare resoluunt citati per me ad *d. cap. ex parte* vbi inuenies cætera, quæ in hac materia desiderari possunt.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Criminis reus delatus non potest pendente accusatione seu denunciatione ad Ordines, aut ecclesiasticam dignitatem promoueri.*

3 *Accusatus per maleuolos, & non grauatus apud graues & bonos viros pendente accusatione ordinari potest.*

4 *Accusatione pendente interim dum ad sententiam deuenitur dicitur accusatus infamis infamia facti.*

5 *Infamia Iuris non solum impedit præfici, sed etiam remoueri facit à dignitatibus habitis, infamia vero facti repellit quem à dignitatibus habendis, non tamen ab obtentis.*

Cap. Omnipotens. IIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Io. And. Anania, Anch. Butr. Bero. Mar. Soc. Felin. Panor. Henric. Host. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 2.* Viuia. *in rationali lib. 5. Iur. Pontif. pag. 2.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 607.* desumitur ex D. Greg. *lib. 4. Epist. 34. cap. 87. indict. 13. registri,* & refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 1. cap. 6.*

2 Probat hic tex. reum criminis delatum non posse pendente accusatione seu denunciatione ad Ordines, aut ad ecclesiasticam dignitatem promoueri, vt per Couar. *lib. 1. vari. cap. 16. nu. 11. vers. quarto,* Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de disciplina clericali §. 10. num. 37.* Roman. *sing. 438.* Selu. *de benef. p. 3. q. 5. num. 31.* Nau. *cons. 6. & 7. sub hoc tit.* prax. Episcop. *p. 2. verbo Ordo §. 1.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 7. cap. 8. num. 6.* & limitatur non procedere tex. hunc in accusato per maleuolos, & non grauato apud graues, & bonos viros, & merito, quia alioquin facillime cuique pateret via optimos, & doctos impediendi ab acquisitione bonorum per concursum, si sola accusatio à quouis maleuolo, vel improbo facta, non secuta apud bonos, & graues viros infamia

famia sufficeret ad repellendum à concursu, & petitione beneficij, quod esset absurdum, & ita non dicendum, vt per Nauar. *cons.* 2. *sub hoc tit. in antiq.* Nicol. Garc. *de benefic. p.* 7. *cap.* 8. *num.* 7. quę refero Ego ipse *de officio & potestate Episcopi p.* 2. *alleg.* 43. *num.* 14. Et ideo pendente accusatione interim dum ad sententiam deuenitur, dicitur accusatus infamis infamia facti, quæ incurritur cum quis notatur de aliquo crimine apud bonos & graues, seu cum opinio alicuius grauata est apud bonos & graues super aliquo crimine seu peccato, Nicol. Garc. *d. cap.* 8. *num.* 12. Campan. *in diuersorio Iuris Canonici rub.* 11. *cap.* 18. *num.* 5. & alij citati per me *d. alleg.* 43. *n.* 17. post sententiam vero declaratoriam de crimine famoso, quod infamet, fit tunc infamis infamia Iuris *l. furti ff. de his, qui not. infamia*, Caputaquen. *decis.* 90. *infamia p.* 2. Inter huiusmodi infamias Iuris & facti magna est differentia, quia illa non solum impedit præfici, sed etiam remoueri facit à dignitatibus habitis *l. infamia C. de decurionibus lib.* 10. *l. iudices C. de dignit. lib.* 12. Cou. *practic. cap.* 19. *n.* 5. *concl.* 5. Nicol. Garc. *d. cap.* 8. *n.* 33. hæc vero scilicet facti repellit quę à dignitatibus habendis, non tamen ab obtentis Henriq. *lib.* 13. *cap.* 38. §. 3. *in med.* Campan. *d. cap.* 18. *num.* 5. *in fine* Nicol. Garc. *d. cap.* 8. *nu.* 35. & 36. & inhabilem reddit ad obtinenda beneficia Ecclesiastica Cou. *lib.* 2. *Vari. cap.* 8. *num.* 4. *in princ.* D. Barbosa *in l. cum prætor* §. *fin. n.* 196. *ff. de iudic.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Familiaris criminosus Episcopi potest illum accusare.*
3 *Episcopus accusatus contra personam familiaris eius accusantis opponere non potest.*
4 *Famulos vel consanguineos viros improbos habens in domo sua ex eorum delictis tenetur.*
5 *Approbatum semel non potest amplius reprobari.*

Cap. Nulli. V. *Pasch. V.*

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarel. Bellem. Io. And. Anania Anch. Butr. Bero. Mar. Soc. Felin. Panor. Henr. Host. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 3. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 607. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 1. *cap.* 3.

2 Probat hic tex. quod criminosus licet regulariter non admittatur ad accusandum, vbi tamen fuerit familiaris Episcopi, in pœnã tolerantis talem in domo, poterit ipsum Episcopum accusare, vt per Baiar. *ad Clar.* §. *fin. q.* 14. *nu.* 29.

3 Non potest enim Episcopus accusatus contra personam familiaris sui eum accusantis opponere, vt docet Clar. *d.* §. *fin. q.* 15. *num.* 2. vbi etiam *cum gl. fin. in præsenti* tenet quod adhuc poterit iudex ex officio suo illum repellere.

4 Et hinc colligitur quod dominus famulos vel cõsanguineos habẽs in domo, qui essent viri improbi ex ipsorum delictis tenetur, quia præsumendum est quod perseuerarũt in delictis suis, vt per Duen. *reg.* 303. *in princ.*

5 In glos. [Familiaritate] ibi (*non enim modo potest reprobare etiam mores, quos prius approbauit*) Quia approbatum semel, non potest amplius reprobari Surd. *cons.* 18. *num.* 2. & *cons.* 351. *n.* 41. & *dec.* 132. *num.* 4. Thom. de Thomasetis *in flor. legum reg.* 37. Anton. Monach. *Bonon. decis.* 34. *num.* 2. Sanch. *de Matrim. lib.* 9. *disp.* 6. *n.* 9. Mar. Antonin. *Vari. resol. lib.* 2. *resol.* 30. *num.* 25.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Accusatus semel non potest super eodem delicto iterum molestari, & inquiri.*
3 *Delictum extra regnum commissum, & iam pœna punitum an possit iterum accusari in regno, remissiue.*
4 *Crimen mixti fori committens punitus & absolutus ab vno iudice, an possit ab alio puniri vel absolui, remissiue.*
5 *Sententia lata in causa criminali an præiudicet ciuili, remissiuè.*
6 *Inquisitio formari non potest contra illum, qui per absolutionem à iudice liberatus fuit.*
7 *Absoluendus ob non probatum crimen ab accusatore diffinitiue absoluendus est, & non ab obseruatione iudicij.*
8 *Absolutus in foro pœnitentiali potest accusari in iudiciali.*

Cap. De ijs. VI. *Conc. Mag.*

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Ioan. Andr. Anania Anchar. Butr. Bero. Mar. Socin. Felin. Panorm. Henric. Hostiens. Cened. *collect.* 113. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 4. *Iuris Pontificij pag.* 3. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 607. refertur à Burchard. *liber* 16. *Decretorum caput* 9. & ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 1. *cap.* 4.

2 Probat hic tex. semel accusatum non posse super eod. delicto iterum molestari & inquiri, de quo vide Ordin. Reg. *Lusit. lib.* 5. *tit.* 131. Couar. *Vari. lib.* 2. *cap.* 10. *in princ.* Greg. *L.* 12. *tit.* 1. *part.* 7. Marant. *de ordine iud. p.* 6. *in princ. tit. de inquisit. à num.* 49. Clar. *in* §. *fin. q.* 57. *in princ.* & *q.* 62. *num.* 2. Gom. *tom.* 3. *Vari. cap.* 1. *nu.* 27. Bonacos. *commun. crimin. p.* 2. *verbo absolutus*, Bernard. *reg.* 6. Tiraq. *in tract. res inter alios & vers. limita* 25. & *de pœnis temp. causa* 25. *num.* 4. Menoch. *de arbitr. casu* 591. Hortens. Canalc. *de bra-* chio

*ebio Regio p.4. num.*240. Brunor. à Sole *q.* 17. *n.* 1, *iuncto num.* 5. *in fine*, plures per Cened. *ad Decretal. collect.* 113. *num.* 1. quibus adde Caball. *resolut. crimi. casu* 93. *à princ.* late Ioseph Sesse *Aragon. decis.* 106. D. Barbosa *in l.* 1. *ff. de iudic. art.* 4. *num.* 17. *&* 29. Anton. Monach. *Lucens. decis.* 15. *num.* 2. Cald. Pereira *in comment. ad l. vni. C. ex delictis defunct. p.* 2. *num.* 59. Aldret *de religiosa discip. tuen. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 9. latissime Farin. *in praxi crim. p.* 1. *q.* 1. *num.* 51 *& q.* 4. *à princ.* vbi plures affert ampliationes, & limitationes, quarum aliquas refert Ioseph Sesse *d. decis.* 106.

3 An delictum extra regnum commissum, & iã pœna punitũ possit iterum accusari in Regno? vide Gam. Lusit. *decis.* 33. *num.* 2. D. Barbos. *in l. hares absens* §. *proinde in art. de foro delicti num.* 60. *ff. de iudic. vbi num.* 127. an etiam ratione domicilij, vel originis possit quis ibi accusari de delicto alibi commisso.

4 Verum autem committens crimen mixti fori punitus, vel absolutus ab vno Iudice, ab alio puniri, vel absolui possit, vide citatos DD. *ad cap.*
5 *cum sit generale, nu. vlt. de foro compet.* Et an sententia lata in causa criminali præiudicet ciuili. vide Surd. *cons.* 266. *num.* 7. Bart. *in l.* 2. §. 1. *nu* 3. *in fine vers. prædicta vero ff. de vi bonorum rapt.* D. Barbosa *in l. diuortio* § *fin. p.* 2. *num.* 59. *ff. soluto Matrim.* Cald. Pereira *ad l. vni. C. ex delictis defunct. in princ. n.* 67.

6 In glos. [Replicari] Notatur ad hoc quod inquisitio formari non potest contra illum, qui per absolutionem, seu compositionem à Iudice liberatus fuit, vt per Farin. *d. p.* 1. *q.* 6. *num.* 1.

7 In ead. glos. ibi (*si vero absolutus est &c.*) Notatur ad hoc quod is, qui est absoluendus ob non probatum crimen ab accusatore diffinitiue absoluẽdus est, & nõ ab obseruatione iudicij, vt per Couar. *var. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 8. *& in cap. Rainuntius in princ. num.* 10. *de testam.* Farin. *d. quæst.* 4. *num.* 27.

8 In ead. gl. ibi (*si autem pœnitentiam egisset occultè quoad Deum absolutus est* (Notatur ad hoc quod ille, qui fuit absolutus in foro pœnitentiali adhuc potest inquiri, & accusari in foro iudiciali, non obstante illa absolutione, seu condemnatione, vide Hippol. *sing.* 639. Clar. §. *fin. q.* 16. *num.* 5. *& q.* 57. *num.* 10. Tiraq. *de pœnis temper. cap.* 25. *n.* 4. Perez *l.* 1. *gl.* 1. *p.* 207. *in addit. tit.* 8. *lib.* 8. *Ordin.* Parlad. *p.* 3. *differ.* 12. §. 2. *n.* 12. Couar. *lib.* 2. *vari. cap.* 10. *num.* 3, *& in cap. alma p.* 1. §. 11. *n.* 16. *& in cap. Raimuntius in princip. n.* 18. *de testam.* Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 13. Prax. Episcop. *p.* 1. *verbo absolutio*, §. 2. Sanch. *de Matrim. lib.* 8. *disp.* 34. *num.* 26. Farin. *d. q.* 4. *num.* 5. Paul. Comitol. *resp. moral. lib.* 6. *q.* 6. Sayr. *de censu.. lib.* 2. *cap.* 20. *nu.* 31. Cened. *d. collect.* 113. *n.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Inimicus alicuius præsumitur conuersans cum eius inimico.*
3 *Inimici ab accusando repelluntur quamuis sint reconciliati, nisi causa inimicitiæ iam diu sit extincta.*

Cap. Repellantur. VII.
Steph.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Coll. Zab. Bellem. Io. And. Host. Anania Anch. Butr. Bero. Mar. Soc. Felin. Panor. Henr. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusq; Iuris cũ legib. Castel. p.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 4. Alag. *in comp. Iuris Canon. pag.* 607. desumitur ex Steph. Papa *I. in epist.* 2. *ad omnes Episcopos*, & refertur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 1. *cap.* 7.

2 Probat hic tex. quod inimicus alicuius præsumitur conuersans cum eius inimico, vt per Rebuff. *de reprob. testium num.* 243. Menoch. *de præsump. lib.* 5. *præsump.* 43. *cũ seqq. & cons.* 102. *nu.* 11. Farin. *in praxi crim. p.* 2. *q.* 53. *nu.* 44. *& p.* 4. *cons.* 61. *num.* 2. vbi *num.* 16. resoluit quod non præsumi-
3 tur capitalis, si enim conuersantes, & cohabitãtes cum inimicis accusati ab accusatione repelluntur, à fortiori repellentur ipsi inimici, qui videntur semper habere animum sumendi vindictam de inimico, vt aduertũt Mascard. *de probat. concl.* 98. *num.* 2. *& concl.* 1128. *num.* 9. *& concl.* 1248. *nu.* 107. Menoch. *de præsump. lib.* 6. *præsump.* 29. *nu.* 26. *&* 27. Farin. *d. p.* 4. *cons.* 27. *num.* 9. Amplia in inimico recõciliato, nec enim iste accusare potest inimicum, *cap. accusatores*, 3. *q.* 5. Roman. *sing.* 319. Ias. *in l. apertissimi num.* 7. *C. de iudic.* Alex. *cons.* 99. *col.* 1. *vol.* 1. Hippol. *in l.* 1. §. *præterea num.* 4. *ff. de quæstion.* Alciat. *de præsump. reg.* 2. *præsump.* 11. Gig. *de crim. læsæ maiest. lib.* 2. *ti. qui & per quos q.* 2. *n.* 25. Clar. *li.* 5. §. *fin. q.* 24 *num.* 6. Gomez *tom.* 3. *vari. cap.* 12. *num.* 14. *col.* 3. Menoch. *de arbitr. q.* 28. *num.* 4. *& cons.* 1. *num.* 247. Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 2. *q.* 15. *art.* 3. *vers.* 10. plures per Cened. *ad Decretal. collect.* 129. *num.* 2. Cæterum si causa inimicitiæ iam dudum sit extincta, & amicitia longo tempore confirmata, iam tunc tamquam inimicus repelli non poterit, vt dicit *gl. verbo inimicitias in cap.* 32. *de simon*, & tenent Tiraq. *in tract. cessante causa p.* 2. *limit.* 16. *num.* 7. Mascar. *concl.* 899. *num.* 10. *& concl.* 1046. *nu.* 21.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Accusare alium de delicto commisso an liceat absq; scrupulo, remissiue.*
3 *Carena quid significet, ostenditur.*
4 *Quadragesima tres, quibus quis ob peccatum aliquod pœnitere debet, an intelligantur de tribus, quæ veniunt in vno anno, an vero trium annorum, ostenditur.*

Cap.

Cap. Accusasti. VIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Ioan. Andr. Anania, Aretin. Anch. Butr. Bero. Mar. Soc. Felin, Panor. Henric. Host. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 4.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 607.* refert Burchard. *lib. 19. Decretor. cap. 5.*

2 *In pane, & aqua, &c.* Vtrum liceat absq; scrupulo alium accusare de delicto commisso, vide Perez, *l. 1. gl. 3. pag. 149. vers. quæritur quinto, tit. 3. lib. 5. Ordin.*

3 *Carena.* Quid significet verbum hoc, vide per citatos *ad cap. accepisti, de desponsat. impub.* quibus adde D. Iulium Lauor. *de Iubileo & indulgent. p. 2. cap. 10. num. 37.* vbi refert quod olim quotiescunque quis committebat aliquod graue peccatum Prælati imponebât publicam pœnitentiam, idest, vt per tot annos non accederent ad Ecclesiam, non communicarent cum fidelibus, sed arctam agerent pœnitentiam singulis hebdomadis ieiunando, saltē feria secunda, quarta, & sexta, & sabbato, sic perseuerando per septem annos, & hæc pœnitentia quadragena quandoque arctior imponebatur vt solo pane & aqua contenti esse deberēt, qui eam peragebant, ac se abstinerent ab omni comercio humano, lecto, & somno, & per quadraginta dies includebātur in aliquo cubiculo, & tunc dici solebat carena, seu carentena à vocabulo Longobardorum, quasi carentia omniū ciborum, & hominum præter panem & aquam.

4 *Per tres debet quadragesimas pœnitere.* Intelligitur de tribus quadragesimis, quæ scilicet veniunt ante Pascha, ante festum Sancti Ioā Baptistæ, & ante festum Natiuitatis Domini, & non de quadragesima trium annorum, vt per Archid. post *gl. 1. in cap. h. 22. q. 5.* & sentit Iulius Lauor. *de Iubileo & indulg. p. 2. cap. 14. num. 122.* quamuis Rebuff. *in tract. nominat. q. 24. num. 8. vers. tamen* intelligat hunc tex. de tribus quadragesimis trium annorum, scilicet ante Pascha.

5 In gl. [Debilitatus] ibi *(idest mutilatus in membris)* sic intelligit Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 2. cap. 11. in med.*

S V M M A R I V M.

1. *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2. *Iudex sine accusatore procedit super euidentia patrati sceleris.*
3. *Probatio per euidentiam facti adeo est clara, vt nihil magis quam illam iudex requirat ad rem ipsam cognoscendam.*
4. *Euidentia sceleris non admittit excusationem.*
5. *Notorium non indiget probatione, nec protestatione.*
6. *Notorium quod dicatur remissiuè.*
7. *Sententia etiam super notorio ferenda est.*

Cap. Euidentia. IX.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Collect. Innocen. Zabarel. Bellem. Ioan. And. Anania Cas. *in an.* Anch. Butr. Bero Mar. Soc. Fel. Panor. Henric. Host. Xim. Tolet. *in cōcord. vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viu. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 4.* Alagona *in cōpendio Iuris Canonici pag. 607.* desumitur ex D. August. *super Genes. de morte Abel.* & habetur in gl. interlineali Genesis *cap. 4.* super illis verbis, *vox sāguinis fratris tui clamat ad me de terra.*

2 Probat hic tex. quod super euidentia patrati sceleris procedit iudex sine accusatore, Cened. *ad Decretal. collect. 101. nu. 7. in fin.* vbi intelligit, quando patrator ipse, vel manifestus est, vel

3 infamia detectus. Item & quando iudex stans simul cum alijs pluribus videt committi delictū Caiet. *2. 2. q. 67. art. 3.* Coriolan. *de casibus reseruatis p. 2. casu 5. sub tit. de accusatione nu. 4.* nam probatio per euidentiam facti adeo est clara, vt nihil magis, nec iudex aliud quam illam requirat ad rem ipsam cognoscendam, vti docēt Mascar. *de prob. in proœm. q. 8.* Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap. 35. num. 39.* & dicit Menoch. *de*

4 *arbitrar. casu 235. nu. 11.* quod sceleris euidentia non admittit excusationem, & Surd. *decis. 326.*

5 *num. 82.* quod notorium non indiget probatione nec protestatione de quo etiam Bellacomb. *tect. commun. opin. lib. 4. tit. 9. num. 265.* Mendez à Castro *in praxi Lusit. lib. 3. cap. 3. nu. 33.* Farin. *in praxi crimin. p. 1. q. 21. à nu. 80.* Mascard. *concl. 1014. nu. 3.* idem Surd. *decis. 259. num. 14. & d. decis. 326. n. 83.* quod iudex ex officio

6 potest se informare de notorio; quod dicatur notoriū, & quotuplex sit, vide Couar. *lib. 3. vari. cap. 3. num. 4.* Menoch. *de arbitr. casu 166.* Perez. per tex. ibi *in l. 7. gl. 2. tit. 14. lib. 3. Ordin.* Viui. *tom. 1. com. opin. lib. 4. tit. 9. nu. 29. cum seqq. pag. 478. & 479.* Bellacomb. *eod. lib. 4. tit. 9. n. 265. pag. 505.* Menoch. *illustr. cap. 2. num. 11. & cap. 20. num. 23.* Mascar. *concl. 1101. Clar. 5. fin. q. 9.* Anton. Monach. *Florent. decis. 46. nu. 35.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 2. q. 6. art. 4.* Ignat. del Villar *in sylua respons. lib. 2. resp. 16. num. 51. & 52.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 1. q. 57.* Farin. *in praxi crimin. p. 1. q. 21. nu. 8. cum seq.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo notorium,* apud quos definitur notorium in genere sumptum, vt sit rei, cui adiungitur valde plena notitia inducens indubitatam, & finitam probationem discussione non egentem & sufficit quod sciatur à decem personis, vt ex hoc notorium dicatur prout docēt Fr. Emm. *d. art. 4.* & Far. *d. q. 21. n. 47.*

7 In gl. [Non indiget clamore,] ibi *(nisi quoad sententiam tantum, &c.)* Notatur ad hoc quod etiam super notorio ferenda est sententia, vt per Clarum *lib. 5. §. fin. q. 9. n. 8.* Molin. *de iust. tract. 2. disput. 95. num. 32.* Vasquez *1. 2. quæst. 96.*

N art. 5.

art. 5. disp. 170. cap. 4. num. 14. Sanch. *in praecepta Decalogi lib. 2. cap. 22. num.* 15.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Inimicitia oritur inter testem & eum contra quē deposuit in causa criminali.*
3 *Inimicus praesumitur testis absque citatione offerens se testimonio in causa criminali; & tanquam suspectus non probat.*
4 *Testis qui causam habet similem est suspectus.*
5 *Laicus contra clericum in criminibus exceptis testis esse potest.*
6 *Faemina in criminibus exceptis testificari valent.*

Cap. Cum P. X. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Inn. Collect. Zabar. Io. And. Bellem. Anania, Anch. Butr. Bero. Mar. Socin Felin. Panorm. Henric. Host. Cas. *in annot.* Xim. Tolet. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viu. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 5.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 608. refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 1. c. 12.* & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *p. 50. cap. 14.*

2 *Quia in testimonium illius causa adductus fuerat.* Notatur ad hoc quod ex testimonio prolato in causa criminali oritur inimicitia inter testem & eum contra quem testis deposuit, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 487. *num.* 5. Mascard. *de prob. concl.* 898. *num.* 17. Farin. *in praxi crim. p. 1. q. 49. num.* 76.

3 Notatur et ad hoc quod testis absq; citatione offerens se testimonio in criminali causa praesumitur inimicus, vt per Rebuff. *de reprobat testiū n.* 69. Hipp. *cons.* 18. *num.* 33. *& cons.* 20. *num.* 40. & tanquam suspectus non probat Menoch. *de arbitr. casu* 474. *num.* 57. *& de praesump. lib. 2. praesump.* 55. *num.* 2. Mascar. *concl.* 1311. *nu.* 44. *& concl.* 1358. *num.* 63. *cum seq. & concl.* 1368. *num.* 4. Farin. *in praxi crim. q.* 80. *à princ. & p. 4. decis.* 43. *vbi addit. lit.* C, Spin. *in spec. testam. p. 12. rub. num.* 3. Cardos. *in prax. iudic. verbo testis num.* 32. Bobad. *in sua politi. lib. 1. cap. 3. num.* 68.

4 *De causa simili, &c.* Est enim suspectus testis qui causam habet similem, Mascard. *concl.* 1357. *num.* 54. Bobad. *d. politica lib. 5. cap. 2. num.* 53. Cald. Pereira *de empt. cap.* 21. *num.* 17. *in fine.*

5 In gl. [Laicus. 1.] ibi *(nisi in criminibus exceptis)* Notatur ad hoc quod laicus contra clericum in criminibus exceptis, prout sunt haeresis Simonia, laesa maiestas, & similia testificari potest, vt per Butr. *n.* 4. Abb. *n.* 6. Felin. *n.* 9. & alios in *cap. de caetero, supple testib.* Camp. *de testibus reg.* 98. *in* 5. *fallent.* Mascard. *de probat. concl.* 482. *n.* 14. *& conclus.* 962. *num.* 10. *& conclus.* 1358. *num.* 56. quos refert & sequitur Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. tit. de clerico teste §. 5. num. 4. vers.* 3.

6 In quibus etiam fœminę quæ in causa criminali nequeūt testificari, admittūtur, vt per Duen. qui hanc gl. citat *reg. 315. vers. tertio fallit.* & in crimine læsæ maiestatis Mascar. *concl.* 462. *& concl.* 962. *num.* 10. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Abbatem malum potest monachus accusare expensis monasterij.*
3 *Regulari accusanti Abbatem debentur expensæ litis & alimenta à monasterio donec causa finiatur.*
4 *Abbas dum accusatur recipit alimenta & expensas lite pendente.*
5 *Abbati accusato parendū est à monachis dum pendet accusatio.*
6 *Accusare alium præter Abbatem quando liceat monacho, ostenditur.*
7 *Denuntiare quemquam licitum est monacho absque superioris licentia.*
8 *Monachus quando est in studio habet licentiam agendi & se defendendi in gestis ratione studij.*
9 *Sequestratis bonis semper dominus ali debet de illis bonis sequestratis.*
10 *Monacho accusanti Abbatem debentur tantum expensæ necessariae.*
11 *Abbas accusatus debet habere expensas vt se defendat vsque ad finem causæ.*
12 *Monachus qui accusat Abbatem an ei teneatur obedire, ostenditur.*

Cap. Ex parte. XI.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellem. Io. And. Anania, Anch. Butr. Bero. Mar. Socin. Felin. Panorm. Henric. Hostiens. Ximen. Toletan. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in ration. lib. 5. Iuris Pontif. pag.* 5. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 608. refertur ab Anton. Aug. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 1. cap.* 13. & est post Concil. Lateraneñ sub Alex. III. *p. 50. cap. 16.*

2 Probat hic tex. quod licet monachus, neque agere, nec conueniri possit cum non habeat proprium potest tamen Abbatem malum accusare expensis monasterij, perinde ac Abbas accusatus vel remotus se Monasterij expensis defendit vt per Capr. *tom. 1. com. opin. lib. 1. tit. 3. n.* 15. *pag.* 165. Aloys. Ricc. *in decis. curiæ Archiep. Neapol. p. 1. decis.* 56. *num.* 16.

3 Nam certum est Regulari accusanti Abbatem deberi expēsas litis & alimenta à monasterio, donec causa debitum finem accipiat, vt per hunc tex. docent Rota *decis.* 303. *num.* 4. *& seq. & decis.* 315. *num.* 30 [illegible] *in repert. cap. per vestras de donation. inter virum notab.* 1. *ampliat.* 18. §. 39. *num.* [illegible] Nauar. *comment.* 2. *de regularib. num.* 35. [illegible] *num.* 4. Rebuff. [illegible]

tract. de sententia prouis. in praef. num. 104. *cum seq. pag.* 146. Lara *in l. si quis à liberis* §. *si vel parens num.* 58. *cum seqq. ff. de lib. agnosc.* Sanch. *in praecepta Decalogi lib.* 6. *cap.* 12. *num.* 20. *cum seqq.* vbi late & *n.* 19. resoluit ad hoc nec veniã nec licentiã desiderari, Menoch. *de praesump. li.* 1. *q.* 35. *n.* 21. Ioseph. Ludou. *Perus. decis.* 46. *nu.* 3. late Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 121. vbi *q.* 127. *num.* 1. resoluit
4 quod Abbas, dum accusatur recipit alimenta, & expensas lite pendente, & *nu.* 2. limitat, si
5 depositus, vel priuatus sit, & *n.* 5. quod ei parẽdum est à Monachis dum lis pendet super accusatione, Sanch. *d. lib.* 6. *cap.* 2. *nu.* 68. multipliciter etiam limitat *d. cap.* 12. *à num.* 21. videlicet nisi monachus accusans habeat aliquod peculium.

6 In gl. [Licet, in princip.] ibi (*alios vero accusare non possunt, &c.*) Notatur ad hoc quod non permittitur monacho quemquam accusare praeter proprium Abbatem, nisi duplex concurrat conditio, prior est licentia Abbatis, posterior vtilitas monasterij, his enim concurrentibus potest quemquam accusare, vt docent hic Innoc. statim in princ. Host. *num.* 1. Butr. *num.* 10. Panormit. *num.* 6. Felin. *num.* 2. Henric. *num.* 3. Decian. *tract. crim. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 15. & 16. Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *q.* 13. *num.* 24. Sanch. *d. cap.* 12. *num.* 37. vbi *n.* 28. resoluit quod non habebit expensas à monasterio quando alium praeter Abbatem accusat, & *num.* 29. dicit quod si monachus ille sit Episcopi cubicularius poterit absque licentia aliqua Episcopum accusare.

7 In ead. gl. ibi (*denuntiare autem, &c.*) Notatur ad hoc quod integrum est monacho denuntiare quemquam absq; aliqua superioris licentia Io. And. *hic num.* 9. Butr. *num.* 11. Panorm. *num.* 6. Felin. *num.* 2. Henric. *num.* 4. Clar. §. *fin. q.* 7. *num.* 8. Sanch. *d. cap.* 12. *num.* 30. vbi intelligit de denuntiatione fraterna, non vero de denuntiatione iuridica, quae tenderet ad punitionem, haec enim interdicta est monacho praeterquam proprij Abbatis, sicut est accusatio.

8 In ead. glos. ibi (*sed pone monachus est in scholis, &c.*) Notatur ad hoc quod quamuis Monachus non habeat personam legitimã standi in iudicio sine Abbatis, vel alterius superioris licentia, attamen quando est in studio conceditur licentia agendi, ac defendẽdi in gestis ratione studij, pro iniuria sibi facta, implorare officium Iudicis, vt sibi monasterium alimenta praestet, vt per Rebuff. *de priuil. scholar. priuil.* 156. Henric. hic *num.* 3. Butr. *num.* 12. Anton. Cuc. *lib.* 3. *instit. mai. tit.* 3. *num.* 38. Azori. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 11. *q.* 9. late Sanch. *d. lib.* 6. *cap.* 12. *nu.* 14. vbi etiam quod poterit tunc in electione Rectoris vocem habere instar aliorum scholasticorum.

9 In glos. [Expensae necessariae, fin.] Notatur ad hoc quod sequestratis bonis semper dominus rerum positarum sub sequaestro ali debet de illis bonis vt per Laram *d.* §. *si vel parens, num.* 45. & 51. Menoch. *d. q.* 35. *num.* 23. Rebuff. *d. tit. de sent. prouision. num.* 116. late Surd. *d. tit.* 1. *q.* 123. *à princ.* Valasc. *consult.* 1. *num.* 1.

10 In ead. gl. ibi (*& iste expensae necessaria tantum erunt*) Notatur ad hoc quod Monacho accusanti Abbatem, vel Monasterium, debentur tantum expensae necessariae, non vero vtiles, vt per Surd. *d. tract. de alim. tit.* 4. *q.* 23. *num.* 39.

11 In glos. [Alia rationabilis,] ibi (*& ipse Abbas debet habere expensas vt se defendat vsque ad finem causae*) Ita hic Ioan. Andr. *num.* 8. Butr. *nu.* 9. Abb. *num.* 15. Henric. *num.* 12. Felin. *paulo post princ.* Lara *d.* §. *si vel parens num.* 48. Tapia *in auth. ingressi verbo sua cap.* 18. *num.* 11. *C. de Sacrosanct. Eccles.* Sanch. *d. cap.* 12. *num.* 24. quod quidem extendunt quamuis Abbas ille esset ab administratione remotus.

12 In ead. glos. ibi (*non tenetur obedire ei.*) Intellige quoad desistendum ab accusatione illa, in reliquis enim manifestum est teneri obedire, ita Abb. *hic num.* 4. & Felin. *num.* 1. Sanch *d. cap.* 12. *num.* 31.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Verbum, constiterit, in quibus probationibus verificetur, ostenditur.*
3 *Beneficio priuandus an sit qui non praemissa dormitione celebrauit.*
4 *Poena priuationis pro graui dumtaxat crimine imponitur.*
5 *Attentatorum reuocatio fieri debet etiamsi appellanti obijciatur notorius defectus Iuris in principali causa.*
6 *Recuperandae possessionis remedium non conceditur commendatario e commenda deiecto.*
7 *Dictio, per, in compositione rem integram, & omnibus modis absolutam ostendit.*

Cap. Si constiterit. XII.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq Innoc. Collect. Zabar. Bellem. Io. And. Anania, Anch. Butr. Bero. Mar. Soc. Felin. Panorm. Henric. Host. Cas. *in annot.* Ximen. Tolet. *in cõcord. vtriusq; Iuris cum legibus Castellae part.* 1. & 2. Viuia. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 6. Alagona *in compendio Iuris Canonici, pag.* 608. refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 1. *cap.* 1.

2 *Constiterit.* Per instrumenta scilicet, vel per testes, seu etiam per sententiam, aut aliam claram probationem habet enim huiusmodi verbum hanc vim & efficaciam, vt docent Mascar. *de prob. concl.* 75. *n.* 21. licet aliquandiu referatur ad extraiudiciale cognitionem Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 7. *proaemiali num.* 233.

3 *Nulla præmissa dormitatione Missam cantasset.* Notatur ad hoc quod beneficio priuandus est, qui non præmissa dormitione celebrauit, de quo Menoch. *de arbitr. casu* 406. *n.*4. sed *nu.*5. tenet per hunc tex. non probari huiusmodi assertionem, siquidem ita constituit Pontifex in præsenti aduersus ebriosum, qui integrã noctem in comẽsationibus & compotationibus consumpsit, & mane incontinenti celebrauit, citat Bernard. *in pract. cap.* 29. *num.* 5.

4 *Ei super eadem Ecclesia, &c.* Notatur ad hoc quod pro graui dumtaxat crimine imponitur pœna priuationis, vt per Rebuff. *in praxi benef. tit. de mod. amittendi benef. n.* 61. Flamin. *de resig. benef. lib.* 3. *q.* 16. *num.* 2.

5 *Ipsam ei faciatis restitui.* Notatur ad hoc quod reuocatio attẽtatorum fieri debet etiamsi appellanti obijciatur notorius defectus iuris in principali causa, etiam in causa, quæ super ecclesiastico beneficio tractatur, vt per Cou. *pract. cap.* 23. *num.* 4.

6 In glos. [Cõmendata, in fin.] Notatur ad hoc quod remedium recuperandæ possessionis non conceditur cõmendatario è cõmenda deiecto, vt per Menoch. *rem.* 8. *recup. num.* 38. *cum seqq.*

7 In glos. [Pernoctauerit;] Notatur ad hoc quod dictio, per, in compositione, & simpliciter rem integram, & omnibus modis absolutam ostendit vt per Tiraq. *in l. si vnquam C. de reubcan. donat. verbo reuertatur num.* 194 Rebuff. *in comment. ad l. vrbana* 166. *§. pernoctare, vers. notandum ff. de verb. sig.* Mascard. *de probat. concl.* 1215. *nu.* 2. Cened. *pract. quæst. sing.* 76. *num.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Abbatissæ minores annis quadraginta, & quæ per octo annos professæ non fuerint eligi, & benedici per Episcopos non possunt, circa quam ætatem Episcopus dispensare non potest.*
3 *Abbatissa temporalis non est Iure benedicenda.*
4 *Inimicus à testimonio repellitur.*

Cap. Meminimus. XIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellem. Io. Andr. Anania Butr. Anch. Bero. Mar. Soc. Felin. Panor. Henric. Host. Cened *colle.* 129. Xim. Tolet. *in cõcord. vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 6. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 609.

2 *Munus benedictionis impendere procurares.* Hodie ex decreto Concil. Trident. *sess.* 25. *de regul. cap.* 7. minores annis quadraginta, & quæ per octo ante professæ non fuerint eligi, & per Episcopos benedici in Abbatissas prohibentur, circa quam ætatem non posse Episcopum dispensare refert decisum Armend. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Episcopis n.* 102. & in proprijs terminis resoluit Nicol. Garc. *de benef. p.* 7.
3 *c.* 4. *n.* 71. vbi etiam tenet prædictos quadraginta annos debere esse completos. Abbatissa temporalis, illa scilicet, quæ non nisi ad triennium eligitur ex Constit. Greg. XIII. de anno 1583. die 1. Ianuarij, non est iure benedicenda, nisi sancta Sedes Apostolica aliud statuat expresse, vel seruet contrarium; ita Nauar. *cons.* 4. *de regular. in antiq. & cons.* 2. *de statu monach. in nouis*, Quaranta *in summa bullarij verbo Abbatissa in fine*; Ludou Miranda *in manu. Prælat. in fine tomi* 2. *tract. de sacris monialibus q.* 7. *art.* 7. *concl. vnica.*

4 *Cum idem illius manifestus fuerit inimicus, &c.* Notatur ad hoc quod inimicus à testimonio repellitur, vt per Clar. *in §. fin. q.* 24. *vers. item quæro in princ.* Anton. Gomez *var. tom.* 3. *cap.* 2. *num.* 14. Menoch. *de arbitr. casu* 110. *num.* 1. Mascard. *de prob. concl.* 899. *num.* 1. *Farin. in praxi crim. p.* 2. *q.* 53. *à princ.* plures per Cened. *ad Decretal. collect.* 129.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Citatio fieri debet ad petitionem actoris.*
3 *Accusare alium nemo regulariter compellendus est.*
4 *Dominus excusatur ab expensis si nuntius formam mandati excessit.*

Cap. Licet. XIV. *Innoc. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Coll. Zabarel. Bellem. Io. Andr. Anania, Anch Butr Bero. Mar. Soc. Felin. Panorm. Host. Henic. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 7. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 609. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 1. *cap.* 1. & altera pars huius Decretalis est infra *in cap. vlt. de purgat. canon.*

2 *Cum autem iuxta tenorem, &c.* Ergo citatio debet fieri ad petitionem actoris, vt per Ceual. *com. contra com. q.* 821. *num.* 15. Vanti. *de nullitat. tit. ex defectu citatio. nu.* 44. Perez. *l.* 2. *tit.* 2. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 492. Menoch. *de præsump. lib.* 2. *præsump.* 23. *num.* 1.

3 *Nos igitur dictis Canonicis, &c.* Notatur ad hoc quod nemo regulariter compellendus est alium accusare, vt per Cou. *var. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 8. *ad fin.*

In glos.

4 In gloſ.[Quæſiuimus 1.] ibi *(ſed videtur quod iſti debuerunt puniri in expenſis, &c.)* Notatur ad hoc quod excuſatur dominus ab expenſis ſi nuntius formam mandati exceſsit, vt per Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum, & vxorem, §. 66. num. 26.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*

2 *Procurator in cauſis criminalibus non admittitur.*

3 *Defendere qui ſe poteſt per procuratorem ex gratia Principis, poterit alia pars aduerſa ipſum accuſare etiam per procuratorem.*

4 *Procuratore admiſſo in criminalibus parte non opponente proceſſus cum eo factus non eſt nullus.*

5 *Carceratus in alio loco extra Iudicis territoriũ poteſt in criminalibus per procuratorem ſe defendere.*

6 *Vniuerſitas ſi accuſetur poteſt per procuratorem ſe defendere.*

7 *Dominus in criminalibus admittitur ad defendẽdum ſuum ſeruum, & extenditur ad patrem, & maritum reſpectu filij, & vxoris.*

8 *Procurator in criminalibus admittitur ad allegandas cauſas abſentiæ, & iuſta impedimenta facti, vel Iuris.*

9 *Procurator in criminalibus an admittatur ad allegandas exceptiones, quæ tangunt crimen, oſtẽditur.*

Cap. Veniens. XV.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innoc. Collectar. Zabarell. Io. Andr. Anania Anch. Butr. Bero. Mar. Soc. Felin. Panor. Henric. Hoſt. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 7.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 609.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 1. cap. 2.*

2 *Nec procuratores eius in cauſa poſſemus recipere criminali.* Notatur ad hoc quod in cauſis criminalibus procurator nõ admittitur, ita Ordin. Regia Luſitanorum *lib. 5. tit. 124. §. 14.* vbi Parẽs meus, & apud Caſtellanos *l. 12. tit. 5. part. 3. & l. 6. tit. 1. part. 7.* Boſſ. *in praxi crim. tit. in criminal. iudic. quis pro abſente interuenire poſſit,* Anton. Rub. *tract. de poteſtate procur. in cauſa criminali.* Clar. *§. fin. q. 32.* Anton. Gomez *tom. 3. vari. cap. 1. num. 12.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 80.* Brunor. à Sole *in locis commun. verb. procurator, 2. & 4.* Parlad. *lib. 1. rerum quotid. cap. 20. nu. 3.* Perez *ad l. 1. tit. 4. lib. 3. Ordin. pag. 532. verſ. in cauſa criminali,* Azeued. *l. 1. n. 52. cum ſeqq. tit. 1. lib. 8. noua recopil.* Mench. *vſufreq. cap. 39. num. 24.* plures per Cened. *ad Decretal. collect. 30.* quibus adde Hortenſ. Cauálc. *de brachio regio, p. 1. num. 49. verſ. ſepſimo,* Ceual. *commun. contra com. q. 237. num. 1. & 2.* Cald. Pereira *in comment ad l. vnicam C. ex delic. defunct. p. 2. num. 50. cum ſeqq.* Cardoſ. *in praxi iudic. verbo procurator. num. 55.* latiſsime Farin. *in praxi crim. q. 99. à princ.* In Regno Luſitaniæ per nouiſſimam reformationem iuſtitiæ conceditur Regium diploma, vt qui primo termino perſonaliter comparuerit, in alijs poſsit per procuratorem ſe defendere in cauſa criminali, exceptis criminibus naturalem, vel ciuilem mortem, aut membrorum mutilationem promerentibus, refert Thomas Valaſc *allegat. Iur. tom. 1. allegat.*
3 *67. num. 57. & 58.* & iſte, qui impetrat à Principe, vt in cauſa criminali per procuratorem poſsit ſe defendere, poterit etiam alia pars illum per procuratorem accuſare, vt docet Valaſc. Senior *conſult. 25. n. 7.*

4 Limita ſupradictam principalem concluſionẽ non procedere ſi procurator admiſſus fuerit in criminalibus parte nihil opponente, ex hoc enim proceſſum cum eo factum minime eſſe nullum tenent Gomez *d. cap. 1. num. 16.* Perez. *d. l. 1.* Clar. *d. q. 32. num. 24.* Mench. *vſufreq. cap. 21.* Cald. Pereira *de extinct. emphit. cap. 17. num. 10. & in d. comment. ad l. vnicam, C. ex delic. defunc. p. 2. num. vlt.* Farin. *d. q. 99. num. 242. cum ſeqq.* Cened. *d. collect. 3. num. 2.*

5 Secundo limita in carcerato in alio loco extra iudicis territorium, vt tenent Clar. *d. q. 34. nu. 5.* Mench. *vſufreq. cap. 37. num. 4.* Rebuff. *in tract. excep. nu. 304.* Menoch. *d. q. 80. nu. 87.* Cald. Pereira *d. p. 2. num. 65. cum ſeqq.* Farin. *q. 11. num. 54. & d. q. 99. num. 134. cum ſeqq.* Sublimita ſi carceratio fuerit procurata alio in loco ad finem non comparendi, vt docent Surd. *deciſ. 262. num. 16.* Farin. *q. 34. à num. 87. & d. q. 99. num. 296.*

6 Tertio limita in vniuerſitate, quæ poterit per procuratorem ſe defendere ſi accuſetur, Bal. *in l. ſeruum quoque, §. publice nu. 22. ff. de procur.* Capic. *deciſ. 5. in princ.* Farin. *d. q. 99. nu. 248. cum ſeqq.* idem ſi accuſet, *ex Bald. in l. 3. n. 35. C. de accuſat.*

7 Quarto limita in domino reſpectu ſui ſerui, vt per Cald. Pereira *d. p. 2. num. 64.* Farin. *conſ. 35. num. 6. & d. q. 99. num. 154.* vbi *num. 169.* idem tenet in patre, & marito, pro filio, & vxore.

8 *Vt poſſent illum aliquatenus excuſare.* Notatur ad hoc quod in cauſa criminali admitti poteſt procurator ad allegandas iuſtas abſentiæ cauſas, & legitima impedimenta facti, vel Iuris, vt per Couar. *in cap. alma mater de ſententia excom. lib. 6. p. 1. §. 7. nu. 11. col. 4.* Clar. *d. q. 34. num. 5.* Maranta *de ordin. Iudic. 4. p. princip. diſt. 1. n. 58. cũ ſeqq.* Menoch. *d. q. 8. n. 48. & 49.* Rebuff. *in tract. excep. n. 305. & in declarat. arboris, n. 20.* Parlad. *d. c. 20. n. 5. cum ſeqq.* Mench. *vſufreq. c. 17. n. 3.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 4. coll. 1035. verſ. limita ſecundo,* Sebaſt. Næu. *ad l. penul. §. crim. ff. de publ. iudic.* Farin. *d. q. 99. nu. 211. cũ ſeqq.* Valaſc. *conſul. 66. n. 14.* Camill. Borel. *in ſum. omn. dec. tit. 66. n. 122.* Vtrum autẽ admittatur defenſor, vide Parlad. *d. cap. 2. n. 2.* Ceual.

commun. contra com. q. 237. num. 2. Farin. *conſil. 35. num. 2. & 3.* & an admittatur procurator ad allegandas exceptiones, quæ tangunt crimen vide eund. Farinac. ſæpe citata *q. 99. n. 48. cum ſeqq.* & *n. 212. & 214. cum ſeqq.* vbi negatiue reſoluit, ſecus dicens ſi crimen non tangant, & de opponente incompetentiam iudicis.

10 In gloſ. [Propter contumaciã, fin.] (*ibi aliàs punitur &c.*) Et ſic hoc caſu ſi citato eſt nulla non videbitur cõparens illã validare per cõparitionem, vt docent Tiraq. *de retract. tit. 1. §. 9. gl. 2. num. 19.* D. Barboſa *in l. alia §. eleganter, n. 6. ff. ſol. Matrim.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Tallionis pœna qua remiſsine.*
3 *Crimina quando opponuntur contra Clericos, aut monachos teſtificantes ad eos repellendos a teſtimonio, laici teſtes contra ipſos tunc poſſunt admitti.*
4 *Accuſator arbitrio iudicis puniendus eſt.*
5 *Beneficijs obtentis nunquam quis priuatur propter infamiam facti.*
6 *Iudicis arbitrio relinquitur quod in Iure expreſſum non eſt.*
7 *Iudicis arbitrio quoties aliquid committitur eſt locus appellationi, intellige vt ibi.*
8 *Appellatio ſeu prouocatio non admittitur à pœna legis.*

Cap. Super his. XVI.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar Bellem. Io And Anania Anch. Butr. Bero. Mar. Socin. Felin. Panorm. Henric. Hoſtienſ. Ximen. Toletan. *in concord. vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in ration. lib. 5. Iuris Pontif pag. 9.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 610.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 1. cap. 3.*

De materia inſcriptionis, & pœna tallionis, de qua agit tex. an hodie locũ habeat, tradunt præter DD. hic, Caſſan. *in conſuetud. Burgund. rub. 1 tit. des iuſtices, nu. 15. fol. 14.* Duen. *reg 27.* Cou. *lib. 2. var. cap. 9.* Clar. *§. fin. nu. 12.* & Baiard. ad eundem *q 81. num. 1.* praxis Epiſcopal. *p. 1. verbo accuſatio §. 4.*

3 *Vel teſtificatione, &c.* Notatur ad hoc quod quando opponuntur crimina contra Clericos, aut Monachos teſtifiantes ad repellendũ eos à teſtimonio, tunc contra ipſos poſſunt admitti teſtes laici, cum talis cauſa ſit ciuilis, non autem criminalis, quia agitur de crimine per viam exceptionis, & non ad pœnã ordinariam, ſed ad repellendum teſtimonium, vt per Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 2. q. 10. art. 5. col. 2.*

4 *Ad pœnam ſecundũ arbitriũ, &c.* Notatur ad hoc quod arbitrio Iudicis puniendus eſt accuſator vt per Couar. *lib. 1. var. cap. 9. num. 1.*

5 *Sed non deijcit iam promotum.* Notatur ad hoc quod propter infamiam facti nunquam quis priuatur iam obtentis beneficijs vt per D. Barboſ. *in l. cum Prætor §. vlt. num. 193. ff. de iudic.*

6 In gl. [Arbitrium] ibi (*expreſſa non eſt in Iure arbitrio iudicis relinquitur*) Et ideo arbitrio iudicis relinquitur quod Iure definitum nõ eſt, Menoch. *de arbitr. lib. 1. in procem. nu. 5. & q. 14. à nu. 3.* Moneta *de diſtribut. quoti l. p. 3. q. 10. num. 4.* vbi *nu. 5.* cum Menoch. oſtendit id locum habere non modo in iure ſcripto, ſed etiam in non ſcripto, ſeu conſuetudine, & *n. 7.* tenet procedere in pœnis, de quibus ſpecialiter loquitur hæc gloſ.

7 In ead. gloſ. ibi (*& à tali pœna impoſita poteſt appellari, &c.*) Notatur ad hoc quod quoties aliquid committitur arbitrio iudicis eſt locus appellationi, vt per Cou. *vari. lib. 2. cap. 12. n. 5. verſ. ſecundo aduerſus* Peralt. *in l. 1. num. 35. ff. de legat. 2. Bernard. reg. 40.* Anton Gomez *vari. tom. 3. cap. 1. num. 63.* Octauian. *de decretis tit. 1. lib. 1. num. 8.* Farin. *in praxi crim. p. 1. q. 17. nu. 28.* præcipuè ſi cognoſcat vt iudex, ſecus ſi procedat vt vir bonus Sanch. *de Matrim. lib. 3. diſp. 10. num 1.* vel quando iudex indebitè procedit, & non ſecundum regulas Iuris, ſed ſolum ex opinione, vel ceruice ſua, poteſt merito in arbitrarijs ab eo appellari, & reclamari ad ſuperiorem, vt docent Hipp. *con. 42 nu. 8.* quamuis locum non eſſe appellationi cum iudex in arbitrio redargui non poſsit, teneant Menoch. *d. lib. 1. q. 70. num. 6. cum ſeqq.* Hieron. Magon. *Lucenſi deciſ. 42. n. 21. p. 1.*

8 In ead. gloſ. ibi (*ſecus à pœna expreſſa in Iure*) Notatur ad hoc quod à pœna legis non admittitur prouocatio, ſeu appellatio, vt per Perez *l. 1. col. 14. verſ. dubitatur inſuper, tit. 3. lib. 3. pag. 522. & in rub. tit. 9. lib. 8. Ordinam. pag. 218.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Occaſio aliquando in malam partem accipitur.*
3 *Iniuriæ naſci non debent vnde iura naſcuntur.*
4 *Reus iniuſte contra ordinem Iuris interrogatus tuta Conſcientia poteſt negare ſe non feciſſe crimen, de quo interrogatur.*
5 *Crimen aut perſona ſi ſit occulta non licet iudici inquiſitionem facere, ſed oportet præcedere infamiã.*

Cap. Qualiter. XVII.

1 SVper hunc text. ſcripſerunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel Bellem. Ioan. And. Anania Anch. Butr. Bero Mar. Soc. Felin. Panor. Aret. Henric. Hoſt. Xim. Tolet. *in cõcord. vtriuſq; Iuris cum legibus Caſtellæ p 1. & 2.* Viu. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 117.* Alagona

in com-

in compendio Iuris Canonici pag. 600. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 1. *cap.* 3.

2 *Qualibet occasione.* Ergo occasio in malam partem accipitur, de quo Tiraq. *in tract. cessante causa limit.* 13. *num.* 3.

3 *Ne inde nascantur iniuriæ vnde iura nascuntur.* Vide Aymon. *de antiqui tate temporum p.* 1. *cap.* 2. *ampl.* 13. *num.* 10. *cum seqq.* relatum *in libello de principys, vtriusq; Iuris lit. I. nu.* 23.

4 *Quæ inordinate sunt acta, &c.* Notatur ad hoc quod reus iniustè contra ordinem Iuris interrogatus, aut denunciatus tuta Conscientia, ac sine vllo peccato, etiam cum iuraméto asserere potest se nō fecisse crimē illud, vt docent Petr. Nauar. *de restit. lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 2. *num.* 136. *p.* 2. *& p.* 3. *dub.* 15. *num.* 349. Michael Salon 2. *secunda q.* 69. *art.* 1. *concl.* 2. *& art.* 2. *controuers.* 11. *& controuers.* 13. *concl.* 2. Valent. *tom.* 3. *disp.* 5. *q.* 13. *puncto* 2. quos refert & sequitur Sayr. *in claui Regia lib.* 11. *cap.* 5. *num.* 6. *vers. reus igitur.*

5 *Exceptis occultis criminibus.* Notatur ad hoc quod si crimen, aut persona est omnino occulta non licet iudici inquisitionem facere, sed oportet præcedere infamiam, qua iudex ad inquirendum moueatur, vt per Cened. *ad Decretal. collect.* 101. *num.* 7.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Dilatio prima ad probandum quando data fuit Reo poterit ipse cæteris dilationibus renuntiare, dummodo non sit in alterius præiudicium.*
3 *Interrogatus legitime tenetur sub peccato mort. veritatem fateri etiam cum periculo vitæ.*
4 *Actus si in se malus est ad malum in dubio est referendus.*
5 *Declaratio seu interpretatio fieri debet non perimendo sed exponendo quæ dicta sunt.*
6 *Confessio iurata potest reuocari prætextu erroris.*
7 *Falsum committit qui interrogatus veritatem occultat.*

Cap. Cum dilecti. XVIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Ioan. Andr. Anania Aretin. Anch. Butr. Bero. Mar. Soc. Felin. Panor. Henric. Host. Ximen. Tolet. *in concordantiis vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris pontif. par.* 11. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 610. refertur ab Ant. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 1. *cap.* 5.

Nec productioni testium renuntiare curauerit. Notatur ad hoc quod quando reo fuit data prima dilatio ad probandū, poterit ipse cæteris dilationibus renuntiare, vt per Couar. *de spons. p.* 2. *cap.* 8. §. 12. *num.* 16. sed in alterius partis inuitæ præiudiciū huiusmodi dilationi renūtiare nō poterit, nisi sibi cōcedatur iure speciali, scilicet restitutionis, tunc enim re integra illi renuntiari potest, & talis renuntiatio obest aduersario, vt docet Valasc. *consult.* 25. *num.* 11. & faciūt quæ Perez. *l. vlt. in fine pag.* 57. *tit.* 5. *lib.* 3. *Ordin.* Azeued. *l.* 3. *tit.* 8. *lib.* 4. *noua recop.* Gutier. *pract. lib.* 2. *q.* 32. *n.* 3.

3 *Nisi ad quæsita solummodo respondere, &c.* Notatur ad hoc quod legitime interrogatus tenetur sub peccato mort. veritatem fateri etiam cū vitæ periculo, vt per Sot. *de iustit. lib.* 5. *q.* 6. *art.* 1. *&* 2. *concl.* 5. *in fine & in relect. de tegendo secreto memb.* 2. *q.* 7. *concl.* 1. Nau. *manuali cap.* 18. *num.* 57. *& cap.* 25. *num.* 36. *& in cap. inter verba* 11. *q.* 3. *concl.* 6. *corol.* 50. *num.* 586. *& late corol.* 65. *num.* 725. Valent. *tom.* 3. *disp.* 5. *q.* 13. *puncto* 1. quos refert, & sequitur Sayr. *in claui Regia lib.* 12. *cap.* 16. *num.* 1.

4 *Cum excusationes, &c.* Notatur ad hoc quod si actus in se malus est ad malum in dubio est referendus, licet posit habere aliquam excusationem, vt per Tiraq. *de pœnis temper. in præfat. num.* 56. *& causa* 13. *num.* 16. tenet quod ea, quæ de sui natura mala sunt, & de genere prohibitorum aliquo casu possint excusari, contra ea tamen semper præsumitur.

5 *Sed exponant, &c.* Notatur ad hoc quod declaratio siue interpretatio debet fieri non perimendo sed exponendo quæ dicta sunt, vt per Tiraq. *in l. si vnquam C. de reuocandis donat. verbo libertis num.* 14

6 *Non obstantibus, &c.* Aduerte quod cōfessio iurata potest reuocari prætextu erroris vt per Gutier. *de Iuram. confirm. p.* 3. *cap.* 8. *nu.* 9. vbi respondet ad tex. in præsenti quatenus videbatur contrarium probare, quod Episcopus de quo hic, non contendebat confessionem suam tanquam erroneam reuocare, sed eam aliquo colore excusare, quæ sunt dissimilia.

7 In glos. [Meram.] Notatur ad hoc quod falsum committit, qui interrogatus veritatem occultat ac si mendacium dixisset vt per Cou. *vari. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Inimicus meus est qui cum meo inimico conuersatur.*
3 *Infamia debet præcedere inquisitionem.*
4 *Inquirere non potest superior de alys criminibus præter*

ter ea, de quibus testes deposuerunt.
5 *Conuersatione ex inhonesta sumitur contra aliquem argumentum.*
6 *Inimicitia, vt repellat testem à testimonio debet esse capitalis.*

Cap. Cum oporteat. XIX.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabarel. Bellem. Io. And. Anania, Anchar. Aretin. Butr. Bero. Mar. Socin. Felin. Panorm. Henric. Hostien. Casal. *in annotat.* Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris, cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontific. pag.* 11. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 611. refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 1. cap. 6.*

2 *Et cum eius hostibus conuersentur.* Ergo ille, qui cum meo inimico conuersatur, meus inimicus est, ad quod plures citaui Doctores ad *cap. repellantur in princip. sup. hoc tit.*

3 *Discretioni vestræ mãdamus, &c.* Notatur ad hoc, quod fama, seu infamia debet præcedere inquisitionem, alias inquisitio non procedit, vt per Duen. *reg. 298. in princip.* & plures alios apud Cened. *ad Decretal. collect.* 101. *num.* 7.

4 Notatur etiam ad hoc quod generaliter non potest superior inquiri de alijs criminibus præter ea de quibus testes deposuerant, vt per Farin. *in praxi crimin. par. 2. q. 37. num.* 169. Aldret. *de religiosa disciplina tuenda lib. 1. cap. 11. num.* 12.

5 In glos. [Hostibus. 1.] ibi (*& est argumen. contra aliquem ex inhonesta conuersatione.*) Notatur ad hoc quod ex inhonesta conuersatione sumitur contra aliquem argumentum, iuxta citatos DD. *ad cap. veniens 9. de eo, qui cogn. consanguineã.*

6 In glos. [Inimicos] ibi (*& videtur quod capitales.*) Notatur ad hoc quod inimicitia, vt repellat testem à testimonio, debet esse capitalis, vt per Mascar. *de prob. concl.* 857. *num.* 55. & 56. Inimicitiæ autem capitales quæ dicantur vide *glos. verbo capitales, in l. licet, ff. de arbitr.* Menoch. *de arbitr. casu 239. num. 8. &* 11. Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 3. q. 15. artic.* 3. Flamin. *de resig. lib. 5. q. 3. n.* 258. Cardos. *in praxi Iudic. verbo inimicitia, & verbo testis nu.* 15. Farin. *in praxi crim. q. 49. à princ.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Concubinarius publicus à testimonio repellitur.*
3 *Concubinarius publicus quis dicatur, ostenditur.*
4 *Concubinarij publici vt incurrant pœnas statutas in Concil. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 14. pro forma requiritur monitio specialis in ipsam personam facta, nec suffragatur monitio generalis facta in Synodo.*
5 *Concubinarius clericus etiam publicus non est ipso Iure beneficijs priuatus, nec venit priuandus, nisi quando post legitimas monitiones indurato animo in concubinatu persistit.*

Cap. Cum dilectus. XX.

1 SVper hunc tex. scripserũt Abb. antiq. Collect. Innocen. Zabarel. Bellem Io. And. Anania, Anch. Butr. Bero. Mari. Socin. Felin. Panorm. Aretin. Henric. Hostien. Ximen Toletan. *in concordantijs vtriusq. Iuris cum legibus Castell. par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iur. Pontif. pag.* 12. Alagona *in comp. Iur. Canonic. pag.* 611. refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 1. cap. 1.*

2 *Publicè concubinarios.* Ideo etiam publicus concubinarius à testimonio repellitur, prout docent Rebuff. *in tract. de reprob. test. num.* 93. Farin. *in praxi crimin. par. 2. quæst. 56. num. 284. cum seqq. & par. 4. decis. 40. nu. 2. & decis.* 125. Bellet. *disquisit. clerical. par. 1. tit. de clerico teste §. 2. nu.* 12.

3 Quis autem dicatur publicus concubinarius declarat Concil. Basilien. *sess. 20. in princip.* per hæc verba. Publici concubinarij intelligendi sunt non solum hi, quorum concubinatus per sententiam aut confessionem in Iure factam, seu per rei euidentiam, quæ nulla possit tergiuersatione celari, notorius est, sed qui mulierem de incontinentia suspectam, & infamatam tenet, & per suum superiorem admonitus ipsam cum effectu non dimittit, refert Bernard. *in pract. cap. 82 nu. 1. in nouiss. edit.* Vide Bellet. *disquisit. clerical. par. 1. tit. de disciplina cleric. §. 5. nu.* 45. Et de pœnis contra clericos concu-
4 binarios vide Concil. Triden. *sess. 25. de reformat. cap.* 14. & Doctores ibi per me citatos, quo attento ad incidendum in pœnas contra clericos concubinarios latas monitionem specialem in ipsam personam factam pro forma exigi, nec suffragari monitionem generalem factam in Synodo, etsi vim trinæ monitionis obtineat, resoluit Aloys. Ricc. *in praxi fori ecclesiastic. decis. 359. in 1. edit. & resol. 307. nu. 3. in 2. edit. & nu.* 4. asserit procedere etiam in clerico concubinario notorio, qui absque prædicta monitione beneficijs priuari non potest: quæ quidem monitiones contra concubinarios non tantum in visitatione, sed & alijs quoque temporibus fieri possunt, Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 4. tit. 5. de stupro l. vni. nu.* 5. vbi *n.* 6. quod arbitrio Episcopi relinquitur quod tempus inter vnam, & aliam monitionem intercedere debet, & *nu.* 7. quod potest Episcopus cõtra hos procedere incarcerando quando time-
5 tur de fuga. Et iam hodie clericus concubinarius etiam publicus non est ipso iure beneficijs priuatus, nec venit priuandus, nisi quando post legi-

legitimas monitiones indurato animo in concubinatu persistit Farin. *lib. 1. cons.* 80. vbi adducit Rotæ decisionem.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Homicida quantumuis occultus est irregularis.*
3 *Clericus propter homicidium non degradatur.*
4 *Inquisitionis via, qui damnatur non punitur pœna ordinaria, sed mitiori, & sic arbitraria.*
5 *Executio post peractam pœnitentiam in nullo occulto crimine impeditur, præterquam in homicidio.*
6 *Infamia quænam sit sufficiens, & quis rumor frequens arbitrio prudentis relinquitur.*
7 *Diffamatus vt quis dicatur, non sufficit quod duo, vel tres testes deponant vidisse crimen perpetrari, sed necessarium est, quod rumor, & fama ad maiorem congregationis partem deuenerit.*
8 *Fama in inquisitione requiritur.*
9 *Iudex quamuis sciat crimen subditi, non potest ex officio procedere ad eum accusandum per viam inquisitionis antequam ille accusetur.*

Cap. Inquisitionis. XXI.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Collect. Innocent. Zabarell. Bellem. Ioan. Andr. Anania, Anch. Butr. Bero. Mar. Soc. Aretin Felin. Panor. Henric. Hostien. Casal. *in annot.* Ximen. Tolet. *in cōcordantiis vtriusq; Iuris cū legibus Castellæ par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 11. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 611. refertur ab Ant. August. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 1. *cap.* 2.

2 *Putà si homicidium commisisset.* Ergo homicida quantumuis occultus est irregularis, vt per Henriq. *in summ. lib.* 14. *cap.* 19. *lit. C.*

3 *Quod deponeret accusatum.* Notatur ad hoc quod clericus propter homicidium non degradatur, vt per Clar. §. *homicidium nu.* 16. *vers. de iure autem Canonico*, Farinac. *in praxi crimin. par.* 3. *q.* 119. *nu.* 46.

4 *Pœnam poterit iudicantis discretio moderari.* Notatur ad hoc quod ille, qui damnatur per viam inquisitionis non punitur pœna ordinaria inducta à lege pro illo crimine, sed mitiori pœna, & sic arbitraria, vt per Marantam *de ordine iudic. p.* 4. *dist.* 10. *nu.* 6. pœna enim mitior magis imponitur per viā inquisitionis, quam per viam accusationis, vt per Tiraquel. *de pœnis temper. causa* 53. *à princ.*

5 In glos. [Si homicidium,] ibi (*in nullo occulto crimine impeditur executio post peractam pœnitentiam præterquam in homicidio*) Defendit Perez *l.* 3. *gl.* 1. *pag.* 98. *tit.* 4. *lib.* 8. *Ordin.*

§. Tertiæ.

6 *Vtrum cum duo, vel plures, &c.* Aduerte arbitrio prudentis Iudicis relinqui discernere quænam infamia sufficiens sit, & quis rumor sit frequens, consideratis circunstantiis loci, temporis, personarum, &c. & non requiritur ad infamiam testes esse occultos, satis namque est quod à bonis viris fide dignis audierint, vel indicia, & coniecturas sufficientes habuerint, vt per Sayr. *in claui Regia lib.* 12. *cap.* 10. *nn.* 13. Coriolan. *de casibus res. ru. par.* 2. *casu* 5. *nu.* 3. Vnde vt quis dicatur diffamatus, non sufficit quod duo, vel tres testes deponant

7 vidisse crimen perpetrari, sed necessarium est, quod rumor, & fama ad maiorem congregationis partem deuenerit, & ita sit exorta infamia, non à maleuolis, sed à viris probis, eamque sæpe superior audierit, & non semel tantum, quod clamor innuit, & diffamatio clamat, vt docent Roland. *cons.* 30. *nu.* 9. *vol.* 3. Lessi *de iustit. lib.* 2. *cap.* 29. *dub.* 15. Farin *in praxi crimin. par.* 1. *q.* 9. *nu.* 1. Aldret. *de religiosa disciplina tuenda, lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 9.

8 *Cum inquisitio fieri debeat solummodo, &c.* Notatur ad hoc quod in inquisitione requiritur fama, vt per Duen. *reg.* 298. *in princ.* Maranta *de ordine iudic. par.* 6. *princip. tit. de inquis. nu.* 19. Clar. §. *fin. q.* 6. *in princ.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 78. *num.* 1. Farin. *d. par.* 1. *q.* 1. *nu.* 50.

9 *Nō sufficere ad inquirendū, &c.* Notatur ad hoc, quod licet iudex sciat crimen subditi, sciatq; etiam esse duos, vel tres, aut quatuor testes conscios criminis, per quos probari valeat delictum alicuius, non tamen procedere potest ad eum puniendum ex officio via inquisitionis, antequam ille accusetur, vt per Sayr. *d. cap.* 10. *nu.* 20.

10 *Nec ad petitionem eorum, qui libellum, &c.* Vide Ceual. *comm. contra comm. q.* 821. *nu.* 20.

11 In glos. [Solummodo.] De infamia, vide Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 2. *q.* 21. *art.* 6.

12 In glos. [Dicta paucorum, fin.] Notatur ad hoc quod testis deponendo super infamia debet testificari quod est infamia inter maiorem partem hominum, vel viciniæ illius loci, in quo erat fama, & à maiori parte audiuerit, vt docet Mascard. *de probat. concl.* 895. *nu.* 12.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Cardinalis potest vt suspectus recusari, si non sit Legatus de latere.*

3 Ex-

3 *Exceptio declinatoria fori, quæ reddit iudicium ab initio nullum, potest quandocunq; etiam post sententiam opponi.*
4 *Princeps non tenetur iuris ordinem non seruare.*
5 *Princeps potest iudicare sola facti veritate inspecta.*
6 *Periurus non est ipso iure beneficijs priuatus.*
7 *Restitutio ante omnia concedenda non est, cum scandalum inde est futurum.*
8 *Connexitatis ratione non procedit regula res inter alios, &c.*

Cap. Ad petitionem. XXII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Collec. Innoc. Zabarel. Bellem. Io. And. Anania. Anchar. Butr. Ber. Mar. Socin. Felin. Aretin. Panor. Henric. Hosti. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rational. lib. 5. Iuris Pontif. pag. 15.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 612.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 1. cap. 3.*

2 *Asserens habere suspectum, &c.* Ergo Cardinalis potest, vt suspectus recusari de quo vide Boer. *decis. 289. in fine.* Si vero sit Legatus de latere non poterit recusari, vt tenent Nauar. *cons. 1. de appell. in antiq.* Fr. Paulin. Berti Lucen. *in praxi crimin. regul. lib. 3. cap. vnico, num. 13.* Iacob. de Laurent. *de Iudice susp. cap. 2. nu. 20. cum seqq.* Steph. Grat. *discept. foren. cap. 4. num. 23. cum seqq.*

3 *Cum igitur, &c.* Notatur ad hoc, quod exceptio declinatoria fori, quæ reddit iudiciũ ab initio nullum, ex defectu iurisdictionis, quæ nec prorogari potuit, nec prorogata censetur, potest quandocunque etiam post sententiam opponi, & impedit executionem illius sententiæ à qua non possit alioquin appellari, vt per Couar. qui hunc tex. dicit optimum, *pract. cap. 33. num. 2. in princip.* D. Barbosa *in l. 1. ff. de iudic. tract. 4. num. 45.* Cabed. *Lusit. decis. 22. num. 9. par. 1.* Ordinatio regia Lusitanorum, *lib. 3. tit. 49. §. 2. prope fin.* ibi, e elle for capax de prorogaçam, vbi Parens meus.

4 *Etsi restituendus foret.* Notatur ad hoc quod Princeps non tenetur seruare Iuris ordinem, vt docet *glos. 6. col. 6. ad fin. in l. 1. tit. 4. lib. 1. fori legum*, Perez. *l. 10. per tex. ibi glos. 1. titul. 4.*
5 *lib. 2. Ordin.* Potest enim iudicare sola facti veritate inspecta etiamsi iudiciarius ordo sit omissus, vt per Palat. *in repet. cap. per vestras de donat. inter virum, §. 34. nu. 10. & 11.*

6 *Per sententiam amouentes, &c.* Aduertendum quod periurus non est ipso iure beneficijs priuatus, vt per citatos *ad cap sequens in princip.* quamuis contrarium teneat Rebuff. *de pacificis possess. num. 223.* vbi in vers. *opposuit* respondens ad tex. in præsenti asserit, verba amouere, & spoliari, debere intelligi secundum materiam subiectam.

7 In glos. [Restituendus,] ibi (*& forte propter scandalum, &c.*) Notatur ad hoc quod non est ante omnia concedenda restitutio, cum scandalum inde est futurum, vt per Menoch. *remed. 1. recup. nu. 319.*

8 In glos. [Per consequentiam.] Notatur ad hoc quod ratione connexitatis non procedit reg. res inter alios acta, &c. vt per Tiraquel. *super eundemmet tit, res inter alios acta, limit. 22. pag. mihi 28.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Beneficij Ecclesiastici collatio periuro facta auctoritate litterarum Apostolicarum est nulla.*
3 *Periurus an sit ipso iure priuatus beneficijs, an veniat priuandus remissiuè.*
4 *Homicida est beneficiorum incapax.*

Cap. Accedens. XXIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Collect. Innocent. Zabarel. Bellem. Ioan. Andr. Anania, Anchar. Butr. Bero. Aretin. Mar. Socin. Felin. Panormit. Henric. Hostien. Ximen. Toletan. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viu. *in ration. lib. 5. Iuris Pontif. pag. 16.* Alag. *in compend. Iuris Canon. pag. 613.* refertur ab Anton. August. *collect. 4. Decretal. lib. 5. sub tit. de concess. præben. cap. 3.*

2 *Videlicet periuro.* Ergo beneficij Ecclesiastici collatio periuro facta auctoritate litterarum Apostolicarum est nulla, de quo vide Nicol. Mil. *in repert. verb. periurus.* Clar. §. *periurium vers. item Clericus.* Bernar. *in prac. cap. 95. in fin. secundum nouam impress.* Lambert. *de iurepatron. par. 1. lib. 3. q. 9. artic. 15.* optime Couar. *in cap. quamuis pactum par. 1. §. 7. nu. 3.*

3 An autem periurus sit ipso iure priuatus beneficijs, an vero priuandus vide Bernard. & Lambert. citatis locis, Gutier. *canon. lib. 2. cap. 5. nu. 95. cum seqq.* Soar. *de religion. tom. 2. tract. 5. lib. 3. cap. vlt. nu. 6. 17. 21. & 22.* Camill. Borell. *in summ. omn. decis. tit. 62. num. 23.* plures refert Doctores. Nicol. Garc. *de benefic. par. 11. cap. 10. nu. 166. cum seqq.*

4 *Et homicidio.* Notatur ad hoc quod homicida est beneficiorum incapax, vt per Rebuff. *de pacif. possess. nu. 210.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Episcopi quasi signum sunt positi ad sagittam.*
3 *Iudex, & accusator debent esse diuersæ personæ.*
4 *Iudex contra neminem potest procedere ad accusationem, nisi adsit aliquis accusator.*
5 *Inquisitio nõ præcedẽte fama nulla est, & inualida.*

6 Sta-

6 *Statutum mandans posse de delicto inquiri contra non diffamatum non valet.*
7 *Fama vehemens, & à clamosa insinuatione procedens, requiritur, vt inquiratur contra infamatum.*
8 *Iudex habens à Statuto, seu Principe plenum arbitrium in procedendo, & puniendo delinquentes, adhuc non præcedente infamia inquirere nequibit.*
9 *Infamatio Inquisitionem præcedere debet, siuè iudex procedat ad partis querelam, siuè etiam ex officio.*
10 *Fama præcedens inquisitionem debet ortum habere à fide dignis, & non maleuolis personis.*
11 *Iudici asserenti in inquisitione famam præcessisse non creditur, nisi de ea aliunde appareat per testes.*
12 *Iudex nulla præcedente diffamatione in crimine hæresis, vel læsæ Maiestatis procedere potest.*
13 *Inquisitio fama non præcedente, si pars non opponat, valet.*
14 *Delegatus à Principe sicut ipse Princeps potest inquirere non præcedente diffamatione.*
15 *Inquisitio, quæ fit contra officiales, & eius familiam, ac ministros in sindicatu, etiam fama non præcedente valet.*
16 *Magistratus ex vsu vbique terrarum recepto ad crimina punienda, quæ probari possunt, nulla præcedente infamia procedunt.*
17 *Inquisitio contra regulares non debet fieri nulla præcedente infamia.*
18 *Iudex tanquam suspectus in causis criminalibus potest recusari.*
19 *Clericorum status, Monachorum statu honorabilior est.*

ij. Cap. Qualiter, & quando. XXIV.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Collect. Innocen. Zabarell. Bellem. Ioan. Andr. Anania, Anch. Butr. Bero. Mar. Soc. Felin. Panor. Henric. Aretin. Host. Casal. *in annotat.* Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 17. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 613. desumitur ex Concil. generali Lateran. sub Innocen. III. *cap.* 8. & refert tamen initium huius tex. ab Anton. August. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 1. *cap.* 3. & 4.

2 ***Qui quasi signum sunt positi ad sagittam.*** Concordat Concil. Trid. *sess.* 13. *cap.* 6. *in princip.* Azeued. *l.* 4. *n.* 3. *tit.* 7. *lib.* 3. *noua recopil.* & D. Ambrosi. *de dignitate Sacerdotali lib.* 6. quem refero Ego ipse *de officio & potest. Episcopi par.* 1. *tit.* 1. *cap.* 5. *nu.* 21.

3 ***Non tanquam idem sit accusator, & iudex.*** Ergo idem non debet esse accusator, & iudex, sed in libello accusatorio scribi debent nomen accusatoris, & Iudicis, vt aduertit Coriolan. *in tract. de casibus reseruatis iuxta regulam Clementis VIII. regularibus præscriptam par.* 2. *casu* 5. *de accusat. num.* 1. vbi *num.* 4. aliquos refert casus in quibus possunt Iudices procedere cõtra reum quãuis non adsit accusator. Iudex enim contra 4 neminem potest procedere ad condemnationem nisi adsit aliquis accusator *cap. si quis potestatem* 23. *q.* 4. Coriolan. *d. casu* 5. *sub tit. de inquisitione particulari nu.* 11.

5 ***Denuntiante fama, &c.*** Notatur ad hoc quod inquisitio non præcedente fama nulla est, & inualida, quia contra non infamatum non potest inquiri, vt per Duen. *reg.* 298. Clar. *lib.* 5. *§. fin. q.* 6. Hippol. *cons.* 40. *n.* 7. *cum seqq. & cons.* 48. *n.* 10. *cum seqq. & cons.* 49. *n.* 7. *& cons.* 50. *nu.* 1. *cum seqq. & cons.* 53. *n.* 4. *cum seqq. & cons.* 63. *n.* 4. *& cons.* 64. *n.* 35. *& cons.* 76. *n.* 5. *& cons.* 78. *n.* 2. *& cons.* 82. *nu.* 16. *& cons.* 117. *n.* 6. *& cons.* 128. *num.* 1. *& cons.* 130. *nu.* 5. Menoch. *cons.* 100. *num.* 58. *cum seqq.* Sayro *in claui Regia lib.* 12. *cap.* 10. *num.* 19. *cum seqq.* Bonacos. *communium criminal. par.* 2. *verbo diffamatio fol.* 23. latissime Farin. *in praxi crimin. par.* 3. *quæst.* 9. *num.* 1. *cum seqq.* Cabed. *par.* 1. *decis.* 78. *nu.* 2.

6 Amplia primo, vt non valeat statutum mandans posse de delicto contra non infamatum inquiri, vt per Hippol. *cons.* 79. *num.* 5. *& cons.* 82. *num.* 20. *& cons.* 117. *nu.* 10. *& cons.* 130. *num.* 9. Duenh. *reg.* 298. *ampl.* 2. Hieron. Magon. *Lucensis decis.* 22. *n.* 13. *in fine par.* 1. Farin. *d. q.* 9. *n.* 3.

7 Amplia secundo, vt fama præcedens inquisitionẽ nõ sufficiat simplex, sed debeat esse vehemẽs, & à clamosa insinuatione procedens, sæpius ad iudicis aures deueniens, & talis quod scandalum generaret, nisi iudex inquireret, vt per Clar. *d. q.* 6. *vers. quæro nunc*, Maran. *de ordine iudic. par.* 6. *tit. de Inquisit. nu.* 19. Farin. *d. q.* 9. *nu.* 5.

8 Amplia tertio, vt procedat etiam in iudice, qui à statuto seu Principe plenum haberet arbitrium in procedendo, & puniendo delinquentes, adhuc enim non præcedente infamia inquirere minime poterit, vt per Hippol. *sing.* 14. *& cõs.* 25 *nu.* 5. *& cons.* 48. *num.* 10. *& cons.* 50. *num.* 3. *& in practi. §. constante num.* 12. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *q.* 78. *nu.* 2. Farin. *d. q.* 9. *nu.* 2.

9 Amplia quarto, vt diffamatio præcedere debeat siue iudex procedat ad partis querelam, & accusationem, siue etiam ex officio, vt per Bonacos. *communium crimin. par.* 1. *verbo inquisitio est nulla pag.* 93. plures refert Farin. *d. q.* 9. *nu.* 4.

10 Amplia quinto, vt fama præcedens inquisitionem debeat ortum habere à fide dignis, & non maleuolis personis, aliàs non sufficit, vt ex ea formetur inquisitio, vt per Hippol. *in practic. §. constante nu.* 33. *& consil.* 118. *nu.* 5. *& cons.* 120. *nu.* 27. *& cons.* 130. *num.* 6. *& cons.* 134. *num.* 6. Farin. *d. q.* 9. *nu.* 6. *&* 7. resoluit quod non cre-
11 ditur iudici asserenti in inquisitione famam præcessisse, nisi de ea aliunde appareat per testes, scilicet particulariter super fama receptos, & *nu.* 8. quod inquisitio nulla ob defectum præcedentis

dentis famæ non conualidatur etiam quod postea testes in ea producti plene probauerint delictum, de quo inquisitus non erat infamatus.

12 Limita primo in crimine hæresis, vel læsæ maiest. in quo etiam nulla præcedente diffamatione ad inquisitionem iudex procedere potest, vt per Clar. *d. q. 6. vers. item scias*, Menoch. *cons.* 100. *num.* 64. *cum seqq.* Decian. *cons.* 18. *à num.* 42. Farin. *d. q.* 9. *nu.* 14. *&* 15. Sayro *d. lib.* 12. *c.* 11. *nu.* 11. *cum seqq. & cap.* 15. *n.* 8. P. Martin. *Delri. disquisit. magic. lib.* 5. *q.* 7. *pag.* 444.

13 Limitatur secundò parte non opponente de præcedente infamia, tunc enim valet, & tenet inquisitio etiam fama non præcedente, vt per Clar. *d. q. 6. vers. vlterius scias*, Duenh. *reg.* 298. *limit.* 1. Farin. *d. q.* 9. *nu.* 12.

14 Limita tertiò in inquisitione formata de Principis mandato, & scientia, sicut enim Princeps potest inquirere non præcedente diffamatione, ita pariter poterit eius delegatus, vt per Duenh. *reg.* 298. *limit.* 7. Clar. *d. q.* 6. *vers. præterea scias*. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 78. *nu.* 4. Farin. *d. q.* 9. *nu.* 13. vbi etiam sublimitat in inquisitione facta de Principis mandato Motu proprio emanato, secus si ad postulationem partis.

15 Limita quarto non procedere in inquisitione, quæ fit contra officiales, & eius familiam, & ministros in syndicatu finito officio, quæ & generaliter & specialiter etiam fama non præcedente indistincte contra eos formari potest, vt per Clar. *d. q. 6. vers. cæterum*, Duen. *reg.* 298. *limit.* 10. Farin. *d. q.* 9. *nu.* 16. vbi *nu.* 17. resoluit quod quando aliquis denuntiatur de crimine per aliquem probum virum prædicta denunciatio est sufficiens, vt inquiratur contra eum super infamia tantum, & non super crimine, sed reperta infamia potest inquiri de crimine.

16 Hodie communi vbiq; terrarum vsu receptū est, vt magistratus ad crimina punienda procedant etiam occulta, quæ probari possunt nulla præcedente infamia, vel ex officio, vel ad fiscalis denuntiationem, Clar. *lib. 5. §. fin. q. 3. nu.* 5. *& q. 6. num.* 1. Bernard. *in pract. cap. 6. num.* 3. Farin. *d. q.* 9. *à nu.* 20. & hoc iure Hispania vtitur ex *l.* 1. *& 6. tit.* 1. *lib. 8. noua recop.* vnde recte Lessi. *de iustit. lib. 2. cap. 29. dub. 13. num.* 432. hanc praxim sustineri posse autumat in delictis, quæ Rempub. turbare solent, & quando nō tam ad punitionem proceditur, quàm vt bono communi consulatur, & maleficia impediantur, vt Resp. criminibus purgetur.

17 *Contra Regulares, etc.* Notatur ad hoc, quod contra Regulares non debet fieri inquisitio nulla præcedente infamia, vt per Duen. *reg.* 298. *limit.* 11. vbi etiam asserit quod *cap. in singulis supra de statu Monach.* loquitur quando illa inquisitio fit per visitatores. Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 2. q. 19. art.* 6.

18 In glos. [Ad inquirendum.] ibi (*Item si ille, &c.*) Notatur ad hoc quod in causis criminalibus iudex potest tanquam suspectus recusari, vt per Clar. *in §. fin. quæst.* 43. *à princip.*

19 In glos. [Facilius, fin.] Notatur ad hoc quod clericorum status, monachorum statu honoratior est, quod illi non vitæ contemplatiuæ tantum, verum etiam actiuæ inseruiunt, hi autem contemplatiuæ dumtaxat, sicq; in honoribus inferiores sunt, vt per Mench. *controu. illustrium in præfat. num.* 95. vide D. Thom. 2. 2. *q.* 184. *per totam, & q.* 186. *art.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Concil. prouinciale quando celebratur debent Prælati intendere de corrigendis excessibus, & moribus reformandis.*
3 *Archiepiscopus solus potestate caret condendi statuta totam prouinciam obligantia.*
4 *Archiepiscopi attento Iure Concil. Trident. possunt visitare prouinciā, & inquirere de criminibus, etiā si non appareat de negligentia suffraganeorum.*
5 *Testes Synodales, qui de ordine Episcopi visitant diæcesim, aluntur ab Ecclesijs visitatis.*

Cap. Sicut olim. XXV.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabarel. Bellam. Io. Andr. Anan. Anch. Butr. Beror. Aretin. Mar. Soc. Felin. Panor. Henr. Host, Ximen. Tolet. *in concordant. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. *&* 2. Viuian. *in ration. lib. 5. Iuris Pontificij pag.* 18. Alagona *in compendio Iur. Canon. pag.* 614. desumitur ex Cōcilio generali Lateranen. sub Innoc. III. *cap.* 6. & refertur ab Anton. August. *collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 1. cap.* 5.

2 *Diligentem habeant, etc.* Notatur ad hoc quod quando Concilium prouinciale celebratur; debent Prælati intendere de corrigendis excessibus, & moribus reformandis, diligentemque præsertim in clero cum Dei timore habere tractatum, canonicas regulas, maxime quæ statuta sunt in generali Concil. Lateran. 2. relegentes, vt eas faciant obseruari debitam pœnam transgressoribus infligendo, vt aduertit Steph. Quaranta *in sum. Bullar. verbo Concilium prouinciale, num. 13. vers. trigesimo septimo quæro.*

3 *Canonicas regulas, etc.* Ergo Archiepiscopus solus potestate caret condendi statuta totam prouinciam obligātia, vt per Sanch *de Matrim. lib. 8. disput. 17. nu.* 36.

4 *Per singulas diæceses statuāt, etc.* hodie ex nouiori dispositione Concil Trident. *sess. 24. de reform. cap.* 3. possunt Archiepiscopi visitare prouinciam, & inquirere de criminibus etiam si non appareat de negligentia suffraganeorum, vide Cabed. Lusit. *decis. 78. nu. 3. vers. hinc etiam.*

5 In glos. [Statuant,] ibi *(moderatos tamen sumptus, &c.)* Notatur ad hoc quod testes synodales, qui de ordine Episcopi visitant diœcesim, aluntur ab Ecclesijs visitatis, vt per Surd. *de aliment. tit. 1. q. 64. nu. 18.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Monachus accusans Abbatem habet de bonis monasterij expensas non solum ad prosequendam litem, sed etiam pro illa exequenda.*
3 *Expensæ & sumptus ministrati monacho accusanti Abbatem non repetuntur, etiamsi monachus succumbat.*

Cap. Olim. XXVI. *Greg. ix.*

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Collect. Innocen. Zabarel. Bellem. Io. And. Anania, Anchar. Butr. Bero. Aretin. Mar. Socin. Felin. Panor. Henric. Hostien. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib 5. Iuris Pontif. pag. 19.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 614.*

2 *De bonis monasterij cum proprium non habeant ministrari.*

Notatur ad hoc quod Monachus accusans Abbatem habet de bonis monasterij expensas non solum ad prosequendam litem, sed etiam pro illa exequenda, vt per Palat. *in rep. cap. per vestras de donat. inter virum, & vxorem § . 39. num. 2.* vbi dicit hunc text. intelligendum quando lis mouetur ad vtilitatem monasterij principaliter & immediate, sic etiam vxori, & filio litiganti tenetur maritus, & pater alimenta præstare, vt docent Gonzal. *ad reg. 8. cancell. gl. 2. num. 45.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 33. num. 27. cum seqq. & cap. 236. à num. 34.*
3 Et huiusmodi sumptus, & expensæ non possunt repeti etiam si quis succumbat, Stephan. Grat. *locis proxime citatis*, prout etiam de alimentis lite pendente præstitis resoluit Surd. *de alimen. tit. 6. q. 20. nu. 1.*

De Calumniatoribus. Tit. II.

1 SVper hanc rubr. scripserunt Zabar Bellem. Io. Andr. Anan. Butr. Anchar. Felin. Panorm. Mar. Socin. Petrus de Rauenna *in compend. Iuris Canonici.* Martin. Mesnart. *in epith. Decret. fol. 172.* Steph. Ranch. *in continuat. tit. Decret.* Dan. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontif. pag. 605.* Goffred. & Host. *in sum. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germ. *in paratitlis ad quinque lib. Decretal. sub hoc tit.*

De materia huius tit. vide Bernard. *in pract. cap. 59. alias cap. 68. in nouissima edit.* vbi Salzed. Duen. *reg. 27. in princip.* Menoch. *de arbitr. casu 321. & 322.* Baiard. *ad Clar. §. fin. quæst. 62. nu. 15. cum seqq.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 2. quæst. 3. art. 1.* Farin. *in praxi crimin. par. 1. q. 16. à princip.* Aldret. *de relig. discipl. tuenda lib. 2. cap. 23. de calumniatorum pœnis.* Coriolan. *de casibus reseruatis iuxta regulam Clemen. VIII. regularibus præscriptam part. 2. casu 5. de accusat. num. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Clericus an verberari possit, ostenditur, & multa traduntur circa intellectum huius text.*
3 *Exilij pœnam Ecclesiastici Iudices clericis imponere possunt.*

Cap. Cum fortius. I. *Greg.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Io. And. Hostiens. Butr. Anchar. Anania, Mar. Socin. Henric. Felin. Panor. Aretin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rational. lib. 5. Iuris Pontif. pag. 21.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 616.* desumitur ex D. Gregor. *lib. 9. registri epistola 66.* refertur à Burch. *lib. 2. Decretorum cap. 201.* & ab Iuone *par. 6. cap. 274.* & ab Anton. Augustin. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 1. de accusat. cap. 2.*

2 *Et verberibus publicè castigatũ.*

Pœna hæc verberum intelligi potest de illa, quæ fit quando quis verberatur à Pœnitentiarijs, vt solet fieri per Pœnitentiarios Vrbis, nam ista potest imponi clericis, vt dicit Thomas de Argent. *in 4. distinct. 14. art. 6.* vel etiam intelligi potest, vt clericus causa disciplinæ possit verberari, prout intelligit Abb. *in cap. vniuersitatis, notab. 2. infra de senten. excommun.* Vel denique potest intelligi, vt fiat honeste intra septa Ecclesiæ secundum eund. Abb. *in cap. inter alia de immunit. Eccles.* ibiq; publice fieri dicitur si intra septa sint sex personæ, tex. *in cap. quis aliquando §. hæc ergo, de pœniten. dist. 1.* Prob. *in cap. 2. de consit. in 6. num. 67.* quicquid tamen sit, verum est tex. loqui de pœnitentia publica clericis infligi permissa absque ignominia, non autem de fustigatione cum ignominia more laicorum, quæ est grauior pœnitentia solemni, & hodie huiusmodi pœnam verberum generali consuetudine in clericis non seruari asserunt Clar. *§. fin. quæst. 70. vers. & etiam*, vbi particulariter loquitur de Mediolanensi dominio, & de Regno Franciæ, ac alijs locis, testatur Bernard.

in pract. vbi Salzed. *cap.* 135. *alias cap.* 137. ſecundum nouam impreſsionem: & in ſpecie quod clericis non ſit imponenda pœna ignominioſa, & non ſint publicè, ſicut alij plebei dehoneſtandi, tenet Perez *l.* 1. *titul.* 3. *lib.* 1. *Ordin.*

3 *In exilium deportari.* Ergo Eccleſiaſtici Iudices pœnam exilij clericis imponere poſſunt, vt per Bernard. & Salzed. *in pract. cap.* 137. ſecundum nouam impreſſ. Azeued. *l.* 3. *in fine tit.* 1. *lib.* 1. *nona recopil.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.* 2. *q.* 23. *art.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Calumniatores grauius ſunt puniendi, quouis alio delinquente.*
3 *Calumniatores vltra condemnationem expenſarum debent condemnari ad pœnam calumniæ, quæ eſt ſimilitudo ſupplicij.*
4 *Iudex poteſt procedere contra calumniatorem euidentem abſque accuſatore.*
5 *Calumniandi animum, non habuiſſe præſumitur, qui à fide dignis accepiſſe probabit.*
6 *Calumniari præſumitur accuſator eo ipſo, quod non probat propoſitam accuſationem.*
7 *Calumniæ, ſeu malitiæ præſumptio ceſſat in notorijs.*
8 *Accuſator in crimine læſæ Maieſtatis, & in crimine ſimoniæ, ſi non probat, non punitur de calumnia.*
9 *Calumniæ præſumptio ſublata omnino, & extincta per iuramentum cenſetur.*

Cap. Cum dilectus. II. & fin. *Innoc. iij.*

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarell. Bellem. Ioan. Andr. Hoſtien. Butr. Anchar. Anania, Mar. Socin. Henric. Felin. Aretin. Panorm. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 22. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 616. refertur ab Anton. Auguſtin. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 2. *cap.* 7.

2 De calumniatoribus quod grauius ſint pu-
niendi quouis alio delinquente dicit Menoch.
conſil. 2. *num.* 95. & quod vltra condemnatio-
3 nem expenſarum debent condemnari ad pœ-
nam calumniæ, quæ eſt ſimilitudo ſupplicij,
refert Baiard. ad Clar. §. *fin. quæſt.* 62. *n.* 19. vbi
4 *num.* 18. tenet quod iudex poteſt procedere
abſque accuſatore contra calumniatorem
euidentem, & dare ei terminum ad faciendum
defenſiones ſuas, & inter accuſatorem, ac de-
nunciatorem, calumniatorem nulla eſt differen-
tia quo ad pœnam, vt reſoluit Aldret. *de relig. diſsip. tuenda lib.* 2. *cap.* 23. *nu.* 8.

5 *Quod nō calumniādi animo, &c.*

Aduerte quod calumniandi animum non habuiſſe præſumitur qui à fide dignis accepiſſe probauit, vt per Tiraquel. *de pœnis tempor. cauſa* 51. *nu.* 30.

6 In gloſ. [Calumniandi] ibi (*ſi denuncians non probat, quod intendit calumniari præſumitur*) Notatur ad hoc quod accuſator eo ipſo quod non probat propoſitam accuſationem præſumitur calumniari, vt per Abb. *hic num.* 5. Mar. Socin. *num.* 7. Anania *num.* 19. & Felin. *num.* 6. Boſſ. *in tit. de accuſ. num.* 19. Clar. §. *fin. quæſt.* 62. *num.* 6. Maſcard. *de prob. concluſ.* 25. Menoch. *de arbitr. caſu* 321. *num.* 4. Salzed. ad Bernard. *in pract. cap.* 78. *lit. A*, Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.* 2. *quæſt.* 3. *artic.* 1. Hieronym. Giach. *in conſil. ſyndicatus nu.* 222. & 258. vbi *nu.* 213.
dicit quod dolus, & calumnia præſumitur in
7 illis, qui obiecta non probant. Illud tamen ad-
uerte quod calumniæ ſcil malitiæ præſumptio
ceſſat in notorijs, vt per Sigiſmun. Scacciam
de appell. quæſt. 19. *rem.* 1. *concl.* 4. & 5. *num.* 26.
8 & accuſator in crimine læſæ Maieſtatis, & in
crimine ſimoniæ ſi non probat non punitur
de calumnia Baiard. *ad Clar. d. quæſt.* 62. *num.* 30.

9 In ead. gloſ. ibi (*videtur quod per iuramentum probari poſſit.*) Notatur ad hoc quod calumniæ præſumptio, ſublata omnino & extincta per iuramentum cenſetur, vt per Claud. de Seyſel *in l. Gallus nu.* 25. *verſ. tertio fallit ff. de vſucap.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 2. *differen.* 11. *nu.* 57.

De Simonia, & ne aliquid pro ſpiritualibus exigatur, vel promittatur. Tit. III.

SVper hanc rub. ſcripſerunt Collect. Zabar. Bellem. Io. And. Anan. Butr. Anchar. Felin. Panormit. Mar. Socin. Petr. de Rauenna *in compendio Iuris Canon.* Guilelm. *in breuiario aureo Iuris Canonic. fol.* 136. & *in ſpeculo Iuris lib.* 4. Ioan. de Londris *in breuiario Sanctorum Canon. fol.* 179. Martin. Meſnart. *in epithome Decretal. fol.* 172. verſo. Stephan. Ranchin. *in continuat. titulorum Decretal.* Daniel Venator. *in analyſi methodica Iuris Pontificij à pag.* 609. Goffred. & Hoſt. *in in ſum. huius tit.* Alexan. Caſſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. ſub hoc tit.*

De materia huius tit. integros tractatus edidere Guilielm. Rodoan. Barthol. Vgolin. Ioan. Carrafa, & Petr. Biſfeldi, & late egerunt.

runt. D. Thomas 2. 2. *quæst.* 100. Siluest. & alij Summistæ *in verbo simonia*. Sot. *de iustit. lib.* 9. *quæst.* 5. Clar. *lib.* 5. *§. simon.* Viui. Bonacos. & alij *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 15. Vela *de delictis cap.* 32. Mascard. *de probat. conclus.* 134. *&* *conclus.* 1310. *à num.* 2. Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præsump.* 8. Nauar. *in Manu. cap.* 23. *à num.* 99. *& in repetit. cap. fin. inf. hoc tit.* Cardin. Tusch. *lit. S, conclus.* 249. *cum seqq.* Petr. de Ledesma *in summ. par.* 2. *tract.* 12. Rebuff. *in praxi tit. de simonia in resignat.* Fr. Emman. *in summ. tom.* 2. *à cap.* 55. *vsque ad cap.* 66. Candelab. aur. *in appendice cap.* 1. Flamin. *de resignat. lib.* 14. *& in tract. de confident* Nicol. Garc. *de benefic. par.* 8. *cap.* 1. Lorencana *in compendio casuum tit. de simonia.* Ludouic. Lopez *in instructorio Conscientiæ par.* 1. *cap.* 208. Iacob. de Graffijs *in decis. aur. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 98. Bernard. & Salzed. *in pract. cap.* 94. *secundum nouam impres.* Henriq. *in sum. lib.* 13. *cap.* 37. Tiber. Decian. *in tractat. crimin. tom.* 1. *lib.* 9. *cap.* 77. Stephan. Quaranta *in sum. Bullarij verbo simonia*, Prax. Episcop. *eod. verbo.* Soar. *de relig. tom.* 1. *tract.* 3. *lib.* 4. *de simon.* Leonard. Less. *de iustit. lib.* 2. *c.* 35. *de simon.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnitent. lib.* 23. *num.* 108. *cum multis seqq.* Aldret. *de religiosa disciplin. tuen. lib.* 2. *cap.* 16. *§.* 5. *num.* 41. *cum seqq.* Azor. *institut. moral. par.* 3. *lib.* 12. Campan. *in diuersorio Iuris Canon. rubr.* 11. *cap.* 27. Cantarel. *in decem præcepta Decalogi lib.* 2. *cap.* 52. *cum duobus seqq.* Raphael de la Torre *de relig. tom.* 2. *q.* 100. *de simonia*.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Ordinis cuiuslibet collatio gratis est facienda.*
3 *Notarij an aliquid pro singulis dimissorijs, aut testimonialibus possint recipere, ostenditur.*
4 *Examinator committit simoniam si pro danda approbatione pretium recipiat.*
5 *Examinatores occasione examinis aliquid recipientes puniuntur arbitrio Ordinarij.*

Cap. In ordinando. I. *Greg.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Bellam. Io. Andr. Anania, Anchar. Hostien. Butr. Henric. Mar. Socin. Panorm. Felin. Cened. *collect.* 177. Ximen. Tolet. *in cõcordantijs vtriusq; Iuris cũ legibus Castellæ par.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 22. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 617. refertur ab Ant. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 2. *cap.* 1.

2 Probat hic tex. cuiuslibet Ordinis collationem gratis esse faciendam, concordat Concil. Trident. *sess.* 21. *de reform. cap.* 1. vbi strictissime prohibetur Episcopis, & alijs Ordinum collatoribus, eorumque ministris ne pro collatione quorumcunque Ordinum etiam clericalis tonsuræ, aut pro litteris dimissorijs, testimonialibus, sigillo, aut alia quacunque de causa, etiam sponte oblatum aliquid quouis prætextu accipiant; pro cuius decreti declaratione vide Nauarr. *in manual. cap.* 22. *num.* 18. Campan. *in diuersorio Iuris Canon. rub.* 11. *cap.* 17. *per totum*, & præcipue *nu.* 43. Armend. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ fol.* 56. *num.* 3. *cum seqq.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœniten. lib.* 23. *cap.* 14. *num.* 197. *in fin.* vbi *num.* 201. meminisse refert nunquam censeri donatum liberaliter, non item in pretium quod immediatè datur pro ordinatione, siue ante, siue post eam detur, & siue Episcopus fuerit alioquin gratis collaturus Ordinem, siue non, & siue accipiens sit ipse Episcopus collator, siue alius, & siue dans sit is, qui ordinatur, siue alius; qua tamen in re ignorantia probabilis excusat à peccato, & à pœna illud sequente, adeo, vt is non suspendatur ab Ordine, pro cuius ordinatione data est pecunia ipso inscio, vel ipso conscio quidem, sed penitus contradicente, nisi postea certior redditus de facto ratificet.

3 *Vel Notarius in Ordinat. &c.* Circa Notarios ita disponit Concil. Trident. *in d. cap.* 1. Notarij vero in ijs tantum locis in quibus non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi pro singulis litteris dimissorijs, aut testimonialibus decimam tantum vnius auri partem accipere possint; dummodo eis nullum salarium sit constitutum pro officio exercendo, nec Episcopo ex Notarij commodis aliquod emolumentum ex eisdem ordinum collationibus directe, vel indirecte prouenire possit: tunc enim gratis operam suam eos præstare omnino decernit, &c. pro cuius decreti declaratione, vide Prax. Episcopal. *part.* 1. *verbo dimissoriæ §.* 7. *vers. quarto*. Valer. Reginal. *d. lib.* 23. *num.* 197. *&* 200. Azor. *institut. moral. part.* 3. *lib.* 12. *cap.* 5. *quæst.* 1. Soar. *de relig. tom.* 1. *tractat. de simon. lib.* 4. *cap.* 53. *num.* 6. *cum seqq.* Less. *de iustit. lib.* 2. *cap.* 35. *dub.* 10. Cened. *ad Decretal. collect.* 177. *num.* 1. Vbi dubius resoluit quod post confecta instrumenta, & tradita partibus possunt Notarij quod ab ordinatis sponte offertur, recipere, de quo vide Matien. *in dialogo relatoris, par.* 3. *cap.* 25. *num.* 5. Perez *l.* 1. *glos.* 1. *post medium tit.* 9. *lib.* 2. *Ordin.*

4 In glos. [Minister.] Notatur ad hoc quod examinator committit simoniam si pro danda approbatione pretium accipiat, vt per Soar. *d. lib.* 4. *cap.* 22. *num.* 17. Non debere enim examinatores occasione examinis aliquid recipere alioquin puniendos arbitrio Ordinarij censuit S. Congregat. apud Nicol. Garc. *de benefic. par.* 8. *cap.* 1. *num.* 77. *ver. septimo*. 5

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

Cap. Qui alium. II. *Ex Conc. Mogunt.*

1 Svper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabarel. Bellem. Io. And. Anania, Anchar. Hostien. Butr. Henric. Mar. Socin. Panorm. Felin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris, cum legibus Castellæ p.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontific. pag.* 23. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 617. desumitur ex Conc. Mogunt. sub Rabano Archiepiscopo *cap.* 12. refertur à Burch. *lib.* 3. *Decretorum cap.* 110. & Iuon. *par.* 3. *cap.* 86. & ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 2. *cap.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Simonia est difficilis probationis.*
3 *Laicus testis contra clericum admittitur in crimine Simoniæ.*
4 *Fœmina contra clericum in crimine simoniæ testes esse potest.*

Cap. Si Dominus. III. *Deodat.*

1 Svper hunc tex. scripserũt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Bellem. Io. And. Anania, Anch. Butr. Henric. Hostien. Mari. Socin. Panorm. Felin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusq. Iuris cum legibus Castell. par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 24. Alagona *in compendio Iuris Canonic. pag.* 617. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 2. *cap.* 3.

2 Simonia cum sit difficilis probationis Menoch. *de arbitr. casu* 116. *num.* 12. *& consil.* 67.
3 *num.* 7. ad illius probationem quilibet Catholicus admittitur licet sit laicus contra clericum, vt docet Mascard. *de probat. conclus.* 962.
4 *nu.* 11. & fœmina vt per Duen. *reg.* 315. *limit.* 3. Martin. Delri. *disquisitionum magicarum lib.* 5. *q.* 12. *pag. mihi* 452.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Accusatus de Simonia pendente accusatione prohibetur ab administratione Diuinorum, &c.*

Cap. Accusatum. IV.

1 Svper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Io. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henric. Mar. Socin. Panorm. Felin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 24. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 617. refertur ab Anton. August. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 2. *cap.* 4.

2 Probat hic text. accusatum de simonia pendente accusatione prohiberi ab administratione Diuinorum donec se purgauerit, vt per Bellet. *disquisit. clerical. par.* 1. *tit. de disciplina clericali §.* 10. *num.* 38. ac perconsequens celebrare Missam, vt per Marc. Anton. Genuen. *in praxi Archiepiscop. Neapolit. cap.* 27. *num.* 20. & ita videtur lite pendente priuari quasi possessione officij quando scilicet accusatus erat infamatus de simonia, vt intelligit Corset. *in singul. appellatio* 1. *in fine*. Et idem esse dicendum de accusato seu infamato de alijs delictis pendente infamia seu accusatione post Host. hic *num.* 2. tenet Bellet. *d. nu.* 38.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Simonia dicitur hæresis saltem largo modo.*
3 *Crimen simoniæ committens eo ipso, quod impretiabile licetur verisimile est cum malè sentire de sanctitate Ecclesiæ.*

Cap. Quoties. V.

1 Svper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Io. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henric. Mar. Socin. Panormit. Felin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castella par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontific. pag.* 24. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 617. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 2. *cap.* 5.

2 *Per Simoniacam hæresim.* Ergo Simonia dicitur hæresis saltem largo modo, de quo vide Caraf. *de simonia num.* 41. Menoch *de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 6. *num.* 30. *& præsump.* 8. *nu.* 1. Mascard. *de probat. conclus.* 1305. *num. vltim.* Henriq. *in summ. lib.* 14. *cap.* 6. *nu.* 7. 1 *lit. K*, Iacob. *in tractat. de Concil. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 74. *vers. ex præmissis*, Campan. *in diuersorio Iuris Canon. rubr.* 11. *cap.* 27. *num.* 1. Flamin. *de consid. quæst.* 8. *num.* 22. Soar. *de relig. tom.* 1. *tract. de simon. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 5. Moder. *de iurisdict. part.* 2. *cap.* 37. *num.* 15. Emman. do Valle *de ensalmis, & incantat. sect.* 3. *cap.* 3.
3 *num.* 22. vbi asserit quod ille, qui committit crimen simoniæ eo ipso quod impretiabile licetur, verisimile est cum male sentire de sanctitate Ecclesiæ, quasi credat eam velle spiritualia licere, vel spirituale non esse impretiabile, additque sacrum tribunale Inquisitionis non se intromittere de hoc obiectiue grauissimo deli-

delicto. Vbert. *verbo simonia* tenet quod dicitur hæresis propter immanitatem criminis, & quod est maximum peccatorum, & Lorin. *act. 6. vers. 18. §. simonia*, dicit quod grauitas simoniæ tanta est, vt illa tolerabilior sit hæresis Macedonij, & eorum, qui errarunt contra ipsum Spiritum sanctum.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Simonia vocatur pestis, quia ratione auaritiæ, & ambitionis vt cancer serpit.*
3 *Simonia magnitudine sua omnes alios morbos, omniaq; alia crimina vincit.*
4 *Simoniaci dicuntur detestabiliores omni peccatore.*

Cap. Sicut. VI. *Luc.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarel. Bellem. Io. And. Anania, Hostien. Anch. Butr. Henric. Mar. Socin. Panor. Felin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par. 1.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 24.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 617.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 6.*

2 *Simoniaca pestis.* Vitium hoc ratione auaritiæ, & ambitionis, quæ cum illo coniunguntur, nimium diffunditur, & vt cancer serpit; & ideo vocari solet simoniaca pestis, vt per Gambar. *in extrauagan. Iulij II. de simon. elect. Papæ nu. 50.* Flamin. *de confident. quæst. 8. num. 21.* Soar. *de relig. tom. 1. tract. de simonia lib. 4 cap. 3. num. 3.* & quod magnitudine sua omnes alios morbos,
3 omniaq; crimina vincat asserit Valer. Reginal. *in praxi fori pœniten. lib. 23. nu. 161. vers. certe*, & quod sit cæteris grauius dicunt Anton. Rosel. *in cap. quidam Episcopus num. 1. 2. quæst. 1.* Gasp. de Perus. *de reseruat. benefic. num. 28.* Et ideo simoniacos dici detestabiliores omni peccatore, referunt Redoan. *de simon. par. 4. cap. 12. nu. 14.* Flamin. *d. q. 8. nu. 17.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Simoniacus in Ordine dato pro collatione pretio talis quantumuis occultus suspenditur ab Ordine.*
3 *Simoniacus tam occultus, quàm publicus est ipso iure suspensus.*
4 *Iura propter criminis atrocitatem transgrediuntur.*
5 *Fœmina in simonia testis esse potest.*
6 *Laicus in crimine simonia accusare potest.*

Cap. Tanta. VII. *Deodat.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Io. And. Anania, Host. Anch. Butr. Henric Mar. Soc. Panor. Felin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuia. *in rationali lib. 5. Iur. Pontif. pag. 25.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 617.* refertur ab Ant. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 7.*

2 Probat hic tex. quod quando quis suscipit Ordinem simoniacè, dato pro collatione pretio, talis quantumuis occultus, suspenditur ab Ordine, idest sacros Ordines, siue suscipere, siue susceptos exercere prohibetur, vt per Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 23. num. 172.*
3 nam simoniacus tam occultus quàm publicus, est ipso iure suspensus Couar. *in Clem. si furiosus par. 1. §. 1. nu. 7.* Sayr. *de censur. lib. 7. cap. 12. num. 19.* Aldret. *de relig. disciplina tuenda lib. 2. cap. 16. num. 44.*

4 *Serui.* Et sic propter criminis atrocitatem Iura transgrediuntur, vt per Tiraqu. *de pœnis temper. cap. 49. num. 20.* vbi *num. 23.*
5 hunc tex. citat: fœminæ enim in crimine simoniæ testes esse possunt, vt per Duenh. *regul. 315. limit. 3.* Martin. Delr. *disquisit. magic. lib. 5. q. 12. pag. 452.* Baiar. *ad Clar. quæst. 24. num. 11.* item Laicus in testimonium admittitur contra Clericum in simonia, vt per Mascard. *de probat. concl. 962. num. 11.* & potest accusare Cle-
6 ricum Baiard. *ad Clar. §. fin. q. 14. nu. 41.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Simonia est pro ingressu monasterij pecuniam accipere.*
3 *Spe lucri licitum non est ad spiritualia inuitare.*
4 *Simonia, & Vsura in quo differant ostenditur.*
5 *Pretij exactio pro sepulturis prohibetur non obstante contraria consuetudine.*
6 *Temporis diuturnitas quando peccatum augeat, ostenditur.*
7 *Chrisma, & alia sacra Olea absque alio interesse, quamuis liberè oblato debent dari à Parochis.*

Cap. Non satis. VIII. *Alex. iij.*

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellem. Io. Andr. Anania. Hostien. Anchar. Butr. Henric. Mar. Socin. Casal. *in annot.* Cened. *collect. 16.* Panorm. Felin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castella par. 1.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 25.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 618.* habetur integrũ Decretum post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *par. 2. cap. 10.* & refertur ab Ant. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 7.*

2 Probat hic tex. simoniacum esse pro ingressu monasterij pecuniam recipere, vt docent Humada *l. 22. glos. 3. titul. 7. part. 1.* Nauar. *in tract. de redditibus Eccles. monitu 62.* Spin. *in spec. test. gl. 7. prin. n. 30. cum seqq.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 32. nu. 22.* Azor. *instit. moral. par. 1. lib. 13.*

O iij *cap. 9.*

cap. 9. & par. 3. lib. 12. cap. 16. q. 1. vers. obijcies ibidem. Prax. Episcop. *par. 1. verbo moniales*, Surd. *de alim. tit. 9. q. 27. nu. 2.* Fr. Emman. *quaest. regul. tom. 2. q. 48. art. 1.* plures per Cened. *ad Decretal. collect. 13. nu. 1.* secus resoluentes si recipiatur pro sustentatione, & alimentis moniali-
3 lis. Non est enim licitum spe lucri ad spiritualia inuitare, vt tenent multi, quos refert Sanch. *de Matrimon. lib. 1. disp. 39. num. 1.* vbi *num. 4.* probabilius existimat licitum esse offerre munera ea lege, & pacto, vt is, cui offeruntur, efficiat aliqua opera spiritualia, & *num. 7.* dicit hunc tex. non obstare cum in eo tantum decidatur nihil conferendum esse religiosis, vt aliquem ad religionem accipiant.

4 *Tam ille, qui dederit, quam ille, qui receperit, &c.* Quamuis per vsuram & simoniam offendatur septimum praeceptum de non furando, nihilominus tamen vsura, & simonia in eo maxime differunt, quia in illa solum peccat recipiens non vero soluens per ea quae D. Thom. *2.2. q. 78. art. 4.* Sot. *lib. 6. de iustit. q. 1. art. 5.* Nauar. *in man. cap. 14. nu. 31. & cap. 17. nu. 262.* Cou. *in cap. quamuis par. 1. §. 1. nu. 10.* in hac vero tam dans, quam recipiens, vt probat tex. in praesenti. Ratio differentiae est, quia vsura est prohibita in bonum proximi, ad praecauendum scilicet iniustitiam ne pretium pro eo, quod non est vendibile recipiatur, & ita iniustitia solum vigetex parte recipientis, non autem ex parte dantis: at vero in simonia ex vtraque parte peccatur contra Dei iustitiam, quippe omnibus prohibuit, ne aliter quam gratis spiritualia reciperent, & pro illis non darent temporalia, quam rationem explicat Sot. *lib. 9. de iustit. q. 8. art. 1. col. 4.*

5 *Pro sepultura.* Notatur ad hoc quod pretij exactio pro sepulturis prohibetur, non obstante contraria consuetudine, quod non procedit si ipse induceatur cum principis licentia, vt docet Fr. Emman. *quaest. regul. tom. 3. q. 58. art. 2.* de quo commodius plures referam ad *tit. de sepult.*

6 *Quia diuturnitas temporis, &c.* Hoc intelligitur quoad Deum, & in foro animae, tunc enim diuturnitas temporis auget peccatum, vt habetur in *cap. vlt. in princip. de consuetud.* respectu autem poenae ciuilis, & criminalis imponendae, quando delictum est antiquum scilicet commissum iam vltra decem annos, eo casu non debet puniri poena ordinaria, sed mitiori, de quo vide Couar. *var. lib. 2. cap. 9. nu. 2. vers. primum posse*, Clar. *§. fi. q. 60. n. 32.* Tiraq. *de poenis temp. causa 29.* Perez *in rub. tit. 1. col. 1. vers. cum item quando post commissum delictum, lib. 3.* Ordin. Cened. *d. collect. 16. nu. 4.*

7 *Chrismatis, & olei receptione, &c.* Aduertendum nihil pro Chrismate, & alijs oleis sacris recipi posse à parochis, quamuis liberè oblatum; quare eorum, qui praepositi sunt ad distributionē consuetudo est tollenda qui nolunt ea dare, nisi oua, aut aliquid aliud ipsis tribuatur, vt aduertit Fusc. *de visitat. lib. 1. cap. 6. nu. 13.* quem refert Vgolin. *de potest. Episc. cap. 4. §. 3. num. 2.* & illo citato Ego ipse eod. tractat, *par. 2. alleg. 31. nu. 21.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Sacramenta gratis conferenda, quia pro eis conferendis, non licet aliquid exigere.*
3 *Sacramenta conferre nolenti, nisi dato aliquo temporali, an illud in extrema necessitate, vel ad redimendam iniustam vexationem dari liceat, ostenditur.*

Cap. Cum in Ecclesiae. IX. *Ex Concil. Later.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Henric. Mar. Socin. Panorm. Felin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellae par. 1.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 25.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 618.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 8.* & desumitur ex Concil. Lateranen. sub Alex. III. *cap. 7.*

2 *Seu alijs Sacramentis cōferendis.* Notatur ad hoc quod non licet aliquid exigere pro Sacramentis conferendis, vt docent Soar. *de relig. tom. 1. tract. de simon. lib. 4. cap. 10. nu. 5. & cap. 11. nu. 3. & cap. 47. nu. 5.* plures per Cened. *ad Decretal. collect. 16. nu. 3.* Aldret. *de religiosa discip. tuend. lib. 2. cap. 16. §. 5. nu. 47.* Azor. *instit. moral. par. 3. lib. 12. cap. 3. q. 1.* vbi etiam tenet non posse operam, & laborem in Sacra-
3 mentis conferendis pretio emi, vel vendi. In extrema tamen necessitate dare pecuniam iniquo ministro Sacramenti petenti illam, & nolenti aliter Sacramentum ministrare, non semper est emptio Sacramenti, sed potest intentione dantis habentisque ad hoc Ius ex necessitate vrgente separari, vt per Fr. Emman. *tom. 2. sum. cap. 58. nu. 8.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 29 nu. 18.* Soar. *d. lib. 4. cap. 12. num. 13.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 5. q. 14. n. 4.* Azor. *d. cap. 3. q. 3.* Immo & aliquando ad redimendam iniustam vexationem poterit licitè dari temporale ministro aliter nolenti Sacramenta conferre iuxta tradita per Sot. *de iustit. lib. 9. quaest 6. artic. 1.* Redoan. *de simon. par. 1. cap. 6. nu. 8. & par. 3. cap. 5. num. 16.* Soar. *d. cap. 12. à nu. 2.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Episcopus accedens ad consecrandam Ecclesiam consequitur alimenta, etiamsi Ecclesia sit Episcopatui vicina.*

Cap. Cum sit. X.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Coll. Zab. Bellem. Io. And. Anania Host. Anch. Butr. Henric. Marian. Soc. Panor. Felin. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusq; Iuris cũ legib. Castel. p. 1.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 26.* Alag. *in comp. Iuris Canon. pag. 618.* & refertur ab Anton. Aug. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 9.* & est post Concil. Lateranen. *p. 2. cap. 4.*

2 *Præter procurationem.* Notatur ad hoc quod Episcopus accedens ad consecrandam Ecclesiã cõsequitur alimenta ab Ecclesia, etiamsi Ecclesia sit vicina Episcopatui, vt per Surd. *de alim. tit. 1. q. 64. num. 3.* vbi *num. 4.* hoc intelligit quando Ecclesia habet vnde soluat, alias consecrat eam Episcopus proprio sumptu.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Beneficium promittere nõ licet pro suffragio, seu voce electionis.*
3 *Simoniaca est electio, si pro suffragio beneficium promittatur.*
4 *Simonia probatur ex partis confessione.*
5 *Simoniacus est promittens aliquid pro obtinendo Episcopatum, vel Abbatiam, aut nominationem à Rege.*
6 *Commutationes facere in prouisionibus beneficiorum est simonia contra ius positiuum.*
7 *Confessus de crimine extra iudicium non punitur, nisi confessus fuerit geminate.*

Cap. De hoc. XI.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Coll. Zabar. Bellem. Io. Andr. Anania, Host. Anchar. Butr. Henric. Mar. Soc. Panor. Felin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 27.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 618.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 10.* & est post Concil. Lateranen. *p. 2. cap. 13.*

2 *Vt vterque consentiret eidem.* Notatur ad hoc quod non licet promittere beneficium pro suffragio, seu voce electionis, vt per Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 23. nu. 244. vers. 2.* Soar. *de relig. tom. 1. lib. 4. de Simon.*
3 *cap. 39. num. 14.* Simoniaca enim est electio si pro suffragio, siue vt dicunt, pro voce electoris beneficium promittatur ita Azori. *instit. moral. p. 3. lib. 12. cap. 7. q. 1. vers. & itidem*, vbi etiam cum Abb. *in præsenti* resoluit Principes, & alios quoslibet seculares recipientes pecuniam vt tanquam patroni in electione consentiant, siue vt eam ratam habeant, simoniacos proculdubio esse, & restituere debere accepta Ecclesiæ, in qua est beneficium, quamuis non sit ex illius Ecclesiæ bonis beneficium constitutum.

4 *Quod si manifestum, &c.* Notatur ad hoc quod ex partis confessione probatur simonia, vt per Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 14. q. 9. num. 4. cum seqq.*

5 *Tanquam auctores tanti sceleris.* Ergo promittens aliquid pro obtinendo Episcopatum, aut Abbatiam, vel nominationẽ à Rege est simonacus, vt per Rebuff. *de pacificis possess. num. 199.*

6 *Præstarent.* Notatur ad hoc quod cõmutationes facere in prouisionibus beneficiorum est Simonia contra Ius positiuum, vt per Soar. *de relig. tom. 1. lib. 4. de Simonia cap. 31. num. 14. & cap. 60. nu. 5.*

7 In glos. [Confessi fuerint in Iure, in princ.] Notatur ad hoc quod confessus de crimine extra iudicium non punitur vt per Bernard. *reg. 125.* si tamen confessus fuerit geminate extraiudicialiter plene probat delictum, Farin. *in praxi crimin. q. 82. num. 13.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Militia nobilitat.*
3 *Simonia committitur si quis habeat iuspatronatum litigiosum, & cum causidico paciscatur se nominaturum ipsum, si causam sedulo, ac diligenter ageret.*
4 *Simonia est seruire alicui Prælato principaliter spe consequendi ab eo beneficium ecclesiast. secus si minus principaliter.*

Cap. Cum essem. XII.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Ioan. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Henric. Mar. Soc. Panor. Felin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuia. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 27.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 619.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 11.* & est post Concil. Later. sub Alex. III. *p 2. cap. 14.*

2 *Miles.* Ergo militia nobilitat, de quo vide Tiraq. *de nobilit. cap. 8. n. 2. cum seqq.* Gutier. *practic. lib. 3. q. 17. num. 247.*

3 *Promisit ei dare Ecclesiam, &c.* Nota-

Notatur ad hoc quod Simonia committitur si quis habeat iurispatronatus litigiosum, & cum causidico paciscatur se nominaturum ipsum si causam sedulo, ac diligenter ageret, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 23. num. 267. vers. committo*.

4 In glos. [Promiserat.] Celebris est glos. ad denotandum Simoniã esse seruire alicui Prælato principaliter spe consequendi ab eo beneficium Ecclesiasticum, secus si minus principaliter, de quo vide Rebuff. *in praxi benefic. tit. quot modis beneficia acquirantur num. 5.* Fr. Emman. *in sum. tom. 2. cap. 59. num. 9. & 10.* Cou. *var. lib. 1. cap. 20. num. 3. vers. secundo*. Nau. *in man. cap. 23. sub n. 100. vers. quinto, & in cap. inter verba 11. q. 3. corol. 2. num. 24. & conf. 9. num. 4. sub hoc tit. in antiq. & tract. de finibus human. actuum n. 39.* Card. Tolet. *in instruct. Sacerd. lib. 5. cap. 90. nu. 4.* Prax. Episcop. *p. 1. verbo simonia §. 11.* Sayr. *in clam Regia lib. 10. tract. 5. cap. 7. num. 9.* Soar. *de relig. tom. 1. tract. de simonia lib. 4. cap. 39. nu. 5. & 8.* Valer. Reginald. *d. lib. 23, nu. 138.* Azori *instit. moral. p. 3. lib. 12. cap. 11: q. 2.* Flamin. Paris. *de confident. q. 1. num. 38.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Simoniacus an priuetur ipso iure, seu per sententiam, remissiuè.*
3 *Deficiens in purgatione, aut eam sibi in iure indictã subire recusans præsumptione admodum vrgenti conuincitur.*
4 *Præsumptiones, & coniecturæ in simonia debent esse euidentes.*

Cap. Insinuatum. XIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Coll. Zabarel. Bellem. Io. Andr. Anania, Anchar Butr. Mari. Socin. Felin. Panorm. Host. Henric. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 28.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 619.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 12.* & est post Concil. Lateranen. *p. 2. cap. 15.*

2 ***Amoueas.*** Ergo simoniacus non priuatur ipso iure sed per sententiam, de quo & an verum sit vide Boer. *decis. 117. num. 3.* Flamin. *de resignat. benefic. lib. 7. q. 2. num. 12. cum seqq. & lib. 14. q. 2. num. 1. cum seqq.* Menoch. *remed. 1. recup. num. 135. & 336. & remed. 5. n. 68. & consf. 67. num. 4.* Panl. Comitol. *respons. moral. lib. 6. q. 41.* late Nicol. Garc. *de benef. p. 8. cap. 1. num. 3.* Farin. *fragment. crimin. p. 1. lit. C. nu. 299.* aduertentes hodie secundum Constit. Cum detestabile Pauli II. esse inductam priuationem ipso iure. Quid dicendum in simonia reali ab vtraque parte completa per dationem rei spiritualis & temporalis vide eundem Garc. *d. cap. 1. à nu. 16. cum seqq.*

3 In glos. [Perpetuo, fin.] ibi (*deficiens in purgatione punitur*) Notatur ad hoc quod qui deficit in purgatione, aut eam sibi in Iure indictam subire recusat præsumptione quidem admodum vrgenti conuincitur, vt per Cou. *in cap. alma mater de sententia excomm. lib. 6. p. 1. §. 2. n. 4.*

4 In ead. glos. ibi (*quod non est verum*) Notatur ad hoc quod præsumptiones & coniecturæ in simonia debent esse euidentes, vt per Clar. *§. simonia num. 12.* Mascard. *de probation. concl. 1304. num. 27. & 28.* Flamin. *de resignat. benefic. lib. 14. q. 8. nu. 14.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Presbyteris prohibitum est, ne accipiant aliquid temporale propter celandum publicũ peccatorem Episcopo, vel eius ministris.*
3 *Simonia est conferre beneficium prætextu consanguinitatis.*
4 *Preces in fauore, & gratia niti solent.*
5 *Simonia committitur si, post auditam Confessionem pro absolutione pecunia extorqueatur, siue pœnitens sit dignus siue indignus absolutione.*

Cap. Nemo. XIV.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellem. Io. Andr. Anania, Butr. Anchar. Marian. Soc. Felin. Panor. Henric. Host. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viu. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 28.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 619.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 13.*

2 De intellectu huius tex. agens Soar. *de relig. tom. 1. tract. de simonia lib. 4. cap. 22. num. 14.* dicit illum duas habere partes, vnam à princip. vsq; ad *vers. nec quemquam* exclusiuè, & aliam in toto illo versiculo vsque ad finem. In priori prohibetur presbyteris ne accipiant aliquid tẽporale propter celandum publicum peccatorẽ Episcopo, vel ministris eius, nullo de simonia facto verbo, nam hoc tanquam contrarium bonis moribus, & officio clericorum prohibetur, non vero tanquam religioni contrarium, nec vt simoniacum. In secunda autem parte prohibentur clerici reconciliare quempiam, vel reconciliationem alicui negare propter pretiũ, & de his ratio redditur, quia simoniacum est vtrumque, quæ verba ad hanc secundã, non autẽ ad priorem partem referuntur. Aliter etiam hunc tex. exponi posse refert idem Soar. *eod. cap. 22. num. 15.* vt scilicet prima eius pars intelligi possit, & loqui videatur de presbytero, qui exercendo aliquo modo suam iurisdictionem seu pastoralem curam subditi delictum Episcopo celat, cum ad ipsum presbyterum ex officio pertineat delicta hæc corrigere, vel deferre ad Episcopum, veluti si parochus non denuntiet subditum non suscipientẽ Eucharistiam in Paschate,

tunc

tunc enim hunc committere simoniam probabile dicit.

3 *Consanguinitatis.* Ergo Simonia est conferre beneficiū prætextu consanguinitatis, de quo vide D.Tho. 2. 2. q. 100. art. 5. ad 2. Sot. de iustit. lib. 9. q. 7. art. 3. Nau. in man. cap. 27. num. 107. Cou. vari. lib. 1. cap. 5. num. 4. Azori. instit. moral. p. 3. lib. 12. cap. 11. q. 1.

4 *Gratia, vel fauore.* Id est preeibus, quia preces in fauore & gratia niti solent, vt per Soar. d. lib. 4. cap. 40. n. 10.

5 *Ad reconciliationem.* Notatur ad hoc quod cōmittitur simonia si post auditam Confessionem pro absolutione conferenda pecunia extorqueatur, siue pœnitens sit dignus, siue indignus absolutione, vt per Soar. d. lib. 4. cap. 19. num. 2. omnes enim actus iurisdictionis voluntariç quatenus ad effectum spiritualem ordinantur materia sunt simoniæ, idem Soar. d. lib. 4. cap. 20. n. 8. vbi n. 16. asserit quod actus iurisdictionis ecclesiasticæ etiam contentiosæ sunt materia simoniæ.

6 In gl. [Celet.] Notatur ad hoc quod omissio potest esse propria simoniæ materia, vt per eund. Soar. d. lib. 4. cap. 22. n. 4.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Capituli consensus requiritur etiam in distractu.*
3 *Contractus, & distractus à pari procedunt.*
4 *Dispositio loquens in vno de æquè principaliter vnitis aliud non comprehendit.*

Cap. Querelam. XV.

1 Super hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Ancharan. Butr. Henric. Marian. Socin. Panorm. Felin. Ximen. Toletan. in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2. Viuian. in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 29. Alagona in compend. Iuris Canonici pag. 620. refertur ab Antonio August. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 2. cap. 14. & est post Concil. Lateranen. par. 2. cap. 12.

2 *Eorum Capitulo inconsulto, &c.* Notatur ad hoc quod consensus Capituli requiritur etiam in distractu vt per Tiraq. de Iure mariti glos. 5. num. 13. Contractus enim & distra-
3 ctus a pari procedunt, & sunt eiusdem naturæ, l. Pomponius §. præterea ff. de acquir. possess. l. de tutela C. de in integ. restit. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 28. n. 6. Cald. Pereira de potestate elig. cap. 7. num. 15. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 168. num. 7. & 10. cum seqq. Ceuall. commun. cōtra commun. tom. 4. q. 897. nu. 86. Card. Mantic. de tacitis & ambiguis conuent. lib. 1. tit. 2. à nu. 15. D. Barbosa in l. hæres absens §. proinde num. 13. ff. de iudic.

4 In glos. [Emi non potuit.] Notatur ad hoc quod dispositio loquens in vno de æque principaliter vnitis aliud non comprehendit, neque ad illud extenditur, vt per D. Barbos. in l. cum prætor §. fin. n. 231. ff. de iudic.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Pecunia ab Ecclesijs exigi non debet pro Chrismate.*

Cap. Ea, quæ. XVI.

1 Super hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Collect. Innocent. Zabarel. Bellem. Ioan. Andr. Anania, Ancharan. Butr. Marian. Socin. Felin. Panor. Imola, Henric. Hostien. Ximen. Toletan. in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. Viuian. in ration. lib. 5. Iuris Pontif. pag. 29. Alag. in compend. Iuris Canon. pag. 620. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 15.

2 Probat hic tex. pro Chrismate ab Ecclesijs pecuniam exigi non debere, vt per D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 2. Sot. de Iustit. lib. 9. q. 6. art. 1. Turrec. in cap. vlt. 1. q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Homagium non præstant Clerici.*
3 *Simoniaci infamiam incurrunt, cum per sententiam de hoc crimine fuerint condemnati.*

Cap. Ex diligenti. XVII.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellem. Io. And. Anania, Anch. Butr. Marian. Socin. Felin. Panorm. Henric. Host. Ximen. Toletan. in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ part. 2. Viuian. in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 29. Alagona in compendio Iuris Canonici pag. 620. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 19.

2 *Illicita.* Ergo clerici non præstant homagium vt per Sanch. de Matri. lib. 6. disp. 11. num. 9.

3 In glos. [Infamia] ibi (simoniaci enim infames sunt) Abb. hic n. 6. existimat simoniacos non incurrere hanc infamiam Iuris ipso facto, sed cum per sententiam de hoc crimine fuerint damnati (licet antea possint incurrere infamiam facti) sequuntur Armil. verbo simonia n. 55. Vgolin. de simonia tab. 1. cap. 18. §. 2. num. 8. Soar. de relig. tom. 1. tract. 3. lib. 4. de Simonia cap. 56. nu. 21. Nicol. Garc. de benefic. p. 8. cap. 1. num. 61. vbi aduertit non sufficere esse sequutam sententiam super crimine simoniæ, nisi in ea imponatur pœna dictæ infamiæ saltem si ad alia pœnas est processum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Donatio præsumitur si quantitas scilicet data sit parua, & tradens erat diues, & accipiens pauper, vel coniuncta persona.*
3 *Simoniam non inducit modica res.*
4 *Munus, quod precibus acquiritur, non gratis datur.*

Cap. Et si quæstiones. XVIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellem. Io. And. Anania, Anch. Butr. Marian. Socin. Felin. Panorm. Henric. Hostiens. Ximen. Toletan. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in ration. lib. 5. Iuris Pontif. pag. 30.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 620.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 20.* & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *par. 50. cap. 1.*

2 *Forte donaret.* Notatur ad hoc quod donatio præsumitur si quantitas simpliciter data sit parua, & tradens erat diues, & accipiens pauper, vel coniuncta persona; vt per Anton. Gom. *tom. 2. vari. cap. 4. nu. 5. in fine & l. 45.* Taur. *num. 59.*

3 *Quæ modici pretij fuerint, &c.* Notatur ad hoc quod modica res non inducit simoniam vt per Tiraq. *in tract. de iudicio in rebus exig. vers. trigesimo,* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 23. num. 166.* Aloys. Ricc. *in decisionibus Curiæ Archiep. Neapol. decis. 208. num. 6. cum seqq.* Soar. *de relig. tom. 1. tract. de simonia lib. 4. cap. 3. num. 5. cum seqq.* vbi *cap. 38. nu. 2.* aduertit in hoc tex. non dici paruam pecuniam minime sufficere ad simoniam, si pro pretio detur, sed probari quando datur paruum munus, & non constat datum esse pro pretio tunc non præsumi tali intentione datum, præsertim quando aliæ circunstantiæ non iuuãt ad præsumptionem: & ideo in foro exteriori non reputari simoniacum, qui parua munuscula prælatis offert resoluit Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 2. q. 47. art. 3. ad fin.* Et argum. huius tex. tenet Tiraq. *in tract. proxime citato vers. 82.* quod licet iudex ab omnibus omnino muneribus abstinere debeat, vt cum omni puritate iudicium illius procedat, non tamen prohibetur accipere modica quædã talia scilicet quæ iudicantis animum non immittent.

4 In glos. [Non petenti.] Notatur ad hoc quod non gratis datur munus quod precibus acquiritur, vt per Tiraq. *de retractu conuent. in præf. n. 23.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Simoniæ causa datum, restituendum est danti.*
3 *Datum ob turpem causam non repetitur quando turpitudo versatur etiam ex parte dantis.*
4 *Præstatur intellectus ad hunc tex.*
5 *Sumptus facti à patre in conuiuio causa nuptiarum, vel in die professionis, aut occasione Sacri à Filio facti non sunt computandi in eius legitimam.*

Cap. Veniens. XIX.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Inn. Collect. Zabar. Io. And. Bellem. Anania, Anch. Butr. Marian. Socin. Felin. Panorm. Henric. Host. Cas. *in annot.* Xim. Tolet. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viu. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 30.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 621.* refertur ab Anton. August. *collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. 2. c. 1.*

2 *Ad restituendam, &c.* Ergo datum causa simoniæ restituendum est danti contra principia in materia titulorum *ff. & Cod. de condict.*
3 *ob turpem caus.* secundum quæ non est locus repetitioni quando turpitudo versatur etiã ex parte dantis *l. 3. l. si ob turpem vers. porro ff. illo tit.* & post Ordinarios ibi, Sot. *de Iustit. lib. 4. q. 7. art. 1. ad 2.* Nau. *in man. cap. 17. num. 30.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 82. cum seqq.* Lessi *eod. tract. lib. 2. cap. 14. num. 58.* Rebell. *de obligation. Iustitiæ p. 2. lib. 18. q. 19. à num. 3.* propter quæ Cou. *in*
4 *reg. peccatum p. 2. §. 2. nu. vlt.* dicit tex. procedere quia ipse F. bona fide dedit monachis exigentibus prætextu consuetudinis ad prandium monachorum, cum in hoc casu non omnino manifesta esset dãtis turpitudo, refert Soar. *de relig. tom. 1. lib. 4. de simonia cap. 60. num. 10.* vbi tamẽ *nu. 11.* pro veriori huius tex. intellectu asserit presbyterum de quo in præsenti factum fuisse religiosum, & propter ingressum simoniacum siue bona siue mala fide ab ipso perpatratum compelli transire ad alium monasterium, & ideo precipi pecuniam illi reddi non in gratiam eius, sed monasterij ad quod transfertur.

5 *Pro pastu.* Verum autem sumptus facti a patre in conuiuio causa nuptiarum, vel in die professionis, aut occasione Sacri à filio celebrati sint computandi in eius legitimam, vide Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 238. vers. de expensis.* Bonacin. *de contract. disp. 3. q. 6. puncto 6. §. vnic. num. 11.* negatiue respondentes, assentitur noster Valasc. *de partit. cap. 13. num. 37.* vbi resoluit propinæ, quæ dantur in locum epularum & conuiuij, quod in die professionis solet dari omnibus monialibus non debent conferri.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Simoniam committit ordinandus si præsentatori suo aliquid temporale promittat, vel det, vt ad Ordines ab ipso præsentetur.*
3 *Pecunia an quæcunque sufficiat ad simoniam inducendam, remissiue.*

4 *Vsu-*

4 *Vsura an ratione parua quantitatis dari possit remissiuè.*

Cap. Ex tuæ. XX.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Ioan. Andr. Anania, Anchar. Butr. Marian. Soc. Felin. Panorm. Henric. Host. Ximen. Tolet. *in concordantys vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 31. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 621. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 2. *cap.* 2.

2 Probat hic tex. ordinandum committere simoniam si præsentatori suo aliquid temporale promittat, vel det, vt ad Ordines ab ipso præsentetur, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 23. *num.* 199. *in fine.*

3 *Sex solidos soluit.* Ergo quæcunque pecunia sufficit ad simoniam, de quo vide Tiraq. *in tract. de iudicio in rebus exig. vers.* 30. Soar. *de relig. tom.* 1. *lib.* 4. *de simonia cap.* 38. *num.* 2.

4 In glos. [Sex solidos,] ibi (*quicquid forti accedit vsura est*) Ergo ratione paruæ quantitatis vsura dari potest, de quo vide S. Thom. 2. 2. *q.* 66. *art.* 6. *ad* 3. Cou. *vari. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 12.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Simoniæ materia sunt omnes actus procedentes à potestate Ordinis.*
3 *Vicarius Episcopi non potest pretio constitui.*

Cap. Ad nostram. XXI.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabarel. Bellam. Io. Andr. Anan. Anchar. Butr. Marian. Socin. Felin. Panorm. Henr. Host. Ximen. Tolet. *in concordant. vtriusque Iuris cum legibus Castella p.* 1. *&* 2. Viuian. *in ration. lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 32. Alagona *in compendio Iur. Canon. pag.* 622. & refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 2. *cap.* 3.

2 *Pro ministerio Ecclesiastico.* Notatur ad hoc quod omnes actus procedentes à potestate Ordinis sunt materia simoniæ, vt per Soar. *de relig. tom.* 1. *lib.* 4. *de simonia cap.* 13. *n.* 2. *& cap.* 9. *nu.* 6. resoluit quod absolutio à censuris est materia simoniæ.

3 *Siue pro Vicarijs assignandis.* Notatur ad hoc quod Episcopi vicarius non potest pretio constitui, vt per Soar. *d. lib.* 4. *cap.* 20. *n.* 5. vbi *n.* 8. etiam per hunc tex. resoluit quod omnes actus iurisdictionis voluntariæ, quatenus ad effectum spiritualem ordinantur, sunt materiæ simoniæ.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Beneficij titulus per simoniam obtenti etiam data probabili ex parte prouisi ignorantia est inualidus.*
3 *Episcopus dispensare potest, quando quis per simoniam promotus est ignoranter.*
4 *Episcopus in vim Decreti Concil. Trid. sess.* 24. *de reformat. cap.* 6. *an possit absoluere sacerdotem suum subditum in simonia occulta, & rehabilitare ad Ordines, & beneficia, remissiuè.*

Cap. De simoniace. XXII. *Luc. iij.*

1 Super hunc text. scripserunt Abb. antiq. Collect. Innocen. Zabarel. Bellem. Ioan. And. Anania, Anch. Butr. Mar. Soc. Felin Panorm. Henric. Host. Xim. Tolet. *in concord. vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ p* 1. Viuian. *in rational. lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 32. Alagona *in cōpendio Iuris Canonici pag.* 622. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 2. *cap.* 18.

2 *Vtpote ipsis ignorantibus, &c.* Ergo titulus beneficij per simoniam obtenti, etiam data probabili ex parte prouisi ignorantia, est inualidus, vt per Abb. *in cap. pen. notab.* 1. *de electione*, Cou. *in reg. peccatum p.* 2. §. 8. *n.* 8. Ratio est quia titulus beneficij simoniace habitus non in pœnam criminis, sed ex ipsa rei natura est inualidus, & ignorantia quantumcunque probabilis non suffragatur ad tollendam nullitatem, quæ non fuit inducta in pœnam, arg. *glos.* receptæ *in cap. statutum verbo numerandum de præbend. lib.* 6. singularis in id secundum multos citatos à Cou. *in cap.* 3. *num.* 4. *de testam.*

3 In glos. [Remanere] ibi (*potest Episcopus cum talibus dispensare*) Notatur ad hoc quod Episcopus dispensare potest quando quis per simoniam promotus est ignorante, seu nesciens pro sua promotione datam esse pecuniam, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 23. *num.* 185.

4 An autem Episcopus in vim decreti Concilij Trid. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 6. possit absoluere Sacerdotem suum subditum in simonia occulta, & rehabilitare ad Ordines, & beneficia tam obtenta, quam obtinenda vide Soar. *de relig. tom.* 1. *tract.* 3. *lib.* 4. *de simonia cap.* 61. *n.* 11. Lessi. *de iustit. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 140. Nicol. Garc. *de benef. p.* 8. *cap.* 1. *num.* 74.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Reuelare peccatum, & peccatorem pro consilio habendo nullo modo licet.*
3 *Simoniæ labe non caret qui plurium electorum suffragio electus petuniam dederit alicui electioni contradicenti ne repugnando electionem impediat.*

4 Si-

4 *Simonia non est post ius quæsitum, seu obtentum beneficium, aut aliud spirituale donum redimere vexationem, quæ pro iure tollendo iniuste infertur, vel probabiliter timetur.*
5 *Litiganti an licitum sit dare aliquid temporale iudici vt iustam sententiam ferat, ostenditur.*
6 *Declaratur tex. in præsenti.*
7 *Eligendi ad dignitates ius non potest vendi.*

Cap. Mathæus. XXIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellem. Io. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Henric. Mar. Soc. Panor. Felin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. & 2. Viuia. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag.* 32. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 622. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib. 5. tit.* 2. *cap.* 21. & est post Concil. Later. sub Alex. III. *p. 40. cap.* 4.

2 *Secreta nobis insinuatione monstrauit.* Ergo pro consilio habendo peccatū & peccatorem reuelare licitum esse videtur, sed hoc ab omni veritate alienum est, vt tenet Nauar. *in cap. sacerdos, de Pœnit. dist. 6. nu.* 127. *in fine*, vbi refert in hoc tex. nullum verbū esse, quo significetur Matthæū Cardinalem suscepisse casum relatum in Pœnitentia, sed solum secrete id retulisse Papæ.

3 *Qui magister discordiæ, &c.* Notatur ad hoc quod simoniæ labe non caret, qui plurium electorum suffragio electus pecuniam dederit alicui electioni contradicenti ne repugnādo electionem impediat, vt per Azori. *instit. moral. p. 3. lib. 12. cap. 7. q. 1. vers. quæres.*

4 Hic sedet materia redimendi vexationem in beneficijs, in qua conclusio est recepta post ius quæsitum, seu obtentum beneficium, aut aliud spirituale donum non esse simoniam redimere vexationem, quæ pro Iure tollendo iniuste infertur, vel probabiliter timetur, vt per Rebuff. *in praxi benefic. tit. de Simonia in renunt. num.* 18. *cum seqq.* Redoan. *de simonia p. 2. cap. 31. nu.* 48. *& p. 3. cap. 2. nu.* 5. Menoch. *cons. 67. n. 17. cum seq.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 1. q. 80. n.* 2. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 23. nu.* 124. plures refert Cened. *ad Decretal. collect.* 164. *num.* 1. Nauar. *in manu. cap. 23. sub n.* 102. *& conf. 47. num. 44. sub hoc tit. in nouis.* Card. Tolet. *in sum. lib. 5. cap.* 90. Gutier. *canonic. lib.* 2. *cap. 23. num. 37. cum seqq.* Prosp. de Augustino *ad Quarant, in summa bullarij verbo beneficiorum possessio lit. B. vers. quamuis*, Azori. *instit. moral. p. 3. lib. 12. cap. 11. q. 4.* Less. *de iustit. lib. 2. cap. 35. dub. 18. n. 107. cum seq.* Card. Tusch. *tom. 8. lit. V. concl. 174. num.* 1. late Soar. *relig. tom. 1. lib. 4. de simonia cap, 19. num. 7. & cap. 50. à princip.* Sic etiam in foro Conscientiæ licitum est litiganti ad redimendum vexationem iudici etiā publicum stipendium habenti dare aliquid temporale vt per se iustam sententiam ferat, quando imminet periculum certum, aut omnino verosimilius futurum quod euidens litigantis iustitia ab eodē iudice inique alioquin iudicaturo, peruertatur, vel iniuste differatur, nā ex parte sic petētis datur iusta causa petēdi, nēpe necessitas cōseruādi ius suū in iudiciū deductum, vel vtilitas moralis in acquisitione alterius Iuris in iudicio prætensi; ex parte vero iudicis concurrit promptitudo ad dictum opus de se licitum, nēpe iustam sententiam peccaminose faciendum, ferendo eam iniuste, ita glos. *verbo ille in cap. non sane 14. q. 5.* Abb. *in cap. cum ab omni nu. 8. de vita & honest. cleric.* Siluest. *verbo restitutio 2. §. 1. & eod. verbo 4. §. 1.* Cou. *in reg. peccatum p. 2. §. 3. num. 1. col.* 2. Menoch. *de arbitr. casu* 343. *num. 8. & 9.* Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 88. n. 2. cum seqq.* Sayr. *in claui Regia lib. 10. tract. 5. cap. 3. num.* 6. Iacob de Graffis *in decisionibus aureis p. 1. lib. 2. cap. 123. n. 1. cum seqq.* Fr. Emman. *in sum. tom. 2. cap. 41. num.* 7. Less. *de Iustit. lib. 2. cap. 14. num.* 64. Rebell. *de obligat. Iustitia p. 2. lib. 18. q. 22. num.* 4.

6 Restat nunc vt videamus quare in hoc tex. ille redemptor suæ vexationis fuerit iudicatus simoniacus, & illa est receptior responsio quia erat tantum electus, & non confirmatus, & ita non dum habebat plenum ius, prout respondet Soar. *de relig. tom. 1. lib. 4. de simonia cap. 50. nu.* 8. Nam vexatio non potest esse in illo iure, quod electus à maiori parte acquisiuit plenum, sed tantum in confirmatione eiusdem Iuris, quæ ad electionem accedere debuit, ita Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 23. num.* 124.

7 *Celeriter, ac sponte dimittas.* Notatur ad hoc quod ius eligendi ad dignitates non potest vendi, vt per Soar. *d. lib. 4. de simonia cap. 20. nu.* 7.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Simonia est materia pretium recipere pro absolutione ab excommunicatione.*
3 *Vexationem redimere pecunia, an quis possit, vt absolutionem obtineat ab excommunicatione, ostenditur.*
4 *Simonia an committatur, si aliquis det pecuniam pro obtinenda absolutione in Sacramento Pœnitentiæ, si aliter sacerdos nolit absoluere, ostenditur.*

Cap. Ad aures. XXIV.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Coll. Zab. Bellem. Io. And. Anania, Host. Anch. Butr. Henric. Marian. Soc. Panor. Felin. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusq; Iuris cū legib. Castel. p.* 1. Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag.* 33. Alag. *in comp. Iuris Canon. pag.* 622. & refertur ab Ant. Aug. *collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap.* 4.

2 *Ipsum*

2 *Ipsum gratis faciatis absolui.* Nam pretium recipere pro absolutione ab excommunicatione materia est simoniæ, vt per Soar. *de relig. tom. 1. lib. 4. de simonia cap. 19. num. 6. & cap. 50. num. 21.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 23. num. 212. in fine*, vbi idem tenet de actu ferendi censuras.

3 In glos [Absolutionis] Notatur ad hoc quod potest quis pecunia vexationem redimere vt absolutionem obtineat ab excommunicatione, cōtrarium tenet Innoc. *in præsenti*, at vero Io. Andr etiam hic conciliat vtranque sententiam, aut excommunicato, inquit, imminet aliquod præiudicium ex dilata absolutione, puta quia speratur eligi, vel debet eligere, & tunc locū habet opinio huius glossæ: aut non imminet tale periculum, & tunc verum est quod Innoc. dicit, quam distinctionem satis probabilē, & æquā esse dicit Panor. hic, & refert Azori. *instit. moral. p. 3. lib. 12. cap. 11. q. 4. vers. quæres.*

4 Notatur etiam ad hoc quod pro absolutione in Sacramento Pœnitētiæ si aliter Sacerdos nolit absoluere pœnitentem non potest dari pecunia absque labe simoniæ, vt per Spin. *in speculo testam. glos. 7. princip. nu. 36.* quod ea ratione fit, cum Sacramentum Pœnitentiæ non sit ita necessarium simpliciter sicuti Sacramentum Baptismi, non potest recipi à simoniaco, sicut baptismus, vt tradit Cou. *in cap. alma mater p. 1. §. 6. num. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Simonia consistit in venditione ingressus ad monasterium.*
3 *Monasterij pro ingressu non licet aliquid exigere, vel accipere, quasi pretium.*
4 *Professio in religione facta per simoniam est valida.*
5 *Monachus ob simoniam detrudendus est in arctius monasterium, & potest ibi profiteri.*
6 *Electio simoniaca est, si aliquis ignoranter electo pro eo eligendo pecuniam dederit.*

Cap. De Regularibus. XXV. *Clem. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Ioan. Andr. Anania, Anchar. Butr. Marian. Soc. Felin. Panorm. Henric. Host. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viu. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 33.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 623.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 7.*

2 *Qui per simoniam ingressum, &c.* Notatur ad hoc quod in venditione ipsius ingressus consistit simonia, vt per Soar. *de relig. to. 1. lib. 4. de simonia cap. 17. num. 13.* Nam pro ingressu monasterij non licet aliquid exigere, vel accipere quasi pretium, licet tamen si monasterium sit tenue, quod nō sufficiat ad tot personas nutriendas, gratis quidem ingressum monasterij exhibere, sed accipere aliquid pro victu personæ, quæ in monasterium fuerit recipienda si ad hoc nō sufficiant monasterij opes, ita D. Tho. *2. 2. q. 100. art. 3. ad 4. & in 4. dist. 25. q. 3. quæstiunc. 2. ad 7.* Azori. *instit. moral. p. 3. lib. 12. cap. 16. q. 1.*

4 *Omnino dimittant.* Ergo professio in religione facta per simoniam est valida, cum solummodo in pœnam prohibeatur talem religiosum permanere in monasterio in quo sic professus est, de quo vide Valer. Reginald. *in praxi fori penitent. lib. 23. nu. 181. vers. secundum.*

5 *Seu alia monasteria districtiora adeant.* Notur ad hoc quod monachus ob simoniam detrudendus est in arctius monasterium, & potest ibi profiteri, vt per Sanch. *de Matrim. lib. 4. disput. 13. num. 3.*

6 *Si autem ignorantibus, &c.* Notatur ad hoc quod electio simoniaca est si aliquis ignorante electo pro eo eligendo pecuniam dederit, vt per Azori. *instit. moral. p. 3. lib. 12. cap. 7. q. 1. vers. simoniaca*, vbi etiam idem dicit si renuente electo pecunia detur, etiamsi alioquin esset eligendus, intelligendo procedere quando pecunia data fuerit sine dolo, & fraude.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Beneficium ante 14. annum nullus potest obtinere.*
3 *Prouisio simoniacè facta ignorante prouiso est nulla ipso iure.*
4 *Dispensare potest Episcopus cum simoniaco ignorante, cum sciente tamen solo Papa.*

Cap. Ex insinuatione. XXVI.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabarel. Bellam. Io. Andr. Anan. Anchar. Butr. Marian. Socin. Felin. Panorm. Henr. Host. Ximen. Tolet. *in concordant. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1.* Viuian. *in ration. lib. 5. Iuris Pontificij pag. 33.* Alagona *in compendio Iur. Canon. pag. 623.* & refertur ab Anton. August. *collect. 2. Decretal. lib. 2. sub tit. de renuntiatione, cap. 2.*

2 *Cumq; ad annos discretionis, &c.* Hodie ex noua dispositione Concil. Trid. *sess. 23. de reformat. cap. 6.* nullus ante decimum quartum annum beneficium potest obtinere, vt per citatos à me in tract. *de Officio, & potestate Episcopi p. 3. alleg. 60. num. 73.*

3 In glos. [Tibi] ibi *(ignoranti)* Notatur ad hoc quod prouisio simoniacè facta ignorante prouiso est

so est nulla ipso iure, vt per Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 23. *à num.* 24. Raph. de la Torre *in* 2. 2. *to.* 2. *q.* 100. *art.* 6. *disp.* 5. Lessi. *de iustitia lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 142. & alios, quos refert & sequitur Nicol. Garc. *de benefic. p.* 8. *cap.* 1. *num.* 6.

4 In glos. [Eligerunt.] Notatur ad hoc quod cum simoniaco ignorante potest Episcopus dispensare, cum sciente tamen solus Papa; vt per Selu. *in tract. de benefic. p.* 3. *q.* 51. *num.* 4. *&* 5. prax. Episc. *p.* 1. *verbo simonia dub.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Simoniaca dicitur electio commissa cum vno solo patrono, intellige vt ibi.*
3 *Electio spe præmij, seu pretio interueniente fieri non potest.*
4 *Simoniaca est electio si aliquis eligendo inscio pecuniam dederit, vt ille eligatur nisi data fuerit dolose.*
5 *Beneficium possidens habitum cum simonia se ignorante commissa, habet titulum coloratum, & gaudet beneficio regulæ de triennali.*
6 *Electio simoniaca electo ignorante facta an sit reprobanda, vel ipso iure nulla, ostenditur.*
7 *Simoniaco beneficium resignari non potest.*

Cap. Nobis. XXVII.
Calest. iij.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Coll. Zab. Bellem. Io. And. Anania, Host. Anch. Butr. Henric. Marian. Soc. Panor. Felin. Ximen. Tolet, *in concord. vtriusq; Iuris cū legib. Castel. p.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 34. Alag. *in comp. Iuris Canon. pag.* 613. & refertur ab Ant. Aug. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 2. *cap.* 9.

2 *Vni, vel omnibus eligentium.* Ergo simoniaca dicitur electio commissa cum vno solo patrono, vt per Abb. *hic notab.* 1. Nau. *in man. cap.* 25. *nu.* 81. & censuit Rota apud Farin. *decis.* 221. *in* 1. *collect. nouissimarum*, quā refert Nicol. Garc. *de benefic. p.* 8. *cap.* 1. *n.* 102. *&* 12. intelligit procedere in eligentibus, præsentantibus, aut conferentibus vt vniuersis, seu iure collegij, in quibus terminis loquitur tex. in præsenti, quia tunc omnium vna est electio, præsentatio, aut collatio, & sic simonia cum vno commissa tangit & vitiat electionem, præsentationem, aut collationem. Contrarium vero constituendum est in patronis præsentantibus vt singulis, quilibet enim præsentat de per se, & tot sunt præsentationes, quot patroni, & sic vna præsentatio vitiosa seu simoniaca nō influit in alias, quo casu procedit decisio Rotæ apud eund. Farin. *decis.* 103.

3 *Promiserunt se pecuniam soluturos.* Notatur ad hoc quod electio spe præmij, seu pretio interueniente fieri non potest, vt per Molin *de primogen. lib.* 2. *cap.* 5. *nu.* 37.

4 *Quia igitur super hoc, &c.* Notatur ad hoc quod simoniaca est electio si aliquis eligendo inscio pecuniam dederit vt ille eligatur, nisi data fuerit dolose, vt electioni noceret, ita Azori. *instit. moral. p.* 3. *lib.* 12. *cap.* 7. *q.* 1. *vers. quid si.* Nicol. Garc. *d. cap.* 1. *num.* 8. vbi *num.* 9. ampliat etiamsi elector seu collator esset alias electurus, seu collaturus si motus fuit
5 cōsilio, vel intercessione illius, & *n.* 15. resoluit possidentē beneficiū habitū per simoniā se ignorante commissam habere titulū coloratū, & gaudere beneficio regulæ de triennali, de quo etiam Rebuff. *de pacificis possess. num.* 198. *ad fin. vers. etiam cum simonia*, Less. *de Iust. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 140. Mantic. *Rota decis.* 221. *num.* 3.

6 *Penitus reprobanda.* Ideo in præsenti electio simoniaca facta est reprobanda, & non ipso iure, quia pecunia fuerat promissa vni eligentium pro omnibus ignorante electo, quo casu non est tam odiosa electio, licet sit simoniaca, & cassanda, ita Cosm. *in pragmat. sanct. p.* 1. *tit. de electionib. c. sicut* §. *quod si alter vers. ipso iure*, Boer. *decis.* 117. *n.* 4. Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib.* 25. *n.* 177. *cum seq.* Cuius tamen contrarium videlicet prouisionem simoniace factam ignorāte prouiso esse nullam ipso Iure tenent citati Doctores *ad cap. antecedens in glos. ibi.*

7 *Obtinere de Iure non potest.* Et ideo simoniaco beneficium resignari non potest, cum & illud tanquam inhabilis obtinere non valeat, ita Flamin. *de resignat. benefic. lib.* 4. *q.* 3. *num.* 20 Vgolin. *de simon. tab.* 4. *cap.* 6. §. 6. *n.* 2. Lessi. *d. cap.* 35. *n.* 139. Soar. *de relig. tom.* 1. *tract.* 3. *lib.* 4. *de simonia cap.* 58. *nu.* 9 Nicol. Garc. *d. cap.* 1. *nu.* 56. Non est tamen incapax si alter in gratiam ipsius emit, sed hic rem sciens contraxit ante collationem, vt tenet Henriq. *in sum. lib.* 13. *cap.* 37. §. *fin.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Fidem non seruanti fides seruanda non est.*
3 *Episcopi non possunt decimas à suis subditis redimere etiamsi ab eis in earum solutione iniuste vexentur.*

j. Cap. Dilectus. XXVIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Inn. Collect. Zabarel. Bellem. Io. Andr. Anania, Host. Anchar. Butr. Henric. Marian. Soc. Panor. Felin. Xim. Tolet. *in cōcord. vtriusq. Iuris cū legibus Castel-*

Castellæ p. 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontific. pag.* 35. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 624. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 2. *cap.* 10.

Circa materiam redimendi vexationem dixi sup. *ad cap. Matthæus, hoc tit.*

2 *Contra promissionem suam, &c.* Notatur ad hoc quod non seruanti fidem fides non est seruanda, ad quod plures Doctores refert Cened. *ad Decretal. collect.* 174. *num.* 4. quibus adde Ioseph. Ludou. *tom.* 3. *communium opinion. tit. de probat. concl. vnica vers. qualibet enim, pag. mihi* 473. Menoch. *consil.* 1. *num.* 364. Seraphin. *de priuilegijs Iuram. priu.* 74. *nu.* 154. Surd. *cons.* 359. *nu.* 9. Christoph. de Pace *in scholijs ad leges styl. l.* 41. *num.* 26. Cardos. *in praxi iudicum verbo fides nu.* 2. Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *q.* 29. *nu.* 65. Alexand. Trentacinqu. *var. resolut. lib.* 3. *tit. de verborum significat. resol.* 2.

3 In gl. [Accepit] post med. Collige Episcopos nō posse decimas à suis subditis redimere, etiāsi ab eis in earum solutione iniuste vexentur, nec aliter eas soluere velint: ita omnes per tex. ibi *in cap. decimas* 16. *q.* 3. Soar. *de relig. to.* 1. *tract.* 3. *lib.* 4. *cap.* 50. *sub nu.* 33.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Benedictiones nubentium, & exequiæ mortuorum, vel suffragia, quæ sunt functiones ordinum, gratis dari debent, nec pro eis aliquid exigi potest.*
3 *Sacerdos pro ministratione spiritualium potest aliquid exigere, si ei sumptus desint.*
4 *Sacerdos gratis ministrare debet spiritualia, si habet de suo.*
5 *Clericus vt locet operas suas, non est inconueniens.*
6 *Consuetudo vbi adest, quod aliquid detur in exequijs mortuorum, & similibus, potest populus cogi saltem officio iudicis ad obseruandam consuetudinem.*

Cap. Suam. XXIX.

1 Super hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Collect. Innocent. Zabarel. Bellem. Ioann. Andr. Anania, Hostien. Ancharan. Butr. Henric. Marian. Socin. Panor. Felin. Ximen. Toletan. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. Viuian. *in ration. lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 35. Alag. *in compend. Iuris Canon. pag.* 624. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 2. *cap.* 1.

2 Probat hic tex. pro benedictionibus nubentium, & exequijs mortuorum, vel suffragijs, quæ sunt functiones Ordinum, nihil exigi posse, vt per Soar. *de relig. tom.* 1. *lib.* 4. *de simonia cap.* 13. *num.* 2. & 5. & *cap.* 15. *num.* 5. Bellet. *disquisit. clerical. p.* 1. *tit. de bonis clericorum* §. 3. à *num.* 19. Azori. *instit. moral. p.* 3. *lib.* 12. *cap.* 4. *q.* 2.

3 In glos. [Pro exequijs] ibi (*si sumptus desint*) Notatur ad hoc quod sacerdos pro ministratione spiritualium potest aliquid exigere si ei sumptus desint, ita Soar. *d. lib.* 4. *de simonia cap.* 47. *num.* 11. vbi dicit hanc glossam esse intelligendam de Sacerdote, qui ex officio ministrare nō tenetur, vel certe addendum esse posse id facere causa approbata à prælato, ad quē spectat prouidere vt inferiores pastores populorum ab eisdem alantur sufficienter.

4 In ead. glos. ibi (*& tamen gratis dicitur celebrare*) Notatur ad hoc quod sacerdos gratis ministrari debet spiritualia si habet de suo, vt per Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 59. *num.* 3.

5 In ead. glos. ibi (*nec enim est inconueniens vt clericus locet operas suas*) Ita Host. *hic num.* 4. Abb. *num.* 12. Bellet. *d.* §. 3. *num.* 17. plures quos refert Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p.* 2. *Alleg.* 24. *num.* 2.

6 In ead. glos. ibi (*si tamen consuetudo, &c.*) Notatur ad hoc quod vbi adest cōsuetudo quod aliquid detur in exequijs mortuorum, & consimilibus, aut legitime apparet de quasi possessione exigendi, vtpote vt dentur candelæ, cerei prandia, nec non in administratione Sacramentorum, licet clerico non detur actio ad petendū vt per Host. *hic nu.* 4. Deci. *cons.* 214. *per totum*, Vgolin. *in tract. de simonia in genere tab.* 1. §. 10. *num.* 1. 2. & 7. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 110. *num.* 9. & *cap.* 210. *num.* 11. 12. & 28. Azori. *instit. moral. p.* 3. *lib.* 12. *cap.* 19. *q.* 1. potest tamen cogi populus si non Iure actionis, saltem officio iudicis ad obseruandam honestam, & laudabilem consuetudinem, si quæ super his fuit, vt infra dicam *ad cap. ad Apostolicam* 42. *hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Connexitatis ratione res inter alios acta alijs nocet.*
3 *Archiepiscopus potest iniungere suis suffraganeis vt seruari faciant, quod seruatur in Metropolitana.*
4 *Taxatio non cadit in his, quæ tantum per liberalem donationem conferri possunt.*
5 *Res inter alios acta in iudicio alijs præiudicat, & prodest quoad quandam præsumptionem.*

ij. Cap. Dilectus. XXX.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellem. Io. And. Anania, Host. Anch. Butr. Henric. Marian. Socin. Felin. Panorm. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ part.* 1. & 2. Viu. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 36. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 624. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 2. *cap.* 2.

2 *Tam in dantes*, Notatur ad hoc quod ratione connexitatis res inter alios acta alijs nocet, vt per Tir. *in tract. res inter alios acta vers. limita igitur* 22.

3 *Vt hanc formam per suas diœceses, &c.* Notatur ad hoc quod Archiepiscopus potest iniungere suis suffraganeis, vt seruari faciant, quod seruatur in Metropolitana, vt per Marc. Anton. Genuens. *in praxi Curiæ Archiep. Neapolitanæ cap.* 70. *nu.* 21. vbi intelligit in illis, quæ de Iure seruanda sunt.

4 *Sine taxatione.* Notatur ad hoc quod in his, quæ tantum per liberalem donationem conferri possunt, taxatio non cadit, secus in his rebus, quæ ex debito dantur per modum stipendij, si de modo vel quantitate non constet ex lege, vel consuetudine, vt per Soar. *de relig. tom.* 1. *lib.* 4. *de simonia cap.* 46. *num.* 6.

5 In glos. [Dantes.] Notatur ad hoc quod res inter alios acta in iudicio aliis præiudicat, & prodest quoad quandam præsumptionem, vt per Cou. *practic. cap.* 13. *num.* 4.

6 In glos. [Imitari.] Notatur ad hoc quod possint offerri munera infideli ea conditione vt baptismum suscipiat, vt per Sanch. *de Matrim. lib.* 1. *disp.* 39. *nu.* 4. *vers. sexto*, Soar. *de relig. tom.* 1. *lib.* 4. *de simonia cap.* 16. *num.* 10. Azori. *instit. moral. p.* 3. *lib.* 12. *cap.* 3.-4.-5.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Assertioni alterius facile credere non debemus.*
3 *Iudex non potest iudicare secundum causam probatam, & non deductam.*
4 *Fatuus est iudex, qui vltra petita iudicat.*
5 *Sententia vt valeat debet esse conformis libello.*
6 *Sententiæ verba obscura interpretantur iuxta conclusionem libelli, limita in criminalibus.*
7 *Reus extraiudicialiter prius ab actore monendus ex vrbanitate, & non ex iuris necessitate.*

Cap. Licet Heli. XXXI.

1 Super hunc text. scripserunt Abb. antiq. Collect. Innocen. Zabarel. Bellem. Ioan. And. Anania, Host. Anch. Butr. Henr. Mar. Soc. Panor. Felin. Cas. *in au.* Xim. Tol. *in concord. vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. & 2. Viu. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 36. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 625. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 2. *cap.* 3. & *lib.* 2. *registri Innoc. III. circa finem*, vbi ex integra epistola clarius intelliges, quæ ad hunc locum spectant. [illegible]

2 *Non facile credere debet.* Notatur ad hoc quod non debemus alterius assertioni facile, citoque temere credere, vt per Tiraq. *de pœnis temper, causa* 51. *num.* 26.

3 *Vt iuxta iudicij formam.* Ergo si iudex iudicat secundum causam probatam, & non deductam, certe iudicat vltra petita, quod fieri nequit à iudice sine nota stultitiæ, vt per Afflict. *decis.* 32. *num.* 1. Valasc. *de iure emphyt. q.* 6.

4 *num.* 12. *prope fin.* Nam fatuus est iudex, qui vltra petita iudicat Vanti. *de nullit. tit. ex defectu processus num.* 97. Cas. Barz. *Bononien. decis.* 33. *num.* 9. Azeued. *l.* 10. *nu.* 115. *cum seqq. tit.* 17. *lib* 4. *noua recop.* Camill. Borrel. *in summa omnium decis. tit.* 49. *de libello num.* 127. & 128. Valasc. *consf.* 145. *nu.* 8. *cum seqq.* D. Barbos. *in l. si cum dotem in princip. num.* 44. *ff. soluto Matrim.*

5 *Sententiæ quoque forma dictetur.* Notatur ad hoc quod sententia vt valeat debet esse conformis libello, vt per Sociu. *reg.* 442. *n.* 1.

6 nam verba obscura sententiæ interpretantur iuxta conclusionem libelli, ex Mascard. *de probat. concl.* 110. *num.* 4. Stephan. Gratian. *discept. forensium cap.* 33. *num.* 11. & *Marchua decis.* 214. *num.* 5. & 6. Limita in criminalibus, in quibus non requiritur quod sententia sit conformis libello, imo in plus quam sit petitum potest iudex condemnare, vt per Anton. Gom. *tom.* 3. *Var. cap.* 1. *num.* 39. *col.* 3. *vers.* & *confirmatur.* Bonacos. *commun. crimin. p.* 2. *verbo sententia fol.* 68. *verso*, Menoch. *cons.* 80. *num.* 44. Camill. Borrel. *in summa omnium decis. tit.* 49. *nu.* 127.

7 In gl. [Inscriptio.] Notatur ad hoc quod reus extraiudicialiter prius ab actore monendus ex vrbanitate, & non ex Iuris necessitate, vt per Soar. de Pace *in pract. tom.* 1. *p.* 1. *temp.* 2. *num.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Inimici capitalis testimonium recipitur in causis priuilegiatis, & in criminibus exceptis.*
3 *Suspectus de inimicitia capitali repellitur à testimonio.*
4 *Actio intentata contra eum, qui ob homicidium cõmissum inhabilis est reputandus ad beneficium consequendum ciuilis censetur, & non criminaliter.*
5 *Liti qui renunciat simpliciter, non præsumitur id facere animo donandi.*
6 *Dignitas delinquentis in pœnis est attendenda.*
7 *Inimicitia quæ dicantur capitales remissiuè.*
8 *Inimicus capitalis reconciliatus & cum quo est secuta pax testis esse potest.*

j. Cap. Per tuas. XXXII.

1 Super hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zaburel. Bellem. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Ancharan. Butr. Henric. Marian. Socin. Panor. Felin. Cas. *in an.* Xim. Tol. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 36. Alagona *in compend. Iuris Canonici pag.* 626. refertur ab Antonio August. *collect.* 3. *Decret. lib.* 5. *tit.* 2. *cap.* 4.

2 *Et inimicitias.* Notatur ad hoc quod inimici capitalis testimonium repellitur in causis priuilegiatis, & in crimi-

criminibus exceptis, vt per Hippol. cons. 12. num. 11. & cons. 20. nu. 27. & cons. 28. num. 7. & cons. 29. num. 24. & cons. 52. num. 31. & cons. 65. num. 20. Menoch. de arbit. lib. 1. q. 28. num. 2. cum seqq. Martin. Delri. disquisit. magic. lib. 5. q. 2. pag. mihi 439. Farin. in praxi crimin. p. 2. tit. de opposit. contra personas testium, q. 53. num. 5. Fr. Paulin. Berti. Lucens. in praxi crimin. regularium tit. 6. cap. 10. num. 40. Prout in crimine hæresis Menoch. cons. 149. num. 14. cum seqq. Viui. to. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 10. num. 137. pag. 527. vers. ampliantur, Mascard de probat. concl. 857. n. 40. Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 2. q. 15. art. 2. Menoch. d. q. 28. num. 3. Et in crimine læsæ maiestatis Mascard. de probat. concl. 462. num. 31. & concl. 1046. num. 3. Farin. d. q. 53. num. 5.

3 Amplia in suspecto de inimicitia capitali vide Felin. in cap. cum I. & A. num. 7. sup. de re iudic. Grammat. decis. 33. à num. 7. Hippol. cons. 15. num. 7. & cons. 20. num. 40. & cons. 31. n. 15. 18. & 19. Ozasc. cons. 66. n. 12. & 26. Mascard. concl. 899. n. 3. & concl. 1046. n. 5. Farin. d. q. 53. n. 24.

4 *Sed ciuiliter.* Notatur ad hoc quod actio intentata contra eum, qui ob homicidium commissum inhabilis est reputandus ad beneficium, consequendum, ciuilis censetur, non criminalis, vt censuit Rota apud Farin. decis. 622. n. 1. in 1. collect. nouissimarum.

5 *Non spectata sententia quasi male conscius cessit.* Notatur ad hoc quod liti qui renuntiat simpliciter non præsumitur id facere animo donandi, vt per Tiraq. in l. si vnquam Cod. de reuocandis donat. verbo donatione largitus num. 203.

6 In glos. [Excellentioris.] Notatur ad hoc quod in pœnis est attendenda dignitas delinquentis, vt per Cou. lib. 2. vari. cap. 9. num. 3.

7 In glos. [Inimicitias capitales.] Inimicitiæ capitales, quæ dicantur explicant Bart. in l. 3. §. vlt. ff. de adimendis leg. & in l. licet, vbi glos. verbo capitales, ff. de arbitr. Menoch. de arbitr. casu 239. num. 8. & 11. & de præsumpt. lib. 3. præs. 37. n. 26. cum seqq. remissiue Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de fauore cleric. canonis §. 3. n. 19. Card. Mantic. de coniecturis vltim. volunt. lib. 12. tit. 5. n. 14. Fr. Emman. d. q. 15. art. 3. Flamin. de resignat. benefic. lib. 5. q. 3. nu. 258. Cardos. in praxi iudicum verbo inimicitia nu. 1. & verbo testis num. 15. Farin. d. p. 2. q. 49. nu. 1. cum seqq.

8 In ead. gl. ibi (redeant in amicitiam, &c.) Notatur ad hoc quod inimicus capitalis reconciliatus, & cum quo est sequuta pax, testis esse potest, vt per Tiraq. in tract. cessante causa p. 2. limit. 16. num. 7. Mascard. concl. 899. num. 10. & concl. 1046. n. 21. Surd. cons. 371. n. 17. Fr. Paulin. Berti. Lucens. d. cap. 10. n. 9. Azeued. l. 2. n. 53. tit. 8. lib. 4. nouæ recopilat. Farin. d. q. 53. nu. 58.

9 In ead. glos. ibi (non sit recens) Notatur ad hoc quod reconciliatus de recenti à testimonio repellitur, sicut si esset inimicus, is enim adhuc odium & nocendi animum retinere præsumitur vt per Cou. practic. cap. 18. nu. 3. Anton. Gomez tom. 3. vari. cap. 12. num. 14. vers. quod subintellige Tiraq. cessante causa p. 2. limit. 16. nu. 7. & 8. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 28. num. 6. Decian. tract. crimin. tom. 1. lib. 3. cap. 25. num. 21. Mascard. concl. 857. num. 47. & concl. 899. num. 7. & concl. 1046. nu. 21. Farin. d. q. 53. num. 59.

10 In glos. [Furti, & adulterij] ibi (quantumcumque sit emendatus) Notatur ad hoc quod periurus etiam emendatus de periurio à testimonio repellitur, vt per Clar. lib. 5. periurium num. 7. Mascard. concl. 1168. nu. 16. & 17. & concl. 1356. n. 37. Perez l. 1. glos. 1. pag. 186. tit. 6. lib. 8. Ordinam.

11 In ead. glos. ibi (quia qui semel est periurus ad iuramentum amplius non admittitur) Vnde testem in parte falsum & mendacem in totum reputari falsum docent Clar. in pract. §. fin. q. 53. vers. sed quæro, Soar. in thesauro recept. sentent. lit. T. n. 135. Magon. Lucensi decis. 46. n. 22. & decis. 79. n. 10. Mascard. concl. 743. & concl. 1039. num. 9. Viui. tom. 1. commun. opinion. lib. 4. tit. 9. num. 224. pag. mihi 502. Donat. à Fina d. lib. 4. tit. 10. nu. 356. pag. 557. Menoch. de præsump. lib. 5. præs. 22. Bobadil. in sua politica lib. 5. cap. 2. num. 57. Farin. d. p. 2. q. 67. n. 111. cum seqq. & p. 4. cons. 39. n. 12.

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Electo confirmato non imputatur, si eo prohibente pro illius confirmatione pecunia data sit.*
3 *Consanguineus, vel amicus electi ad aliquam dignitatem, qui pro ea obtinenda pecuniam dedit, non præsumitur dedisse de mandato electi, nisi illius interuenerit scientia.*
4 *Simonia quia occulte committitur satis coniecturis probatur.*
5 *Verba, sub interminatione anathematis, sententiam ferendam, & non latam continent.*

Cap. Sicut tuis. XXXIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellem. Io. And. Anania, Host. Butr. Anch. Henric. Marian. Socin. Panorm. Felin. Ximen. Toletan. in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2. Viuian. in ration. lib. 5. Iuris Pontif. pag. 37. Alagona in compendio Iuris Canon. pag. 627. refertur ab Anton. Aug. collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 5.

2 Probat hic tex. non imputari electo confirmato si eo prohibente pro ipsius confirmatione pecunia data sit, vt per Siluest. in sum. verbo simonia q. 13. Azori. instit. moral. p. 3. lib. 12. cap. 7. q. 12. vers. quod si.

3 *Cum is nulla sit tibi consanguinitate coniunctus, &c.* Notatur ad hoc quod si consanguineus, vel amicus alicuius electi ad aliquam dignitatem dederit pecuniam pro obtinenda aliqua dignitate, non præsumitur de-

disse de mandato electi, nisi illius interuenerit scientia, vt per Farin. *in praxi crimin. p. 5. q. 134. num. 67.*

4 Notatur etiam ad hoc quod simonia, quia occulte committitur, satis coniecturis probatur, vt per Menoch. *de praesumpt. lib. 1. praes. 38. num. 4.*

5 In glos. [sub interminatione anathematis] Notatur ad hoc quod huiusmodi verba, quae solam comminationem significant, sententiam ferendam, & non latam continent, vt per Sayr. *in clavi Regia lib. 3. cap. 8. num. 19.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Simonia est, si quis alicui Ecclesiae sua bona dederit, vt eligatur in canonicum, intellige vt ibi.*
3 *Sacerdotia sine peccato quis petere potest ratione mandati, aut nominationum sine ratione alterius gratiae.*
4 *Simoniam inducit sola promissio de dando.*
5 *Simoniam veram non deducit sola actuum correspectiuitas, nisi probetur praecedens pactio, & conuentio.*

Cap. Tua nos. XXXIV.

1 Svper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Bellem. Ioan. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Henr. Mari. Soc. Panor. Felin. Ximen. Toletan. *in concordantys vtriusque Iuris cum legibus Castella p. 1.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificy pag. 37.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 628.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 6.*

2 Probat hic tex. simoniam esse si quis alicui Ecclesiae dederit sua bona vt eligitur in canonicum, etiamsi daret vt praebenda ex illis constitueretur, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori poenit. lib. 23. num. 244.* Azori. *instit. moral. p. 3. lib. 12. c. 7. q. 2.* vbi etiam quod in simoniae peccatum non incideret si gratis & liberaliter sua bona donaret, & postea peteret vt in canonicum admitteretur, & canonici absolute & gratis cōsentirent, prout etiam tenet simoniam non esse si auctoritate & consensu Episcopi retineret sibi potestatem praeficiendi clericum ad praebendam ex suis bonis in Ecclesia institutam.

3 *Rogans humiliter.* Notatur ad hoc quod sacerdotia sine peccato quis patere potest ratione mandati, aut nominationum, sine ratione alterius gratiae, vt per Rebuff. *in repet. l. Barbarius nu. 3. ff. de officio Prat.*

4 Notatur etiam ad hoc quod sola promissio de dando inducit simoniam vt per Flamin. *de resignat. benefic. lib. 14. q. 7. num. 35.*

5 In glos. [Pure.] Notatur ad hoc quod nisi probetur praecedens pactio, & conuentio, sola actuū correspectiuitas non inducit verā simoniam, vt per Farin. *in praxi crimin. p. 4. cons. 75. num. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Circunstantia conscientiae etiam erronea ligat.*
3 *Peccatum est facere contra conscientiam errantem.*

Cap. Per tuas. XXXV.

1 Svper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Coll. Zabar. Bellem. Io. Andr. Anania, Host. Anchar. Butr. Henric. Mar. Soc. Panor. Felin. Ximen. Toletan. *in concordantys vtriusque Iuris cum legibus Castella p. 1.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 38.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 628.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 17.*

2 *Sed contra Conscientiam, &c.* Notatur ad hoc quod circunstantia conscientiae etiam erroneae ligat, vt per Nau. *in cap. considerет*
3 *in princ. n. 53. de Poenit. dist. 5.* Et est peccatum facere contra errantem conscientiam vt tenet Azori. *instit. moral. p. 1. lib. 2. cap. 8. q. 3.* & faciunt quae dixi *ad rub. de summa Trinit. num. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Archiepiscopus potest exercere iurisdictionem in subditos suffraganeorum in concernentibus totam prouinciam.*
3 *Consuetudo exigendi pecuniae quantitatem, aut aliā rem in Archidiaconi inuestitura reprobatur.*
4 *Simonia committitur, cum aliquid datur pro inductione in corporalem beneficy possessionem.*
6 *Venditor, quando recusat recipere pretium rei venditae, quid faciendum, ostenditur.*

Cap. In tantum. XXXVI.

1 Svper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Ancharan. Butr. Henric. Marian. Socin. Panorm. Felin. Ximen. Toletan. *in concordantys vtriusque Iuris cum legibus Castella* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 39. p. 1.* Alagona *in compend. Iuris Canonici pag. 629.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 3. Decretal. lib. 5. sub tit. de excessib. Pralat. cap. 1.*

2 *De tua prouintia studeas abolere.* Notatur ad hoc quod Archiepiscopus potest exercere iurisdictionem in subditos suffraganeorum in concernentibus totam prouinciam, putà in tollendo prauam consuetudinem ab illa, ita Mar. Anton. Genuen. *in praxi Archiepisc. Neapol. cap. 70. nu. 10.*

3 *Per quam pro Ecclesiarum inuestitura*

ſtitura Archidiaconi, &c. Notatur ad hoc quod reprobatur conſuetudo exigendi pecuniæ quantitatem, aut aliam rem temporalem in Archidiaconi inueſtitura, vt per Soar. *de relig. tom. 1. lib. 4. de ſimonia cap. 47. nu. 5. & cap. 48.*
4 *num.* 4. Nam ſimoniæ peccatum admittitur cũ aliquid datur, vel accipitur etiam poſt electionem, & confirmationem pro inductione, & immiſsione eius in corporalem beneficij poſſeſſionem Azor. *inſtit. moral. par. 3. lib. 12. cap. 7. quæſt. 1. verſ. inſuper.*

5 *Variant.* Nam nominum variatio non excuſat, vt ait Lactant. *lib. 1. cap. 5. diuinarum inſtit.* non obſtat appellationum diuerſitas cum ipſa ſignificatione ad vnum omnia reuoluantur.

6 In gloſ. [Qui prius.] ibi (*pretium, & res deponatur apud ſequeſtrum.*) Quando venditor recuſat recipere pretium rei venditæ conuentum, vel ab arbitratore declaratum poteſt de Iure emptor implendo è latere ſuo contractum, facere de illo depoſitum parte citata, & iudice auctore, quod quidem depoſitum vim veræ ſolutionis habet, ex Bartol. *in l. ſi ſoluturus nu. 5 de ſolution.* quem refert Aloyſ. Ricci. *Curia Archiepiſcop. deciſ. 21.* & dicit per S. Rotam ſæpe deciſum idem Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. par. 4. collect. 1274. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Ordinandus in ſubdiaconum titulum habere debet.*
3 *Ordinatus ad præſentationem beneficij cum pacto, quod nihil vnquam petierit à præſentante ratione præſentationis, non poteſt aſcendere ad ſuperiores Ordines, nec in ſuſcepto miniſtrare.*
4 *Simoniæ labes an conſideretur in caſibus propoſitis in hoc tex. oſtenditur.*
5 *Simonia confidentialis, an in caſu huius tex. conſiderari poſsit, oſtenditur.*
6 *Tex. in præſenti, & cap. penult. infra hoc tit. complectuntur paciſcentem cum ordinatore, vel præſentatore, non autem cum patre, vel alijs.*
7 *Ordinatus cum patrimonio ſibi donato cum conditione de reſtituendo poſt ordinationem, non incurrit vllam pœnam, vel ſuſpenſionem.*

iij. Cap. Per tuas. XXXVII.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Ioan. Andr. Anania, Hoſtien. Anch. Butr. Henric. Marian. Socin. Panorm. Felin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ par. 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 40.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 629.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 4. Decretal. lib. 5. titul. 2. cap. 1.*

2 *Vellet in ſubdiaconum ordinari, & certum titulum non haberet.* Ergo ordinandus in Subdiaconum titulum habere debet, Concil. Trident. *ſeſs. 21. de reformat. cap. 2.* refero plures Doctores Ego ipſe *de officio & poteſtate Epiſcopi par. 2. Alleg. 19. nu. 3.*

3 *Vt ipſum ad Eccleſiæ ſuæ titul. etc.* Notatur ad hoc quod ordinatus ad præſentationem beneficij cum pacto, quod nihil vnquam petierit à præſentante ratione præſentationis, non poteſt aſcendere ad ſuperiores Ordines, nec in ſuſcepto miniſtrare, vt per Nau. *ſub tit. de tempor. ordinat. conſ. 17. num. 1. in nouis.* Auil. *de cenſur. par. 3. diſp. 2. dub. 5. concl. 1. ad 1. argumen.* Bonacin. *eod. tract. diſput. 3. q. 6. puncto. 5. nu. 4. verſ. eadem ſuſpenſione.*

4 Erit igitur non abs re perſcrutandum an in caſibus propoſitis in hoc tex. & *in cap. penult. inf. hoc tit.* ſimoniæ labes conſideretur? in quo dubio mihi probabilius videtur ſimoniæ labem conſiderandam cum aliqua tamen reſtrictione ne illa ſit ſimonia, quæ ſub ſtricto, ſed largo ſumpto vocabulo comprehenditur, ita concludunt Anan. *in cap. penul. inf. hoc titul. num. 3.* & Butr. *num. 5.* ac Abb. etiam *num. 5.* Vgolin. *de ſimon. tab. 4. cap. 4. num. 3.* Campan. *in diuerſorio Iuris Canonici rub. 8. cap. 5. num. 32.* Quarant. *in ſumma Bullarij verbo Ordo verſ. erit igitur pag. 493. in noua edit.* reſoluentes etiam aſſumptum ad Ordines prout *in hoc tex. & in d. cap. penult.* non eſſe afficiendum alijs pœnis à reliquis Canonibus, Pontificijſq; Conſtitutionibus ſtatutis in ipſos ſimoniacos, & nominatim illis præſertim quas Paulus II. comminatur in ſua *extrauagan. cum deteſtabile, hoc titul.*

5 Deinde interrogari poteſt an in caſu huius tex. propter interpoſitam fidem ab Ordinario de non petenda portione à Rectore illius Eccleſiæ, ad quam fuit aggregatus, vt ſub illius titulo ordinari poſsit, inducta ſit ſaltem ſimonia confidentialis, ſeu beneficialis confidentia, vt locum habeant pęnæ, & cenſura Extrauagan. Pij V. cui dubio reſpondet negatiue Quarant. *vbi proxime verſ. ſed res dubia*, quamuis Flamin. *in tract. de confident. benef. q. 1. nu. 93.* ex pluribus per eum congeſtis affirmatiuam partem firmare conetur.

6 Vlterius quæſtio eſt dubia *an tex. in præſenti*, & prædictum *cap. pen.* complectantur paciſcentem cum donatore, patre, & alijs? in qua verior eſt opinio negatiua, itaut tantummodo ſub his Iuribus comprehendatur caſus tantum inibi expreſſus de paciſcente cum ordinatore, vel præſentatore, ita Nau. *conſ. 17. nu. 2. verſ. non inquam, de tempor. Ordin. in nouis, alias conſ. 42. in antiq.* Tolet. *in inſtruct. Sacerd. lib. 1. cap. 15. poſt nu. 5.* Henriq. *in ſum. lib. 10. cap. 17. §. 3. in commento lit. O,* vbi refert quamplures Theologos, & vtriuſque Iuris peritos conſultos approbaſſe, Nicol. Garci. *de benefic. par. 2. cap. 5. nu. 168.* Quamuis prædicta Iura habere etiam

lo-

locum quoties aliquis ex suis bonis alteri constituit titulum ad quem ordinatur ab illo recipiens promissionem, quod nihil postulabit, teneant Soar. *de religion. tom. 1. tract. 3. lib. 4. c. 38. num. 4. & 5.* & Azor. *instit. moral. par. 3. lib. 12. cap. 15. q. 1.* male etiam resoluentes in hoc casu non solum committi peccatum indebitæ ordinationis, sed etiam simoniam, nisi intelligant modo supra explicato *in vers. erit igitur*. Vnde
7 ordinatum cum patrimonio sibi donato cum pacto tamen seu conditione de illo reddendo, & restituendo post ordinationem, non posse dici ordinatum sine titulo, nec incurrere vllam pœnam, seu suspensionem etiam stante Constitut. Sixti V. cõtra clericos male promotos, resoluũt Fr. Emman. *in summ. tom. 2. cap. 15. num. 3.* Petr. de Ledesma *in sum. par. 1. de Sacram. Ordinis cap. 7. concl. 6. diffic. 3.* Nicol. Garci. *d. c. 5. à num. 161.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Actus omnes iurisdictionis voluntariæ quatenus ad effectum spiritualem ordinantur materia sunt Simoniæ.*

Cap. Consulere. XXXVIII.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Henric. Mar. Socin. Panorm. Felin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 41.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 629.* refertur ab Anton. August. *collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 2.*

2 Probat hic text. omnes actus iurisdictionis voluntariæ, quatenus ad effectum spiritualem ordinantur materiam esse simoniæ, vt per Soar. *de relig. tom. 1. lib. 4. de Simonia cap. 20. num. 8.* vbi *cap. 29. num. 3.* tenet per hunc tex. temporalia officia Ecclesiæ, vel actus eorum vendi non posse sine graui peccato.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Simonia ex parte vendentis incæpit à Giesio famulo Elisæi, & ex parte ementis à Simone mago.*

iij. Cap. Sicut. XXXIX.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarel. Bellem. Io. And. Anania, Hostien. Butr. Anch. Henric. Mar. Socin. Panor. Felin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par. 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 41.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 630.* refertur ab Anton. August. *collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 3.* & est in Concil. generali Lateranen. sub Innocen. III. *cap. 61.*

2 *Cum Giesi, & Simone condemnetur.* Nam Simonia ex parte vendentis incœpit à Giesio famulo Elisæi, qui pro sanitate ad preces eiusdem Elisæi collata Naaman Syro accepit munera Regum 4. cap. 5. & ex parte ementis à Simone, vt habetur in Actib. Apostolorum *c. 8.* vide D. Thom. 2. 2. *q. 100.* Calepin. verbo Simonia, Prate. *in suo lexic. Iuris eod. verbo*, Rebuff. *resp. 63. vers. primo*. Petr. Gregor. *syntagm. Iuris lib. 1. cap. 10. nu. 8.* Lessi. *de iustit. lib. 2. cap. 35. dub. 1.* Soar. *de relig. tom. 1. lib. 4. de Simonia cap. 5. nu. 5. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Monachi pretio recepti, vna cum recipientibus è monasterio sunt repellendi, & in arctiori ad agendam pœnitentiam detrudendi.*
3 *Simoniaci sunt Monachi, & quiuis religiosi recipientes aliquem pretio ad religionis habitum, nisi monasterium sit ita tenue, quod sustentari non valeant.*
4 *Declaratur tex. in præsenti.*
5 *Receptio in sorores ad moniales omnes pertinet.*
6 *Constitutio iuris antiqui declaratoria addens nouam pœnam, non extenditur respectu pœnæ ad præterita.*
7 *Paupertatis prætextu non debet quis operari peccatum mortale.*

Cap. Quoniam. XL.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collectar. Zabarel. Bellemer. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anch. Butr. Henric. Mar. Socin. Panorm. Felin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuia. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 41.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 630.* refertur ab Anton. August. *collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 4.* & est in Concil. Lateranen. sub Innocen. III. *cap. 64.*

2 Probat hic text. monachos pretio receptos vna cum recipientibus è monasterio esse depellendos, & in arctioribus monasterijs ad agendam pœnitentiam detrudendos, sed receptos ante Concil. generale Lateranen. sub Innoc. III. ponendos esse in alijs eiusdem Ordinis monasterijs. Quod si forte propter nimiam multitudinem alibi nequiuerint commode collocari in eisdem monasterijs retinendos esse, ita tamen vt cedant prioribus locis, & inferiora scilicet loca illis assignentur, ita D. Thom. *in 2. 2. q. 100. art. 6. ad 5.* Azor. *instit. moral. par. 3. lib. 12. cap. 19 prope fin. vers. si vero*, vbi etiam tenet quod si monachi recepti ignorent simoniam siue ante Concilium siue post facta fuerit simoniace receptio, postquam renuntiauerint possunt

de

denouo recipi locis prioribus mutatis.

3 Probat etiam simoniacos esse monachos, & quosuis religiosos recipientes aliquem ad religionis habitum pretio ab eo accepto, non tamé quando monasterium ita est tenue, vt redditus siue bona non habeat quæ sufficiãt ad monachos sustentandos, tunc enim potest pacisci cũ eo, qui petit ingressum, vt aliquid det vnde commode sustentetur, ita Menoch. *consi. 93. nu. 4.* Azor. *d. lib. 12. cap. 16. à princip.* Soar. *de relig. tom. 1. lib. 4. de simonia cap. 17 nu. 14.* vbi refert tex. in præsenti specialiter de monialibus facere pro-
4 hibitionem ne pecunia pro earum ingressu exigatur etiam paupertatis prætextu, tunc enim dicitur aliquid verè, & proprie exigi prætextu paupertatis, quando monasterium re vera pauper non est, & nihilominus illo titulo & colore aliquid exigit, vel quando plus exigitur quam quod ad vnam personam sustentandam commodè iuxta exigentiam talis status sufficit, quod etiam refert Valer. Reginald. *in praxi fori pænitent. lib. 23. nu. 193. in fine.* Nec etiam ab huius tex. littera alienus est alius intellectus, quem adducunt Syluest. *in sum. verbo simonia q. 15. vers. secundo, prope fin.* & Azor. *d. cap 16. quæst. 1. vers. obijcies id quod habetur*, asserentes Pontificiã prohibitionem ex eo procedere quia moniales huiusmodi recipiebant in sorores in fraudem iuris, pecunia scilicet recepta quia in monasterium admittebantur, ac ita ex pacto pecuniam soluebant receptæ quod in sorores admitterentur, non autem quod eam pecuniam conferrent tanquam alimentum, quo sustentarentur; idque illæ moniales faciebant nomine prætextuq; paupertatis simoniam obtendentes.

5 *Recipiant in sorores.* Notatur ad hoc quod receptio ad moniales omnes pertinet, vt per Boer. *decis. 260. num. 29.* Nauar. *comment. 3. de regul. nu. 5. & consi. 6. num. 2. & consi. 62. sub tit. de regularib. in antiq.* Menoch. *de præsumpr. lib. 6. præs. 83. nu. 9. cum seqq.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 3. q. 17. art. 7.*

6 *De his autem, &c.* Notatur ad hoc quod constitutio Iuris antiqui declaratoria addens nouam pœnam, non extenditur respectu pœnæ ad præterita, vt per Tiraquel. *in l. si vnquam Cod. de reuocandis donat. verbo reuertatur nu. 305.*

7 In glos. [Paupertatis. 1.] ibi (*prætextu enim paupertatis non debet quis operari peccatum mortale*) vide Surd. *de aliment. tit. 8. priuil. 40. num. 3.* Et si nunquam liceat obtentu paupertatis delinquere, is tamen leuius peccat, qui ob paupertatem, vrgente videlicet fame ac necessitate, quicquã admittit, ideoq; semper leuius est puniẽdus vt per Tiraq. *de pœnis temper. causa 13. in princip.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Sepulturam alicui vendere prohibetur quando locus sacer est communis ad fidelium sepulturas.*

Cap. Audiuimus. XLI.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Beslem. Io. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henric. Mar. Socin. Panorm. Felin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 42.* Alagona *in compendio Iur. Canon. pag. 630.* refertur ab Ant. August. *collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 5.* & est in Concil. Lateranen. sub Innocen III. *cap. 65.*

2 *Vel apud religiosos elegit sepulturam, &c.* Notatur ad hoc quod qñ locus sacer est communis ad fidelium sepulturas prohibitum est ab Ecclesia sepulturam alicui ibi vendere, vt per Soar *de relig. tom. 1. lib. 4. de simonia cap. 14. nu. 19.* Valer. Reginald. *in praxi fori pænitent. lib. 23. nu. 226.*

3 *Cum igitur non solũ à malo, &c.* Notatur ad hoc quod omnes exactiones de quibus in præsenti prohiberi videntur non solum quæ vere malæ sunt, sed etiam illæ, quæ habent speciẽ mali, vt per Soar. *d. lib. 4. cap. 17. nu. 13.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Populus cogi potest, si non iure actionis, saltem officio Iudicis ad obseruandam honestam, & laudabilem consuetudinem, quod aliquid detur pro sepulturis, exequijs mortuorum, & similibus.*
3 *Pro sepultura potest aliquid recipi in vim eleemosyna ex consuetudine iam diu obtenta.*
4 *Simonia non est post administratum spirituale exigere etiam implorato Iudicis officio, quod solitum est de ea causa conferri.*
5 *Eleemosynam, si populus consueuit Sacerdoti, vel Ecclesiæ erogare, potest cogi officio iudicis ad perseuerandum.*
6 *Sacerdotes Diuina donantes, at Sacramentorum ministerijs seruientes ali debent ab ijs, quibus Sacramenta conferunt.*
7 *Consuetudo laudabilis, qua populus aliquid dat pro sepulturis, &c. seruanda est, etiamsi clerici sint diuites.*
8 *Consuetudo inducitur spatio decem annorum.*
9 *Laici coram iudice Ecclesiast. possunt cogi ad obseruantiam consuetudinis dandi aliquid pro sepulturis, &c.*
10 *Clerici tenentur ad obseruantiam laudabilis consuetudinis præscriptæ, videlicet dandi singulis annis candelas ceræ albæ, &c.*
11 *Laici possunt acquirere ius sepeliendi in eminentiori loco, habendi pacem à Sacerdote, scamna, & huiusmodi prærogatiuas in Ecclesia.*
12 *Ea, quæ recipi possunt ex laudabili consuetudine pro spiritualibus administrandis peti non possunt, antequam administrentur.*

13 *Pos-*

13 *Possessio quasi non acquiritur in actibus mera facultatis.*

14 *Mortuorum suffragia vendi non possunt.*

Cap. Ad apostolicam. XLII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Coll. Zabarel. Bellem. Io. Andr. Anania. Host. Anchar. Butr. Henr. Mari. Socin. Panorm. Felin. Cas. *in an.* Xim. Tolet. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castella p.* 1. Viuian. *in ratio- nali lib. 5. Iuris Pontificij pag.* 43. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 630. refertur ab Anton. August. *collect.* 4. *Decretal. lib* 5. *tit.* 2. *cap.* 6. & est in Concil. Lateranen. sub Innoc. III. *cap.* 66.

2 Probat hic tex. populum cogi posse si non iure actionis, saltem officio iudicis ad obseruandam honestam, & laudabilem consuetudinẽ, quod aliquid detur pro sepulturis, exequijs mortuorum, benedictionibus nubentium, & similibus, vt tenent in præsenti *glos. fin.* & Host. *num.* 6. Abb. *n.* 3. & Felin. *n.* 2. idem Abb. *in rub. de paroch. nu.* 3. Cassad. *decis. vni. de consuetud.* Felin. *in cap. veniens* 1. *nu.* 3. *de testib.* Ozasc. *decis.* 39. *n.* 17. Lap. *alleg.* 67. Castr. *cons.* 363. *in princ. volum.* 1. Roman. *sing.* 433. *& consil.* 334. Rip. *in tract. de remed. praeseru. contra pestem n.* 111. Vgolin. *de simonia in genere tab.* 1. §. 10. *n.* 1. 2. 7. *&* 12. Redoan. *eod. tract. de simonia mentali p.* 3. *cap.* 16. *n.* 33. *cum seqq.* Stephan. Gratian. *discep. forens. cap.* 210. *nu.* 13. 14. 15. *&* 24. latè Soar. *de religion. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *de diuino cultu cap.* 5. *nu.* 12. *cum seqq.* Bellet. *disquisit. clerical. par.* 1. *tit. de bonis clericorum* §. 3. *nu.* 21. vnde pro

3 sepulturæ pretio potest aliquid recipi in vim eleemosynæ ex consuetudine iam diu recepta, vt tenent Couar. *vari. lib.* 1. *cap.* 17. *nu.* 3. Spin.

4 *in speculo testam. glos.* 7. *num.* 28. Non est enim simonia post administratum spirituale exigere etiam implorato iudicis officio quod solitum est de ea causa conferri, vt per Valer. Re-

5 ginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 23. *num.* 136. prout etiam si eleemosynam populus consueuit erogare Sacerdoti, vel Ecclesiæ, cogi potest officio iudicis ad perseuerandum Surd. *de alimen. tit.* 1. *q.* 60. *n.* 6. *& tit.* 7. *q.* 9. *n.* 18. cum Sacerdo-

6 tes Diuina donantes, ac Sacramentorum ministerijs seruiẽtes ali debeant ab ijs, quibus Sacramenta conferunt, vt per Lar. *in l. si quis à liberis* §. *et si impubes n.* 30. *ff. de liberis agnoscendis.*

7 Amplia huiusmodi consuetudinem esse seruandam etiamsi clerici sint diuites, nam consuetâ petere possunt, & solui debent, vt per Felin. *hic nu.* 2. Abb. *in cap. suam num.* 12. *hoc titul.* Anch. *cons.* 66. Vgolin. *d.* §. 10. *nu.* 3. *vers. item locum, & nu.* 7. resoluit quod datum vigore laudabilis consuetudinis est perpetuò dandum, & per contrarium statutum non potest tolli, de quo etiam Stephan. Gratian. *d. cap.* 210. *nu.* 27.

8 Quæ quidem consuetudo inducitur spatio decẽ annorum Felin. hic *nu.* 3. & *in d. cap. suam num.* 3. vbi Abb. *nu.* 9. Cassad. *d. decis. vni. nu.* 5. *de consuetud.* Cou. *d. cap.* 17. *nu.* 3. Bellet. *d.* §. 3. *n.* 24. Et ad illam obseruandum possunt cogi laici co-

9 ram iudice ecclesiastico, vt tenent hic Hostien. *nu.* 1. *vers. cauendum, & nu.* 6. Abb. *nu* 3. Felin. *nu.* 1. Alex. *cons.* 123. *vol.* 1. Rebuff. *in tractat. in quibus casibus iudices nu.* 6. Bellet. *d. par.* 1. *tit. de fauore clericorum reali* §. *vlt. nu.* 73.

10 Amplia etiam quod quemadmodum laici compelli possunt ad seruandam laudabilem cõsuetudinem, ita etiam ipsi clerici tenentur ad obseruantiam laudabilis consuetudinis præscriptæ, puta dandi singulis annis candelas ceræ albæ, Federic. *consil.* 155. Felin. hic *nu.* 3. Nam

11 laici possunt etiam acquirere ius sepeliendi in eminentiori loco, capellã instruendi, arma & insignia domus retinendi, & habendi oblationem à Sacerdote, & pacem, habendi scamna, & huiusmodi prerogatiuas in Ecclesia, Paris. *cõs.* 149. *volum.* 4. Stephan. Gratian. *d. cap.* 210. *num.* 32. *cum seqq.*

12 Restringitur tamen vt ea, quæ recipi possunt ex laudabili consuetudine pro spiritualibus administrandis, peti non possint antequam administrentur non obstante consuetudine, Host. hic *nu.* 5. *&* 6. Abb *nu.* 2. & Felin. *in princip.* idem Felin. *in cap. abolendæ nu.* 7. *de sepultur.*

13 Non obstat quod in his, quæ sunt meræ facultatis non inducitur consuetudo restrictiua liberæ potestatis, nec ex annua datione gratis facta, Bart. *in l. cum de in rem verso ff. de vsuris.* Ias. *in l. quominus nu.* 28. *ff. de fluminib.* Abb. *in cap. ex parte nu.* 10. *de concess. prabend.* Crauet. *cons.* 96. *nu.* 4. Castr. *cons.* 340. *vol.* 2. in quibus actibus meræ facultatis non acquiritur quasi possessio *l. fluminibus* §. *fin. & l. Proculus ff. de damno infecto*, nisi postquam interpellatus recusauit. Nat. *cons.* 106. *nu.* 9. *& cons.* 107. *vol.* 1. Surd. *cons.* 127. *nu.* 23. *vol.* 1. Quemadmodum etiam dicimus propter actus, qui fiunt ex gratia vel amicitia nunquam acquiri quasi possessionem Iurium incorporalium *l.* 1. §. *denique, & l. si in meo fundo ff. de aqua pluuia arc.* Rebuff. *in tract. de materia possess. in præfat. num.* 169. *&* 170. Quia respondetur huiusmodi consuetudinem ad cuius obseruantiam tenentur laici esse specialem fauore Ecclesiæ, vt longo tempore populus sic impendendo videatur velle inducere consuetudinem in fauorem Ecclesiæ, Felin. hic *num.* 3. Abb. *in d. cap. suam nu.* 8.

14 *Pro exequijs mortuorum.* Notatur ad hoc quod suffragia mortuorum vendi non possunt, vt per Redoan. *de simon. par.* 1. *cap.* 30. *num.* 6. *& par.* 3. *cap.* 16. *nu.* 34. *& cap.* 18. *d princ.* Soar. *de relig. tom.* 1. *lib.* 4. *de simonia cap.* 15. *nu.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Installatio quid sit, ostenditur.*

Cap.

Cap. Ne Dei. XLIII. *Honor. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henric. Marian. Socin. Panor. Felin. Ximen. Toletan. *in concordan. vtriusque Iuris cum legibus Castella par. 1.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 44.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 630.*

Installationis solemnitates. Installatio est quando electus, & confirmatus introducitur in stallum, idest in sedem, siue locum constitutum in choro, & Abbati deputatum ad sedendũ, notant omnes in præsenti. Et ideo installatio notat veram & actualem possessionẽ Abb. *in cap. transmissam num. 3. de elect.* Viuia. *in praxi Iurispatron. part. 2. lib. 5. cap. 1. nu. 20.*

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Canonici noui in receptione prohibita est prandij exactio.*
3 *Simonia est aliquid exigere à nouiter recepto in canonicum, etiam modicum conuertendum in commodum, & vtilitatem canonicorum, & beneficiatorum, ac personarum Ecclesia.*

Cap. Iacobus. XLIV. *Greg. ix.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henric. Mar. Socin. Panorm. Felin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castella par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 44.* Alagona *in compendio Iuris Canonici p. 631*

2 Probat hic tex. exactionem prandij in receptione noui Canonici prohibitam esse, vt per Cosm. *in pragmat. sanctionum par. 3. tit. de annatis fol. mihi 105. verso*, Soar. *de relig. tom. 1. lib. 4. de simonia cap. 47. nu. 5.* Azor. *institut. moral. par. 3. lib. 12. cap. 11. q. 6.* vbi quærit quid sit dicendũ de statuto, quo decernitur, vt qui fuerit in ca-
3 nonicum receptus certum quid soluat. Illud certissimum est à nouiter recepto, seu in admissione ad possessionem canonicatus, aut præbendæ, vel beneficij non posse exigi nec solui aliquid etiam modicum conuertẽdum in commodum, & vtilitatem canonicorum, & beneficiatorum, ac personarum Ecclesiæ, sed est simoniacum non obstante aliquo statuto, vel consuetudine etiam immemoriali, vt per omnes in præsenti, & in *cap. cum M. de constitut. vbi Abb. nu. 25.* Felin. *nu. 20.* Deci. *à n. 110.* Rip. *à n. 175.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 29. à num. 26.* Azeued. *ad curiam Pisan. lib. 1. cap. vltim. lit. B*, Cardin. Tusch. *lit. S. concl. 252. à nu. 12.* Cened. *ad Decretal. collect. 16. nu. 2.* Nicol. Garc. *de benef. p. 8. cap. 1. n. 83. & n. 87.* refert à Sacra Congregat. decisum non posse de cætero ex quocunque statuto imponi, vt aliquid soluatur in locum pium cedens, veluti pro fabrica, vel Sacristia Ecclesiæ, nisi fuerit per Papam ex certa scientia approbatum, & *nu. 89.* cum Gutier. *d. c. 29. n. 28.* resoluit nec posse post Concil. Trid. capi pro rebus pijs quod consueuit capi pro commodo proprio, & *num. 90.* tenet illud capi pro commodo proprio canonicorum, quod soluitur mensæ capitulari, seu conuertitur in reparationem bonorum mensæ capitularis, ex quo cedit, & redundat in vtilitatem singulorum.

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
3 *Ordinandus conueniens cum ordinante, aut præsentante ipsum post susceptos Ordines non molestare super beneficio, aut alimẽtis, suspensus fit ab Ordine sic suscepto, & ordinator à collatione per triẽniũ.*
4 *Papa solus dispensat cum inhabili ad beneficium simoniacè acquisitum, qui talem simoniam sciuit, tu eamq; pro se factam consensit.*

Cap. Si quis. XLV.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Bellem. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henric. Mar. Socin. Panormit. Felin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castella par. 1.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontific. pag. 46.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 631.*

2 Circa intellectum huius tex. dixi aliqua ad *cap. per tuas 37. sup. hoc tit.*

3 *Si quis ordinauerit, &c.* Notatur ad hoc quod ordinandus conueniens cum ordinante, aut præsentante ipsum post susceptos Ordines non molestare super beneficio, seu alimentis, suspensus sane fieret ab Ordine sic suscepto, & ordinator à collatione per triennium, vt per Henriq. *in sum. lib. 13. de excommun. c. 37. in princip.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 23. nu. 199. & lib. 32. tract. 2. nu. 72. in fine.* Campan. *in diuersorio Iuris Canonici rub. 8. cap. 5. nu. 33. vers. ideo*, vbi de præsentante loquens exẽplificat primitus in Archidiacono, qui Episcopi oculus appellatur, vel alia persona in simili dignitate constituta, cuius officium est examinare ordinandos, & inquirere an habeant sufficientem titulum, & postea illos præsentare Episcopo ordinatori ad tex. *in cap. vt nostram*, & *in cap. ad hac sup. de officio Archidiac.* deinde exemplificat in Episcopo ordinario faciente litteras dimissorias suo subdito, vt promoueri posit ab alio Antistite, per quas ille approbatum & examinatum ex mandato Concil. Trident. *sess. 23. de reform. cap. 3.* dimittere debens, præsentare videtur, de quo etiam Quarant. *in summa Bullary verbo Ordo vers. subsequenter pag. 385. alids 494. in nouiss. edit.* Ex quibus attende differentiam inter præsentatorem nominatum *in cap. per tuas sup. hoc tit.* & præsentatorem nominatum in præsenti, quia hic est præsentator ad Ordines, i

ver

vero ad Ecclesiam, vt aduertit Campan. *loco proxime citato*.

4 In glos. [Sedem Apost.]Notatur ad hoc quod cum inhabili ad beneficium simoniacè acquisitum, qui talē simoniam sciuit, in eamq; pro se factam consensit, solus Papa dispensat, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 23. nu. 186. vers. in sexta*. Azor. *instit. moral. par. 3. lib. 12. cap. 22. à princip.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Monachi appellatione venit Abbas.*
3 *Simoniacus mentalis non tenetur ad restitutionem.*
4 *Declaratur tex. in præsenti.*

Cap. Mandato. XLVI. & fin.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Bellem. Ioan. And. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henric. Mari. Socin. Panorm. Felin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castell. par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 47.* Alagona *in compendio Iuris Canonic. pag.* 631.

2 *Etiam ad Abbates extendi.* Notatur ad hoc quod appellatione monachi venit Abbas, vt per Bertach. *in repert. verbo Abbas nu. 1.* Hippol. *cons. 9. nu. 2.*

3 *Et ad resignationes, &c.* Probat hic tex. simoniacum mentalem non teneri ad resignationem, aut restitutionem, vt per D. Thom. 2. 2. *q.* 100. *art.* 6. vbi Caiet. Siluest. *verbo simonia q.* 20. Armil. *eod. verbo nu.* 58. Nauar. *in manu. cap. 23. nu.* 103. Angl. *in floribus Theolog. tit. de restit. quæst. quis à restitut. sit liber diffic.* 15. Petr. Nauar. *de restit. lib. 2. cap. 2. à nu.* 370. Tolet. *in instruct. conscientiæ lib. 5. cap.* 93. Veg. *in sum. p. 2. cap. 101. casu 7. 9. 21. & 23.* Flamin. *de resignation. benefic. lib. 14. q. 6. nu. vlt. & de confident. q. 26. nu.* 40. Fr. Emman. *in sum. tom. 2. cap. 66. nu.* 1. Iacob. de Graffijs *in decis. aureis p. 1. lib. 2. cap. 96. nu.* 18. Valent. *tom. 3. disput. 6. quæst. 16. puncto* 6. Vgolin. *de simonia tab. 2. de simonia mentali cap.* 2. Gutier. *canon. lib. 2. cap. 23. num. 31. cum seqq.* Farin. *in praxi crimin. par. 4. decis.* 34. Gaspar. Roderic. *de annuis redditib. lib. 1. quæst. 3. num. 25. & 26.* Rebell. *de obligat. iustitia par. 2. lib. 18. q. 21. n.* 2 Azor. *instit. moral. par. 3. lib. 12. cap. 20. quæst.* 2. Campan. *in diuersorio Iuris Canon. rub. 11. cap. 27. n. 4. cum seqq.* Nicol. Garc. *de benefic. par. 8. cap. 1. nu.* 45. Hæc quidem sententia vera est in se, & ex littera textus deducta, quamuis contrarium tenuerint Maior *in 4. distin. 15. q. 7. §. sed de simonia.* Ioan. de Medina *in codice de rebus per vsuram acquisitis q. 4. de vsura restit. in 2. argum. vers. tam ad rationes.* Barthol. Medina *in sum. lib. 1. cap. 14. §. 20. & 21.* Aragon. *in 2. 2. q. 100. art. 6.* vbi Salon. *q. 78. art. 3. controu. 10.* Petr. de Ledesma *in sum. p. 2. tract. 12. concl. 43. diffic. 1. & 4.* Soar. *de relig. tom. 1. lib. 4. de simonia cap. 53. nu. 43. cum seqq.* Raph. de la Torre *in 2. 2. D. Thomæ tom. 2. q. 100. artic. 6. disp. 6.* Lessi *de iustitia lib. 2. cap. 35. dub.* 28. multipliciter intelligētes tex. in præsenti eiusq; litteram male percipientes dum suam defende-

4 re intendunt opinionem, nam Ioan. de Medina *loco proxime citato*, respondet in hoc cap. Pontificem solum loquutum fuisse de iudicio exteriori, non interiori Cōscientiæ; alius vero Barthol. Medina ait in hoc cap. Pontificem sequutum fuisse probabilem opinionem eorum, qui dicunt accepta per simoniam mentalem non esse restituenda: Denique Soar. & Lessi. explicant tex. in præsenti procedere in simonia commissa in ingressu religionis, in qua data fuit responsio, quæ non habet necessario iniustitiam annexam. Sed his, & alijs responsionibus reiectis, quia nimium litteram textus restringunt, vt per se patet, non est cur à probabili huius tex. desumpta conclusione recedamus; cui quidem non obstat quod vsurarius mentalis teneatur ad restitutionem *cap. consuluit de vsuris*, quia intelligitur quando mutuatarius coacte dat vltra sortem ratione mutui, secus quando liberè, & spōte & gratiose dat, licet mutuans iniquam habeat conditionem, & prauum animum, nempe accipiendi ratione & vi mutui, vt per Cou. *in regul. peccatum par. 2. in initio à num.* 4. Caballin. *de vsuris nu. 7. & 8.* Petr. Nauar. *de restitut. lib. 3. cap. 2. nu. 172. cum seqq.* Aragon. 2. 2. *quæst. 78. art. 1.* vbi Bannes *art.* 3. & Salon. *controuers.* 10. Solis *de censib. lib. 1. cap. 5. nu.* 13. Gasp. Roderic. *d. q. 3. num.* 23. & latè Campan. *d. cap. 27. nu. 10. & 11.*

Ne Prælati vices suas, vel Ecclesias sub annuo censu concedant. Tit. IIII.

SVper hanc rub. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Petr. de Rauen. *in compendio Iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epithome Decretal. fol.* 176 Steph. Ranchin. *in continuatione titulorum Decretal.* Dani. Venator *in analysi methodica Iuris Pontificij, à pag.* 616. Goffr. & Hostien. *in summa huius tit.* Alexand. Cassan. & Anast. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. sub hoc titulo.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Simoniacus est Episcopus, qui pretio recepto suas vices committit alicui.*
3 *Verbum, amittat, est latæ sententiæ.*

4 Sala-

4 *Salarium accipiens ab Episcopo pro seruitio ei facto in iurisdictione commissa exercenda simoniam non committit.*

5 *Vicarius recipere debet salarium de Camera Episcopi.*

Cap. Præterea. I. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Io. And. Anania, Hostien. Henric. Anchar. Butr. Panor. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris, cum legibus Castellæ par.* 1. Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontific. pag.* 49. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 633. desumitur ex Concil. Lateranen. *cap.* 15. *incip. Cum in officijs §. præterea quoniam*, & refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 3. *cap.* 1.

2 Probat hic tex. simoniacum haberi Episcopum, qui pretio recepto suas vices committit alicui, hoc est suam iurisdictionem, vt per Azor. *instit. moral. par.* 3. *lib.* 12. *cap.* 14. *in princip.* vbi *q.* 1. resoluit non esse simoniacum Vicarium, qui ab Episcopo, vel alio Prælato constituitur, & recipit certum salarium.

3 *Amittat.* Est verbum latæ sententiæ, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur nu.* 151. *Cod. de reuocandis donat.* Couar. *in cap. si heredes nu.* 8. *sup. de testam.* Sayr. *in claui Regia lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 21. *vers. fallit.* quos refero *in meis remissionibus de dictionib. & clausul. dict.* 21.

4 In glos. [Quantitate.] ibi (*sed è conuerso Episcopus si committat vices suas alicui potest & debet ei constituere salarium.*) Sed cur quæro Episcopus simoniacus est committens pretio recepto suas vices alicui, non autem iste pretium ab Episcopo recipiens ? Respondet Panorm. hic longe diuersam esse rationem, quia Vicarius seu alius ab Episcopo constitutus recipit debitum sui laboris, & operæ stipendium, locat enim Episcopo suas operas, nec vllo iure cogitur suo stipendio militare cap. *cum ex officij de præscript.* at vero Episcopus, qui Vicarium, vel alium constituit, pro sua iurisdictione exercenda si pretiũ accipiat ex eo quod suas vices committit iurisdictionem suam vendere videtur, cum stipendium siue salarium potius conferre deberet ei, refert Azor. *d. q.* 1. *vers. sed cur quæso*, vbi etiam tenet simoniam ab eo Episcopo committi, qui Vicarium constituit eo pacto, vt ille sit minori stipendio contentus quàm sibi debeatur, vel ea lege, & conditione vt Episcopus habeat sibi aliquam partem prouentuum spectantium ad Vicarium ratione muneris, & officij, quo ille fungitur.

5 In ead. glos. ibi (*de camera*) Ergo Vicarius recipere debet salarium de Camera Episcopi, vt resoluit Sbrozz. *de Vicario Episcopi, lib.* 3. *q.* 54. *num.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Vicarius qui dedit pecuniam Episcopo, vt faceret illum Vicarium priuari debet officio Vicariatus.*

3 *Simoniã committit Episcopus, quando aliquid exigit pro re præstanda, quam tenetur facere ratione sui officij.*

4 *Prælatus iurisdictionem temporalem vendens, si eam habet ab Ecclesia, simoniam committit.*

5 *Simoniam committit Episcopus, cui data fuit pecunia, vt Vicarium faceret in temporalibus.*

6 *Iurisdictio ordinaria non potest ab Episcopo concedi.*

Cap. Quoniam. II.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarell. Bellem. Joan. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henric. Panor. Mar. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 50. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 633. refertur ab Ant. Augustin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 3. *cap.* 2. & est post Concil. Lateranen. sub Alexan. III. *par.* 3. *cap.* 1.

2 *Remoueatur à Clero.* Notatur ad hoc quod Vicarius, qui dedit pecuniam Episcopo, vt illum faceret Vicarium priuari debet officio Vicariatus, vt per Sbrozz. *de officio Vicarij lib.* 3. *q.* 64. *à nu.* 1. vbi ex Abb. hoc optimè factum dicit ne ex huiusmodi labe simoniæ Vicarij, vt aliquid lucretur præter sortem, inducantur per fas & nefas ad extorquendum pœnas in ære, vbi in corpore luendæ forent, & facere modicas culpas graniores in subuersionem iudiciorum, & dispendium, & grauamen subditorum.

3 In glos. [Pretio]. ibi (*maxime cum iurisdictio sit spiritualis.*) Aduerte tamen quod vbicunque Episcopus gratis facere aliquid debet ratione sui officij simoniam committit, si aliquid exigat, vt per *Soar. de relig. tom.* 1. *lib.* 4. *de simonia cap.* 20. *nu.* 19. vbi aduertit quod per illam particulam, maxime, non potest fieri comparatio ad actus, qui procedunt à iurisdictione temporali, cum in eis simonia locum non habeat; sensus ergo esse videtur, vel ob hanc maxime causam ibi interuenire simoniam, quod iurisdictio, à qua illi actus procedunt, est spiritualis, vel sic maxime cõmitti simoniam, quando actus ex vi obiecti, & materiæ est spiritualis.

4 Nam verum est prælatum iurisdictionem temporalem vendentem, si eam habet ab Ecclesia, simoniam committere, eo quod talis iurisdictio iudicatur spiritualis dependenter, hoc est respectu Summi Pontif. à quo habet depẽdentiam, vt tenet Fr. Ludou. *Beja Conlusitanus noster in respon. casuum Conscientiæ par.* 1. *casu* 37. *fol. mihi* 57. *verso.*

5 Vnde simoniam committere Episcopum, cui data fuit pecunia, vt faceret Vicarium in temporalibus tenent Lancellot. *in institut. Canon. titulo de simonia, §. demum*, Sbroz. *d. q.* 54. *nu.* 4.

6 In glos. [Statuuntur.] Notatur ad hoc quod ordi-

Q

ordinaria iurisdictio non potest ab Episcopo concedi, vt per Sanch. *de Matrim. lib. 3. disp. 29. num. 2.*

Cap. Quoniam. III.

Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Bellem. Io. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henric. Panor. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in cōcordantijs vtriusque Iuris cū legibus Castellæ par.* 2. Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag.* 50. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 633. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 3. *cap.* 3. & est post Concil. Lateranen. sub Alexand. III. *par.* 2. *cap.* 2.

Vide posita in cap. præcedenti.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Locatio fructuum Ecclesiæ, vel beneficij an possit fieri vltra triennium.*
3 *Fidei præstatio est iuramentum quoad Deum.*
4 *Promittens per fidem scilicet humanam, si non adimpleat, non erit periurus, sed ratione violatæ fidei peccabit, reputabiturq; infamis inter homines.*
5 *Expensæ in vtilitatem Ecclesiæ dicuntur conuersæ, si factæ fuerunt in rem perpetuo duraturam.*
6 *Successor Prælati, alteriusuè beneficiati non tenetur stare locationi per suum prædecessorem nomine proprio factæ.*
7 *Ecclesia multis modis dicitur.*

Cap. Querelam. IV. & fin.

1 Super hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellem. Io. And. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Mar. Socin. Cened. *collect.* 76. Casal. *in annot.* Ximen. Toletan. *in concordan. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 50. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 634. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 3. *cap.* 4. & est post Concil. Lateranen̄ sub Alex. III. *par.* 28. *cap.* 1.

2 *Per septennium suscepisset, &c.* Quæret aliquis non extra rem quomodo Rector de quo in text. potuerit locare fructus suæ Ecclesiæ, vel beneficij ad septem annos, cum tantum triennij tempus ad talem locationem seu alienationē sit à Iure præfinitum varijs adscriptis pœnis contra aliter facientes *in extrauag. ambitiosæ de reb. Eccles. non alien. inter communes,* & per eā resoluunt citati *in meo tract. de offic. & potestat. Episc. par.* 3. *Alleg.* 95. *n.* 3. Cui quæsito respondet quidam citati à Cened. *ad Decretal. collect.* 76. *nu.* 1. decisionem huius tex. correctam esse per dictam *extrauagan. ambitiosæ,* cuius auctor fuit Paulus II. qui vixit in Pontificatu circa annos 1471. huius vero tex. Alexand. III. qui obijt circa annos 1181. Vel secundum vnam opinionem potest responderi illam Pauli II. constitutionem prohibuisse locationem rerum Ecclesiæ vltra triennium ita quidem, vt ipsas res prohibeat locari, non tamen fructus, & redditus Ecclesiasticos, sæpissimè enim contingit locari non ipsos fundos, nec ipsa Ecclesiarum prædia, sed fructus & redditus ad aliquod beneficium pertinentes, vt euenire videtur in hoc tex. quam quidem fructuum & redditunm locationem vltra triennium fieri posse resoluunt Couar. *var. lib.* 2. *cap.* 16. *nu.* 6. *in fine.* Redoan. *de rebus Ecclesiæ pag.* 350. *à nu.* 4. *vers. & dicta.* Greg. *l.* 9. *verbo arrendar. tit.* 7. *part.* 1. Aucod. *de exequendis mand. par.* 1. *cap.* 4. *nu.* 32. *ad finem.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig. conuen. tom.* 1. *lib.* 5. *tit.* 3. *nu.* 21. Cened. *d. collect.* 76. *nu.* 3. & *ad sextum collect.* 32. *num.* 2. quamuis in puncto Iuris contrarium verius resoluendum puto cum Gama, & Gutier. quos refero, & sequor *d. Alleg.* 95. *nu.* 20.

3 *Præstita fide.* Notatur ad hoc quod fidei præstatio est Iuramentum quoad Deum, in dubio tamen promittens per
4 fidem intelligit de humana per quā nobiles, vel qui se tales iactant, suā fidē solent adstringere, & isto casu cum non sit iuramentum per rem sacram, non erit periurus, sed ratione violatæ fidei peccabit, reputabiturq; infamis inter homines, vide Cou. *in cap. quamuis pactum p.* 1. §. 2. *nu.* 2. Ferdinan. Mendoc. *lib.* 1. *disput. Iuris c.* 6. §. 3. *pag.* 241. *cum seqq.* Pinel. *in l.* 2. *Cod. de rescind. vendit. par.* 3. *cap.* 1. *nu.* 3. Perez *l.* 1. *vers. quæri solet verum tit.* 6. *lib.* 8. *Ordin. pag.* 186. plures per Cened. *d. collect.* 76. *nu.* 4.

5 In glos. [Terminum.] ibi (*in vtilitatem Ecclesiæ conuersa fuisset.*) Aduerte expensas in vtilitatem Ecclesiæ dici conuersas si factæ fuerunt in rem Ecclesiæ perpetuo duraturam, vide Mascard. *de probat. conclus.* 718. D. Barbosa *in l. filiofamil.* §. *fin. num.* 22. *cum seqq. ff. soluto Matrimon.*

6 In ead. glos. ibi (*successor stare non tenetur, &c.*) Notatur ad hoc quod successor prælati, alteriusve beneficiati non tenetur stare locationi per suum prædecessorem factæ si prælatus vel beneficiarius nomine proprio locet redditus suæ dignitatis vel beneficij in suam vtilitatem, secus si nomine Ecclesiæ contraxisset, & pecunia inde recepta in vtilitatem Ecclesiæ conuersa fuisset. ita resoluunt plures citati per Cened. *d. collect.* 76. *num.* 5. quibus adde Mich. Grass. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 4. *tit.* 43. *num.* 40. vbi Vini. *num.* 123. Aloys. Ricc. *in collect. decis. par.* 4. *collect.* 1007. & *collect.* 1055. *in fine.* & *in praxi Archiepisc. Neapolit. decis.* 112. *à princip.* Modern. *de iurisdiction. par.* 4. *casu* 98. *num.* 8. & *in votis nouiss. decis. voto* 180. Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 37. *à nu.* 18. Cardos. *in praxi iudicum verbo fructus num.* 23. & *verbo locatio num.* 6. Cardin. Tusch. *verbo locatio conclus.* 419. Card.

Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuention. lib. 5. tit. 13. nu. 21.* Stephan. Quaranta *in ſumma Bullary verbo alienatio rerum Eccleſiæ num.* 19. Cald. Pereira *quæſt. forenſ. lib. 2. quæſt.* 32. *& de empt. cap. 26. nu. 5.* Molina *de iuſtit. tract. 2. diſp.* 492. *verſ. quod denique.* Azor. *inſtit. moral. par. 3. lib. 8. de locato, & conducto cap. 6. q. 7.* Rebell. *de oblig. iuſtitia par. 2. lib. 14. q. 11. num.* 17. Reginal. *in praxi fori pœnitent. lib. 25. cap. 43. nu. 528. cum ſeqq.* Martin. Bonacina *de contractib. diſp. 3. q. 7. puncto vlt. num.* 10. Marc. Anton. Genuenſ *in practicabilibus Eccleſiaſt. q.* 137. quos refero Ego ipſe *de officio & poteſtate Epiſcopi par. 3. Alleg. 94. nu.* 1. vbi numeris ſeqq. multipliciter limito, & declaro ſupradictam concluſionem.

7 In gloſ. [Eccleſiam, fin.] ibi (*Eccleſia multis modis dicitur, &c.*) vide Turrec. *in ſum. de Eccleſia lib. 1. cap. 2. gloſ. 1. per tex. ibi in l. 7. tit. 5. lib. 1. for. leg.* Perez *l. 1. gloſ. 2. in princip. tit. 1. lib. 1. Ordinam. & l. 1. gloſ. 5. verſ. tertio modo pag. 35. tit. 1. lib. 5. Ordinam.* Sanch. *de Matrimon. lib. 3. diſput. 15. nu.* 20. Quomodo autem Eccleſia diffiniatur tradunt Turrecrem. *d. lib. 1. cap. 1. circa med.* Cardin. Bellarm. *lib. 3. de Eccleſia cap.* 2. Anton. Ricciul. *in tract. de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtentium lib. 1. cap. 3. à princip.*

De Magiſtris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi. Tit. V.

Vper hanc rub. ſcripſerunt Collect. Zabarel. Bellem. Io. And. Anan. Butr. Anchar. Panormit. Mar. Socin. Petr. de Rauenna *in compendio Iuris Canon.* Martin. Meſnart. *in epithome Decretal. fol.* 176. verſo. Stephan. Ranchin. *in continuat. titulorum Decretal.* Daniel Venator. *in analyſi methodica Iuris Pontificy à pag.* 681. Goffred. & Hoſt. *in ſumm. huius tit.* Alexan Caſſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretalium ſub hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Cathedralis Eccleſia prouidere debet magiſtro de beneficio, qui clericos eiuſdem Eccleſiæ, & alios pauperes gratis doceat, & quid hodie attento Concil. Trident. oſtenditur.*
3 *Magiſtri gratis diſcipulos docere debent.*
4 *Salaria aſſignari debent Theologiæ Lectoribus, & aliarum facultatum lectoribus.*
5 *Ordinatus dicitur habere aliunde quando habet patrem diuitem.*
6 *Ordinari quis non poteſt abſque patrimonio, etiamſi habeat patrem diuitem.*
7 *Epiſcopus diſpenſando cũ ſcholaribus cauſa ſtudij non debet aliquid ab eis exigere, vel accipere.*
8 *Venditio donorum intellectus, & voluntatis eſt ſimonia lato modo.*

Cap. Quoniam. I.
Ex Concil. Lateran.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Io. Andr. Anania, Butr. Anchar. Panorm. Hoſtienſ. Henric. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantys vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rational. lib. 5. Iuris Pontif. pag.* 51. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 634. deſumitur ex Concil. Lateranen. ſub Alexand. III. *cap.* 18. & refertur ab Anton. Auguſtin. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 3. cap.* 1.

2 Probat hic tex. Eccleſiam Cathedralem prouidere debere magiſtro de beneficio, qui clericos eiuſdem Eccleſiæ, & alios pauperes gratis doceat. Hodie ex noua diſpoſitione Concil. Triden. *ſeſſ. 5. de reform. cap.* 1. in Eccleſijs Metropolitanis, vel Cathedralibus, & in Collegiatis, quæ ſunt in aliquo inſigni oppido, etiam nullius diœceſis, ſi ibi clerus numeroſus ſit, operam Epiſcopus dabit, vt Sacræ Scripturæ lectio habeatur; & pro ſtipendio docentis præbenda primo liberè vacans tribuatur, & ſi nulla, vel ſufficiens aliud adſit, Epiſcopus fructus alicuius ſimplicis beneficij aſsignabit, vel ſi neque hac ratione huic Theologo prouidere poſſit, tunc per eos, qui beneficia habent in ciuitate, & diœceſi, vel aliàs vt commodius fieri poterit, Epiſcopus de Capituli conſilio huic prouidebit, non tamen ob hanc lectio alia omitti debet, ſed & ea habenda, ſi haberi conſueuerat, de quo Concilij decreto agunt Praxis Epiſcop. *par. 1. verbo præbenda Theologalis.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 20. num.* 53. Nicol. Garc. *de benefic. par. 5. cap. 4. num. 155. cum ſeqq.* Ego ipſe *de officio & poteſtate Epiſcopi par. 3. Alleg. 56. à princ.*

3 *Gratis.* Notatur ad hoc quod magiſtri debent gratis diſcipulos pauperes docere, vt per Tiraquel. *de nobilit. cap. 29. nu. 42. & ſeq.*

4 *Competens aliquod beneficium præbeatur.* Notatur ad hoc quod Theologiæ Lectoribus, & aliarum facultatum Doctoribus ſalaria aſsignari debent, & interdum beneficium conferri propter docendam Theologiam, vt per Soar. *de religion. tom. 1. lib. 4. de ſimonia cap. 18. nu. 7.*

5 *Ne pauperibus, qui parentum opibus, &c.* Notatus ad hoc quod ordinatus dicitur habere aliun-

de quando habet patrem diuitem, vt per Surd.
6 *de aliment. tit.* 7. *q.* 37. *nu.* 3. vbi *nu.* 2. malè resoluit posse quem ordinari absque patrimonio si habeat patrem diuitem, contra quem insurgunt Flam. *de resignat. benef. lib.* 2. *q.* 6. *nu.* 28. Vgolin. *de potestate Episcopi cap.* 26. §. 9. *nu.* 3. Campan. *in diuersorio Iuris Canonici rub.* 8. *cap.* 5. *num.* 3. quos refero Ego ipse *de officio & potest. Episcopi par.* 2. *Alleg.* 19. *nu.* 60.

7 *Vel sub obtentu, &c.* Notatur ad hoc quod Episcopus dispensando cum scholaribus causa studij, non debet aliquid ab illis exigere, vel accipere, aliàs quasi simoniam committit, vt per Rebuff. *de priuileg. scholar. priuileg.* 38.

8 In glos. [Consuetudinis.] Notatur ad hoc quod venditio donorum intellectus, & voluntatis est simonia lato modo, non proprie, vt per Soar. *d. lib.* 4. *de simonia cap.* 8. *nu.* 5.

Cap. Prohibeas. II.

SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect Zabarell. Bellem. Io. Andr. Anania, Hostien. Butr. Anchar. Henric. Panorm. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 51 Alagona *in compendio Iur. Canon. pag.* 634. refertur ab Ant. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 3. *cap.* 2. & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *par.* 2. *cap.* 17.

Vide posita in cap. præcedenti.

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Doctoratus est dignitas, & Doctor dicitur in dignitate constitutus.*
3 *Doctoratus dignitatem quis sine peccato ambire potest.*

Cap. Quanto. III.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellem. Io. Andr. Anania, Anch. Hostien. Butr. Henric. Panorm. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. & 2. Viuia. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 52. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 635. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 3. *cap.* 3. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *par.* 2. *cap.* 18.

2 *Dignitatem assumunt.* Ergo doctoratus est dignitas, & Doctor dicitur in dignitate constitutus, de quo vide Tiraquel. *de nobilit. cap.* 28. *n.* 2. Marquard. *de Iudæis par.* 2. *cap.* 7. *in princip.* Duenh. *reg.* 190. *vers. amplia* 3. Cassan. *in catalogo gloriæ mundi par.* 8. *consid.* 12. Perez *l.* 1. *glos.* 3. *ad fin. verbo en los Doctores tit.* 1. *lib.* 4. *Ordin. pag.* 771. Menoch. *cons.* 126. *nu.* 7. Cened. *ad Decretal. collect.* 143. *nu.* 3. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *q.* 130. *art.* 1. Bobadil. *in sua politica lib.* 1. *cap.* 10. *nu.* 42. Cardos. *in praxi iudicum verbo dignitas num.* 6. Azeued. *l. vlt. nu.* 61. *tit.* 21. *lib.* 4. *noua recopil.* Garci. *de nobilit. gl.* 48.
3 §. 3. *nu.* 72. quam quidem dignitatem quis sine peccato ambiturus petere potest, vt ex hoc tex. colligit Rebuff. *de priuileg. schol. priuil.* 169.

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Præbenda Theologalis perditur per non residentiã.*
3 *Collegium in singulis Cathedralibus pro educandis pueris quomodo instituendum remissiue.*
4 *Docentis necessitas releuari debet.*

Cap. Quia nonnullis. IV.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Ioan. Andr. Anania, Anchar. Hostiens. Butr. Henric. Panor. Mar. Soc. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 12. Alagona *in compend. Iuris Canonici pag.* 635. desumitur ex Concil. Lateran. sub Innoc. III. *c.* 1. & refertur ab Anton. August. *collect.* 4. *Decret. lib.* 5. *tit.* 3. *cap. vnico.*

Vide posita *in cap.* 1. *sup. hoc tit.*

2 *Quandiu perstiterit in docendo.* Ergo præbenda theologalis perditur per non residentiam, vt per Cosm. *in pragm. sanct. tit. de collat.* §. 1. *vers. prouideatur fol.* 222.

3 *In Grammatica facultate.* De collegio puerorum in singulis Cathedralibus instituẽdo pro educandis pueris, & docendis in Grammatica, cantu, &c. agit Concil. Triden. *sess.* 23. *de reform. cap.* 18. de quo multa Praxis Episcop. *par.* 1. verbo Seminarium, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 5. §. 7. *num.* 68. *cum seqq.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decis.* 489. *in* 1. *edit. & resolut.* 380. *in* 2. *edit.*

4 *Qua sufficere valeat.* Nam docentis necessitas releuari debet, vt per Surd. *de alimentis tit.* 1. *q.* 53. *nu.* 1.

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Litterati in Ecclesia Dei dicuntur radij solis, & & stellæ.*
3 *Ecclesia litteratis regitur, & sustinetur, totusque mundus illuminatur.*
4 *Docentes sacrã Scripturã in scholis publicis, & discipuli, qui in illis studens, priuilegijs omnibus de perceptione fructuum, præbendarum, & beneficiorum suorum in absentia plenè gaudent.*

5 Do-

5 Docentes priuilegio percipiendi fructus gaudent, quamdiu docuerint.
7 Distributiones quotidianas non percipit absens causa studij.

Cap. Super specula V. & fin. Honor. iij.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Collect. Innocen. Zabatel. Bellem. Io. And. Anania, Anchar. Hostien. Butr. Henric. Panor. Mar. Socin. Casal. *in annot.* Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 53.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 636.*

2 *In Dei Ecclesia velut splēdor, etc.* Litterati in Ecclesia dicuntur radij solis, & stellæ, Mandos. *in reg. 16. Cancel. q. 15. num. 3.* 3 Bald. *in auth. habita nu. 12. C. ne filius pro patre,* quibus regitur & sustinetur Abb. *in cap. de multa nu. 5. & 7. sup. de prabend.* Felin. *in cap. si quando nu. 7.* vbi Nau. *except. 16. nu. 5. sup. de rescript.* Perett. *ad Extrauagan. ambitiosæ verbo ex quibus Ecclesia nu. 21. de rebus Ecclesiæ non alienan.* Hieronym. Giach. *in cons. syndicatus num. 67. & 81.* late Carol. de Grassis *in tract. de effectib. cleric. in prælud nu. 63. cum seqq.* totusq; mundus illuminatur Flamin. *de resignat. benefic. lib. 4. cap. 11. nu. 17.* Carol. de Grassis *d. prælud. num. 88.*

4 *Docentes vero, &c.* Notatur ad hoc quod docentes Sacram Scripturam in scholis publicis, & discipuli, qui in illis studiant, priuilegijs omnibus de perceptione fructuum præbendarum, & beneficiorum suorum in absentia plene gaudēt, & fruuntur, ita Concil. Trident. *sess. 5. de reform. cap. 1.* Rebuff. *in praxi tit. de dispensat. de nō resid. nu. 25. & in tract. de priuilegijs schol. priuil. 29. & 31.* Horat. Lut. *eod. tract. priuil. 99. & 100.* Fusc. *de visitat. lib. 2. cap. 9. n. 10.* Petr. Lesnaud. *in tract. de priuil. Doctorum par. 2. §. 22.* Iacob. Benn. *in tract. de priuileg. Iurisconsi. par. 1. priuil. 15. n. 1.* Fr. Emman. *in summ. tom. 1. c. 33. n. 2. & tom. 2. cap. 36. num. 2. & in addit. ad Bullam Cruciata, cap. 7. ad 4. concl. n. 27.* Veg. *in sum. par. 1. cap. 36. casu 41.* Carol. de Grass. *in d. prælud. à nu. 106.* Vgolin. *de officio & potest. Episcop. cap. 19. in princ. num. 6. & cap. 43. §. 2.* Azot. *instit. moral. par. 2. lib. 7. cap. 4. quæst. 3. & cap. 5. q. 1. & 8.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. §. 7. proœm. num. 180.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. collect. 446.* Moneta *de distribut. quotidian. par. 2. quæst. 10. à princip.* quos refero Ego ipse *de officio & potest. Episcopi par. 3. Alleg. 56. num. 18.* vbi *nu. 27.* cū Nicol. Garc. *de benefic. par. 3. cap. 2. num. 59. & 60* aduerto supradictam resolutionem esse intelligēdam de ijs qui docent conducti seu salariati, aut ratione stipendij, seu cathedræ, quam habent, non vero de ijs, qui sponte, aut voluntarie legunt sine stipendio & cathedra, nisi legant cum licentia vniuersitatis, seu claustri, siue collegij Doctorum.

5 *Per annos quinque.* Refertur ad studentes, nam docentes quoad priuilegium percipiendi fructus non habent vllam temporis determinationem, sed eo gaudent quandiu docuerint, vt per Abb. *hic nu. 4. & 5.* Moneta *d. q. 10. nu. 16.*

6 Cætera quæ ad materiam huius tex. pertinent, inuenies *ad c. relatum sup. de clericis non resid.*

7 In glos. [Integre.] Notatur ad hoc quod distributiones quotidianas non percipit absens causa studij, circa quod nihil innouasse Concil. Trident. referunt Gutier. *canonic. lib. 2. cap. 15. nu. 12.* Praxis Episcop. *par. 1. verbo distributiones quotidianæ §. 3.* Gonzal. *d. §. 7. proœm. à n. 78.* Nicol. Garc. *d. cap. 2. nu. 112.* Sandou. *de officio Ecclesiast. par. 6. cap. 17.* Quarant. *in summa Bullary verbo residentia vers. quod autem.* Monet. *d. cap. 10. nu. 23.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 166. nu. 17.* Vgolin. *d. cap. 19. §. 2. nu. 6.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decis. 495. nu. 1. edit. & resol. 386. n. 3. in 2. edit.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. de resident. nu. 67.*

De Iudæis, & Sarracenis, & eorum seruis. Tit. VI.

SVper hanc tub. scripserunt Anchar. Zabatel. Bellem. Ioan. And. Anania, Butr. Panorm. Felin. Marian. Socin. Petrus de Rauenna *in compend. Iuris Canon.* Guillelm. Durand. *in speculo Iuris lib. 4. sub hoc tit. & in breuiaro aureo Iuris Canonici, fol. 138. verso,* Martin. Mesnart. *in epithom. Decretal. fol. 177.* Stephan. Ranchin. *in continuat. titulorum Decretal.* Dani. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontif. à pag. 620.* Goffred. & Host. *in sum. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. sub hoc titul.*

De Iudæis tractatum edidit Marquard. de Susannis, & tractarunt Zaz. *in opusculo de Iudæis,* Foller. *ad constit. Regni tit. de Iudæis,* Aloys. Ricc. *in collect. decis. par. 2. collect. 434.* Ioan. Francisc. Leon. *in thesauro fori Ecclesiast. par. 4. cap. 4.* omnium latissimè Anton. Ricciul. *in tract. de Iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium lib. 2. per totum,* De fætore & ludibrio Iudæorū, & Sarracenorum vide Iacob. Gretserum *de Sancta Cruce tom. 1. lib. 1. cap. 98. pag. 343.* Et Iudæi quādo cœperint sic nominari docent Hieronym. Roman. *de republ. Hebræa lib. 1. cap. 3.* Pined. *in monarchia lib. 5. cap. 6. §. 4.* Et de obstinata eorum perfidia, & de ijs, qui è Christianitate ad Iudaismum nefarie & impie transeūt, vel redeunt, latè Dominic. Garcia *in tract. con-*

tra Iudæos adhuc expectantes aduentum Messiæ, & Azor. *instit. moral. par. 1. lib. 8. cap. 22. à princip.*

Sarraceni vnde dicantur docent Cou. *variar. lib. 4. cap. 9.* Nau. *in cap. ita quorundam notab. 4. nu. 3. inf. hoc tit.* Pined. *in monarchia lib. 2. cap. 3. §. 1.* Ferdinand. de Herrera ad Garcillassum *eglog. 2. pag. 588. verbo Saracino*, Pineda *in vita D. Ioannis Baptista par. 3. cap. 15. §. 3.* Gueuara *tom. 2. epistolarum fol. mihi 302. versu* Azor. *instit. moral. par. 1. lib. 8. cap. 23. q. 1.*

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Christianum Iudæi seruum cuicumq; permittitur redimere duodecim solidis.*

3 *Iudæi seruos Christianos habere non possunt.*

4 *Princeps secularis non potest permittere in suo regno, quod Iudæi habeant mancipia Christiana.*

5 *Episcopi non possunt dispensare, vt Iudæi habeant mancipia Christiana.*

6 *Seruus si asseratur emptus ab infideli causa mercimonij, tunc si infra sex menses fuerit expositus, & emptorem non inuenerit duodecim solidis persolutis liber efficitur.*

Cap. Præsenti. I.
Ex Con. Maten.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Coll. Zabarel. Bellem. Io. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Felin. Mari. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castella par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 56.* Alagona in *compend. Iuris Canon. pag. 637.* desumitur ex Concil. Matisconensi *1. cap. 16.* refertur à Burchard. *lib. 4. Decretorum cap. 88.* & Iuo. *par. 1. cap. 282.* & Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 5. cap. 1.*

2 Probat hic tex. cuilibet permitti Christianum Iudæi seruum redimere duodecim solidis, vt per Tiraq. *de Iure primog. q. 17. opin. 2. nu. 9.* Anton. Ricciul. *in tract. de Iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib. 2. cap. 28. num. 7.* vbi *nu. 9.* resoluit pretium duodecim solidorum præfixum, & stabilitum esse vti pretium rationabile.

3 *Vt nullum Christianum, &c.*

Notatur ad hoc quod Iudæi seruos Christianos habere non possunt, vt per glos. Abb. Deci. & alios per tex. ibi *in cap. consuluit il 3. sup. de appellat.* Foller. *in constitut. Regni tit. de Iudæis nu. 8.* Surd. *de alimen. tit. 1. q. 18. num. 9.* latè Anton. Ricciul. *d. cap. 28. à princip.* vbi *num. 3.* per *cap. si quilibet 54. dist.* extendit vt procedat siue seruus fuerit olim Christianus, siue fuerit de recenti, aut nunc baptizatus. Nec etiam ad hoc habilitari possunt, aut tueri per Principem secularem
4 idem Ricciul. *d. cap. 28. nu. 12.* quia Princeps secularis nõ potest permittere in suo Regno, quod Iudæi habeant mancipia Christiana Sigismun. Scacc. *de appellationib. q. 16. limit. 1. nu. 129.* Nec
5 etiam possunt habilitari per dispensationem Episcopi, quia ille non potest dispensare contra Ius nisi expresse, vel tacite permittatur, vt per Card. *in cap. ad hæc inf. hoc tit.* vbi Abb. *num. 3.* Socin. *nu. 5. vers. extra glossam*, Felin. *sub nu. 3. vers. vtrum autem Episcopus*, & Anania *num. 6. vers. sed nunquid.*

6 In glos. [Datis.] ibi *(de mancipio empto causa mercimonij, &c.)* Notatur ad hoc quod si seruus asseratur emptus ab infideli causa mercimonij, tunc si intra tres menses fuerit expositus venalis, & emptorem non inuenerit, duodecim solidis pro quolibet bono seruo persolutis, si ille ad Ecclesiam confugiens suam voluntatem patefecerit, liber efficitur, vt per Anton. Ricciul. *d. cap. 28. num. 7.*

7 In glos. [Seruitium.] ibi *(locus erit gratificationi.)* Notatur ad hoc quod si plures simul eodemq; tempore conuenerint ad huiusmodi redemptionem locus erit gratificationi, vt per Tiraq. *d. cap. 2. nu. 9.*

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Iudæus potest habere adscriptitium Christianum in consequentiam ruris, quod possidet.*

3 *Originarij, siue adscriptitij liberi sunt.*

4 *Iudæus si habeat causam cum Christiano, iudicãdo est secundum æquitatem, sed distingue vt ibi.*

Cap. Multorum. II. *Greg.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Ioan. Andr. Anania, Host. Anch. Butri. Henric. Panorm. Felin. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordant. vtriusque Iuris cum legibus Castella par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 56.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 637.* desumitur ex registro B. Gregorij *lib. 3. indict. 13. epist. 12.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 5. cap. 3.*

2 Probat hic tex. Iudæũ posse habere adscriptitiũ Christianum in consequentiã ruris, quod possidet, vt per Bero. *in c. 1. sub n. 196. vers. nec etiam productis, sup. de const.* Siluest. *in sum. verbo Iudæus q. 2. dict. 2.* Angel. *eod. verbo num. 2.* Perez. *l. 6. in princ. tit. 3. lib. 8. Ordinam. pag. 60.* Marquard. *in tract. de Iudæis par. 2. cap. 5. num. 20.* Aaor. *instit. moral. par. 1. lib. 8. cap. 22. q. 8.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 31. nu. 21.* Anton. Ricciul. *in tract. de iure personarum extra gremiũ Ecclesia exist. lib. 2. cap. 28. nu. 21.* quamuis enim Iudæus non possit principaliter possidere Christianum mancipium, potest tamen in consequẽtiã fundi, cui est adscriptum Tiraq. *in tract. res inter alios acta in princip. vers. sic & semper.* Rebuff. *de priuileg. scholarium priuil. 106. vers. 28.* Quicquid

quid

quid non posse Iudæum emere fundum, cui sunt adscripti serui Christiani teneant Io. de Platea in l. quemadmodum nu. 9. vers. sed quid si venderet C. de agricol. & cons. Surd. de aliment. titul. 8. priuil. 89. n. 2. est tamen verū quod nō possunt illis adscriptitiis imponere aliquod onus vltra illa, quæ peragere debent coloni originarii, vt aduertit Anton. Ricciul. d. cap. 18. nu. 23.

3 In glos. [sint liberi.] ibi (nota originarios siue adscriptitios liberos esse.) Vide Perez loco proxime citato, Valasc. de Iure emphyt. q. 37. n. 3. & 4. Sanch. de Matrimon. lib. 7. disp. 19. nu. 1.

4 In glos. [litis seueritate]. Notatur ad hoc quod si causa ventilatur inter Iudæum, & Christianum sunt iudicandi secundum rigorem vt per Socin. hic in fine. Ias. in l. & si post tres non sub. 2. ff. si quis caut. & in l. si insulam, etiam notab. 2. ff. de verbor. oblig. & in §. Cirlet. in cap. interposita 8. fune post princ. sup. de appellat. Socin. cons. 63. num. 17. lib. 1. Contrariam tamen opinionem, quod vbicunque viget æquitas illa sit seruanda tam inter Iudæos, quam etiam inter Christianos tenent Felin. hic num. 5. Roland. consil. 35. num. 53. lib. 2. Foller. in constit. Regni tit. de Iudæis num. 15. cum seqq. Tiraquel. de Iure primog. q. 66. num. 7. Natt. cons. 620. num. 17. & hanc quamuis sub dubio probare videtur Aym. consil. 73. sub num. 25. Sunt qui dissidentes Doctorum opiniones nituntur fœdere distinctionis complanare, nempe vt si loquamur de æquitate non scripta procedat prior opinio huius glos. si vero loquamur de æquitate scripta tunc potior sit opinio secunda, ita concordare nituntur Rip. in l. si insulam num. 10. ff. de verborum signific. quem refert, & sequitur Marquard. de Iudæis par. 2. cap. 5. sub n. 7. Laderch. cons. 97. num. 4. & non dissentit Rota in Romana alimentorum 11. Ian. 1641. coram R.P.D. Manzanedo.

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Iudæis non permittitur in dominijs Principum Christianorum nouas synagogas extruere.*
3 *Architectis, & fabris Christianis non licet laborare in ædificandis, siue restaurandis Iudæorum synagogis.*
4 *Vendere non licet materiam, vt illa Iudæi vtantur ad cultum Iudaicum.*

j. Cap. Iudæi. III.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Henric. Panor. Felin. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cū legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 57.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 637.* desumitur ex registro B. Gregorij *lib. 7. epist. 5. indict. 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 5. cap. 4.*

2 Probat hic tex. non permitti Iudæis in dominijs Principum Christianorum nouas synagogas extruere, sed tantum antiquas retinere, vt per Azor. *institut. moral. par. 1. lib. 8. cap. 11. q. 10.* Io. Franc. Leon. *in thesauro fori Ecclesiast. par. 4. cap. 4. num. 50.* vbi etiam aduertit posse Iudæos collapsas, & ruinam minantes synagogas restaurare, non autem pretiosiores, aut ampliores eas exaltare, nec antiquas funditus dirutas in locis vbi fuerunt antiquæ ædificare.

3 Aduertendum est minime licere architectis, & fabris Christianis laborare in ædificandis, siue restaurandis synagogis Iudæorum, vt resoluit Anton. Ricciul. *de Iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium lib. 2. cap. 39. num. 7.* quicquid huiusmodi fabros non esse condemnandos si causa officij, quod profitentur, id faciāt, teneat Fructuosus Bisbe *en el tratado de las comedias cap. 16. concl. 3. fol. 83.* si enim non licet vendere res ad hoc, vt illis Iudæi vtantur ad
4 cultum Iudaicum D. Thom. *2. 2. q. 169. art. 2. ad 4.* Syluest. *in sum. verbo infidelitas q. 4. ad fin.* Valent. *2. 2. disput. 1. q. 10. puncto 5.* Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 340. colum. pen. vers. quando aliquid.* Sanch. *in præcepta Decalogi lib. 1. cap. 7. nu. 1.* certè tanto minus licebit, immediate laborare in synagoga, quia viget eadem, & maior ratio, *Auth. multo magis C. de Sacros. Eccles.*

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Iudæis non licet in die Veneris sancto tenere ostia, vel fenestras apertas.*
3 *Iudæorum ritus quādo tendunt in opprobrium Christianæ fidei nō sunt ferēdi Iudæi in talibus ritibus.*

Cap. Quia super. IV.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarel. Bellem Io. Andr. Anania, Hostien. Anch. Butr. Henric. Panor. Felin. Mar. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par. 1.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 57.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 637.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 5. cap. 7.*

2 Probat hic tex. Iudæis non licere in die Veneris sancto tenere ostia, vel fenestras apertas, vt per Repert. *Inquisit. verbo Iudæus §. vltim.*
3 Quando enim ritus Iudæorum tendunt in opprobrium Christianæ fidei non sunt ferendi Iudæi in talibus ritibus, vt per Bald. *consil. 316. vers. 8. lib. 1.* Brun. *in tractat. stantibus masculis art. 6. nu. 60. vers. item Iudæi,* Marant. *de ordine iudiciorum par. 3. vers. iudicij tela num. 60.* latè Anton. Ricciul. *in tract. de Iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium lib. 2. cap. 18. num. 1. cum seqq.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Habitare simul cum Iudæis, siue Sarracenis prohibitum est.*
3 *Iudæi filius veniendo ad Catholicam Fidem patria potestatem exit.*
4 *Iudæi filius veniens ad Fidem Catholicam non potest prætextu ingratitudinis à parente exhæredari, immo potest alimenta petere, & dotem.*
5 *Iudæi etiam inter Christianos possunt habere bona stabilia.*
6 *Iudæi filius baptizatus retinet iura successionis erga parentes, & reliquos.*
7 *Iudæus retinet Iura successionis in bonis parentis ad Fidem conuersi.*
8 *Iudæo in balneum ingredi non licet, nec ad eius nuptias, ludos, & choreas.*
9 *Excommunicari an quis possit post mortem, remissiuè.*
11 *Iudæus an inter Christianos possit esse notarius, Doctor, aduocatus, vel arbiter.*
12 *Iudæi à Christianis hæredes institui non possunt.*

ij. Cap. Iudæi. V.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb antiq. Innoc. Collectar. Zabarel. Bellemer. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anch. Butr. Henric Panorm. Felin. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuia. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 57.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 638.* desumitur ex Concil. Lateranen. *cap. 26.* refertur ab Ant. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 5. c. 5.*

2 Probat hic tex. in prima eius parte prohibitum esse Christianis simul cum Iudæis, vel Sarracenis habitare, vt per Aloys. de Leo *in l. 1. n. 15 vers. neque habitationem C. hoc tit.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 31. num. 5.* Anton. Ricciul. *de Iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium lib. 2. cap. 41. nu. 2. & 3.* vbi *nu. 4.* aduertit Iure nouo non solum esse prohibitam habitationem simultaneam in eadem domo, sed etiam in eodem loco, nam ex Constit. Pauli IV. quæ est 3. in ordine Bullarij incip. *Cum nimis absurdum*, & ex alia Pij V. incip. *Romanus Pontifex*, omnes debent habitare in vno, eodemque loco, & si ille capax non fuerit in duobus, vel tribus, vel quot satis sint contigui, ad quos vnicus tantum ingressus pateat, & quibus vnus detur exitus, & *num. 5.* cum Sanch. *d. cap. 31. nu. 6. vers. quare hinc colligitur*, declarat non procedere conclusionem ex tex. desumptam in Iudæis, & infidelibus, qui à Christianis detinentur tanquàm serui, cum seruilis conditio excludat præsumptionem subuersionis.

3 *Qui cum eis præsumpserint habitare, &c.* Ergo filius Iudæi veniendo ad Catholicam Fidem patris potestatem exit, nam per conuersionem ad Fidem rumpuntur vincula patriæ potestatis, & efficitur sui Iuris, ita Marquard. *de Iudæis par. 3. cap. 4. nu. 8.* Ascan. *in tract. de patria potest. effectu 77. nu. 6. & seq. & à nu. 55.* Vrsill. *ad Afflict. decis. 151. n. 9.* Surd. *de aliment. tit. 1. q. 18. nu. 4.* Ant. Ricciul. *d. lib. 2. cap. 29. num. 5.* Et non potest prætextu
4 ingratitudinis à parente exhæredari Surd. *eod. tract. tit. 7. q. 1. nu. 44.* Anton. Ricciul. *d. cap. 29. nu. 12. & 16.* quod potest petere alimenta, & filia potest petere dotem.

5 *A possessionibus suis, &c.* Ergo Iudæi etiã inter Christianos possunt habere bona stabilia, vt per Innoc. *in cap. quod super nu. 4. de voto*, Roman. *cons. 489. incip. hæc domina*, Anton. Ricciul. *d. lib. 2. cap. 50. nu. 1.* vbi *nu. 2.* extendit etiam ad bona Ecclesiastica in emphyteusim, & *num. 4.* limitat in statu ecclesiastico, in quo Iudæi nequeunt bona immobilia possidere ex speciali constitut. Pauli IV. *in ord. 3. §. 2. in fine.*

6 *Vt portionem hæreditatis suæ, &c.* Notatur ad hoc quod filius Iudæi baptizatus succedit patri, vt per Tiraquel. *de Iure primog. quæst. 66. num. 41.* Nauar. *consil. 5. sub tit. de testamen. in antiq.* retinet enim Iura successionis erga parentes, & reliquos, non secus ac prius, quia dignitas adepta per baptismum non debet reddere illum deterioris cõditionis, Marquard. *de Iudæis par. 3. cap. 2. num. 12.* Anton. Ricciul. *d. lib. 2. cap. 29. num. 9. & 10.* vbi *num. 11.* quod retinet Iura sanguinis. Ita etiam cum Iura sanguinis velut naturalia sint indelibilia *l. Iura sanguinis ff. de regulis Iuris, l. ius agnationis ff. de*
7 *pactis.* Iudæus retinet Iura successionis in bonis parentis ad Fidem conuersi, *§. 1. inst. de legit. patr. tutela*, Anton. Ricciul. *dict. lib. 2. cap. 47.* quicquid dicat Bertrand. *consil. 226. lib. 4. par. 1.*

8 In glos. [Permittantur.] ibi (*quia repellit Iudæos à communione Christianorum.*) Et ideo non licet simul cum Iudæo in balneum ingredi *cap. nullus 28. quæst. 1.* Philiarch. *de officio Sacerd. tom. 1. par. 2. lib. 3. cap. 12. in fine.* Sanch. *d. cap. 31. n. 11.* Anton. Ricciul. *d. lib. 2. cap. 41. num. 23.* nec eos inuitare ad conuiuium, vel ad eorum conuiuia accedere *cap. omnes 28. q. 1.* idem Anton. Ricciul. *d. cap. 41. num. 25.* Sanch. *d. cap. 31. nu. 12.* vbi *num. 17.* quod nobis interdictum est cum Iudæis accedere ad eorum nuptias, ludos, vel choreas.

9 In ead. glos. ibi (*excommunicandus est post mortem.*) An autem post mortem quis possit excommunicari, vide Nauar. *in manu. cap. 27. num. 271.* Castr. *lib. 2. de iusta hæreticorum punit. cap. 19. & 20.* Couar. *in cap. alma mater par. 1. §. 11. num. 8.* Azor. *institut. moral. par. 2. lib. 5. cap. 26. q. 2.*

10 In ead. glos. ibi (*repellit enim eos à legitimis actibus.*) vide *ad cap. pen. inf. hoc tit.*

11 In ead. glos. ibi (*& ab officijs publicis.*) de

Iudæo

Iudæo an inter Christianos posfit esse notarius, vide Anton. Ricciul. *d. lib. 2. cap. 27.* & an posfit esse Procurator *cap. 26.* & an posfit adipisci gradum Doctoratus *cap. 25.* & an inter Christianos posfit exercere officium Aduocati *c. 24.* & an posfit esse arbiter inter Christianos *cap. 23.* & an posfit esse defensor ciuitatis, vel consequi alium patriæ honorem *cap. 22. nu. 9.*

12 In ead. glos. ibi (*ne ex testamento Christiani aliquid capiant.*) Ergo per indirectum prohibentur Iudæi ne à Christianis hæredes instituantur, ad quod singularem dicit hanc glossam Roman. *singul. 735. incip. Christianus*, quem refert Menoch. *de arbitr. casu 449. nu. 18.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Christiani Sarracenis arma, & ligamina deferentes galearum dum ad impugnandos Christianos ea subministrant, excommunicationi, alijsq; pœnis subiacent.*

3 *Sarraceni dicuntur omnes, qui impiæ, & nefariæ Mahometi septa, atque perfidiæ inhærent.*

4 *Armorum nomine comprehenduntur ea, quæ tam ad defendendum, quam offendendum, & pugnandum idonea, & apposita sunt.*

5 *Pœna apposita contra asportantes arma, non comprehendit eos, qui vaginas ad enses recondendos asportauerint.*

6 *Ferrum in hoc tex. intelligitur tam factum, quam infectum.*

7 *Ligamina galearum sunt, & dicuntur ligna, ex quibus fieri solent triremes, & aliud quodlibet genus nauigij oblongi.*

8 *Prohibitio de non ferendis armis ad Sarracenos, intelligitur de inimicis nominis Christiani, qui actu, vel habitu habent bellum cum Christianis.*

9 *Pœnas plures vni delicto imponit Ecclesia propter ipsius delicti immanitatem.*

10 *Excommunicatus vnus, potest iterum excommunicari.*

11 *Seruus fit capientis, qui ad hostes arma asportauerit.*

12 *Participium præteriti temporis etiam in dubio est lata sententia.*

13 *Seruitus de iure naturali inducta.*

Cap. Ita quorundam. VI.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Bellem. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henric. Panormit. Felin. Mar. Socin. Nauar. *tom. 4. suorum operum relectionem fecit*, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 58.* Alagona *in cõpend. Iuris Canonici pag. 638.* desumitur ex Concil. Lateranen. sub Alex. III. *cap. 24.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 5. cap. 6.*

2 Probat hic tex. quod Christiani Sarracenis arma, ferrum, & ligamina deferentes galearum, dum ad impugnandos Christianos ea subministrant, & qui in galeis & piraticis Sarracenorum nauibus regimen & curam gubernationis exercent, excommunicationi subiacent, & rerum suarum per Principes Catholicos, & consules ciuitatum priuatione mulctantur, & ipso iure capientium serui fiunt. Iam hodie hæc excõmunicatio est de reseruatis Bullæ in Cœna Domini *cap. 7.* & prohibitio multis pœnis per Christianos Principes facta, prout extat in Ordin. Regia Lusit. *lib. 5. tit. 109.* vbi Parens meus, & apud Castellanos *l. 4. tit. 21. par. 4. & l. 22. tit. 5. par. 5.* vbi Greg. Lopez. & *l. vlt. tit. 12. lib. 1. Ordin.* vbi Perez, & *l. 10. tit. 2. lib. 8. nouæ recopil.* vbi Azeued. de materia vide Clar. *in pract. lib. 5. §. fin. q. 77. n. 25.* Menoch. *de arbitr. casu 95. à n. 24. & casu 585.* Mozz. *de contract. tract. de empt. tit. de rebus quæ emi vel vẽdi possunt n. 47.* Azeued. *d. l. 10. n. 11.* Bobadil. *in sua politica lib. 4. cap. 5. n. 4.* Sayr. *in clauis Regia lib. 9. cap. 6. n. 14.* Farin. *in praxi crim. p. 3. q. 108. n. 6.* Pradil. *in summa legum pœnalium p. 2. casu 17.* Horten. Caualc. *de brachio Regio p. 6. n. 102. vers. ne Christiani.* Cabed. *Lusit. decis. 47. n. 1. & decis. 115. per totã p. 2.* Molina *de instit. trac. 2. disp. 343 vers. deinde prohibitũ* Paul Comitol. *respons. moral. lib. 5. q. 8.* Valer. Reginald *in praxi fori pœnitent. lib. 9. n. 292. cum seqq* Azor. *instit. moral. par. 1. lib. 8. cap. 23. q. 3. cum multis seqq.*

3 *Sarracenis.* Omnes comprehendit, qui impiæ, & nefariæ Mahometi septæ, atque perfidiæ inhærent, siue sint Turcæ, siue Tartari, siue Persæ, siue Arabes, siue Aegyptij, Africani, & Mauri vt per Fr. Anton. de Sousa *in relect. de censuris Bullæ Cœnæ cap. 8. num. 3.* Azor. *d. cap. 23. q. 4.* vbi etiam resoluit quod licet ex hoc tex. in præsenti Christiani arma ad Iudæos, Paganos, siue Aethnicos deferentes non sint excommunicatione affecti, quoniam Iudæi vel Pagani nomine Sarracenorum minime significantur. At vero in Constit. Pontificia, quæ dicitur Bulla in Cœna Domini, excommunicatio comprehendit etiam Christianos, qui ad Iudæos arma deferunt, vel etiam ad Paganos, seu Aethnicos, dummodo sint Christiani nominis inimici, qui actu, vel habitu bella cum Christianis gerãt.

4 *Arma.* Comprehenduntur tam ea, quæ ad defendendum, quã ea, quę ad offendendum & pugnandum idonea, & apposita sunt, vt scuta, galeæ, loricæ, gladij, hastæ, sagittæ, tela, & alia id genus multa: item fustes, & lapides, nõ ad ædificia, sed ad machinas bellicas comparati, siue pilæ, siue globi lapidei, aut ferrei, qui vi tormentorum bellicorũ solent excludi: ita Azor. *d. cap. 23. q. 10.* Non comprehenduntur tamen

5 asportantes vaginas ad enses recondendos ex Decian. *tractat. crimin. lib. 8. cap. 3. nu. 57.* quem refert Parens meus *in remiss. ad Ordinat. Regias Lusitan. lib. 5. tit. 109. in princip. nu. 2.*

6 *Ferrum.* Siue factum siue infectum, vt *in l. nemo Cod. quæ res exportari non debeant*, nomine facti ferri intelligitur quicquid est ex ferro fabricatũ, & potest vtile esse ad bellicos

licos vsus, nomine vero infecti ipsa ferri lamina, seu massa exporrecta, vel conglobata, impollita, ac rudis, vt per Azor. *d. cap.* 23. *q.* 11.

7 **Et ligamina deferant galearum.** Ligamina gallearum sunt & dicuntur ligna, ex quibus fieri solent, aut possūt triremes, & aliud quodlibet genus nauigij oblongi, Azor. *d. cap.* 23 *quest.* 12.

8 **Dum ad impugnandos Christianos, &c.** Verba hæc referri debent ad illos, qui frequenter eos solent impugnare, quia prohibitio de non inferendis armis tantum habet locū in Sarracenis, vel hostibus nominis Christiani, qui actu vel habitu habent bellum cū Christianis odio solo nominis Christiani, vide Nauar. *in repet. huius tex. notab.* 4. Boer. *decis.* 178. *n.* 20. Cabed. *Lusit. decis.* 115. *num.* 4. *par.* 2. Vnde non comprehendi excommunicatione huius tex. qui arma deferunt ad Sarracenos, qui bello Christianos contra alios Sarracenos, vel Paganos, aut Hæreticos defendunt, vel adiuuāt, tenent Azor. *d. cap.* 23. *q.* 8.

9 **Tales igitur, &c.** Notatur ad hoc quod propter immanitatē delicti Ecclesia plures pœnas vni delicto imponit, vt per Tiraq. *de pœnis temper. cap.* 49. *nu* 58.

10 Notatur etiam ad hoc quod vnus excommunicatus potest iterum excommunicari, & data absolutione vnius excommunicationis adhuc remanet alia excommunicatio, quæ tunc incipit habere effectum cum absoluitur à prima, vt per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 13. *n.* 82. *&* 83.

11 **Et capientium fieri seruos, &c.** Notatur ad hoc quod si capiatur ille, qui ad hostes arma portabat, seruus fit capientis, vt per Mench. *illust. quest. cap.* 10. *n.* 3. vbi etiam resoluit huiusmodi seruum delicto effectum posse fugere tuta Cōscientia. *& cap.* 9. *n.* 2. per hunc tex. tenet à Iure diuino quasi supernaturaliter homines seruos pœnæ effici per peccatum. An autē possit aliquis seruus effici propter rebellationem in Principem commissam, vide Morl. *in emporio Iuris Ciuilis par.* 1. *tit.* 12. *q.* 5.

12 In glos. [Subiectos.] ibi *(& sic ipso Iure sunt excommunicati.)* Notatur ad hoc quod participiū præteriti temporis etiam in dubio est latæ sententiæ, vt per Tiraq. *in l. si vnquam verbo reuertatur nu.* 33. *C. de reuocandis donat.* Moneta *de distribut. quotid. par.* 3. *q.* 7. *nu.* 28.

13 In glos. [Seruos.] ibi *(Not. seruitutē de iure naturali inductā)* vide Cæpol. *de seruit. vrban. c.* 1. *n.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Iudæi synagogas de nouo erigere non possunt, sed tātum collapsas, & ruinam minantes restaurare.*
3 *Aedificare prohibitus, non prohibetur readificare.*
4 *Res semel destructa, si reficiatur, non dicitur eadem, sed noua, & diuersa.*

5 *Christianis non licet quicquam vendere paganis ad eum finem scilicet, vt extruantur, fulciantur, aut muniantur Idolorum fana, &c.*

Cap. Consuluit. VII.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Felin. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 59. Alagona *in compendio Iuris Canonici. p.* 638. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 5. *tit.* 4. *c.* 1.

2 Probat hic tex. Iudæos synagogas de nouo erigere non posse, sed tantum collapsas, & ruinam minantes restaurare, dummodo pretiosiores, aut ampliores eas non exaltent, de quo dixi *ad cap. Iudæi* 3. *nu.* 2. *sup. hoc tit.*

3 **Vt eas readificent.** Ergo prohibitus ædificare non prohibetur reædificare, vt per Felin. *in cap. cum accessissent n.* 34. *&* ibi Dec. *n.* 19. *sup. de const.* Boer. *decis.* 44. *num.* 3. *cum seqq.* Cassan. *in consuet. Burgundiæ rub.* 13. *verbo de noueau fol.* 379. Auiles *ad cap.* 22. *Pratorum n.* 24. *cum seqq.* Anton. Gom. *l.* 46. *Tauri n.* 15 *&* 16. *vers. & ita video*, Cald. Pereira *de renouat. emphyt. q.* 11. *nu.* 30. Bobadil. *in sua politica lib.* 3. *cap.* 5. *nu.* 13. D. Barbos. *in l. diuortio §. fin. nu.* 122. *par.* 1. *ff. soluto Matrimon.*

4 **Quam antea fuisse noscuntur.** Notatur ad hoc quod res semel destructa si reficiatur, non dicitur eadem, sed noua, & diuersa, vt per Surd. *cons.* 121. *nu.* 8. *&* 23. quem refert & sequitur Steph. Gratian. *discep. forens. cap.* 84. *n.* 17.

5 Aduerte minime licere Christianis quicquam vendere Paganis ad eum finem videlicet vt extruantur, fulciantur, reficiantur, aut muniantur idolorum fana, aut Sarracenorum delubra, vulgo mesquitas, quoniam hæc impio cultu, & superstitioni deseruiunt: nec item ad eum finē scilicet ad synagogas Iudæorum ædificandas, eo quod per se & natura sua ad Iudaicos ritus, & cæremonias diriguntur, licet enim Ecclesia sinat Iudæos veteres synagogas reficere, aut fulciri ruinosas, non ideo fas est Christianis vendere Iudæis ligna, cæmētum, & lapides, quibus reparentur, nam ea vendere in eos vsus, & ad eum finem sua natura malum est. Ita Azor. *instit. moral. par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 24. *q. vlt. & lib.* 9. *c.* 11. *q.* 3. *& p.* 2. *lib.* 12. *cap. vlt.* Nau. *cons.* 2. *sub hoc tit. in antiq.* Ant. Ricciul. *de Iure personarum, extra gremium Ecclesiæ exist. lib.* 2. *c.* 39. *n.* 4. *&* 5. vbi *n.* 6. ampliat procedere etiāsi vendātur res indifferētes, videlicet communes bono, & malo vsui, licet non vendātur ea intētione, vt Iudæus ad malum abutatur, si tamen Christianus nouit Iudæum abusurum.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *In-*

2 *Iudæorum communio, & familiaritas nobis est interdicta.*
3 *Christiana fœmina nō licet nutricis filij Iudæi munus subire, etiam cum dispensatione Episcopi.*
4 *Nutrices Christiana etiam extra Iudæorum domos, eorum filios lactare non possunt.*

Cap. Ad hæc. VIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Bellem. Ioan. And. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henric. Panor. Felin. Mari. Socin. Ximen, Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castell. par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 59.* Alagona *in compendio Iuris Canonic. pag. 638.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. 4. cap. 2.* & est post Concil. Lateran. sub Alexand. III. *par. 20. cap. 2. §. ad hæc.*

2 Probat hic tex. Iudæorum communionem & familiaritatem nobis esse interdictam, quia subesse potest subuersionis periculum, vt per Auiles *ad cap. Prætorum 26. in glos. apartamento à nu. 2.* Perez *l. 10. tit. 13. lib. 8. Ordin.* Cened. *ad Decretal. collect. 15. nu. 1.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 31. nu. 2. cum seqq.* Anton. Ricciul. *in tract. de Iure personarum extra gremium Ecclesiæ existen. lib. 2. cap. 38. n. 3.* resoluentes etiam fideles à mortali peccato non excusari si moniti huiusmodi familiaritatem non vitent, quando peruersionis periculū imminere potest, quod quidem si absit, & sperari possit cōuersio infideliū nulla remanet prohibitio quominus possimus cū illis cōicare.

3 *Et nutricibus eorum, &c.* Notatur ad quod non licet fœminæ Christianæ nutricis filij Iudæi munus obire Foler. *in constit. Regni tit. de Iudæis nu. 10. in pragmatica Caroli V.* Azor. *instit. moral. par. 1. lib. 8. cap. 22. q. 9.* Ioan. Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. par. 4. cap. 4. n. 44.* Sanch. *d. cap. 31. n. 19.* Anton. Ricciul. *d. lib. 2. cap. 28. n. 10 & 15.* resoluit cū Fel. & alijs regulariter Episcopum non posse dispensare, vt Iudæus possit habere nutricem Christianam. Et peculiari constit. Greg. XIII. 70. incip. *Antiqua Iudæorum*, Iudæus retinens nutrices contra Sacrorum Canonum statuta potest puniri etiā ab Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, quia est vnus ex casibus comprehensis in dicta Constitut.

4 *In eorum domibus nutrire, &c.* Ergo extra domum poterunt Iudæi habere nutrices Christianas per quas suos infantes lactari faciant, vt tenent in præsenti Zabarel. *vers. opposi.* Mar. Socin *sub num. 4. vers. secundus intellectus,* Abb. *sub nu. 2. vers. & breuiter,* cum *glos. hic sub hoc verbo.* Verum contrarium melius defendunt hic Io. Andr. *in finalibus verbis,* Butr. *in fine.* Anan. *sub n. 5. & 6.* Felin. *n. 3. vers. sed cōtrarium,* Syluest. *verbo Iudæus q. 2. dicto 3.* Armil. *eod. verbo nu. 8.* Aloys. Leo *in l. 1. n. 20. Cod hoc tit.* Azor. *d. cap. 22. quæst. 9.* Franc. Leo *d. cap. 4. n. 44.* Sanch. *d. c. 31. n. 19. & 27.* respondentes tex. in præsenti dum dicit in eorū dem domibus, non posuisse eam particulam ad restringendam prohibitionē, sed gratia frequentioris vsus, quia frequentius intra domum contingit nutritio. Quod adeo verum est vt nec Episcopi dispensare possint vt nutrices Christianæ extra domos Iudæorum habitantes eorum infantes lactare & nutrire valeant, prout resoluit Io. Franc. Leo. *d. c. 4. n. 45.* & post Felin. & Aloys. de Leo, regulariter hoc esse verum testatur Anton. Ricciul. *d. lib. 2. cap. 28. n. 18.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Iudæi ad Fidem, seu Baptismum compellendi non sunt.*
3 *Iudæorum, & infidelium infantes, qui adhuc ad vsum rationis non peruenerunt, non possunt inuitis parentibus baptizari.*
4 *Iudæos expellere non possunt Principes Christiani ex suo territorio sine iusta causa.*
5 *Iudæi ex Roma, Hispania, Francia, & alijs regnis olim eiecti fuerunt.*
6 *Pœnis alternatiuè impositis datur reo, quod intelligit vt sibi.*

Cap. Sicut Iudæi. IX.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Io. And. Anania, Host. Butr. Anch. Henr. Panor. Felin. Mar. Socin. Cened. *collect. 59.* Casal. *in annot.* Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 60.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 639.* refertur ab Ant. August. *collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. 4. cap. 3.* & est post Concil. Lateran. sub Alexan. III. *par. 20. cap. 1.*

2 *Ad baptismū venire compell. etc.* Ergo Iudæi ad Fidem, seu baptismum compellendi non sunt, de quo vide D. Thom. *2. 2. q. 10. art. 8.* Riccard. *in 4. sent. dist. 6. art. 3. q. 1.* & ibi Palud. *dist. 4. q. 4.* Durand. *q. 6.* Sot. *dist. 5. q. vni. art. 10.* Bald. Nouell. *de dote par. 11. n. 47.* Natt. *cons. 414. nu. 1.* Greg. *l. 2. glos. 3. tit. 23. part. 2.* Io. Franc. Leo. *in thes. fori Ecclesiast. par. 4. cap. 4. n. 6.* Marquard. *de Iudæis par. 3. cap. 2. n. 8.* Paris. *cons. 2. n. 17. & 18. lib. 4.* Anton. Ricciul. *in tract. de Iure personarum extra gremium Ecclesiæ exist. lib. 2. cap. 31. per totum.* Christoph. de Pace *ad l. 84. styli nu. 5.*

3 Vtrum autem Iudæorum & infidelium infantes, qui adhuc ad vsum rationis non peruenerūt possint inuitis parentibus baptizari, quæstio est ad præsens institutum non contemnenda, in qua parte negatiuam, nempe quod parentibus inuitis pueri ante vsum rationis baptizari licite non possint, tenent D. Th. *d. q. 10. art. vlt.* Riccard. Palud. & Sot. citatis locis, D. Antonin. *in summ. par. 2. tit. 12. cap. 2. §. pueri Iudæorum.* Victor. *de Sacram. tit. de Baptismo, nu. 27.* Zabar. Anania, Socin. Abb.

Abb. & Felin. in præsenti, Simanch. *de catholic. instit. cap.* 29. *à num.* 51. & *cap.* 35. *num.* 13. Ioseph. Angles *in floribus Theolog. q.* 2. *de recipien. baptism. art.* 2. Restaur. *de Imper. cap.* 10. *num.* 315. Cuch. *institut. canon. lib.* 5. *tit. de baptismo nu.* 130. Zanch. *in tract. de hæreticis cap.* 36. *num.* 1. Borgnin. *decis.* 21. *num.* 14. *par.* 2. Cornel. Benincas. *tract. de paupert. in* 5. *speci. in ind. num.* 8. Nau. *cons.* 4. *tit. de conuers. infidel.* Bursat. *cons.* 231. *num.* 1. & 2. *lib.* 3. Afflict. *decis.* 151. Natta. *cons.* 434. Marquard. *de Iudæis p.* 3. *cap.* 8. Philip. Paschal. *de patria potestate par.* 1. *cap.* 2. *sub num.* 3. Mench. *illustr. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 12. Petr. de Aragon. 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 8. *pag.* 286. *cum seqq.* & *artic.* 12. vbi Bannes *quæst.* 10. *art.* 10. *colum.* 614. *cum seqq.* & *art.* 12. Perez *l.* 3. *vers. de infidelibus vero nõ dli doli capacibus, tit.* 4. *lib.* 8. *Ordin. pag.* 117 Gab. Vasquez *in* 3. *par. D. Thoma tom.* 1. *disp.* 155. Aegid. de Coninck *de Sacram.* & *censur. tom.* 1. *disp.* 68. *art.* 10. Soar. *tom.* 3. *disp.* 25. *sect.* 3. Ioan. Francis. Leo *d. cap.* 4. *à num.* 7. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 27. *num.* 68. Anton. Ricciul. *d. lib.* 2. *cap.* 32. plures per Cened. *ad Decretal. collect.* 59. *num.* 1. Quamuis contrarium teneant Scot. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Gabr. Biel. Angel. Zazi. & alij quos refert, & improbat Ant. Ricciul. *d. cap.* 32. *num.* 2.

4 An denique possint Principes Christiani Iudæos ex proprio territorio expellere dubitauit Marquard. *in suo sæpe citato tract. de Iudæis par.* 1. *cap.* 6. *num.* 3. vbi affirmatiuam tandem opinionem sequitur. Sed verius est quod ex potestate ordinaria, & rationi regulata nequit Princeps ex sola eius voluntate eijcere ex suo territorio, & ditione Iudæos pacifice, & bene viuentes, ita Oldrad. *consil.* 87. & 264. Socin. *cons.* 86. *lib.* 4. Roland. *cons.* 25. *num.* 19. *lib.* 3. Paris. *cons.* 2. *num.* 15. *lib.* 4. Corset. *de potestate Regis q.* 81. Hermes *in tract. de instaur. relig. lib.* 2. *cap.* 12. Cened. *ad Decretal. collect.* 15. *num.* 2. & *collect.* 83. *nu.* 3. Ludou. Rodolphin. *de suprema seu absoluta Principis potest. cap.* 6. *num.* 106. Anton. Ricciul. *d. lib.* 2. *cap.* 51. *à princip.* Christoph. de Pace *ad l.* 84. *styli*.

5 Quando vero adesset iusta causa eijciendi Iudæos, vt si periculum vel scandalum immineret in terris Christianorum, aut si ipsi Iudæi machinationes, & enormia contra Fidem præpararent, & similibus, expellendi sunt, nec tolerandi, quia cum abutantur gratia, priuilegium amittere merentur tanquam ingrati, vt supracitati Doctores ostendunt, & præcipue Ricciul. *d. cap.* 51. *à n.* 9. vbi percurrit ac recenset iustas causas eijciendi Iudæos. Olim enim è Roma iussi fuerunt discedere in actib. Apost. c. 18. n. 2. & expulsi per paganos seu gentiles, vt scribit Ioseph. *antiq. Iudaic. lib.* 19. *cap.* 10. Et edicto publico omnes fuerunt expulsi à Frãcorum regno anno 1182. & sequenti teste Cened. *d. collect.* 15. *n.* 3. Et ab Hispaniarum Regnis per Ferdinandum & Elisabethã Reges Catholicos expulsi fuerunt quadraginta millia Iudæorum, vt attestantur Rojas *de hæret. par.* 1. *nu.* 565. *cum seqq.* & *sing.* 37. *n.* 4. Perez *l.* 40. *tit.* 3. *lib.* 8. *Ordin. pag.* 79. *in fin.* & *pag.* 80. Illesc. *in chronica Pontificali par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 20. §. 2. Cened. *d. collect.* 15. *n.* 3. Franc. de Pisa *en la historia de Toledo lib.* 4. *cap.* 35. *prope finem*. Et de Sabaudia, Anglia, & statu Mediolani multos fuisse expulsos asserit Ludou. Rodolphin. *d. cap.* 6. *n.* 111. & 112.

6 In glos. [Aut excommunicationis. fin.] ibi (& *ita videtur in optione iudicis quod istorum pro pœna imponat.*) Notatur ad hoc quod in pœnis alternatiue impositis optio datur reo, similis *glos. in cap. fraternitatis* 34. *dist.* & *in cap. à crapula, de vita,* & *honest. cleric.* vtrobiq; scribentes, Franch. *ad reg. in alternatiuis nu.* 1. *de regulis Iuris lib.* 6. Felin. *in cap. inter cæteras, nu.* 5. *de rescript.* vbi Deci. *nu.* 9. multi de quibus Bernard. *in pract. cap.* 79. *nu.* 3. & *reg.* 546. Ant. Gom. *tom.* 3. *vari. cap.* 1. *nu.* 39. Cald. Pereira *de nominat. emphyt. q.* 10. *nu.* 81. Cened. *ad Decretal. collect.* 59. *nu.* 4. Sayr. *in claui Regia lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 14. Verum hoc ita indistincte acceptum securum non est, vt etiam supracitati Doctores fatentur, ideoque ex doctrina Bart. *in l.* 1. *versic. expillatores nu.* 2. *ff. de effractorib.* quam sequuntur Felin. & Dec. dictis locis, Clar. *in pract.* §. *fin. q.* 85. *nu.* 6. Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *q.* 94. *n.* 1. *cum seqq.* & alij de quibus Cened. *vbi supra* distinguendũ quod si verba legis pœnas alternatiue irrogantis ad Iudicem referantur, ipsius erit electio, & ita procedunt *l.* 1. *C. de his qui latrones,* & *cap. quoniam frequenter* §. *vlt. vers. si autem sup. vt lite non contest. l. si fugitiui* vbi Bald. *nu.* 8. *C. de seruis fugit. cum similibus*. Si vero reum respiciunt, veluti soluat centum vel recedat à ciuitate, ad illum electio expectabit, & ita intelligitur *l. quicunque in princip. iuncta glos.* 2. *C. de seruis fugit.* quod quidem verum est quamuis reo electio tribuatur etiam casu quo verba ad illum passiue referantur, veluti patiatur hanc vel illam pœnam, vt per Deci. *in d. cap. inter cæteras num.* 10. & *in d. l. si fugitiui n.* 96. Menoch. *d. q.* 94. *num.* 5. quicquid contradicat Abb. *in præsenti* per hunc tex. qui tamen nihil obstat, quia cũ in altera parte alternatiue agat de excommunicatione, quæ à Iudice imponi debet, eodem etiam modo altera pars est intelligenda nempe quod à Iudice priuatio de qua ibi fiat, arg. *l.* 1. *cum ibi notatis ff. de reb. dub.* declarant Deci. *d. nu.* 50. Menoch. *nu.* 6. *vbi proxime*.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Missis ad Iudæorum, & Infidelium conuersionem specialiter concessum est, vt seruata temporum qualitate iuxta Canonicas sanctiones liceat vesci cibis qua ab infidelibus illis apponuntur.*
3 *Prædicare nemo potest sine licentia sui Prælati.*

Cap.

Cap. Quam sit. X.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collectar. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anch. Butr. Henric. Marian. Socin. Panorm. Felin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 61. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 639. refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *titul.* 4. *cap.* 4.

2 *Vt vobis his cibis, &c.* Notatur ad hoc quod missis ad Iudæorum, & infidelium conuersionem specialiter concessum est vt seruata temporũ qualitate iuxta Canonicas sanctiones liceat vesci cibis, quæ ab infidelibus illis apponuntur, vt per Host. hic in princip. Butr. *num* 6. Abb. *n.* 2. & Socin. *num.* 1. Anton. Ricciul. *in tract. de Iure personarum extra gremium Ecclesiæ exist. lib.* 2. *cap.* 41. *num.* 30. quod est intelligendum dummodo cibi allati edantur vti res à Deo creatæ, secus si edantur tanquam res idolo consecratæ, quia tunc fame mori magis debemus, quam illis vesci, *cap. sicut latius* 23. *q.* 4. quem sic intelligunt ibi Archid. *num.* 1. *&* 2. Bellem. in fine, Turrecrem. etiam *in fine*, Siluest. *verbo Iudæi q.* 1. *dicto* 2. Rosel. *eod. verbo* 1. *nu.* 1. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 31. *sub num.* 7.

3 *Et habita Prælatorum, &c.* Ergo nemo prædicare potest sine licentia sui Prælati, de quo dixi *in meo tract. de Officio, & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 76. *à nu.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Bello durante, nec pro redimendo captiuo non possunt arma ad barbaros infideles faciendos fortiores deferri.*
3 *Censura lata in admittentem aliquod delictum an liget mandantem, aut consulentem, remissiuè.*
4 *Christiani apud Turcas captiui, & in eorum triremibus, catenis vincti contra Christianos remigare coacti, an peccent mortaliter sic remigando, & aliquam incurrant excommunicationem remissiuè.*

Cap. Significauit. XI.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collectar. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Henr. Mari. Soc. Panor. Felin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. *&* 2. Viu. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 62. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 639. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 4. *cap.* 5.

2 Probat hic tex. quod durante bello nec pro redimendo captiuo, possunt apta arma apta ad barbaros infideles faciendos fortiores ad pugnandum deferri, vt per Strach. *de mercat. p.* 2. *num.* 41. Clar. §. *fin. q.* 77. *num.* 25. Azeued. *l.* 10. *num.* 7. *tit.* 2. *lib.* 8. *nouæ recop.* vbi *à num.* 3. ampliat hoc procedere etiam in tempore treugæ, & Cæpol. *cons.* 31. *lib.* 2. dicit quod eadem prohibitio, quæ versatur tempore belli durat in tempore treugæ, quamuis Strach. *d. p.* 2 *num.* 43. & Boer. *decis.* 178. *n.* 18. asserant quod cessante bello, seu inita pace, vel factis inducijs permissum esse, & quidem indistinctè Christianis mercatoribus cum dictis hostibus & mercatoribus habere commercium, secũ habitare, & ad eos quascunque merces exportare, seu exportari facere, quibus Sarracenis & hostibus commodum etiam & subsidium afferatur, dummodo non sint merces prohibitæ.

3 *Merces eis per nuncios, &c.* Facit ad illam quæst. an censura lata in admittentem aliquod delictum liget mandantem, aut consulentem, de qua plures Doctores refert. Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *disp.* 49. *num.* 2.

4 *Aut subsidium prouenire.* Vtrum autem Christiani apud Turchas captiui, & in eorum triremibus catenis vincti cõtra Christianos remigare coacti peccent mortaliter sic remigando, & aliquam incurrant excommunicationem vide Ludou. Beiam. *responsorum casuum Conscientiæ p.* 3. *casu* 23.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Belli tempore omne comercium est prohibitum, & omnes merces sunt prohibita portari ad hostes.*
3 *Papa an habeat supremam potestatem in prohibendo, & concedendo comercium cum infidelibus, & ius debellandi eos remissiuè.*
4 *Verbum, incidant, latam sententiam significat.*

Cap. Quod olim. XII.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collectar. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Ancharan. Butr. Henric. Marian. Socin. Panorm. Felin. Ximen. Toletan. *in concord. vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 63. Alagona *in compend. Iuris Canonici pag.* 640. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 4. *cap.* 6.

2 *Quandiu inter nos, & illos guerra durauerit.* Notatur ad hoc quod tempore guerræ omne comercium est prohibitum, & omnes merces sunt prohibitæ portari ad hostes, si tamen non sit guerra tunc non intelligitur merces prohibita, & non incidit in pœnam portans quascunque merces ad Sarracenos, nisi esset aliqua de mercibus cõtentis *in cap. ita quorundam sup. hoc tit.* vt per

R Xuar.

Xuar. alleg. 18. num. 3. & conf. 2. de nauibus transfuehendis num. 3. Greg. Lop. l. 22. verbo trigo tit. 5. part. 5.

3 *Vestra igitur discretioni, &c.* Vtrum summus Pontif. habeat supremam potestatem in prohibendo, & concedendo cõmerciũ cum infidelibus, & ius debellandi eos, disputaui in meo tract. de officio, & potestate Episcopi p. 1. tit. 2. cap. 2.

4 *Incidant.* Hoc verbum latam sententiã significat vt per Sayr. in claui Regia lib. 3. cap. 8. num. 21.

SVMMARIVM.

1 Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.
2 Familiaritas, seu conuersatio cum Iudæis non est licita.
3 Prouerbia vulgaria possunt allegari.
4 Iudæi eam retributionẽ Christianis impendunt, quam mus in pera.
5 Inquisitores hæreticæ prauitatis punire possunt iudæos retinentes nutrices contra sacrorum Canonum statuta.
6 Christus descendit in stomachum sumentis sacrosanctum Eucharistia Sacramentum quamdiu manent naturaliter species illæ panis, & vini.

Cap. Etsi Iudæos. XIII. Innoc. iij.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Coll. Zabar. Bellem. Io. Andr. Anania, Host. Anchar. Butr. Henric. Mar. Soc. Panor. Felin. Cen. coll. 15. Cas. in an. Xim. Tol. in concord. vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2. Viu. in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 63. Alagona in compendio Iuris Canonici pag. 640. refertur ab Anton. Aug. collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 3. cap. 1.

2 *In nostram familiaritatem.* Notatur ad hoc quod familiaritas seu conuersatio cum Iudæis non est licita, de quo citaui plures Doctores ad cap. ad hæc 8. in princip. sup. hoc tit.

3 *Iuxta vulgare prouerbium.* Ergo prouerbia vulgaria possunt allegari, vt per Felin. in cap. 2. num. 56. de rescriptis, Ial. in l. 1. num. 36. ff. si certum petatur.

4 *Mus in pera.* Cum igitur Iudæi eam retributionem Christianis impendant quam mus in pera, eorum consortium fugere debemus vt per Cened. d. collect. 15. num. 1.

5 *Nutrices.* Hodie peculiari Constit. Gregorij XIII. in ord. 70. incipien. Antiqua Iudæorum, potest ab Inquisitoribus hæreticæ prauitatis puniri Iudæus retinens nutrices contra Sacrorum Canonum statuta, vide quæ dixi ad c. ad hæc 8. verbo, & nutricibus sup. hoc tit.

6 In glos. [Effundere.] Aduerte quod Christus descẽdit in stomachũ sumẽtis sacrosanctũ Sacramẽtũ Eucharistiæ quãdiu manẽt naturaliter species illæ panis, & vini, quocunque deferantur, vide Gaet. repet. cap. ad limina 30. q. 1. 5. 6. num. 109. Rebuff. in repet. cap. omnis vtriusque sexus vers. imo dicunt, sup. de Pœnit. & remiss. pag. mihi 569. alios Doctores refert Cened. d. collect. 15. nu. vlt.

SVMMARIVM.

1 Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.
2 Iniuriam passus potest agere ad punitionem iniuriæ principaliter, ciuiliter, vel criminaliter, & incidenter ad damna, & expensas.
3 Iudex criminalis potest cognoscere de causa ciuili incidenter ad criminalem.
4 Infidelis excommunicari non potest.
5 Christianis licitum est cum iudæis contrahere.

Cap. Postulasti. XIV.

1 Super hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Collect. Innocent. Zabarel. Bellem. Ioann. Andr. Anania, Hostien. Ancharan. Butr. Henric. Marian. Socin. Panor. Felin. Ximen. Toletan. in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. Viuian. in ration. lib. 5. Iuris Pontificij pag. 64. Alagona in compendio Iuris Canonici pag. 640.

2 *Ipsum pœna pecuniaria, &c.* Notatur ad hoc quod iniuriam passus potest agere ad punitionem iniuriæ principaliter, ciuiliter, vel criminaliter, & incidenter ad damna & expensas, vt per Cou. lib. 2. vari. cap. 10. n. 7. vers. sic. Nam iudex criminalis potest cognoscere de causa ciuili incidenter ad causam criminalem D. Barbos. in l. si ab hostibus 5. fin. num. 46. ff. soluto Matrim.

4 *Tu Christianis omnibus per censuras, &c.* Ex eo quia infidelis nõ potest excommunicari, vt per Spin. in speculo testam. glos. 11. rub. nu. 55.

5 *Præsumant commercia exercere.* Ergo licitum est Christianis cum Iudæis contrahere, cum enim in præsenti & similibus Iuribus propter delictum in pœnam interdicatur cõmercium Christianorum cum illis, absque difficultate supponit commercium cum eis esse nobis licitum ex reg. quod priuatio supponit habitum l. decem ff. de verbor. oblig. & ideo ita resoluunt Corset. in sing. verbo societas il 1. Foller. in constit. Regni tit. de Iudæis in pragm. & quia n. 9. Roman. cons. 488. incip. hæc domina Petra. Petr. Santerna de dispensat. mercat. in fine num. 21. Cornaz. Lucensi decis. 127. num. 3. Marquard. de Iudæis par. 1. cap. 5. Henric. de fideiuss. cap. 8. à nu. 116.

à num. 116. Sanch. *in præcepta Decalogi to.*1.*lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 23. Anton. Ricciul. *in tract. de Iure personarum extra gremium Ecclesiæ exist. lib.* 2. *cap.* 42. *à princip.* vbi *nu.* 3. extendit vt procedat etiam in Principe, & *num.* 4. vt Iudæus posſit contrahere etiam cum Eccleſia.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Iudæi debent à Chriſtianis qualitate habitus diſcerni.*
3 *Commixtio carnalis Chriſtiani cum iudæa, & ex aduerſo, damnata eſt, & fœdiſsima reputatur.*
4 *Iudæi in diebus lamentationis, & Dominicæ paſsionis in publicum prodire non debent.*
5 *Statutum prohibens artifices in certis feſtis artem exercere non comprehendit iudæos, niſi ſpecifice de illis loquatur.*
6 *Iudæorum illuſiones, & opprobria in ſpretum Fidei ſunt maximè damnata.*
7 *Iudæus carnaliter cognoſcens Chriſtianam, qua pœna ſit puniendus oſtenditur.*
8 *Chriſtianus ignoranter cognoſcens iudæam excuſatur.*

Cap. In nonnullis. XV.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabarel. Bellem. Io. Andr. Anan. Anchar. Butr. Marian. Socin. Felin. Panorm. Henr. Hoſt. Ximen. Tolet. *in concordant. vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ p.* 1. & 2. Viu. *in ration. lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 64. Alagona *in compendio Iur. Canon. pag.* 640. deſumitur ex Concil. Lateraneñ ſub Alex. III. *cap.* 68. & refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 4. *cap.* 1.

2 *Habitus diſtinguit diuerſitas.* Notatur ad hoc quod Iudæi debent à Chriſtianis qualitate habitus diſcerni, vt per Guillel. *in cap. Rainuntius ſup. de teſtam. in princip. num* 63. *cum ſeqq.* Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum & vxorem* §. 70. *num.* 29. Perez. *l.* 8. 37. & 38. *tit.* 3. *lib.* 8. *Ordin.* Cened. *ad Decretal. collect.* 59. *num.* 3. hoc idem peculiari pragmatica ſanxit in Regno Neapolitano Carolus V. vt in pragmatica incipieñ *Et quia perfidorum*, & Paulus IV. ac Pius V. Pontifices Maximi hoc pariter prouidis Conſtit. ſanxerunt, ille in Conſtit. 3. incipien. *Cum nimis abſurdum* hic vero in Conſtit. 3. incipien. *Romanus Pontifex*, quarum Conſtitutionum auctoritate ſancitum eſt vt maſculi biretum, fœminæ vero aliud ſignum patens, itaut nullo modo celare, aut abſcondi poſsit, palam deferre teneantur, nec ſuper non delatione bireti, aut alterius ſigni huiuſmodi cuiuſuis eorum gradus, vel præeminentiæ, ſeu tolerantiæ excuſari, aut per Camerarium, aut Sedis, Apoſt. legatos abſolui poſsint cum ampliſsima derogatione priuilegiorum in contrarium quomodocunque facientium, refert Anton. Ricciul. *de Iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtentium lib.* 2. *cap.* 43. *num.* 1. vbi *nu*[illegible] cum Fulgoſ. *conſ.* 55. *num.* 2. *verſ. ſecundo* ſciendum, & Marquard. *de Iudæis p.* 1. *cap.* 4. *verſ. valeret tamen*, ac aliis per eum citatis, reſoluit huiuſmodi priuilegium de non deferendo ſignum ex cauſa bene viſa concedi poſſe Hebræis per ſummum Pont.

3 *Ne igitur tam damnatæ commixtionis, &c.* Damnata enim eſt & fœdiſſima omnino reputatur carnalis commixtio Chriſtiani cum iudæa, & vice verſa, conc. *l. ne quis Chriſtianam* vbi Salicet. & Fulgoſ. *C. hoc tit.* Corn. *conſ.* 114. *in princip.* & *num.* 8. *lib.* 1. Decian. *tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 12. *num.* 20. *in fine*, & *nu.* 23. Menoch. *de arbitr. caſu* 290. *in princip.* Molin. *de Iuſt. tom.* 4. *tract.* 3. *diſp.* 104. *num.* 6. Gom. *l.* 80. *Tauri nu.* 26. Farin. *in praxi crimin. q.* 139. *nu.* 28.

4 *In diebus autē lamentationis, &c.* Notatur ad hoc quod Iudæi in diebus lamentationis, & Dominicæ Paſsionis in publicum prodire non debent, vnde in ſancta hebdomada, & feſto Paſchatis è domo Iudæos exire non poſſe Papiæ conſtitutum dicit Borgnin. Caualcan. *Fiuizz. deciſ.* 22. *num.* 14. *cum ſeqq.* quem refert & ſequitur Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 5. *in coronide nu.* 8. & 9.

5 Vtrum autem ſtatutum prohibens artifices in certis feſtis artem exercere, comprehendat artifices Iudæos? in quo dubio negatiue reſpondet Bald. *conſ.* 112. *incip. ſtatuto cauetur lib.* 4. quem refert, & ſequitur Surd. *conſ.* 120. *ſub nu.* 18. *verſ. & reſpectu ſolemnitatum*, quod quidem intelligendum eſt niſi ſtatutum vlterius procedat, & ſpecifice de Iudæis, vel de infidelibus loquatur, tunc enim poſſunt ad feſtorum obſeruantiā arctari non quia ſtatuentes velint per feſtorum obſeruantiam eorum ſaluti conſulere, ſed ne per exercitium nobis videantur illudere; quo fit vt cum in Vrbe ex peculiari Conſtit. Pauli IV. incipien. *Cum nimis abſurdum* §. 2. Iudæi obligentur ad obſeruantiam feſtorum, quæ ſeruat Eccleſia, merito ad illa tenentur, ita Anton. Ricciul. *d. lib.* 2. *cap.* 8. *à princip.*

6 *Illud autem diſtrictiſsime, &c.* Notatur ad hoc quod Iudæorum illuſiones, & opprobria in ſpretum Fidei ſunt maxime damnata, vt per Farin. *in praxi crimin. p.* 5. *q.* 139. *n.* 26.

7 In gloſ. [Animaduerſione.] Notatur ad hoc quod Iudæus carnaliter cognoſcens Chriſtianā pœna pecuniaria, vel alia temporali eſt puniendus. Sed in hoc attendenda eſt conditio perſonarum, & maxime mulieris, an ſit honeſta matrona, ſeu mulier nobilis, an vero vilis conditionis, inhoneſtæ, ac meretriciæ vitæ: item an Iudæus ſit minor 25. annis, an vxoratus, vel ſolutus, an ſemel tantum vel pluries, & cum pluribus mulieribus ſe commiſcuerit. His enim, aut ſimilibus circunſtā-

tijs delictum aggrauantibus, & magis turpe facientibus iudex quandoque leuem, seu pecuniariam, quandoque grauem, & corporalem, quandoque etiam grauissimam & mortis pœnã imponet. Vide Marquard. *de Iudæis p. 2. cap. 3. num. 10. in fine vers. & quod in Iudæis, & num. 11.* Decian. *d. cap. 12. num. 20. vers. verum est*, Menoch. *d. casu 290. nu. 15. in fine*, Petr. Caball. *resolut. crimin. casu 4. num. 8.* quos refert, & sequitur Farinac. *in praxi crimin. p. 3. quæst. 139. num. 8.*

8 In glos. [Erroris] ibi (*ergo si ignoranter commisceatur Christianus Iudææ, dummodo non sit crassa siue affectata ignorantia, excusatur*) Vide Marquard. *d. cap. 3. num. 17.* Menoch. *d. casu 290. nu. 6. vers. excusatur*. Farinac. *d. q. 139. num. 45.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Iudæi sunt incapaces cuiuscunque iurisdictionis, & potestatis inter Christianos.*

3 *Iudæo, vel infideli inter Christianos officium publicum committens debet nedum puniri, sed dicitur sacrilegium committere.*

4 *Pœnas pecuniarias pro criminibus inflictas in pios vsus potius, quam in propriam vtilitatem Prælati erogare debent.*

5 *Pauperibus certæ quantitatis restitutio, & distributio pro satisfactione male ablatorum debet fieri per Episcopum, quando executor est suspectus.*

6 *Dispositio loquens de iudæis non extenditur ad paganos, nisi ex speciali legis prouisione.*

Cap. Cum sit. XVI.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. And. Bell. Anania, Host. Butr. Anch. Henric. Panorm. Marian. Socin. Felin. Ximen. Toletan. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in ration. lib. 5. Iuris Pontif. pag. 65.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 640.* desumitur ex Concil. Lateranen sub Innoc. III. *cap. 69.* refertur ab Anton. August. *collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 4. cap. 2.*

2 *Prohibentes ne Iudæi publicis officijs, &c.* Notatur ad hoc quod Iudæi sunt incapaces cuiuscunque iurisdictionis, & potestatis inter Christianos, de quo dicam *ad cap. ex speciali, pen. hoc tit.*

3 *Si quis autem, &c.* Committens enim officium publicum Iudæo, vel infideli inter Christianos, debet nedum puniri, sed dicitur sacrilegium committere *cap. nimis 6. sacrilegi 17. q. 4.* Anan. *hic ante num. 3.* Anton. Ricciul. *de Iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium lib. 2. cap. 22. num. 12.*

4 *Donec in vsus pauperum, &c.* Verba hæc præ cæteris à iudicibus Ecclesiasticis, & Prælatis sunt obseruãda, vt pœnas pecuniarias pro criminibus inflictas in pios vsus potius, quã in propriam vtilitatẽ erogare curent, vt per Cou. *lib. 2. vari. cap. 9. num. 9. vers. quartum.*

5 *Secundum prouidentiam diœcesani, etc.* Aduerte quod licet restitutio, & distributio certæ quantitatis pauperibus erogandæ pro satisfactione male ablatorum possit & debeat fieri per executorem vltimæ voluntatis, quando tamen suspectus est is, qui tenetur restituere, tũc solus Episcopus ius habet restituendi, vt per Cou. *in cap. nos quidem num. 8. sup. de testam.* Et ideo cum tex. in præsenti agat de Iudæo, qui officium publicum inter Christianos exercens multa ab eis inique extorsit, de cuius fidelitate in restituendo cum merito dubitari potuisset, tum ob auaritiam suam, tum etiam ob odium contra Christianos, quos expoliauerat, prudenter ordinatum fuit, vt restitutionem illam secundum Episcopi prouidentiam faceret; ita Sayr. *in claui regia lib. 10. tract. 5. cap. 2. num. 18* aduertens quod quando probabiliter dubitaretur de fidelitate eius, qui restituere debet, tunc Episcopus illum compellere potest vt eius interuentu restitueret, aut saltem cum consilio parochi, vel Confessarij.

6 *Hoc idem extendimus ad paganos.* Notatur ad hoc quod dispositio loquens de Iudæis non extenditur ad paganos, nisi fiat ex speciali legis prouisione, vt in præsenti, quæ specialitas arguit, quod regulariter dispositio Iuris cõmunis esset in contrarium. Ita in præsenti tenent Anan. *num. 17.* Abb. *num. 3. vers. item collige*, Marquard. *de Iudæis p. 2. cap. 2. nu. 8.*

Cap. Ad liberandam. XVII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Ioan. Andr. Anania, Anchar. Butr. Marian. Soc. Felin. Panorm. Henric. Host. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 65.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 641.*

Vide posita *ad cap. Ita quorundam, sup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Iudæus est prorsus incapax cuiuscunque iurisdictionis, & potestatis, tam ordinariæ, quam delegatæ inter Christianos.*

3 *Iudæi repelluntur ab oneribus, & honoribus publicis.*

4 *Neophitus an ad publica officia promoueri possit, remissiuè.*

5 *Christianus vetus in honoribus assequendis præferendus est neophito.*

6 *Neophiti, & qui à iudæis, vel mauris originem trahunt, ad quæ non admittantur in Re-*

in Regnis Portugaliæ, & Castellæ, ostenditur.
7 Gabellæ ius inter Christianos an possit esse iudeus, vel infidelis ostenditur.
8 Pœnam minuere ob charitatem, vel amicitiam potest iudex.

Cap. Ex speciali. XVIII. Greg. ix.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Coll. Zab. Bellem. Io. And. Anania, Host. Anch. Butr. Henr. Mar. Soc. Panor. Fel. Cas. in an. Xim. Tolet. in concord. vtriusq; Iuris ciu legib. Castel. p. 1. & 2. Viu. in rationali. lib. 5. Iuris Pontif. pag. 66. Alag. in comp. Iuris Canon. pag. 641.

2 *Ne in officijs publicis Iudæos, &c.* Notatur ad hoc quod Iudæus est prorsus cuiuscunque iurisdictionis, & potestatis incapax inter Christianos, vt per Bart. in rub. ff. de Iustit. & iure num. 1. vbi Ias. num. 2. & 8. Anch. cons. 27. num. 2. Alex. cons. 75. ante num. 2. lib. 5. Roland. cons. 35. num. 41. lib. 2. Brun. in tract. stantibus masculis art. 6. sub num. 60. vers. & quod Iudæi, siue sit iurisdictio ordinaria l. fin. C. hoc tit. Bart. & Fulgos. in l. fin. C. de postulando, vide Bart. cons. 16. incip. viso quodam processu, circa fin. lib. 2. Alex. d. cons. 75. ante num. 2. siue delegata Alber. in d. l. fin. C. hoc tit. Iacob. de Nigris in rubr. ff. de officio eius, cui est mandata iurisd. num. 13. late Anton. Ricciul. de Iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium lib. 2. cap. 22. num. 1. & 5.

3 Hinc etiam Iudæi repelluntur à muneribus & honoribus publicis ex Paul. Comitol. respons. moral. li. 1. q. 126. num. 10. Verum vero neophyti
4 ad publica officia promoueri possint disputat Anton. Ricciul. in tract. de neophytis cap. 5. vbi plures Doctores refert, & affirmatiue respondet,
5 & num. 12. resoluit Christianum veterem in honoribus assequẽdis præferendum esse neophyto, & citat Rip. in cap. eam te num. 32. de rescript. Auendan. de exequendis mand. p. 1. cap. 19. nu. 20. vers. cæteri vero. Aug. Caput. in tract. de regimine Reip. cap. 3. num. 78. vers. & nota quod Christiani
6 antiquiores. In Regno tamen Portugaliæ non solum neophyti, si qui ibi fuerint, sed nec etiam veterani Christiani, originẽ tamen à Sarracenis vel Iudæis trahentes ad vlla officia publica admittuntur ex Regio diplomate, & inhabiles sunt ad canonicatus, & dignitates in Cathedralibus, & principales dignitates in Collegiatis, cæteraq; ecclesiastica beneficia curam animarum habentia intra septimam generationem ex Apostolica Constit. in forma Breuis felicis record. Clementis VIII. & altera ampliatiua felicis etiam record. Pauli. V. quarum memini in meo tract. de officio, & potestate Episcop. p. 1. tit. 3. glos. 7. nu. 30. cum seq. In Regno vero Castellæ huiusmodi neophyti, & cæteri noui Christiani non prohibẽtur ad omnia publica officia promoueri, sed solummodo ad certa & destinata, de quibus agit Ignat. del Villar. in sylua responsor. lib. 1. respons. 12. vbi nu. 40. refert illos non admitti ad officia iudicũ in supremis consilijs Regni; nec in Cancellarijs, & n. 41. quod etiam remouentur ab officijs domus Regiæ Castellæ, & n. 42. ab officijs sanctæ Inquisitionis, à collegijs scholarium, & à monasterijs fratrum D. Hieronymi, & n. 43. à præbendis, & dignitatibus in Ecclesia Toletana, & n. 44. ab omnibus Ordinibus Militaribus, & n. 45. ab officio nutricum prolis Regiæ, & n. 46. ab officio medicorum domus Regiæ, & monasterij D. Mariæ de Guadalupe, & in Regno Valentiæ ab officio pharmacopolarum, & n. 46 in Regno Nauarræ ab officio aduocationis, & ab officijs iustitiæ.

7 *Etsi forte redditus suos, &c.* Probat hic tex. vt si forte illustris Portugaliæ Rex suos redditus Iudæis vẽdiderit, vel paganis, Christianum deputet grauaminibus inferendis clericis & Ecclesijs minime suspectũ, cuius opera Iudæi siue Sarraceni sine vlla Christianorum iniuria Regalia iura consequantur, ita Azori. instit. moral. p. 1. lib. 8. cap. 22. q. 10. Vnde nõ prohibẽtur Christiani locare Iudæis redditus, & gabellas, immo permittitur, modo Rex vel dominus terræ deputet aliquem fidem Christianũ ad exigendum illas, & non permittat vt ipse Iudæus per se, vel alium deputatum à se exigat, vt per Nau. cons. 1. q. 33. num. 57. sub tit. de consist. in antiq. Aliter autem Iudæus, vel infidelis inter Christianos non potest esse gabellarius iurium fiscalium, vt ait Gutier. de gabellis q. 132. num. 5. vbi varijs Catholicorum legibus apud Hispanos asserit esse dispositum. Nec etiam potest esse ratiocinarius Ciuitatis, neq; fisci, ex eo quia hoc munus est publicum, Bart. in l. 1. §. cura carnis ff. de officio præfecti vrbis, Garci. de expensis cap. 24. num. 26. Munnoz de ratiocin. cap. 8. num. 5.

8 *Gerimus charitatis affectu.* Notatur ad hoc quod iudex potest ob charitatem, vel amicitiam pœnam minuere, vt per Tiraq. de pœnis temper. causa 16. à princip.

SVMMARIVM.

1 Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.
2 Baptizatus & mox baptizandus eodem vtuntur priuilegio.
3 Seruus Iudæi quomodo emendus, ostenditur.

Cap. Nulli. XIX. & fin.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Inn. Collect. Zabarel. Bellem. Io. Andr. Anania, Host. Anchar. Butr. Henric. Marian. Soc. Panor. Felin. Xim. Tolet. in cõcord. vtriusq. Iuris ciu legibus

Castellæ p. 1. & 2. Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 66.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 641.*

2 *Baptizatum, vel baptizari volentem.* Ergo baptizatus & mox baptizandus eodem vtuntur priuilegio vt per Tiraq. *de Iure marit. glos. 2. nu. 9.*

3 *Quod si quem, &c.* Probat hic tex. quod si mercimonij, vel negotiationis causa Iudęus seruum non Christianum emit, tunc si intra tres menses fuerit expositus venalis, & emptorē non inuenerit, duodecim solidis pro quolibet bono seruo persolutis, si ille ad Ecclesiam confugiens suam voluntatem patefecerit, liber efficitur, ita Anton. Ricciul. *in tract. de Iure personarum extra gremium Ecclesiæ exist. lib. 2. cap. 28. num. 7.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 3. q. 43. vers. quinta propositio*, vbi etiam dicit prædictos duodecim solidos, id est aureos dandos pro seruo optimo, esse minuendos si seruus talis non sit, *& vers. quarta propositio*, tenet quod trium mensium tempus inchoatur à die, quo emit Iudæus.

De Hæreticis. Tit. VII.

Vper hanc rubr. scripserunt Collect. Zabar. Bellem. Ioan. Andr. Anan. Anchar. Butr. Panorm. Felin. Mar. Socin. Petrus de Rauenna *in compendio Iuris Canonici.* Guillelm. Durand. *in primo Iuris lib. 4. sub hoc tit. & in breuiario aureo Iuris Canon. fol. 139.* Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum fol. 180.* Martin. Mesnart. *in epith. Decret. fol. 178. verso*, Steph. Ranch. *in continuat. titulorum Decret.* Dan. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontif. à pag. 622.* Goffred. & Host. *in sum. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germ. *in parallelis ad quinque lib. Decretal. sub hoc tit.*

De materia huius tit. agunt D. Thom. *2. 2. q. 11.* Summistæ *verbo hæresis*, & Brunus, Rojas, Zanchin. Grilandus, Villadieg *in suis special. tract. de hæreticis*, Alphons. *de Castro de iusta hæreticorum punit.* Palat. *in alleg. in causa hæresis*, Simanch. *de institut. Catholicis*, Clar. *in pract. §. hæresis*, Prax. Episcop. *p. 1. verbo hæreticus*, Cardos. *in praxi iudicum eod. verbo.* Cou. *lib. 3. vari. cap. 1.* Bernard. & Salzed. *in pract. canon. cap. 114. & seq. alias in nouiss. edit.* Menoch. *de arbitr. casu 372. & cons. 82. & de præsumpt. lib. 5. præs. 6. & 7.* Decian. *tract. crimin. lib. 5. cap. 7. cum seqq.* Mascard. *de probation. concl. 855. cum seqq.* Pradil. *in summa legum pœnalium p. 1. cap. 1.* Bernardin. Muscatel. *in pract. criminali tit. de crimine læsæ maiestatis diuinæ*, Petr. de Ledesma *in sum. p. 2. tract. 1. cap. 6.* Azori. *instit. moral. p. 1. lib. 8. cap. 9. & 10.* Io. Franc. Leo *in thesauro fori ecclesiast. p. 3. cap. 6.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 17. cap. 4.* optime Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2.* Anton. Ricciul. *in tract. de Iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium lib. 5. de hæresi*, ex professo & elegantem de hæresi tractatum edidit Prosper. Farinac. alium etiam de hac re nouissime post hæc scripta visum ad manus meas peruenit adm. Reuerendi P. Antonij Sanctarelli vbi multis citatis Doctoribus materiam non minus eleganter & docte disponit, & tractat.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Dubius in Fide, infidelis est.*
3 *Hæresis de substantia est, quod sit electio pertinax doctrinæ contraria veritati Fidei.*
4 *Dubitatio prouenienș ex subreptitia tentatione, non facit hæreticum.*
5 *Dubium proueniens ex simplicitate, vel ignorantia non facit dubitantem hæreticum si suam opinionem non defendat, sed Ecclesiæ subijciat.*

Cap. Dubius. I. *Steph.*

1 SVper hunc tex scripserunt Abb. antiq Innoc. Collect. Zabar. Bellem. Io. And. Anania, Host. Anch. Butr. Henric. Felin. Panorm. Marian. Socin. Cen. *coll. 66.* Xim. Toler. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ part. 1. & 2.* Viu. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 70.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 643.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 6. cap. 1.*

2 Probat hic tex. dubium in fide infidelem esse, sed quia in hac propositione enucleāda Doctores elaborant, pluraque pro suis responsionibus adducunt, ideo qui ea scire cupiat consulat Palat. *in alleg. hæresis cap. 5. incip. & per ista.* Can. *de locis Theologicis lib. 1. cap. 9.* Nau. *in man. cap. 11. nn. 17. & in cap. si quis autem num 18. 19. & 49. de Pœnit. dist. 7. & in cap. inter verba concl. 6. corol. 19. num. 55.* Perez *l. 1. tit. 1. lib. 1. Ordin. verbo sancta fe pag. 16. & l. 3. vers. ex quo requisito tit. 4 lib. 8. pag. 83.* Menoch. *cons. 149. nu. 48. & à nu. 52.* Clar. *lib. 5. §. hæresis nn. 2.* Azeued. *l. 1. nu. 74. cum seqq. tit. 3. lib. 8. noua recop.* Tolet. *in instruct. conscientiæ lib. 4. cap. 4. in fine.* Valent. *in 2. 2. disp. 1. q. 11. puncto 1. diffic. 2.* D. Barbos. *in rub. ff. soluto Matrim. p. 2. num. 23.* Peña *in directl. inquisit. p. 2. commento 1.* plures refert Doctores Cened. *ad Decretal. collect. 66. nu. 1.* quibus adde Torres *de Trinit. q. 32. art. 4. p. 3. comment. asser. 5.* Soar. *de Fide disp. 19 sect. 4. n. 10.* late Sāct. *de hæresi cap. 1. à nu. 13.* Azori. *instit. moral. p. 1. lib. 8. cap. 9. q. 5.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 17. num. 49.* vbi de intellectu, Farin. *in praxi crimin. p. 5. q. 124. num. 114. & seq.* optime Sanch. *in præcepta Decalogi lib. 2. cap. 7. nu. 11. cum seqq.* Anton. Ricciul. *in tract. de Iure personarum extra gremium Ecclesiæ, exist. lib. 5. cap. 4.*

Prax.

Prax. Episcop. p. 1. verbo casus vers. dubij.

3 Cum autem de substantia hæresis sit electio pertinax doctrinæ contrariæ veritati Fidei *cap. hæresis, & cap. hæreticus* 24. q. 3. Caiet. & Victor. 2. 2. q. 11. art. 2. Castr. *de iusta hæreticorum punit. lib. 1. cap.* 9. Albertin *de hæret. q.* 3. *num.* 3. *in fine*, Driéd. *de libertate Christiana tit.* 48. *sub nu.* 7. & dubitans non habeat aliquam electionem, sed sit dubius in vtramque partem vt per se patet, ergo non videtur dicendum dubium in fide infidelem vel hæreticum esse. Quare pro solutione quidam tex. in præsenti intelligunt non contrarie, quasi huiusmodi dubium in fide assensu fidei contrarium habeat, sed priuatiuè, quia priuatur certitudine assensus necessaria ad habitum fidei retinendũ. Alij respondent intelligi quoad fori externi præsumptionem, quia communiter cum eo dubio coniungitur consensus erroneus, Alij intelligunt quando dubitans reflectitur supra suum actum. Zerola vero *in sua praxi Episcop. loco proxime citato* intelligit de dubio in fide, qui pertinaciter ita insistit dubitationi, quod nõ sit paratus corrigi ad mandatum superioris.

4 Quare dubitatio proueniens ex subreptitia tentatione, quæ contingit quando ex inopinata quadam cogitatione, aut diabolica illusione quis incipit indeliberate dubitare circa Fidem in se tamen reuersus captiuat intellectum suum in obsequium Christi, & deliberat credere quod credit Ecclesia, non facit hæreticum, ita August. de Ancona *de potestate Ecclesiæ q.* 28. *art.* 1. *in resol.* Ioan. Andr. *hic num.* 1. Butr. *n.* 5. Anch. *num.* 1. *vers. & hoc verum*, Henric. *nu.* 2. Zabarel. *in* 1. *oppos* Anan. *nu.* 1. Socin *nu* 7. *& seq.* Abb. *num.* 1. Felin. *etiam num.* 1. *vers. primo dummodo dubitet* Alber. *de hæret. q.* 6. *num.* 3. Roias *tod. tract. p.* 4. *num.* 272. *& sing.* 56. *num.* 5. Clar. *d.* §. *hæresis num.* 2. *in fine*, Iacob. de Graffis *in aureis decis. p.* 1. *lib.* 2. *tit. de hæret. cap.* 8. *nu.* 10. *& seq.* Bann. 2. 2. q. 11. *art.* 1. *vers. ex his sequitur.* Decian. *tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 17. *vers. primo quando non dubitaretur.*

5 Sic etiam quando dubium prouenit ex simplicitate, vel ignorantia non facit dubitantem hæreticum si suam opinionem non defendat, sed Ecclesiæ subijciat, Abb. hic *n.* 2. Socin. *n.* 9. *vers. prædicta tamen*, & Felin. *n.* 2. Cott. *in memorabil. verbo hæreticus non est*, Clar. *d.* §. *hæresis num.* 2. *vers. fortius dicit*, Simanch. *de cathol. instit. tit.* 31. *nu.* 9. Gabri. *conf.* 178. *n.* 10. *& seq. lib.* 1. Decian. *d. lib.* 5. *cap.* 18. *vers.* 38. *&* 39.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Reuocare volens alios ab errore, & tacens, se ipsum errare demonstrat.*

3 *Corrigere alium in delicto committendo quilibet tenetur.*

Cap. Qui alios. II. *Leo.*

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar Bellem. Io. And. Anania, Host. Butr. Anch. Henric. Marian. Socin. Panorm. Felin. Ximen. Toletan. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castella p.* 2. Viuian. *in ration. lib.* 5. *Iuris Pontif pag.* 71. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 643. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 6. *cap.* 2.

2 Probat hic tex. quod potens alios ab errore reuocare, & tacens, se ipsum errare demonstrat, vide Perez. *l.* 3. *glos.* 1. *pag.* 108. *& pag.* 110. *& seq. tit.* 4. *lib.* 8. *Ordin.* Azeued. *l.* 5. *num.* 43. *tit.* 1. *lib.* 8. *noua recop. & l.* 1. *num.* 68. *tit.* 3. *eod. lib.* 8. *& conf.* 28. *à nu.* 30. Sanch. *de Matrim. lib.* 2. *disp.* 18. *num.* 1. *vers. quarto.* vbi *num.* 20. *vers. ad quartum*, dicit hunc tex. loqui de errore culpabili, secus de inuincibili.

3 Notatur ad hoc quod quilibet tenetur alium corrigere in delicto committendo, vt per Duenh. *reg.* 99. *vers. fallit secundo.* Fr. Emman. *in sum. tom.* 1. *cap.* 80. *num.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Sarracenus hæreticus dici non potest, etiamsi negaret articulum Fidei.*

3 *Hæreticus est, qui sentit contra id, quod Ecclesia proponit ad credendum.*

4 *Hæreticus censendus est, tenens veram opinionem, sed putans illam esse contra Catholicam Ecclesiam.*

Cap. Firmissime. III. *D. Aug.*

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Ioan. Andr. Anania, Anchar. Butr. Marian. Soc. Felin. Panorm. Henric. Host. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castella par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 71. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 643. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 6. *cap.* 1.

2 *Catholicæ fuerit incorporatus, &c.*

Notatur ad hoc, quod Sarracenus, vel infidelis hæreticus dici non potest, etiamsi negauerit articulum fidei, vt per Couar. *lib.* 3. *variar. cap.* 1. *num.* 1. quod tamen intellige cum Sanctarel. *de hæresi cap.* 1. *dub.* 2. *nu.* 8.

3 *Qui Ecclesia Catholica, &c.*

Aduerte hæreticum esse, qui sentit cõtra id, quod Ecclesia proponit ad credendum, vt per Vasquez 1. 2. q. 76. *art.* 3. *disp.* 126. *cap.* 3. *in princip.* Sanch. *in præcepta Decalogi lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 4. Sanctarel. *d. cap.* 1. *num.* 19. vbi etiam aduertit satis esse ad veram hæresim, si quis ex infirmitate siue passione contradicat auctoritati Ecclesiæ. Hinc etiam tenentem veram opinionem, & putan.

rantem illam esse contra Catholicam Ecclesiam hæreticum dici censuerunt Henriq. *in summ. lib. 13. cap. 17. num. 3.* Sayr. *de censur. lib. 3. cap. 4. num. 14.* Petr. de Ledes. *in sum. tom. 2. tract. 1. cap. 6.* Ludouic. à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib. 3. q. 3. num. 20.* Sanch. *in precep. Decal. lib. 2. cap. 7. num. 30.* Farinac. *de hæresi q. 179. sub nu. 2. vers. quod è contra*, quos refert, & sequitur Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium lib. 5. cap. 5. num. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Auctore damnato damnantur eius opera, siue sint bona, siue mala.*
3 *Amplia siue libri circunferantur impressi, siue manuscripti.*
4 *Amplia etiam in libris scriptis, & editis, tam ante, quam post damnationem.*
5 *Libros prohibitos habentes, aut legentes si sint hæreticorum, subsunt excõmunicationi Bullæ in Cœna Domini.*
6 *Libros hæreticorum retinere dicitur, non solum is, qui domi suæ illos retinet, sed etiam qui in aliena.*
7 *Imprimentes libros hæreticorum sunt excommunicati in Bulla Cœnæ Domini, & possunt puniri tãquam illorum fautores.*

Cap. Fraternitati. IV. *Greg.*

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Collectar. Innoc. Zabar. Bellem. Io. Andr. Anania, Host. Henr. Butr. Anch. Panor. Felin Mar. Soc. Cened. *coll.* 8. Xim. Tol. *in concord. vtriusq; Iur. cum legibus Castellæ p* 1. & 2. Viu. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 71. Alagona *in cõpendio Iuris Canonici pag.* 643. desumitur ex D. Greg. in registro *lib. 7. epistol. 47. indict. 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 6. cap. 4.*

2 Probat hic tex. damnato auctore damnari eius opera, vt per Host. *hic num.* 1. Innoc. & Butr. *num.* 2. Panor. *num.* 1. Socin. *num.* 1. & 3. Alber. *de hæreticis q. 12. num.* 33. Penia *in direct. Inquisit. p. 2. cõmen. 3. vers. primum damnato*, Cened. *ad Decretal. collect. 8. num.* 1. Anton. de Sousa *in relect. de censur. Bullæ in Cœna Domini cap. 2. disp. 13. num. 1.* late Sanctarel. *de hæresi cap. 13. dub. vnic. num. 11. vers. obijcies.* Anton. Ricciul. *in tract. de iure person. lib. 5. cap. 23. à princip.* vbi *num.* 4. *cum glos. hic verbo Celestinus*, & Butr. *num.* 3. ampliat procedere siue libri sint boni, siue mali, qnia auctore damnato semper libri intelliguntur damnati, nisi sint expresse approbati.

3 Amplia supradictam tex. conclusionem procedere siue libri circunferantur impressi, siue manuscripti, vt per Vgol. *de censur. p. 2. in glos. verbo ac eorundem libros, vers. quarto in excommun. incidunt*, Sanch. *in precepta Decalogi lib. 2. cap. 10. num.* 28. Farinac. *in tract. de hæresi q. 180. nu.* 30. Anton. Ricciul. *d. cap. 23. num.* 6. Soar. *tract. de fide disp. 20. sect. 2. num.* 10. nouissimè post hæc scripta visus Sanctarel. *de hæresi cap. 13. dub. vnic. num.* 6. vbi tenet non euadere excommunicationẽ Bullæ Cœnæ, qui legeret librum auctoris hæretici, quamuis non esset typis mandatus, nec à librario compositus.

4 Secundo amplia, vt procedat non solum in libris iam scriptis tempore, quo auctor damnatur, sed etiam in quibuslibet alijs, siue ante siue post damnationem editis, vt per Peniam *d. comment. 3. verbo monendi tamen, vers. iam illud*, Ricciul. *d. cap. 24. num.* 8.

5 Libros prohibitos habentes, aut legentes, si sint hæreticorum, subsunt excommunicationi Bullæ in Cena Domini, in 1. clausula, & potest inquiri contra eos, tanquam contra suspectos de hæresi, de quo vide Viuald. *in candelabro aureo in explic. Bullæ in Cœna Domini, nu.* 11. Mascard. *de probat. concl.* 745. *num.* 10. & *concl.* 862. Iacob. de Graf. *in aureis decis. lib. 4. cap. 18. num.* 29. plures, quos refert Cened. *ad Decretal. collect. 8. n.* 2. quibus adde Azor. *institut. moral. p. 1. lib. 8. cap. 16. q.* 10. Prax. Episcop. *p. 1. verbo casus, vers. libros*, Sayr. *de censur. lib. 3. cap. 5. num.* 12. Sanch. *in precep. Decal. lib. 2. cap.* 10. Sanctarel. *de hæresi cap. 13. dub. vnic. à princ.* Dicitur vero retinere

6 hæreticorum libros non solum is, qui domi suæ illos retinet, sed etiam, qui in aliena, Vgol. *verbo, aut retinentes in princip. num.* 3. Sanch. *d. cap.* 10. *nu.* 52. Sayr. *de censur. lib. 3. cap. 5. num.* 16. Soar. *de fide disp. 20. sect. 2. nu.* 21. Sanctarel. *d. cap. 13. dub. vnic. nu. 6. in fine*, aduertens hoc procedere siue eos libros retineat nomine proprio, siue alieno, illosque reddi suspectos de hæresi, etiamsi dicant, quod eos nunquam legerint. Quibus autem casibus libros hæreticorũ legentes in excommunicationem incidant, melius quam omnes tractat Sanctarel. *d. cap. 13. à princip.*

7 Vnde contra imprimentes libros hæreticorũ posse tanquam contra fautores hæreticorũ procedi refert Sanctarel. *d. cap. 13. num.* 18. & eos incidere in excõmunicationem Bullæ Cœnæ, ac similiter cooperantes impresioni talium librorum referunt Sayr. *de censur. lib. 3. cap. 5. nu.* 17. Iacob. de Graf. *d. lib. 4. cap. 18. nu.* 50. Quare in Conc. Lateranen. sub Leone X. *sess.* 10. & in Trid. *sess.* 4. prohibetur ne libri imprimantur, nisi prius per Episcopum, & inquisitorem Apost. fuerint diligenter examinati, quod si quis contrafecerit statim incurrat excommunicationem, & libri concrementur, prout referunt citati per me *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg.* & à Sanctarel. *d. cap. 13. num. 18. vers. notandum.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Episcopus instituens in suo testamento hæreticos, aut paganos excommunicatur.*
3 *Instituens hæreticum heredem ante mortem in excommunicationem incidit.*
4 *Mortuus est omnis censura incapax.*

Cap.

Cap. Si quis Episcopus. V.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Bellem. Anania. Host. Henr. Butr. Anch. Panor. Felin. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordan. vtriusque Iuris cum legibus Castella par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 72.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 643.* desumitur ex Concil. African. *cap. 48.* in Concilijs Latinis, & refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 6. cap. 5.*

2 Probat hic tex. Episcopum instituentē in suo testamento hæreticos, aut paganos excommunicari, vt notant in præsenti Abb. *nu. 2.* Socin. *nu. 1.* Angel. *verbo Hæreticus nu. 14.* Anton. Ricciul. *in tract. de Iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium lib. 2. cap. 44. nu. 8.* Sanctarel. *de hæresi cap. 15. dub. 3. num. 8.* & benè Couar. *in cap. 1. de testamen. num. 3.* intelligit hunc tex. vt in eo Episcopo locum habeat, qui hæreticos consanguineos, aut extraneos hæredes hæreticos instituit, & citat Roman. *sing. 715.* dicentem idem esse in quocunque alio Christiano, quod in Episcopo.

3 *Vt saltem post mortem, &c.* His verbis significatur instituentem hæreticum hæredem ante mortem in excommunicationem incidisse, vt benè ponderat Sanctarel. *d. cap. 15. num. 10.* aduertens ideò excommunicatione affici, quia instituens hæreticum hæredem redditur tunc de hæresi suspectus Carrer. *de Hæreticis cap. 2. nu. 69.* Menoch. *de præsump. lib. 5. præsump. 6. num. 33.* & ideo cum mortuus fit omnis censuræ incapax, *ex glos. verbo autem in cap. mulieres 5. fin. de sentent. excommun.* Conar. *in cap. Alma mater par. 1. §. 11. nu. 8.* Nauar. *in manuali cap. 27. nu. 13.* Soar. *tom. 5. disp. 5. sect. 1. num. 3.* necessario debet concludi in excommunicationem incidisse, dum in testamento instituit hæredem, nec enim aliud tempus potest assignari, maximè quia institotio est perfecta statim atque testamentum fuit confectum cum solemnitatibus à Iure præscriptis, at perconsequens tunc consumatum delictum. Nec contra hunc intellectum obstant supra adducta huius text. verba, quia vt ait Azor. *institut. moral. par. 2. lib. 5. cap. 26. q. 2.* sunt intelligenda, idest, potest post mortem declarari hunc, vel illum cum hæresi ex hac vita decessisse, ac proinde tanquam excommunicatum esse Ecclesiastica sepultura priuandum, vinos non posse pro eo Missarum sacrificia, aut preces offerre, & bona eius publicanda.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Clerici instituentes hæreticos hæredes sunt excommunicati.*
3 *Christianus Iudæis, vel infidelibus aliquid legare in testamento non potest.*
4 *Christianus non potest hæretico, vel infideli donare inter viuos.*
5 *Hæretico relinqui testamento potest, & in vita donari causa pietatis, & ad eius necessitatem subleuandam.*

Cap. In eos. VI.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Io. Andr. Anania. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantys vtriusque Iuris cum legibus Castella par. 2.* Viuia. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 72.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 644.* desumitur ex Concil. Africano, vt habetur in subscriptione, sed hoc nondum repertum est, habetur tamen in Concil. Carthagin. *cap. 3.* & apud Theodor. Balsam. in Synod. Carthagin. *cap. 25.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 6. cap. 9.*

2 Probat hic tex. non solùm Episcopos, sed etiā alios clericos instituentes hæreticos hæredes esse excommunicatos, vt per Host. hic *num. 4.* & Panorm. *num. 1.* Sanctarel. *in tract. de hæresi cap. 15. dub. 3. num. 9.* quod quidem multi ampliant ad quoscunque fideles, qui instituunt hæreticos hæredes, vt testatur Sanctarel. *loco proximè citato*: & credit idem procedere in laicis, quod tex. disponit in clericis Anton. Ricciul. *in tract. de Iure personarum lib. 2. cap. 44. num. 12.* ex ea ratione, quia negari non potest quin prohibitio facta de clericis sub anathematis pœna non arguat factum prohibitum esse sui natura malum.

3 Ex quibus infertur Christianum Iudæis, vel infidelibus aliquid legare in testamento nō posse, vt per Sanch. *in præcepta Decal. lib. 2. cap. 31. num. 22.* Menoch. *conf. 185. nu. 14. & conf. 186. num. 14.* Ricciul. *d. cap. 44. num. 12. in fine.* & citatos à Sanctarel. *d. cap. 15. num. 4.*

4 In glos. [Conferant.] ibi (*non distinguitur in morte, vel in vita, &c.*) Notatur ad hoc, quod Christianus non potest hæretico, vel Iudæo donare inter viuos, vt per Franch. *in rubr. de testamen. sub num. 29. in fine* Ricciul. *d. cap. 44. nu. 13.*

5 In ead. glos. ibi (*causa pietatis fortè posset eis dari, ne pereant fame, &c.*) Notatur ad hoc, quod hæretico relinqui testamento potest, & in vita donari ex causa pietatis, & ad eius necessitatem subleuandam, vt per Surd. *de alimentis tit. 9. q. 33. num. 7. cum seqq.* Sanch. *in præcepta Decalogi lib. 2. cap. 14. num. 41.* Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 154. col. 2. vers. de Iure Ciuili*, Ricciul. *d. cap. 44. nu. 15.* Sanctarel. *d. cap. 15. nu. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Christus Dominus fuit verus Deus, & verus homo.*

Cap.

Cap. Cum Christus. VII. Alex. iij.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Mari. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 72.* Alagona in *compend. Iuris Canon. pag. 644.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 6. cap. 5.* & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *p. 49. cap. 20.*

2 Probat hic text. Christum Dominum esse verè Deum & hominem, nam esse verum Deum de Fide credendum esse tradunt Clemens Roman. *lib. 8. constitut. Apost. cap. 18.* Ignat. *in epist. ad Antioch. & in epist. ad Philadelph. & in epist. ad Philip.* Dionys. Areop. *lib. de mystica Theolog. cap. 2.* Martial. *in epist. ad Burdegalen.* Iustin. *in lib. de vera & recta Fide, & in Apologia ad Antoninum Pium,* Clem. Alexand. *lib. 1. pedagog. cap. 6. in princip.* Cyprian. *lib. 2. ad Quirin. cap. 6.* Greg. Thaumat. *in confessione Fidei,* quæ extat *in tomis Conciliorum ante quintam Synodū,* & apud Greg. Nicæn. *in orat. de eadem,* & Euseb. *lib. 7. hist. cap. 25.* Et Christum esse verum Deum & hominem credendum de Fide docent *Concil. 2. Constantinop.* (quod est 1. Synodus generalis) *can. 2. 7. 8. 10. & 11.* Sexta Synod. gener. *act. 4.* Concil. Hispalen. *2. cap. 18.* Gregor. Nazianzen. *oration. in Christi natiuitatem,* Ambros. *lib. de incarnationis Dominica Sacramento cap. 6. & lib. 2. de Fide ad Gratian.* August. *lib. 4. de Trinit. cap. 7.* Gregor. *lib. 18. Moral. cap. 36. Leo epist. 97. ad Leon. August.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Defensores hæreticorum, qui dicantur, ostenditur.*
3 *Receptatores hæreticorum excommunicantur in hoc tex. & in Bulla Cœna Domini.*
4 *Receptatores hæreticorum, qui dicantur, remissiuè.*

Cap. Sicut. VIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collec. Zabarel. Bellem. Io. And. Anania. Host. Henr. Butr. Anch. Pano. Felin. Mar. Socin. Ximen. Tolet. *in concordant. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 72.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 644.* desumitur ex Concil. Lateranen. sub Alex. III. *cap. 27.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 6. cap. 6.*

2 *Defensores.* Dicuntur defensores hæreticorū, qui viribus, potētia, armis, & fauore hæreticos defendunt ne in manus Inquisitorum deueniant, vt tuto possint viuere, & ne ob causam hæresis puniantur, accusentur, denuntientur, & interrogentur, & ideo defensores, & fautores hæreticorum idem fere significant Simanch. *de Catholicis instit. tit. 15. nu. 11.* Peña *in direct. Inquisitorum par. 2. q. 53. comment. 78.* Item dicuntur defensores hæreticorum, qui eos iuuant, ne contra illos fiat executio sententiæ, Castr. *lib. 1. de iusta hæreticorum punitione cap. 17.* Sayr. *de censur. lib. 3. cap. 5. nu. 9.* Azor. *institut. moral. par. 1. lib. 8. cap. 15. quæst. 6.* & alij plures, quos refert, & sequitur Sanctarel. *in tract. de hæresi cap. 11. num. 25.* aduertens per aliquas Summorū Pontif. Constitutiones defensores hæreticorum, eorumq; fautores illos dici, qui è manibus Curiæ hæreticum eruunt & *n. 26.* resoluit excommunicationem, de qua in hoc tex. & *in Bulla Cœnæ Domini.* aliasq; pœnas impositas contra hæreticorum defensores, non incurrere, qui eos defendunt in criminibus extra hæresim.

3 *Et receptatores eorum.* Notatur ad hoc, quod receptatores hæreticorum excommunicantur, vt etiam habetur in constit. Nicolai III. & & Pauli IV. apud Peñiam *inter litteras Apostolicarum,* ac etiam incurrunt excommunicationem Bullæ in Cœna Domini, vt refert Sanctarel. *d. tractat. de hæresi cap. 12. nu. 8.* Et si per annum in excommunicatione permanserint huiusmodi receptatores hæreticorum, habentur pro hæreticis, & vt hæretici possunt condemnari Lel. Zech. *in summa par. 1. tit. de fide rubr. de hæresi, cap. 11. num. 13.* & ipso iure sunt infames, & à publicis officijs reijciuntur, vt patet ex Constit. Federici Imperatoris, & Innocentij IV. apud Peñiam *inter litteras Apost.* Et si fuerint clerici omni officio, & beneficio per sententiam Iudicis priuandi sunt, vt per Griland. *in tract. de hæretics q. 9. nu. 1.*

4 Qui dicantur receptatores hæreticorum, vide apud Simanch. *de Cathol. institut. cap. 15. n. 11. cum seqq.* Graff. *in decis. aureis par. 1. lib. 4. cap. 18 nu. 31.* Eymed. *in 2. parte direct. Inquisit. quæst. 51.* vbi Peña *commen. 76.* Aldouin. *consi. 22. num. 11.* Menoch. *de arbitr. casu 374. num. 13. & cons. 149. nu. 32. & 35.* Cardos. *in praxi Iudicum, verbo hæreticus nu. 19.* Sayr. *de censur. lib. 3. cap. 5. num. 3.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 52. n. 22.* Azor. *instit. moral. par. 1. lib. 8. cap. 15. q. 2.* Anton. de Sousa *in relect. de censur. Bulla Cœnæ cap. 2. disp. 9.* Sanch. *in præcepta Decal. lib. 2. cap. 10. num. 10.* Soar. *de fide disput. 24. sect. 1. num. 4.* Sanctarel. *d. tract. de hæresi cap. 12.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Matrimonium est Sacramentum vere, & propriè ex septem legis Euangelicæ Sacramentis.*
3 *Hæretica est propositio, quæ in aliquo aduersatur Catholicæ Fidei.*
4 *Clericus degradandus est antequam tradatur Curiæ seculari.*

5 Hære-

5 *Hæreticus propter hæresim priuatur beneficijs Ecclesiasticis.*
6 *Hæreticus ipso iure priuatur beneficijs Ecclesiast. ante sententiam declacatoriam.*
7 *Beneficia hæretici quia ipso iure vacant, possunt impetrari ante sententiam criminis declaratoriam.*
8 *Hæretici post sententiam criminis declaratoriam priuantur fructibus beneficiorum perceptis à die commissi delicti.*
9 *Hæretici, qui post deprehensionem erroris continuo ad Fidem redeunt, errorem suum publicè superioris arbitrio abiurantes, & satisfactionem congruam exhibere parati, euadũt hæreticorum pœnas.*
10 *Hæretici, quando dicantur continuo, & sponte redire ad Fidem, ostenditur.*
11 *Hæresis abiuratio fieri debet publicè, & in loco publico.*
12 *Abiurare in loco publico non debet, qui de hæresi fuit leuiter suspectus, vel antequam sit accusatus, & inquisitus, sponte ad Inquisitores adit, &c.*
13 *Hæreticus ad arbitrium Episcopi debet vel statim, vel post publicè abiurare.*
14 *Hæreticus quando dicatur incontinenter conuersus, Iudicis arbitrio relinquitur.*
15 *Relapsi qui dicantur, ostenditur.*
16 *Relapsus dicitur fugiens è carcere illo effracto.*
17 *Relapsus dicitur non seruans pœnitentiam primo ordinis sibi iniunctam.*
18 *Inquisitores sacræ Fidei quomodo Ecclesiæ reconciliens, ostenditur.*
19 *Saccus benedictus, qui hæreticis pœnitentibus datur, vnde originem duxerit, remissiue.*
20 *Hæretici relapsi, etiamsi ad Fidem conuertantur Curiæ sæcularis traduntur, nisi sponte cedeant ad Ecclesiam.*
21 *Qui dicantur sponte venire, & compacere ostenditur.*
22 *Capitulum sede vacante potest cognoscere de crimine hæresis.*
23 *Clericus verbaliter depositus fruitur priuilegio Canonis, si deferat habitum, & tonsuram, & instar clericorum viuat.*
24 *Clericus verbaliter depositus fori priuilegio fruitur.*
25 *Hæreticus probatur per facti euidentiam, vt quia publicè hæresim prædicat.*
26 *Deprehensus à Iudice in delicto alijs præsentibus testibus facto, euidentia conuincitur.*

Cap. Ad Abolendam. IX.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Bellem. Anania, Hostiens. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 73. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 644. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 6. *cap.* 11.

2 *Matrimonio, vel reliquis Ecclesiast. Sacramen.* Ergo Matrimonium est Sacramentum verè & propriè ex septem legis Euãgelicæ Sacramentis, vt de Fide definitum est in Concil. Trid. *sess.* 24. *de reformat. Matrim. canon.* 1. & ita hanc Catholicam veritatem multis comprobant Tertul. *in exortatione ad castitatem cap.* 5. *vers. vno Matrimonio* Isidor. Hispal. *de officijs Ecclesiast. lib.* 2. *cap.* 19. latè Iodoc. Cocci. *tom.* 2. *thesauri Cathol. lib.* 9. *art.* 2. Perez *l.* 1. *verbo que es el Paraiso tit.* 1 *lib.* 5. *Ordinam.* Spin. *in specul. testamen. glos.* 15. *prin. n.* 15 Sayr. *de Sacramentis in genere lib.* 1. *cap.* 2. *q.* 2. *art.* 4. *vers. quoad vero Matrimon.* Valen. *tom.* 4. *disp.* 10. *q.* 1. *punct.* 5. Petr. Ledesm. *in summa par.* 1. *de Sacramen. Matrimon. cap.* 1. *concl.* 1. & 19. Sanch. *de Matrimon. lib.* 2. *disp.* 10. Gutier. *eod. tractat. cap.* 42. Bonac. *eod. tract. q.* 2. *punct.* 1. *num.* 2. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 2. *diff.* 18. *num.* 5. Rebel. *de obligat. iustit. par.* 2. *lib.* 2. *q.* 3. Valer. Reginal. *in praxi fori pœniten. lib.* 31. *cap.* 1. *à num.* 2. Aegid. *de Sacramen. tom.* 2. *disp.* 24. *dub.* 2. *n.* 5. Henriq. *in summa lib.* 11. *in proœm.* §. 3. *lit. M.*

3 *Prædicat, & obseruat.* Aduerte hæreticam esse propositionem, quæ in aliquo aduersatur Catholicæ Fidei, idest propositionibus, quæ in respicientibus Fidem continentur in veteri, vel nouo Testamento, vel diffinitionibus ab Ecclesia in Concilijs, vel extra firmatis, aut receptæ Sanctorum Patruum sententiæ, vt tradunt Can. *de locis Theologicis lib.* 12. *cap.* 7. Turrecrem. *in summa de Ecclesia lib.* 4. *cap.* 10. Locat. *in opere iudic. verbo credibilia num.* 8. & *seq.* Simanch. *de Catholic. institut. tit.* 54. *nu.* 3. & *in ench. violatæ religionis tit.* 24. *num.* 2. quos refert, & sequitur Anton. Ricciul. *in tract. de iure person. lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 1.

4 *Totius Ecclesiastici Ordinis prærogatiua nudetur.* Notatur ad hoc, quod clericus degradandus est, antequam tradatur Curiæ sæculari, vt docent in præsenti Host. *num.* 6. Anch. *nu.* 4. Panorm. *num.* 1. & 5. Zabarel. *in princip.* Anania *num.* 6. Butr. *nu.* 1. Ioan. Andr. *in princip.* Clar. *in* §. *fin. q.* 36. *num.* 35. Couar *pract. q.* 32. *num.* 2. Bobadil. *in sua politica lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 54. & 76. Farinac. *in praxi crimin. q.* 8. *num.* 78. latè Sanctarel. *d. tract. de hæresi cap.* 26. *à princip.*

5 *Et beneficio spoliatus Ecclesiastico.* Notatur ad hoc quod hæretici propter hæresim priuãtur beneficijs Ecclesiasticis, vt per Anton. Ricciul. *in tract. de iure personarum lib.* 5. *cap.* 19. *num.* 8. Sanctarel. *d. tract. de hæresi cap.* 33. *nu.* 1. vbi refert ex Pij V. constitut. Sedi Apost. esse reseruatum ius cõferendi beneficia, quibus clerici priuati sunt propter hæresim, & nunquam intelligi esse collata huiusmodi beneficia, nisi in collatione fiat expressa mentio, quod beneficia vacauerint propter hæresim.

6 Extenditur supra proxima resolutio, vt priuatio fiat ipso iure, nec requiratur sententia priuatoria, vt resoluunt Rebuf. *in prax. p.* 3. *tit.*

de

de modis amittendi beneficia num. 4. Couar. *variar. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 4. *vers. nihilominus*, Bursat. *cons.* 14. *num.* 18. *lib.* 1. Nauar. *cons.* 19. *sub hoc tit.* Roias *sing.* 73. Bernard. *in pract. cap.* 114. Menoch. *de arbitr. casu* 416. *nu.* 6. Penia *in direct. Inquisit. p.* 3. *commen.* 162. Flamin. *de resign. lib.* 3. *q.* 1. *nu.* 31. *&* 32. Fr. Emman. *in summa tom.* 1. *cap.* 129. *num.* 3. Petr. Ledesma *in summa p.* 2. *tract.* 1. *cap.* 4. *concl.* 14. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 8. *cap.* 13. *q.* 3. *&* 8. *& p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 17. *in princip.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellaria glos.* 15. *num.* 65. Soar. *de censur. disp.* 43. *sect.* 1. *num.* 4. *& de Fide disp.* 21. *sect.* 5. *num.* 20. Nicol. Garc. *de beneficijs p.* 11. *cap.* 10. *nu.* 59. *cum multis seqq.* Farin. *de haeresi q.* 189. *num.* 77. Sanctarel. *eodem tract. cap.* 33. *nn.* 2. Sanch. *in praecep. Decal. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 5. Rota Romana *decis.* 707. *&* 728. *lib.* 3. *p.* 3. *diuers.* Valer. Reginald. *in praxi fori poenit. lib.* 30. *tract.* 3. *nu.* 318. Anton. Ricciul. *d. tract. de iure personarum lib.* 5. *cap.* 19. *n.* 9. Quamuis cōtrariam opinionem nempe quod requiratur sententia priuatoria teneat Castr. *lib.* 2. *de iusta haereticorum punit. cap.* 9. quē sequuntur Simanch. *de Cathol. institut. tit.* 46. *num.* 72. & Salzed. ad Bernard. *d. cap.* 114. *lit. A*, nam licet istorum opinio in rigore disp. defendi posset, vt aduerti *de officio, & potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 57. *nu.* 37. prior tamen est adeo recepta, vt videatur ab omnium sententia discedere velle, qui illam impugnare auderet.

7 Cum ergo beneficia haeretici ipso iure vacent, possunt tanquam vacantia impetrari ante sententiā criminis declaratoriam, & alteri conferri, prout tenent Rota *d. decis.* 707. *num.* 4. *p.* 3. *diuers.* Bursat. *cons.* 14. *num.* 18. *& seqq. lib.* 1. Flamin. *de resignat. lib.* 1. *q.* 3. *num.* 2. *& lib.* 3. *q.* 1. *num.* 33. Decian. *tract. crim. lib.* 5. *cap.* 44. *n.* 26. Sanch. *in praecepta Decal. lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 12. Ricciul. *d. cap.* 19. *num.* 11. Sanctarel. *d. cap.* 33. *num.* 8. Quamuis enim haeretici post sententiam

8 haeresis declaratoriam non solum priuentur beneficijs, sed etiam fructibus perceptis à die commissi delicti, vt resoluunt Henriq. *in summa lib.* 12. *cap.* 13. *n.* 52. Molina *de iustit. tract.* 2. *disp.* 86. Ricciul. *d. cap.* 19. *nu.* 14. Sanctarel. *d. c.* 33. *n.* 9. ante tamen sententiā criminis declaratoriam nō tenetur ad dimittendum beneficium, neque se spoliandum, vt aduertunt plures citati per Ricciul. *d. cap.* 19. *nu.* 12. quibus adde Soar. *in tract. de Fide disp.* 21. *sect.* 5. *nu.* 19. & Sanctarel. *d. nu.* 9.

9 *Nisi continuo, &c.* Notatur adhoc quod haeretici, qui post deprachensionē erroris continuo ad Fidem redeunt, errorem suum publicè arbitrio superioris abiurantes, & satisfactionem congruam exhibere parati, euadunt haereticorum poenas, adeò vt illis beneficia Ecclesiastica, quae obtinent, relinquantur, & bona, si quae sunt illis ablata, restituantur, vt: docent in praesenti Ioan. Andr. Butr. Anania. Panor. & reliqui, Rebuf. *in praxi beneficiali, tit. de modis amittendi beneficia sub nu.* 5. *&* 6. Ricciul. *d. cap.* 19. *nu.* 20. Et quod poenitens in crimine haeresis veniam obtinet, & eximitur à poenis corporalibus dicit Surd. *de alim. tit.* 7. *quaest.* 26. *nu.* 20. Spiritualem tamen poenam non aufugere aduertit Menoch. *de arbitr. casu* 372. *nu.* 10.

10 *Continuo.* Dicitur continuò, & spontè redire ad effectum vt possit beneficia retinere, si errorem fateatur antequam fiat aliqua probatio contra ipsum, Abb. hic *nu.* 6. Rebuf. *d. tit. de modis amittendi beneficia nu.* 12. Ad alios vero effectus, nempe vt indulgeri ei possit maiori, vel minori imposita poenitentia, quando dicatur in continenti, & sponte redire, consulendus est idem Abb. *in cap. excommunicamus il* 1. *sub nu.* 10. *hoc tit.* Simanch. *de Catholicis institut. tit.* 47. *nu.* 7. Farinac. *de haeresi quaest.* 93. §. 2. quos refert Ricciul. *d. quaest.* 19. *nu.* 24. aduertens *nu.* 25. quod si haereticus redeat post sententiam, vel factas probationes, non poterit retinere beneficia, quae obtinebat, nec alia obtinere, nisi ex Apost. dispensatione.

11 *Publice.* Igitur abiuratio haeresis fieri debet publicè, & in loco publico, vt docent hic Butr. *nu.* 6. Socin. *nu.* 8. Anania. *n.* 12. Direct. Inquis. *par.* 3. *nu.* 126. *&* 127. vbi Penia *commen.* 41. Menoch. *d. casu* 372. *nu.* 1. vbi *nu.* 2. dicit haereticum manifestum haeresim manifestè

12 abiurare debere. Ille verò, qui antequam sit accusatus, vel inquisitus sponte ad Inquisitores adit, suos errores confitetur, & paratus est sentire cum Romana Ecclesia, non debet in loco publico abiurare, vt aduertunt Locatus *in iudiciali Inquisit. verbo Ordinarius nu.* 2. Roias. *sing.* 23. *nu.* 8. *& in tract. de haereticis par.* 2. *nu.* 272. Sicut nec debet publicè abiurare, qui de haeresi fuit leuiter suspectus Direct. *Inquisit. par.* 3. *nu.* 161. vbi Penia *commen.* 40. *vers. praeterea differunt*, Marc. Anton. Genuen. *in praxi Archiepiscopali cap.* 84. *nu.* 9. Quamuis verò de haeresi leuiter suspectus, non debeat in loco publico abiurare, attamen secretè, & coram paucis personis est cogendus facere abiurationem, ita Scaecia *de iudi. causarum cap.* 59. *n.* 10. Simanch. *de Catholic. tit.* 1. *à n.* 18. quos refert, & sequitur Sanctarel. *d. tract. de haeresi cap.* 41. *nu.* 4.

13 *Ad arbitrium Episcopi.* Illud verbū arbitrium refertur ad tempus abiurationis, vt sit sensus, ad arbitrium Episcopi debere haereticum, vel statim, vel post publicè abiurare; ità Menoch. *d. casu* 372. *nu.* 7.

14 *Confestim.* Iudicis arbitrio relinquitur, quando haereticus dicatur incontinenter reuersus, vt per Menoch. *de arbitr. casu.* 373.

15 *In abiuratam haeresim recedisse.* De relapsis, & qua poena sint puniendi vide Peniam *in direct. Inquisit. par.* 3. *commen.* 38. *nu.* 150. Prax. Episcop. *par.* 1. *verbo haeretici* §. 28. Azor. *institut. moral. par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 14. Locat. *verbo relapsi*, Menoch. *de arbitr. casu* 374. Sanctarel. *de haeresi*

*hæresi cap.*42. apud quos dicuntur illi relapsi, qui
ad hæresim iterum reuertuntur, post quam, vt
pœnitentes abiurarunt, vel post abiuratam hæ-
resim non quidem relabuntur in eam, sed hæreti-
cis fauent, illos defendunt, receptant, &c. vel qui
post indictam purgationem iterum in hæresim
reincidunt, vt apud proximè citatos videre li-
cet, & præcipuè apud Sanctarel. qui plures casus
adducit, in quibus hæretici in hæresim vel re-
lapsi, vel non relapsi dicuntur.

16 Fugiens è carcere illo effracto dicitur relap-
sus, vide Menoch. *de præsump. lib.* 1. *quæst.* 89.
nu. 47. Peniam in direct. Inquisit. *par.* 3. *com-
ment.* 35. *pag.* 468. Zerol. *in praxi Episcop.
par.* 1. *verbo hæretic.* §. 23. Mascard. *de probation.
concl.* 820. *nu.* 23.

17 Pœnitentiam primi ordinis sibi iniunctam
non seruans dicitur relapsus, vide Menoch. *con-
sil.*82.*nu.*107.*cum seqq.* Clar. *in pract.* §. *hæresis n.*11.
An Inquisitores Fidei sint iudices omnium cau-
sarum eorum, qui habitum gestant publicæ pœ-
nitentiæ, vide Simanch. *de Catholicis institut.
cap.*47.*nu.*18. Rojas *sing.* 98. Penia *in* 3. *par. Di-
rectorij schol.* 144. Cened. *ad Decretum collect.* 34.
*num.*1.

18 Sacræ Fidei Inquisitores aliquos Ecclesiæ re-
conciliant, eisq. ad certum tempus, vel ad vitã
pœnitentiam adiungunt, & ideò paruulum
quemdam saccum eorum humeris imponunt,
qui cum ab Episcopo olim Pœnitentibus dare-
tur, cœpit saccus benedictus vocari. Quare
nunc saccus ab Inquisitoribus impositus, qui
19 Hispanico sermone dici solet, Sambenito, idest
saccus benedictus, maximi apud Lusitanos, &
Hispanos dedecoris est & ignominiæ, vide Pe-
niam *in direct. Inquisit. par.*3.*commen.*42.*pag.*498.
Fr. Hieron. Roman. *lib.*5. *de Repub. Christiana c.*28.
Sebast. Couar. *de Orozco en el thesoro della lengua
Castellana verbo Sambenito.* Azor. *institut. moral.
par.*1.*lib.*7.*cap.*32.*quæst.* 6.*in fine*, Cened. *ad Decre-
tal. collect.*103. *nu.*5.

20 ***Seculari iudicio, &c.*** Notatur ad
hoc, quod hæ-
retici relapsi, etiamsi ad fidem conuertantur,
Curiæ seculari traduntur, vt per Butr. *num.* 1.
Panorm. *num.*1. Host. *nu.*9. Felin. *nu.*2. *in præsenti*,
Clar. §. *hæresis nu.*7. Simanch. *de Catholicis tit.* 57.
*nu.*10. Boss. *sub tit. de hæreticis num.* 19. Menoch.
de arbitr. casu. 374. *nu.*1. Sanctarel. *d. tract. de hæ-
reticis cap.*42.*nu.*17. vbi etiam rationem adducit,
cur Ecclesia relapsos non recipiat, sed tradat
brachio seculari. Si verò sponte redeant ad
Ecclesiam, suumq. errorem coram Inquisitore,
& sponte fateantur, eorum vitæ parcitur, ità Re-
pertorium Inquisit. *verbo relapsus, vers. si tamen*,
& verbo misericordia vers. ego tamen, Castr. *de iu-
sta hæreticorum punitione lib.* 2. *c.*2. Locat. *in iudi-
cial. Inquisit. verbo abiurare, num.* 4. Menoch. *con-
sil.* 82. *num.* 168. Penia *in direct. Inquisit. par.* 3.
*commen.*12. *vers. sed qui si relapsus* Pararamus *de
officio S. Inquisitionis lib.*3.*quæst.*4. *rubr. de forma,
& ordine iudiciario n.*12. Illi vero dicuntur spon-
21 te venire, & comparere, qui indicijs non præ-
uenti cõparent corã Inquisitoribus quãdo verò
hæreticus relapsus timet, ne ab aliquibus apud
Inquisit. accusetur, vel facile id præuidere po-
test, tunc non dicitur hic sponte redire ad Eccle-
siam, sed ex metu, & tunc relapsorum vitæ non
parcitur, ex Pararamo *in d. rubr. de forma, & ordi-
ne iudiciario nu.*12. Decian. *in tract. crimin. lib.* 5.
*cap.*56.*nu.*12. Sanctarel. *d. cap.*42.*num.* 18.

22 In glos. [Clerici.] Notatur ad hoc iuncto tex.
quod Capitulum Sede vacante potest cognosce-
re de crimine hæresis, vt per Host. *num.* 2. *&* 4.
Henric. *nu.*4. Panor. *nu.*1. Syluest. *verbo hæresis.* 2.
*nu.*2. Molin. *de iustit. tract.*5. *disp.* 28. *nu.* 2. *in fine*
Sanctarel. *d. tract. de hæresi cap.*40. *num.*4.

23 In glos [Prærogatiua] ibi (*Clericus depositus
non habet priuilegium clericale.*) Notatur ad hoc,
quod clericus verbaliter depositus fruitur pri-
uilegio Canonis si deferat habitum, & tonsu-
ram, & instar clericorum viuat, vt per Abb. *hic
nu.* 11. Tolet. *lib.*1. *cap.* 17. Tiraq. *in tract. cessante
causa limit.* 15. *nu.* 4. Henriq. *in summa lib.* 13.
cap. 55. *nu.* 3. Sanctarel. *d. tract. de hæresi cap.* 26.
*nu.*4. ità & eodem modo clericus verbaliter de-
24 positus fruitur priuilegio fori, nec enim potest
conueniri coram Iudice seculari, nec capi, aut
ab illo puniri, nisi tradatur Curiæ seculari à iu-
dice Ecclesiast. Marant. *de ordine iudiciario par.*4.
distinct. 11. *nu.* 72. Borgas. *de irregul. par.* 6. *tit. de
senten. deposit. nu.*3. Clar. *in* §. *fin. quæst.* 36. *nu.* 32.
cum seqq. Menoch. *cons.*789. *num.*9. Gama. *de Sa-
cramentis præstandis vlt. supplicio damnatis quæst.* 5.
nu. 21. Penia *in direct. Inquisit. par.* 3. *schol.* 49.
vers. postremò quamuis, Crass. *de effectibus cleric.
effectu* 1. *nu.* 824. Farinac. *in praxi crimin. quæst.*8.
*nu.*73 Bobadil. *in sua politica lib.*2. *cap.* 18. *n.* 38.
Sanctarel. *d. cap.*26. *n.*5. qui resoluunt clericum
actualiter degradatum amittere vtrumq; pri-
uilegium.

25 In glos. [Deprehensi.] ibi (*quia publicè præ-
dicant hæresim*) Notatur ad hoc, quod hæreticus
probatur per facti euidentiam, vt quia publicè
quis hæresim prædicet, ita direct. Inquisit.
*par.*2. *quæst.*55. Mascard. *de probat. concl.*860. *à prin-
cip.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30.
*tract.*3. *nu.* 318. vbi resoluit manifestum hæreti-
cum dici, qui dogma hæreticum publice prædi-
cat, & defendit.

26 In ead. glos. ibi (*per testes, aut sua confessione*)
Notatur ad hoc, quod deprehensus à Iudice in
delicto alijs testibus præsentibus facti euiden-
tia conuincitur, vt per Farinac. *in praxi crimin.
quæst.*21. *nu.* 143. Aldret. *de religiosa discip. tuen-
da lib.*2. *cap.*6. *num.*2.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Hæreticorum bona propter hæresim confiscantur.*
3 *Bona hæreticorum ipso iure confiscantur à die, quo
inciduut in hæresim, itaut non teneantur ante iu-
dicis sententiam illa fisco offerre.*

4 *Hæreticus, antequam feratur sententia declaratoria contra eum, habet rerum suarum possessionem.*

5 *Vsusfructus commoditas propter vsus fructuarij hæresim confiscantur.*

6 *Debita, & iura conditionalia, si descendant ex contractu, quamuis adimpleatur conditio post condemnationem, confiscantur propter hæresim, secus si descendant ex vltima voluntate.*

7 *Emphyteusis, quæ ad extraneos hæredes transit, propter hæresim cum cæteris bonis emphyteutæ cōfiscantur.*

8 *Emphyteusis Ecclesiastica propter emphyteutæ hæresim confiscatur.*

9 *Regnum propter Regis hæresim per summum Pont. potest ab illo amoueri, & ad ipsum pertinet ius eligendi, si filij, cæterique propinquiores hæretici sint.*

10 *Census res obligatæ propter hæresim fisco deferuntur, reseruato tamen iure, quod in eis dominus census habet.*

11 *Bona futura, & acquisita hæretico post condemnationem confiscantur.*

12 *Peculium profectitium, quod pater in bonis filiorum habet propter patris crimen non publicatur, sed filio reseruatur.*

13 *Aduentitiorum proprietas, ob paternum crimen, non publicatur, nec quoad proprietatem, quæ est filij, nec quoad vsumfructum viuente patre.*

14 *Aduentitiorum proprietas, etiam ob filij crimen non publicatur, sed manet apud patrem consolidata cum ipsorum vsufructu.*

15 *Castrensia, vel quasi filiorum ob paternum crimen non publicantur.*

16 *Castrense peculium, vel quasi non publicatur publicatis filijfamilias bonis ob eius crimen, sed defertur patri in patriæ potestatis solatium.*

17 *Feuda non confiscantur in præiudicium domini directi.*

18 *Maioratus ob delictum possessoris, qui eius primus institutor non est, confiscari non potest.*

19 *Maioratus fructus vita hæretici possessoris durante non publicantur, sed statim cum ipso maioratu transeunt ad sequentem vocatum.*

20 *Maioratus in institutione clausula apposita, vt hora præcedente ante commissum delictum maioratus transeat in sequentem, valet.*

21 *Iuspatronatus per se principale, & distinctum non venit in confiscatione bonorum.*

22 *Dos vxoris Catholicæ nescientis quod vir esset hæreticus, quando cum eo nupsit, non confiscatur.*

23 *Crimen lesæ Maiestatis committentes quas pœnas incurrant, ostenditur.*

24 *Hæreticus per pœnitentiam non euadit pœnam confiscationis bonorum.*

25 *Filij etiam Catholici paterna hæreditate priuantur propter hæresim patris.*

26 *Filij etiam orthodoxi propter paternam hæresim legitima priuantur.*

27 *Alimentis priuātur filij propter paternam hæresim.*

28 *Dotem ex bonis parentis hæretici filiæ habere non possunt.*

Cap. Vergentis. X. *Innoc. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 75.* Alagona *in compendio Iuris Canonici. p. 645.* habetur integra *lib. 2. registri Innoc. III. epistola 1.* & refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 4. cap. 1.*

2 Probat hic tex. confiscari hæreticorum bona propter hæresis crimen, vt notant hic Io. Andr. Butr. *num.* 1. Henric. *num.* 3. Zabarel. *num.* 1. Anania *etiam nu. 1. & 9.* Clar. *in §. hæresis num. 8. ad finem, & nu. 13. & §. fin. q. 78. nu. 27.* Bonacos. *commun. crimin. par. 1. verbo bona damnatorum fol. 17. & par. 2. verbo confiscatio fol. 16.* Cotta *in memorab. verbo confiscatio.* Viui. Soar. & alij *tom. 2. commun. opinion. lib. 9. tit. 31.* Petr. Greg. *syntagmatum Iuris lib. 33. cap. 9. nu. 1.* Mench. *de successionum progressu lib. 1. §. 4. n. 166.* Menoch. *remed. 1. recuper. num. 308. & de arbitr. casu 374. num. 4. & cons. 185. nu. 8. & cons. 289. num. 10.* Pereg. de Iure fisci *lib. 5. tit. 1. nu. 166.* Surd. *de alimentis tit. 8. priuileg. 35. & tit. 9. q. 32. & decis. 247. à princip.* Francisc. Torreblanca *in epitome delictorum lib. 3. cap. 11. num. 7.* Decian. *in tract. criminal. lib. 5. cap. 57. num. 23. vers. tertia,* D. Barbosa *in l. 1. par. 4. à nu. 82 ff. solut. Matrimon.* Lessius *de iustit. lib. 2. cap. 29. nu. 8.* Anton. Ricciul. *in tract. de Iure personarum lib. 5. cap. 31.* Sanch. *in præcepta Decal. lib. 2. cap. 19.* Farinac. *in prax. crimin. par. 1. q. 25. nu. 10. & 11. & de hæresi q. 198. nu. 3.* Sanctarel. *eodem tract. cap. 20. à princip.*

3 Quæ quidem bona hæreticorum ipso iure confiscantur à die, quo quis incidit in hæresim, vt patet ex *cap. cum secundum leges, de hæreticis in 6.* & notant ibi *glos. verbo ipso iure,* Clar. *§. hæresis, vers. item bona condemnatorum,* Anton. Gomez *tom. 3. variar. cap. 2. nu. 1.* Scaccia *in tract. de iudicijs causarum ciuilium tom. 1. cap. 98. num. 20.* Azor. *institut. moral. par. 1. lib. 8. cap. 12. q. 1.* Sanctarel. *d. tract. de hæresi cap. 21. num. 1.* Non tamen ipsi hæretici, & alij, quorum bona ipso Iure confiscantur ante Iudicis sententiam, illa fisco offerre tenentur, vt docent Gomez *d. tom. 3. cap. vlt. nu. 3.* Rojas *sing. 16. nu. 5. & 6.* Couar. *de sponsalib. par. 2. cap. 6. §. 8. num. 10.* Simanch. *de Catholicis tit. 9. nu. 157. cum seqq.* Valentia. *1. 2. disput. 7. quæst. 5. punct. 6. q. 3. vers. ea, quæ deinde, & 2. 2. disput. 1. q. 11. art. 3.* Arag. *2. 2. q. 11. art. 3. §. his suppositis.* Vasquez *1. 2. disput. 170. cap. 3.* Peregr. *de duello q. 7. n. 14.* Azor. *d. par. 1. lib. 5. cap. 7. q. 1. & 3. & lib. 8. cap. 12. q. 3. cum seq.* Molin. *de iustit. tom. 1. disput. 65. vers. contrariam sententiam,* Soar. *de Fide disp. 22. sect. 2. num. 3.* Sanch. *d. lib. 2. cap. 22.*
4 *nu. 7.* Sanctarel. *d. cap. 21. nu. 2.* nam antequam fera-

feratur sententia declaratoria contra hæreticũ habet ille rerum suarum possessionem, vt docent Surd. de aliment. tit. 9. q. 32. nu. 24. & alij, quos refert, & sequitur Ricciul. d. lib. 5. cap. 31. num. 10. Quamuis hæreticos, & alios, quorum bona sunt ipso iure confiscata teneri etiam ante latam sententiam ea tradere Fisco sentiant minus benè Anton. Gomez sibi ipsi contrarius tom. 3. variar. cap. 2. num. 5. Nauar. in manuali cap. 23. nu. 67. Flamin. de resignat. lib. 3. quæst. 1. num. 22. & 81. Lorça 1. 2. disp. 24. de legibus nu. 2. §. vlt. & alij ab eis citati.

5 Amplia Primò principalem tex. conclusionẽ in vsufructu, cuius commoditas propter vsufructuarij hæresim confiscatur, vide tamen Anton. Gomez tom. 2. variar. cap. 15. nu. 18 Lucan. de priuil. fisci par. 2. prin. tit. de publicatione bonorum nu. 2. Peregrin. eodem tract. lib. 5. tit. 1. n. 73. & 116. Ioan. Garcia de expensis cap. 10. num. 47. Vasquez 1. 2. q. 96. art. 5. disp. 169. cap. 1. nu. 10. Surd. de alimentis tit. 8. priuil. 59. num. 22. & 23. Molin. de iustit. tract. 2. disp. 9. vers. ex dictis facilius, Sayr. in claui Regia lib. 9. cap. 7. nu. 7. Farinac. in praxi crimin. q. 25. num. 150. Sanch. d. lib. 2. cap. 16. & nu. 3.

6 Amplia Secundò in debitis, & iuribus conditionalibus si descendant ex contractu, quamuis adimpleatur conditio post condemnationem, secus dicendum, si debita, & iura conditionalia descendant ex vltima voluntate, veluti si sint hæreditas, legata, aut fideicõmissa conditionalia, quæ non publicantur, quando conditio extat post condemnationem. Ita Menoch. cons. 102. nu. 25. Quemad. in suis quæst. fiscalibus quæst. 10. Azeued. l. 3. num. 141. & 142. tit. 10. lib. 4. noua recopil. Peregrin. de Iure fisci lib. 5. tit. 1. num. 132. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 5. cap. 7. q. 8. Vasquez d. cap. 1. n. 7. Sanch. d. lib. 2. cap. 14. à num. 15. D. Barbosa in l. si constante 25. §. fin. nu. 4. ff. soluto Matrimon. Farin. d. q. 25. num. 143. & 144. & in tractat. de hæresi q. 190. §. 1. nu. 13.

7 Amplia Tertiò in emphyteusi, quæ ad extraneos hæredes transire potest non existente aliqua speciali prohibitione, quia publicatur cum cæteris emphyteutæ bonis, vide Ordin. Regiam Lusitan. lib. 5. titul. 1. §. 2. Clar. §. emphyteusis q. 29. nu. vnico, vers. in dic. Turzan. tom. 2. commun. opinion. lib. 9. tit. 31. num. 27. pag. 554. Quemada in suis quæst. fiscalib. q. 11. Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 44. nu. 5. Didac. Cantera in quæst. crimin. cap. 1. num. 46. Vasquez in 2. 2. q. 96. art. 5. disp. 169. cap. 3. num. 25. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 8. cap. 12. q. 11. Molina de iustit. tract. 2. disput. 481. concl. 1. Farin. d. q. 25. num. 59. & nouissimè in tract. de hæresi q. 190. §. 4. num. 63. Sanctar. eod. tract. cap. 19. nu. 7. Sanch. d. lib. 2. cap. 19. à num. 24. & num. 26. resoluit quod potest fiscus cogi ad instantiam domini directi, vt eam alienet, & transferat in personã, quæ non ita potens, totque priuilegijs gaudẽs sit, & num. 27. tenet quod si maneat apud fiscũ, tenetur fiscus integrum suum ius domino seruare, quod habebat in emphyteusi, dum à delinquenti possidebatur.

8 Amplia Quarto in emphyteusi Ecclesiastica, illa scilicet, quæ accipitur ab Ecclesia, Xenodochijs, & locis pijs, vt per Cassan. in consuetud. Burgundiæ rub. 2. §. 2. in princip. num. 10. Quemada in suis quæst. fiscalibus q. 12. Simanch. de Catholicis institut. tit. 9. nu. 103. Farin. d. q. 25. num. 56. vers. sed quod immo. Azor. d. p. 1. lib. 8. cap. 12. q. 11. Sanch. d. lib. 2. cap. 19. num. 29. vbi nu. 31. verius existimat dari optionem Ecclesiæ vt intra biennium deliberet, an malit reuocare quam fiscum habere emphyteutam. Quamuis Ecclesiasticam emphyteusim non publicari teneant Clar. §. emphyteusis q. 29. num. vni. vers. breuiter. Bernard. in pract. cap. 132. num. 4. Molina d. disp. 481. concl. 2.

9 Amplia Quinto in Rege hæretico, cuius regnum per Summum Pontificem potest amoueri, & ad ipsum pertinet ius eligendi, si filij, & cæteri quoque propinquiores hæretici sint, vt per Azor. instit. moral. par. 1. lib. 8. cap. 12. q. 17. & cap. 27. q. 7.

10 Amplia Sexto in rebus censui obligatis, quæ fisco deferuntur, reseruato tamen iure, quod in eis habet dominus census, vt per Didac. Quanter. in quæst. crimin. cap. 1. num. 47. Sanch. d. lib. 2. cap. 19. num. 18. Farin. in tract. de hæresi q. 190. §. 1. nu. 18.

11 Limita Primò in bonis futuris, & acquisitis ab hæretico post condemnationem, quæ in confiscationem minime veniunt, vt per Baiard. ad Clar. §. hæresis num. 19. Sanch. d. lib. 2. cap. 14. num. 7. cum seqq. Farin. de hæresi q. 190. §. 1. num. 25.

12 Limita Secundò in peculio profectitio, quod pater in bonis filiorum habet, quia ob patris crimen non publicatur, sed filio reseruatur, vide Cou. lib. 2. var. cap. 8. num. 7. vers. hinc apparet. Duenh. reg. 275. limit. 7. Menoch. remed. 9. recup. nu. 73. Farin. d. q. 25. nu. 26. Azeued. l. 1. num. 209. tit. 3. lib. 8. noua recopil. Pereg. de Iure fisci lib. 5. tit. 1. nu. 126. Sanch. d. lib. 2. cap. 16. à num. 20. Et etiam ob filij delictum non publicari tenent Menoch. num. 97. Pereg. n. 125. Farin. nu. 3. dictis locis. Azeued. d. l. 1. nu. 210. Clar. d. q. 78. n. 11. vbi Bajard. nu. 49. Ascani. de patria potestate cap. 6. effect. 2. nu. 37. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo læsis nu. 118. & nu. 152. vers. sed in proposita specie. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 5. cap. 7. q. 8. Lessi. de Iustit. lib. 2. cap. 4. dub. 3. n. 12. Sanch. d. lib. 2. cap. 15. à num. 16. Sanctarel. de hæresi cap. 18. num. 6.

13 Limita Tertio in proprietate aduentitiorum, quæ ob paternum crimen non publicatur, nec quoad proprietatem, quæ est filij; nec quoad vsumfructum viuente patre, vide Azeuedo d. l. 1. nu. 208. Quantera d. cap. 1. nu. 34. Sanch. d. lib. 2. cap. 16. num. 9. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 8. cap. 12. q. 15. Farinac. in tract. de hæresi q. 190.

14 §. 1. num. 27. Quam quidem aduentitiorum
proprietatem etiam ob filijfamil. crimen non
publicari, sed manere apud patrem consolida-
tam cum ipsorum vsufructu ad patrem perti-
nente, tenent Franc. Lucan. in tract. de fisco par. 1.
princip. tit. de publicat. bonorum num. 3. Menoch.
remed. 9. recuper. num. 66. Maranta de ordine iu-
dic. par. 6. actu fin. nu. 35. Pereg. d. tit. 1. nu. 128.
Ascan. d. effectu 2. n. 36. & 37. Mendez à Castro
in l. cum oportet num. 85. & 92. Cod. de bonis, quæ
liberis. Sanch. d. lib. 2. cap. 15. nu. 9. Sanctarel.
d. tract. de hæresi cap. 18. nu. 3.

15 Limita Quarto in castrensi, vel quasi filio-
rum, quod ob paternum crimen non publica-
tur cum sit filij, vide Azeuedo d. l. 1. num. 207.
Quantera in suis quæstion. crimin. titul. de quæst.
tangentibus punitionem delictorum cap. 1. num. 34.
Sanch. d. lib. 2. cap. 16. nu. 1. Vasquez 1. 2. di-
sput. 169. cap. 1. nu. 10. Sanctarel. d. tract. de
16 hæresi cap. 18. nu. 8. Et publicatis filijfam. bonis
ob eius crimen peculium castrense, vel quasi nõ
publicari, sed deferri patri in patriæ potestatis
solatium tenent Menoch. d. remed. 9. num. 70.
Clar. d. q. 78. nu. 13. Honded. cons 93. nu. 37.
volum. 1. Emman. Soarez da Ribeira in addit. ad
Anton. Gomez tom. 2. vari. cap. 15. nu. 15. lit. D,
Costa in §. cum in bello verbo patris nu. 11. Ascani.
d. effectu 2. nu. 37. Pereg. de Iure fisci lib. 5. tit. 1.
nu. 124. Mascard. de probat. concl. 1158. nu. 10.
Mendez à Castro in d. l. cum oportet num. 84.
Farin. in praxi crimin. q. 23. nu. 11. & 13. plures
refert, & sequitur Sanch. d. lib. 2. cap. 15. à n. 4.
& nouissimè Sanctarel. d. tract. de hæresi cap. 18.
num. 1. Quamuis hoc peculium posse confiscari
tueantur Anton. Gom. d. n. 15. ad finem. Quan-
tera d. cap. 1. num. 40. Pereg. d. tit. 1. nu. 130.
Azeued. d. l. 1. nu. 210. Cald. Pereira in l. si cu-
ratorem verbo læsis num. 112. vers. sed in opposi-
tum. Azor. d. par. 1. lib. 5. cap. 7. quæst. 8. &
par. 2. lib. 2. cap. 22. q. 8. Soar. de Fide disp. 22.
sect. 5. nu. 9.

17 Limita Quinto in feudis, quæ non confiscan-
tur in præiudiciũ domini directi, vide Simanch.
de Catholicis instit. tit. 9. num. 120. Guillelm. in
cap. Raynuntius verbo & vxorem num. 244. Viui.
tom. 2. commun. opin. lib. 9. tit. 81. num. 1. vers.
caterum. Quantera d. cap. 1. nu. 19. Peña ad dire-
ctor. Inquisit. par. 3. q. 112. comment. 161. vers.
quid si clericus bona feudalia habeat. Menoch.
cons. 304. nu. 13. Azor. d. par. 1. lib. 8. cap. 12.
q. 10. Farin. in praxi crimin. q. 25. à num. 62. &
nouissimè in tract. de hæresi. q. 190. §. 4. à num. 59.

18 Limita Sexto in maioratu, qui ob delictum
possessoris, qui eius primus institutor non est,
confiscari non potest, vt per Simanch. d. tit. 9.
à nu. 252. Quantera d. cap. 1. à n. 51. Azor. d. p. 1.
lib. 8. cap. 12. q. 13. Sanch. d. lib. 2. cap. 18. Nec
etiam ipsius maioratus fructus vita possessoris
19 durante publicantur, sed statim cum ipso ma-
ioratu transeunt ad sequentem vocatum. Ita
Clar. §. fin. q. 78. nu. 10. Gabri. lib. 7. commun.
tit. de criminal. concl. 24. nu. 3. Menoch. cons. 104.
num. 42. Farin. d. q. 25. nu. 35. Sanch. d. lib. 2.
cap. 18. nu. 15. nouissimè Mendez à Castro in
praxi Lusitana lib. 1. cap. 2. nu. 11. Contrariam
tamen opinionem, immo fructuum commodi-
tates ad fiscum durante possessoris vita perti-
nere tenent Molina de primogen. lib. 1. cap. 20. n. 9.
& lib. 4. cap. fin. num. 11. Bajar. ad Clar. d. q. 78.
nu. 29. Peregrin. de Iure fisci lib. 5. tit. 1. nu. 101.
Sayr. in claui Regia lib. 9. cap. 7. nu. 7. in fin. Mo-
lina de Iustitia tract. 2. disp. 470. vers. id præterea, &
20 disp. 656. nu. 6. Si tamen maioratus habeat clau-
sulam in institutione, vt hora præcedente ante
commissum delictum maioratus transeat in se-
quentem, valet huiusmodi institutio, nec dicitur
clausula hæc apposita in fraudem fisci, licet in
vita delinquentis priuetur commoditate ex
Bald. in l. parentes n. 1. Cod. de testib. Telli. l. 27. Tauri
à nu. 18. Molina de primog. lib. 2. cap. 12 nu. 56. &
lib. 4. cap. vlt. nu. 16 Gregor. l. 6. verbo que la no pu-
diese tit. 11. part. 6. Menoch. de præsumpt. lib. 3. q. 224
nu. 50. & cons. 91. num. 6. Peregr. de Iure fisci lib. 5.
tit. 1. nu. 103. Gutier. pract. lib. 2. q. 66. D. Barbosa
in l. si ab hostibus §. fin. nu. 21. ff. soluto Matrimon.
Cabedo par. 2. Lusitan. decis. 96. num. 3. Sanch. in
præcepta Decalogi lib. 2. cap. 30. num. 4. & cap. 18.
num. 25.

21 Limita Septimo in Iurepatronatus personali,
& de per se principali & distincto, quod non
includitur in confiscatione bonorum, nec de per
se Iudex laicus poterit illud confiscare ex defe-
ctu iurisdictionis, & incapacitate, sed remane-
bit penes delinquentem, donec per iudicem Ec-
clesiasticum priuetur tanquam indignus. De
quo vide Roch. de Iurepatron. verbo ipse vel is q. 29
num. 69. Clar. §. fin. q. 78. num. 8. Guillelm. in
cap. Raynuntius verbo & vxorem decis. 5. nu. 280.
Simanch. de cathol. tit. 46. n. 63. Rojas sing. 117.
num. 4. Molina de primogen. lib. 1. cap. 24. nu. 26.
Costa in cap. si pater verbo Trebelianica n. 7. Perez
ad l. 1. verbo si el que fuere q. 8. tit. 6. lib. 1. Ordin.
plures Doctores refert Cened. ad Decretal. col-
lect. 5. num. 3. quibus adde Viuian. tom. 2. com-
mun. opin. lib. 9. tit. 31. n. 2. Quanteram d. cap. 1.
nu. 49. & 30. Spino in in speculo testamen. glos. 4.
princip. num. 115. D. Sahagun in cap. quanto, su-
pra de Iudic. num. 27. cum seqq. Surd. de alimen.
tit. 9. q. 22. num. 28. Decian. tract. crimin. lib. 5.
cap. 44. num. 24. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 8.
cap. 12. q. 9. Farin. in praxi crimin. par. 1. q. 25.
num. 151. & in tract. de hæresi q. 190. §. 1. nu. 24.
Anton. Ricciul. d. lib. 5. cap. 34. Sanctarel. de
hæresi cap. 19. à num. 1. multos citat Sanch. in
præcepta Decalog. lib. 2. cap. 19. à princ. alios con-
gerit Nicol. Garci. de benefic. par. 5. cap. 9. n. 25.
cum sequentibus.

22 Limita Octauò in dote vxoris Catholicæ ne-
scientis quod vir esset hæreticus, quando cum
eo nupsit, quæ non confiscatur propter mariti
hæresim. vide Simanch. de Catholicis instit. tit. 9.
nu. 66. Quanteram d. cap. 1. nu. 22. vers. aut contra-
xit ignoranter, & num. 24. vers. aut mulier igno-
rabat maritum. Decian. d. lib. 5. cap. 45. num. 10.

Soar.

Soar. *de Fide disp.12 sect.5.num.*8. Vasq.1.2. *disp.* 169.*cap.2.nu.*13. Sanctarel. *de heresi cap.9.nu.* 10. *cum seq.* Sanch. *d. lib.* 2. *cap.* 17. *à nu.* 3. Farin. *d. quæst.* 25. *à nu.* 111. & nouissime in tract *de heresi quæst.*190.§. 3. *nu.*43. vbi *nu.* 44. *cum seqq.* ampliat ad bona paraphernalia vxoris, ad donationem propter nuptias, ad quæsita ab vxore constante matrimonio, & ad res donatas vxori à consanguineis viri, nisi expresse fuerit tempore donationis dictum, quod donatur vt marito acquiratur.

23 *Reis læsæ maiestatis, etc.* De pœnis illorum, qui committunt crimen læsæ maiestatis plures Doctores agentes refert Parens meus in comment. ad Ordin. Regiam Lusitan. *lib.5.tit.6.§.9. num.*2. Et quod sint capite puniendi constituit eadem Ordin. ibi, que morra morte natural, desumpta *ex l. quisquis, in princip. Cod. ad legem Iuliam Maiest.* ibi, gladio feriatur, *& ex §. publica autem Instit. de publicis iudic.* Decian. *tract.crimin.lib.*7. *cap.*39. Bernardin. Muscatel. *in pract. crimin. tit. de crimine læsæ maiestatis humanæ à nu.* 35.

24 *Nisi eis ad cor reuertentibus, etc.* Notatur ad hoc quod hæreticus per pœnitentiam non euadit pœnam confiscationis bonorũ, vt per Felin. *hic not.*2. Brun. *de heret. lib.*5. *cap.6.in fine* Roj. *eod.tract.par.* 1. *num.* 118. Simanch. *de Cathol.instit. tit.* 42.*nu.* 17. *in fine.* Sanch. *in præcepta Decalogi lib.* 2. *cap.* 14. *nu.* 12. nihilominus tamen Principes siue Ecclesiastici, siue temporales, quibus bona per confiscationem sunt acquisita, ex misericordia hæretico pœnitenti bona confiscata condonare possunt, vt habet tex. in præsenti, & *glos. hic verbo misereri*, notant Anch. atque Abb. *nu.*2. *in* 3. *not.* Felin. *sub n.* 2. ibidem, *num.* 3. ex generali consuetudine totius Italiæ receptum esse vt hæretico ad cor reuertenti bona confiscata condonentur, scribunt Paris. *consil.*2. *num.* 185. *lib.* 4. Rebuff. *de pacificis possess. nu.* 196. Clar. *§. heresis sub nu.* 7. Decian. *in tract. crimin.lib.*5. *tit.*44.*nu.* 10. Surd. *consil.*386.*num.*26. Farin. *de heresi quæst.* 190. *num.* 144. latè Anton. Ricciul. *d. lib.* 5. *cap.* 42. *à princip.* vbi *nu.* 16. post *glos.* hic verbo *ad audientiam* aduertit quod relapsus quamuis in concernentibus animam admittatur ad pœnitentiam, tamen vbi traditur seculari non remittitur illi confiscatio bonorum.

25 *Exhæredatio filiorum, &c.* Notatur ad hoc quod propter paternam hæresim filij etiam Catholici paterna hæreditate priuantur. vide Cou. *lib.* 2. *vers. cap.* 8. *num.* 2. *vers. primum an ob crimen*, Clar. *§. heresis num.*12. *vers. & scias*, Simanch. *de Catholicis tit.*9. *à num.* 4. & *tit.*19. *à nu.* 1. Menoch. *de arbitr.casu* 546.*nu.*11. Rojas *de heret.par.*2.*nu.* 191. & *sing.* 64. Didac. Quantera *in quæst. crimin. rub. de hereticis cap.* 1. *nu.* 10. Decian. *tract. crimin. lib.*5.*cap.*45. *à nu.*2. Iacob. de Graffis *in decis. aureis lib.*2.*cap.*11.*n.*31. & *seq.* Farin. in *praxi crimin. quæst.* 24. *num.* 44. & nouissimè *de heresi quæst.* 191. *à num.* 1. Sanch. *in præcepta Decalogi. lib.* 2.*cap.*27.

26 Amplia primò vt filij propter paternam hæresim etiã orthodoxi priuẽtur legitima, vide Griland. *in tract. de hereticis quæst.* 4. *num.* 1. & 2. Iacob. de Graffis *d. cap.* 11. *num.* 9. Decian. *d. cap.*45 *num.*3. *vers. & amplia*. Quemada *quæst.*24. *n.*2. Farin. *d. quæst.*24.*nu.*44. & 45. & *d. quæst.*191. *num.*2. Sanch. *d. lib.*2. *cap.*16. *à nu.* 26.

27 Amplia secundò vt sicut filij propter paternam hæresim priuantur legitima, eadem ratione priuantur etiam alimentis, vide *Laram in l. si quis à liberis §. si mater num.*16. *ff. de liberis agnosc.* Baec. *de non meliorandis filiabus cap.* 15. *à nu.* 25. Peniam *in direct. Inquisit.par.*2.*commento* 9. Quantera *in quæst. crimin. rubr. de* hæresi *cap.* 1. *nu.* 54. Decian. *tract. crimin.lib.* 5. *cap.* 45.*num.*3. *vers. amplia*. Peregr. *de iure fisci lib.* 5. *tit.*1. *à num.*34. Molina *de iustit. tract.* 2. *disp.* 167. *vers. obseruanda* D. Barbosa *in l.* 1. *par.* 4. *num.*84. & 85. *ff. soluto matrim.* Sanch. *d. lib.*2.*cap.* 16. *à nu.* 25. & *n.* 27. *num.* 16. Rebello *de obligat. iustitiæ par.* 2. *lib.* 5. *quæst.*4.*n.*33. Farin. *in tract. de heresi quæst* 191.*n.*5. & 6. Cald. Pereira *in comment. ad l. vnicam Cod. ex delictis defunct. par.* 5.*num.* 10.

28 Amplia tertio, vt patre hæretico existente filiæ fœminæ ex eius bonis, nec etiam dotem consequi debent. vide Simanch. *de Catholicis institut.tit.*9.*num.*23. & 24. Peregrin. *d.lib.*5.*tit.*1. *num.*76. Surd. *de alimentis tit.* 1. *quæst.* 31. *nu.*16. Quemada *quæst.*24. Quantera *d. cap.*1.*sub nu.*20. D. Barbos. *d. par.*4. *num.*83. & 85. Cald. Pereira *d. par.* 5.*n.* 10. Farin. *d.quæst.* 191. *num.* 8. Ignat. del Villar. *in sylua respons. lib.*1.*resp.*12. *num.* 11. & 54. Rebello. *d. quæst.* 4. *nu.*32. vbi resoluit fiscum non teneri filiabus hæretici dotes præstare, sed potius dotes ab hæretico post lapsum in hæresim datas repeti per fiscum, etiamsi filiæ dotandæ natæ sint ante commissum hæresis crimen, quod etiam resoluunt post multos à se relatos Sanch. *in precepta decalogi lib.*2.*cap.*16.*n.*25. & Ricciul. *d.lib.* 5.*cap.*40.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Expressum specialiter plus roboris habet, quam quod generaliter.*
3 *Aduocati infames fiunt, si præstent auxilium, consilium &c. hereticis, & eorum fautoribus &c.*
4 *Aduocati non in causa heresis, sed in alia causa criminali pro heretico aduocans, an huius tex. pœnam incurrant, ostenditur.*
5 *Aduocati, & procuratores dari debent quando dubitatur an sit aliquis hereticus, & an id, de quo inquiritur, sit heresis.*
6 *Bona defensorum, & fautorum hereticorum, ac credentium &c. ipso iure confiscantur.*

Cap. Si aduersus. XI.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collectar. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Host. Henr. Butr. Anch. Panor. Felin Mar. Socin. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p* 1. *&* 2. Viu. *in rationali lib.5. Iuris Pontificij pag.* 75. Alagona *in cõpendio Iuris Canonici pag.*646. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 4. *cap.* 2.

2 *Quia plus, &c.* Notatur ad hoc, quod plus roboris habet, quod specialiter est expressum, quam quod generaliter, vt per Tiraq. *de Iure mariti glos.* 7. *num.* 124.

3 *Vobis aduocatis, &c.* Notatur ad hoc, quod aduocati infames fiunt, si præstent auxilium, consilium, fauorem, & patrocinium, non solum hæreticis, sed etiam eorum fautoribus, defensoribus, & credentibus, fiuntque inhabiles ad officiũ exercendum, vt notant omnes in præsenti teste Sanctarel. *in tract. de hæresi cap.*11.*num.*21.*in fine.* Item excommunicati sunt in Constitut. Martini V. quam refert Penia *inter litteras Apost.* & docent Carrer. *tract. de hæreticis, nu.*114. Decian. *in tract. crimin. lib.*5. *cap.* 20. Vgol. *in Bulla Cœnæ, verbo fautores, in clausula* 1. *in princip. n.* 6. vbi ait esse excommunicatos in Bulla Cœnæ, quod etiã
4 dicit Iacob. de Graff. *in decis. aureis lib.*4. *cap.*18. *num.* 39. Vtrum autem aduocati huiusmodi prædictas pœnas incurrant, si patrocinium præstent pro hæreticis, eorumque credentibus, &c. non in causa hæresis, sed in alijs delictis, & causis? affirmatiuè respondent Host. *nu.*1. *&* 2. Zabarel. *nu.* 3. *&* Henric. *nu.* 6. *in præsenti*, Carrer. *de hæreticis nu.* 119. Angelus *in summa verbo hæreticus nu.* 20. Alij verò dicunt non esse defensorem hæreticorũ itaut propterea incurratur excommunicatio Bullæ Cœnæ, eum, qui defendit hæreticum, non in causa hæresis, sed in alia causa criminali, ità Syluestr. *verbo hæreticus* 1. *n.*10. Tolet. *lib.*1. *cap.*19. *n.*7. quos refert, & sequitur Sanctarel. *d. cap.* 11. *nu.*23.

5 Intellige tamen principalem conclusionem procedere, quando constat inquisitum esse hæreticum, nam quando dubitatur, an sit hæreticus, seu an id, de quo inquiritur, sit hæresis, debent dari aduocati, & procuratores, possuntq; illi absque aliquo pœnæ incursu talem de hæresi delatum, seù accusatum excusando defendere, Clar. *in* §. *hæresis nu.* 17. Simanch. *de Catholicis tit.*12. *nu.*4. Afflict. *in constitut. Regni de hæreticis rubr.*1. *nu.*94. Peniã *in* 3. *par. direct. Inquisit. comment.* 36. *nu.*139. bene Prax. Episcop. *par.*1. *verbo hæretici* §. 15. Sanctarel. *d. cap.* 11. *nn.*24.

6 In glos. [Auxilium] ibi (*cum non solum bona debeant confiscari, &c.*) Notatur ad hoc, quod bona defensorum, & fautorum hæreticorum, ac credentium, & receptatorum ipso iure confiscantur, vt per Host. hic *n.*1. Decian. *in tract. crimin. lib.*5. *cap.*51. *nu.*79. Sanctarel. *d. cap.*11. *n.*28. *in medio.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Conuenticula occulta faciens habet præsumptionem contra se.*
3 *Prædicationis officium laici assumere non debent.*
4 *Prædicandi officium, an requirat Ordinem sacerdotalem, an vero sufficiat aliquis ex sacris, vel minoribus, ostenditur.*
5 *Episcopus habet fundatam intentionem, vt ad eum spectet collatio beneficiorum in sua diœcesi existentium.*

Cap. Cum ex iniuncto. XII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. And. Anania, Hostien. Henric. Butr. Anch. Panorm. Felin. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. *&* 2. Viuian. *in ration. lib.* 5. *Iuris Pontif pag.*76. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 646. extat integra *lib.* 2. *registr.* Innoc. III. & refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 4. *cap.* 3.

2 *Occulta conuenticula.* Vnde contra eos præsumitur Tiraq. *de retract. tit.*2. *in præfat. nu.*13. *&* 14. *& de pœnis temp. cap.*11. *num.*11. *cum seqq.*

3 *Officium prædicationis Christi sibi vsurpant.* Ergo laici prædicatoris officium assumere non possunt; verum, qui
4 sacerdotio, aut alijs duobus sacris Ordinibus insignitus non esset assumi, vt prædicet, necne posit dubitatum fuit; & Nauar. *cons.* 2. *de tempor. ordin. in antiq.* alias *cons.*7. *sub tit. de officio Ordinarij in nouis*, tuetur affirmatiuam partem, respondens tex. dicenti, ne aliquis præter sacerdotes Domini audeat prædicare *in cap. adijcimus*, 16. *quæst.* 1. vt procedat in eo, qui propria, & ordinaria auctoritate prædicare præsumit, qualem quidem auctoritatem habent curati. Mihi tamen non exilis de hac Nauarri sententia videtur dubitatio, si veritate fulcitur, quod tradit Henriq. *in summa lib.*7. *cap.*28. §. 8. *in tex. & comment.* quod Paul. III. Societati Iesu indulserit, vt ipsius regulares valeant prædicare licet sacris initiati non sint, nisi enim Ius contradiceret, in cassum particulari priuilegio Paul. III. Iesuitis concessisset.

5 *Tam institutio, etc.* Notatur ad hoc, quod Episcopus habet fundatam intentionem, vt ad eum spectet collatio beneficiorum existentiũ in sua diœcesi, vt per Ioseph. Ludouic. *tom.* 3. *comm. opin. tit. de beneficiorum collatione concl. vnic. in princip.* Flamin. *de resign. lib.*7. *quæst.*14. *nu.*2. *cum seq.* Cald. Pereira *de potestate eligendi cap.* 6. *num.*14.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuutur super hunc tex. scribentes.*

2 *Hæreticus purè mentalis non incurrit pęnas in hoc tex. comminatas.*

3 *Index secularis in causa hæresis est merus executor.*

4 *Hæretici qualiter per publicas, & supremas potestates sint puniendi, remissiuè.*

5 *Inquisitores, & alij Iudices Ecclesiastici tradentes reum seculari nullam incurrant irregularitatem, etiamsi reus mortis pœna afficiatur.*

6 *Clericus hæreticus prius degradatur, & iudici seculari postea traditur animaduersione debita puniendus.*

7 *Bona clerici hæretici, quæ ex Ecclesia, vel eius respectu acquisiuit eidem Ecclesiæ restituenda sunt.*

8 *Patrimonialia bona confiscata propter crimen hæresis sunt applicanda fisco Ecclesiæ Episcop.*

9 *Inuentus ille dicitur in delicto, contra quem maleficium probatur.*

10 *Hæreticus ipso iure est censendus ille, qui propter causam ad fidem spectantem est excommunicatus, & per annum in tali excommunicatione permansit.*

11 *Excommunicatus ex alio delicto propter hæresim, & per annum in excommunicatione permanens non est habendus, nec condemnandus tanquam hæreticus, sed tanquam suspectus de hæresi.*

12 *Inquisitores contra hæreticam prauitatem possunt procedere, & inquirere contra persistentem in excommunicatione per annum.*

13 *Insordescens in excommunicatione ad effectum, vt suspectus habeatur de hæresi, quæ requirantur ostenditur, & nu. 14.*

15 *Annus, quo quis ob peccatum hæresis permansit in excommunicatione debet esse continuatus.*

16 *Verba ex tunc veluti hæretici, &c. sunt latæ sententiæ.*

17 *Filij hæreticorum, quorum statuæ combustæ fuerunt an incidant in pęnas, acsi parentes vere ob hæresim combusti essent, ostenditur.*

18 *Iudex, qui negligit facere iustitiam excommunicatur.*

19 *Iudex ex negligentia malè iudicans facit litem suam.*

20 *Credentes hæreticorum qui dicantur, ostenditur.*

21 *Credentes hæreticorum excommunicantur, incurruntq; pęnas in Iure statutas contra hæreticos, & in excommunicatione per annū permanentes ipso iure sunt infames, & priuandi omni officio, & beneficio Ecclesiast.*

22 *Receptatores hæreticorum, qui dicantur, remissiuè.*

23 *Fautores hæreticorum, qui dicantur, ostenditur.*

24 *Hæretici, eorumq; fautores sunt infames.*

25 *Hæretici publica officia obire non possunt.*

26 *Hæretici non possunt creari defensores Ciuitatum, nec vocari ad consilia, nec esse milites, aut aduocati.*

27 *Hæretici, eorumq; fautores, defensores, &c. repelluntur à testimonio.*

28 *Hæreticus testari non potest.*

29 *Testamentum hæretici, & quælibet alia dispositio, etiam ad pias causas, est nulla.*

30 *Testari non potest hæreticus, siuè post, siuè ante sententiam declaratoriam criminis, etiam inter liberos orthodoxos.*

31 *Hæreticus cuiuscumq; successionis est incapax, siuè successio illi deferatur iure communi, siuè militari, aut fideicommissi, vel per viam contractus inter viuos, & nu. 32.*

33 *Hæreticus reconciliatus nanciscitur vtramq; testamenti factionem.*

34 *Alimentorum legati capax est hęreticus, quamuis cæterorum relictorum sit incapax.*

35 *Hæretici non possunt esse Iudices, & processus coram eis agitati, ac sententiæ per ipsos latæ sunt ipso iure nullæ.*

36 *Sententia lata ab excommunicato est nulla.*

37 *Instrumenta per notarium hæreticum confecta nullius sunt momenti.*

38 *Delicta nonnunquam dignitate augentur.*

39 *Sepultura Ecclesiast. priuantur hæretici.*

40 *Prædicandi officium nullus potest sibi assumere sine superioris licentia.*

41 *Episcopus volens prædicare in aliena diœcesi tenetur obtinere licentiam ab Episcopo illius diœcesis.*

42 *Secularis, vel regularis clericus prædicare volens qualiter teneatur ab Episcopo licentiam obtinere, ostenditur.*

43 *Regulares in Ecclesijs suorum ordinum prædicantes non obtenta Episcopi licentia, non ab eo, sed à suis superioribus puniri debent.*

44 *Episcopus non potest excommunicare regulares prædicantes sine eius licentia.*

45 *Hæresis crimine proceditur per inquisitionem nulla præcedente infamia, aut diffamatione.*

46 *Testes duo fide digni & omni exceptione maiores sufficiunt ad conuincendum hæreticum.*

j. Cap. Excõmunicamus. XIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. And. Anania, Hostien. Henric. Butr. Anch. Panorm. Felin. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordan. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 77. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 646. desumitur ex Concil. generali Lateranen. sub Innocen. III. *cap.* 3. & refertur ab Anton. August. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 4. *cap.* 2.

2 Excommunicatio comminata in hoc text. & in prima clausula Bullæ in Cœna Domini contra quoscunque Hæreticos, Apostatas, & Schismaticos non comprehendit hæreticum purè mentalem, seù per se occultum, qui mente solum est hæreticus, nec vllis signis hæresim internam manifestauit, ac proinde alias pœnas contra hæreticos impositas non incurrit. ità plures, quos refert Cened. *ad Decretal. collect.* 103. *nu.* 2. quibus adde Azor. *instit. moral. par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 10. & *lib.* 8. *cap.* 10. *q.* 3. *cum tribus seqq.* & *cap.* 19. *q.* 4. Vasquez *p.* 2. *disp.* 160. *nu.* 20.

nu. 20. Ludouic. Carbon. de legibus lib. 8. disp. 14. Salas eodem tract. disp. 9. sect. 1. Valent. 2. 2. disput. 7. q. 5. punct. 7. & q. 11. punct. 3. Becan. de Fide cap. 15. quæst. 1. num. 2. Turrian. eod. tract. disp. 56. dub. 2. Sayr. de censur. lib. 3. cap. 4. nu. 20. Auila eodem tract. par. 1. dub. 10. concl. 1. & p. 7. disp 2. dub. 1. Soar. tom. 5. disp. 21. sect. 2. nu. 1. & disp. 4. sect. 2. nu. 1. & in tract. de legibus lib. 3. cap. 13. & lib. 4. cap. 12. & in tract. de Fide disp. 21. sect. 2. nu. 4. Valer. Reginald. in praxi fori pœniten. lib. 17. q. 5. nu. 58. Nicol. Garcia de beneficijs par. 11. cap. 10. nu. 91. Sanch. in præcepta Decal. lib. 2. cap. 8. num. 2. & 3. Anton. Ricciul. in tract. de Iure person. lib. 5. cap. 10. n. 13 Farinac. de hæresi q. 192. nu. 6. Sanctarel. eodem tract. cap. 3. nu. 5. vbi num. 6. citat, & reprobat plures contrarium tenentes, videlicet hæreticos mentales, seù per se occultos esse excommunicatos, & Ecclesiam habere iurisdictionem in actus purè internos posseq; illos punire per excommunicationem, ex quorum numero sunt multi Iurisperiti, videlicet Tiraquel. in l. si vnquam verbo reuertatur nu. 240. Cenal. q. 698. Azeued. l. 1. nu. 151. & seq. tit. 3. lib. 8. nouæ recopil. Spin. in speculo testamen. glos. 7. à num. 13. Menoch. de arbitr. casu 360. nu. 6. & 7. & alij plures ab ipsis relati.

§. *Damnati.*

3 *Secularibus potestatibus, etc.* Nota, quod iudex secularis in causa hæresis merus executor est, nec de processu, nec de sententia, aut mandato Inquisitoris, nec de crimine hæresis, propter quod ei remittitur puniendus, cognoscere potest, etiamsi mortis pœna imponenda sit, de quo plures DD. refert Cened. ad Decretal. collect. 55. num. 2. quibus adde Soar. de Pace in pract. tom. 2. prælud. 2. num. 30. Curia Philip. par. 3. §. 5. num. 19. Ludouic. Miranda de ordine iudiciario q. 1. art. 5. concl. 5. Mendes à Castro in praxi Lusitana lib. 2. cap. 1. nu. 16. Farinac. in tract. de hæresi q. 186. nu. 162.

4 *Animaduersione debita puniendi.* Qualiter autem hæretici per publicas, & supremas potestates sint puniendi, & an pœna mortis afficiendi dicam ad glos. verbo puniendi in cap. excommunicamus 15. infra hoc tit.

5 Hinc nota Inquisitores, & alios iudices Ecclesiasticos tradentes reum Iudici seculari nullam incurrere irregularitatem, quamuis reus pœna mortis afficiatur, vt docent Maiol. de irregul. lib. 5. cap. 48. §. 2. num. 9. Couar. in clement. si furiosus par. 2. §. 5. num. 6. Penia ad direct. Inquisit. par. 2. comment. 20. Perez. l. 3. vers. sed dubium occurrit, tit. 4. lib. 8. Ordin. Azeued. ad Curiam Pisanam lib. 2. cap. 21. n. 1. Auila de censur. par. 7. disput. 5. sect. 2. dub. 2. Prax. episcop. par. 1. verbo hæretici §. 12. Sanctarel. in tract. de hæresi cap. 26. num. 7. vbi nu. 8. cum Penia, Auila Henriq. tenet Inquisitores nullam irregularitatem incurrere, etiamsi non præmittant protestationem, & instet pro sententiæ executione, si iudex secularis illam differat.

6 *Prius à suis Ordinibus degradatis.* Notatur ad hoc, quod clericus hæreticus prius degradatur, & iudici seculari postea traditur animaduersione debita puniendus, vt per Cened. d. collect. 55. nu. 5. & plures citatos à Sanctarel. d. tract. de hæresi cap. 26. nu. 1. vbi nu. 2. ait clericos in minoribus Ordinibus constitutos degradari tantum verbaliter, & non realiter, antequam morti tradantur, & nu. 6. quod clericus absens verbaliter degradatur, & per sententiam relinquitur Curiæ seculari in tantum, quod sine alia actuali degradatione, etiam pœna mortis à iudice laico puniri poterit, addens ex alijs melius esse, vt prius degradetur actualiter.

7 *Applicetur Ecclesijs.* Notatur ad hoc, quod bona clerici hæretici, quæ ex Ecclesia, vel eius respectu acquisiuit, eidem Ecclesiæ restituenda sunt, de quo multos refert DD. Cened. d. collect. 55. nu. 6. quibus adde Peregrinum de iure fisci lib. 5. tit. 1. nu. 97. in fine, Vasquez 1. 2. quæst. 96. art. 5. disp. 169. cap. 2. nu. 19. vers. 9. Azor. institut. moral. par. 1. lib. 5. cap. 12. quæst. 14. Cald. Pereira in commentarijs ad l. vnic. C. ex delict. defunct. par. 5. num. 7. Sanch in præcep. Decal. lib. 2. cap. 20. n. 24. latè Sanctarel. d. tract. de hæresi cap. 23. num. 2. vbi aduertit, quod quando clericus à pluribus Ecclesijs stipendia accepit, eius bona confiscata pertinent ad omnes illas Ecclesias iuxta proportionem stipendij accepti.

8 Amplia, vt bona patrimonialia confiscata clericorum applicanda sint fisco Ecclesiæ Episcop. vt per Zabarel. in clementina 2. de hæreticis §. Inquisitoribus num. 3. & ibi Imola num. 8. Bernar. in pract. cap. 124. num. 4. Peregr. de iure fisci lib. 4. tit. 5. nu. 31. Bursat. cons. 43. nu. 37. & 38. lib. 1. Syluest. verbo hæreticus 1. nu. 13. Farinac. de hæresi q. 190. §. 11. nu. 154. cum seqq. Sanctarel. d. cap. 23. quamuis alij velint esse applicanda fisco seculari, vt per Cened. d. collect. 55. nu. 6. Azeued. l. 1. num. 200. tit. 3. lib. 8. nouæ recopil. Couar. lib. 2. variar. cap. 9. nu. 12. qui referunt in Regno Castellæ bona clericorum applicari fisco seculari, idem etiam affirmat Salzed. ad Bernard. d. cap. 114. lit. F, dicens talem esse consuetudinem in Hispania, & Gallia, quod de Gallia receptum esse affirmat Guillelm. Benedict. in cap. Raynuntius verbo, & vxorem n. 242. cum seqq. de testam.

§. *Qui autem.*

9 *Inuenti fuerint, etc.* Nota, quod ille dicitur inuentus in delicto, contra quem maleficium probatur, vt per Palat. in repetit. cap. per vestras de donat.

donat. inter virum, notabil. 3. §. 21. *num.* 14.

10 *Quodsi per annum in excommunicatione, etc.* Notatur ad hoc, quod ille, qui propter causam ad fidem spectantem est excommunicatus, & per annum in tali excommunicatione permansit, vt hæreticus debet haberi, vt per Vgol. *de censur. tab.* 1. *cap.* 14. §. 3. *num.* 2. Direct. Inquisit. *par.* 3. *quæst.* 124. vbi Penia *commen.* 49. §. *quodsi is*. Menoch. *de arbitr. casu* 416. *num.* 6. Clar. *in* §. *hæresis num.* 21. *vers. hæc autem conclusio*, Couar. *in cap. alma mater. par.* 1. §. 7. *num.* 11. Simanch *de catholicis tit.* 2. *nu.* 9. & *tit.* 24. *num.* 2. Rojas *sing.* 60. *n.* 3. Scaccia *lib.* 1. *de indicijs causarum cap.* 98. *nu.* 36. Salzed. ad Bernard. *cap.* 116. *num.* 12. Sayr. *de censur. lib.* 2. *c.* 10. *n* 11. Cened. *pract. lib.* 1. *quæst.* 15. Sanctarel. *in tract. de hæresi cap.* 4. *num.* 1. Ratio est, quia quando excommunicatio est lata pro crimine inferente priuationem ipso iure persistens in excommunicatione per annum, iuris præsumptione videtur fateri crimen, ob quod excommunicatur, *cap. rursus* 11. *quæst.* 3. cum similibus citatis à Ricciul. *in tract. de iure person. lib.* 4. *cap.* 7. *nu.* 4. Extende huiusmodi excommunicatum propter crimen hæresis, & per annum in excommunicatione permanentem ipso iure, absque alia sententia condemnatoria esse habendum, vt hæreticum, vt per Host. *hic num.* 7. & 8. Ioan. Andr. *nu.* 4. Panor. *nu.* 11. Socin. *nu.* 14. Anch. *nu.* 4. & 5. Anania *nu.* 6. & Butr. *num.* 17. Requiritur tamen sententia declaratoria, vt per Scaccia *d. cap.* 98. *num.* 10. Sanctarel. *d. cap.* 4. *n.* 2. aduertens cum Zanch. Tabien. Penja, & alijs, quod ad hoc, vt tanquam hæreticus condemnetur, debet citari ad se purgandum de suspicione, quod sit hæreticus, quia nempè per annum insorduit in excommunicatione, & scribit Menoch. *d. casu* 416. *num.* 69. iudicem antequam condemnet prædictum tanquam hæreticum, debere illum citare ad comparendum, & allegandam causam, quare non debeat declarari excommunicatus, nam qui per annum permansit in excommunicatione, non potest declarari tanquam suspectus de hæresi, si probet se fuisse legitimè impeditum, & ita non potuisse se præsentare, Salzed. *ad Bernard. d. cap* 116. *nu.* 12. idem dicendum si infra annum petijt absolui Nauar. *cons.* 7. *num.* 7. *sub hoc tit.*

11 Qui verò ex alio delicto præter hæresim fuit excommunicatus, & in excommunicatione illa permansit per annum, non est habendus, nec condemnandus, tanquam hæreticus, sed solum, vt suspectus de hæresi, vt patet ex Conc. Trid. *sess.* 25. *de reformat. cap.* 3. ita docent Abb. hic *nu.* 7. Locat. *in indic. inquisit. verbo excommunicati nu.* 2. Grillan. *de hæreticis, quæst.* 8. *num.* 4. Couar. *in cap. alma mater par.* 1. §. 7. *a nu.* 10. Duen. *à reg.* 153. *vers. quarto amplia*, Rebuf. *in repetit. cap. postulastis de clerico excommu. ministr. à nu.* 108. & *in praxi tit. declaratio nouæ prouis. in verb. seq; absoluentes, n.* 10. Marant. *de ordine iudic. par.* 6. *cap. de contumac. n.* 35. direct. Inquisit. *par.* 2. *quæst.* 47. *nu.* 6. & 7. Lælius Zech. *in summa par.* 1. *tit. de Fide rubr. de hæreticis cap.* 15. *num.* 13. Maiol. *de irregul. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 12. Marc. Anton. Genuen. *in praxi Archiepiscop. Neapolitana cap.* 84. *nu.* 8 Fuscus de visit. *lib.* 1. *cap.* 29. *nu.* 2. Perez *l.* 1. *vers. & excommunicatus persistens tit.* 5. & *l.* 9. *in glos. verbo stuuiere tit.* 19. *lib.* 8. *Ordin.* Hamad. *l.* 32. *glos.* 2. *à princip. tit.* 19. *partit.* 1. Iacob. de Graf. *in decis. aureis lib.* 2. *cap.* 76. *num.* 8. Salzed. *ad Bernard. in pract. cap.* 118. *num.* 4. *cum seqq. in nouiss. impres.* Azcued. *l.* 14. *nu.* 14. *tit.* 1. *lib.* 4. *nouæ recopil.* & *l.* 1. *nu.* 213. *tit.* 5. *lib.* 8. Fr.

12 Emanuel *quæst. regul. tom.* 2. *quæst.* 103. *art.* 3. Hic enim censetur male sentire de Fide, & de potestate Ecclesiæ, ac propterea Inquisitores possunt procedere contra eum, & inquirere quid de Fide, & potestate Ecclesiæ sentiat, vt ex Simanch. Couar. Gutier. & alijs comprobat Sanctarel. *in tract. de hæresi cap.* 4. *n.* 4. *in fine*, & ideo necesse est, quod in casu, in quo agitur contra excommunicatum, tanquam contra suspectum de hæresi, fiat processus ab Inquisitoribus super hæretica prauitate deputatis ex constitut. Pij V. de qua meminerunt Seraphin. *decis.* 1285. *nu.* 3. & 4. Anton. Ricciul. *in tract. de Iure person. lib.* 4. *cap.* 8. *nu.* 13.

13 Multa autem requiruntur, vt quis dicatur insordescens in excommunicatione ad effectum vt suspectus habeatur de hæresi, priueturq; beneficijs, quorum duo principaliora sunt. Primũ est, quod perseuerantia sit cum animi pertinacia, quæ includat contemptum Clauium, vt censuit Rota *in Oscen. Archidiaconatus* 16. *Maij* 1603. coram Illustrissimo Card. Lancel. apud Farinac. *tom.* 2. *cons. decis.* 196. *nu.* 5. & iterum *in ead.* 24. *Maij* 1607. coram R. P. D. Pamphilio apud Farinac. *decis.* 132. *num.* 7. *par.* 1. *recent.* Et ideò ad effectum docendi de insordescentia, est opus docere imprimis excommunicatum habuisse notitiam excommunicationis, alias sine notitia non potest dari contumacia, & consequenter contemptus. Rota *in d. Oscen. Archidiac.* 11. *Iunij* 1602. coram Illustrissimo Lancel. apud Farinac. *d. tom.* 2. *cons. decis.* 181. *num.* 2. Sic etiam is, qui intra annum institit pro absolutione non potest dici, quod perseuerauit in excommunicatione per annum. ita Rebuff. *in d. cap. postulastis nu.* 256. Anton. Ricciul. *d. lib.* 4. *cap.* 8. *nu.* 5. Sanctarel. *d. cap.* 4. *nu.* 3. *in princip.* vnde Rota *in d. Oscen. Archidiacon.* 16. *May* 1603. censuit non posse dici perseuerasse in excommunicatione eum qui petijt absolutionem, & obtinuit, & obtinuit supplicationem signari, quamuis deinde eam non expedierit, etiam ex simplici mutatione voluntatis, & quamuis post petitam absolutionem excommunicatus fecerit alios actus illicitos, & damnosos, quia isti operantur, vt de nouo dicatur excommunicatus, non autem, quod tollatur actus præcedens petitæ absolutionis. Sic etiam non potest dici perseuerasse in excommunicatione, & consequenter insordescentium contraxisse eum,

qui

qui fecit diligentias pro obtinẽda absolutione, & obtinere non potuit, vel aliquo impedimento impeditus non potuit comparere. Ricciul. *dict, cap.* 8. *num.* 9. *&* 10. Sanctarel. *dict. cap.* 4. *num.* 3. *&* 4.

14 Secundum est, quod post annum, seù aliud tempus præfixum ad insordescentiam, moneatur prius, vt resipiscat, vt tenet Marc. Anton. Genuen. *in practabilibus Ecclesiast. q.* 712. illud in præsentiarum aduertendum duxi persistenti per annum in excommunicatione non prodesse absolutionem, quæ datur à Papa in impetrationibus gratiarũ, & collationibus beneficiorum ad effectum gratiæ cõsequendæ: ita Rolan. *cons.* 46. *nu.* 37. *vol.* 1. Nauar. *in manuali cap.* 27. *nu.* 22. *& in cap. ita quorundam, de Iudæis notab.* 11. *n.* 15. Rebuff. *d. tit. forma noua prouisionis, verbo neque absoluentes nu.* 10. Henriq. *lib.* 13. *cap.* 13. § 3. *& in commento lit. F,* Sayr. *de censur. lib.* 2. *cap.* 5. *nu.* 6. *&* 12. Auila *eod. tract. par.* 2. *cap.* 6. *disp.* 5. *dub.* 2. *concl.* 4. Nicol. Garcia *de benef. par.* 7. *cap.* 13. *num.* 61. & patet *ex reg.* 65. *de insordescentibus*, nisi Papa sciret hunc insorduisse per annum in excommunicatione, ita ex Auila adducit Sanctarel. *d. cap.* 4. *nu.* 7. *in fine.*

15 *Per annum.* Significat annum debere esse continuatum, & ideò annum, quo quis ob peccatum hæresis permansit in excommunicatione debere esse continuatum resoluunt Archid. *in cap. cum contumacia, hoc tit. lib.* 6. *num.* 6. & ibi Franch. *num.* 2. *ac Gemin. nu.* 9. Seraphin. *decis.* 1285. *nu.* 4. *cum seqq.* vbi ait sic declarasse Sacram Congregationem Concil. & sic non sufficere si quis steterit per sex menses in excommunicatione, & deinde obtẽta absolutione cum reincidentia post absolutionem steterit per alios sex, tenent Rebuf. *in d. cap. postulastis nu.* 252. Nauar. *sub hoc tit. cons.* 7. *nu.* 3. Rota apud Farin. *tom.* 2. *consiliorum decis.* 196. *nu.* 5. Ricciul. *d. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 1. & sic totum annum debere esse elapsum asserũt Couar. *in cap. alma mater par.* 1. §. 7. *nu.* 11. Vgolin. *de censur. tab.* 1. *cap.* 14. §. 3. *nu.* 2. Penia *in direct. Inquisit. par.* 3. *comment.* 49. §. *quod si is*, quos refert Sanctarel. *d. cap.* 4. *nu.* 6. *in fine.*

16 *Ex tunc velut hæretici, &c.* Hæc verba esse latæ sententiæ asserit Tiraqu. *in l. si vnquam verbo reuertatur num.* 112.

17 In glos. [Condemnentur.] Notatur ad hoc, quod quando parentum statuæ comburuntur, eo quod vocati legitimè per edicta ab Inquisit. non comparent, vt se tueantur ab hæresi, de qua delati sunt, eorum filij pœnas, acsi verè parentes ob hæresim combusti essent, non incurrunt, vt per Simanch. *de catholicis institut. tit.* 2. *nu.* 20. *&* 21. *& tit.* 14. *in fine.* Penia *in direct. Inquisit. par.* 3. *commen.* 49. *col.* 3. *vers. adueniente autem*, Flamin. Carth. *in tract. de execut. sententiæ contumacialis cap.* 1. *num.* 278. Scaccia *de iudic. lib.* 1. *cap.* 28. *num.* 25. & in crimine læsæ Maiestatis post multos, quos citat, idem resoluit Centolin. *in addition. ad Farinac. decis.* 62. *lit. B, in limit.* 3. *par.* 1. contrariam tamen sententiam, immo omnes incurri à filijs damnato sic parente ob contumaciam defendũt idem Penia *d. p.* 3. *comment.* 164. *col.* 3. *vers. at in casu nostro*, Molin. *de instit. tract.* 2. *tom.* 3. *disp.* 658. *nu.* 19. Decian. *in tract. crimin. lib.* 7. *cap.* 41. *num.* 31. Sanch. *in præcep. Decal. lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 19. Sanctarel. *de hæresi cap.* 34. *nu.* 19.

18 In glos. [Neglexerit.] ibi (*iudex, qui negligit facere iustitiam excommunicatur.*) vide Farinac. *in praxi crimin. par.* 3. *q.* 111. *nu.* 416.

19 In ead. glos. ibi (*& facit litem suam.*) Notatur ad hoc quod iudex ex negligentia malè iudicãs facit litem suam, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 341. *nu.* 1. *&* 8. Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 1. *q.* 39. *artic.* 1. Farinac. *d. q.* 111. *nu.* 398.

§. Credentes.

20 Credentes hæreticorum dicuntur, qui eorum erroribus contra Fidem assentiuntur, & implicite credunt, quod aliqui hæretici credunt, cum tamen nullum eorum errorem, aut hæresim in particulari credant, ità Nauar. *in man. cap.* 27. *num.* 55. Carrer. *de hæreticis num.* 175. Simanch. *de catholicis tit.* 15. *num.* 2. Tolet. *lib.* 1. *cap.* 19. *nu.* 5. Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 15. Iacob. de Graf. *in decis. aureis par.* 1. *lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 30. Vgol. *de censur. Papæ reseruatis par.* 2. *c.* 1. *verbo ac eorum credentes* Penia *in direct. Inquisit. par.* 2. *commen.* 75. Sayr. *de censur. lib.* 3. *cap.* 5. *nu.* 1. Azor. *instit. moral. par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 15. *quæst.* 1. Soar. *de censur. disp.* 21. *sect.* 2. *num.* 6. *& in tract. de Fide disp.* 24. *sect.* 1. *num.* 1. *cum seqq.* Sanch. *in præcep. Decal. lib.* 2. *cap.* 10. *à nu.* 1. Anton. de Sousa *in relect. de censur. Bullæ Cœnæ cap.* 2. *disp.* 8. Sanctarel. *de hæresi cap.* 11. *num.* 29. *cum seqq.* Item & censentur credentes hæreticorum, qui illorum sermonibus, ac concionibus frequenter intersunt, vt per Ananiam hic *nu.* 12. Azor. Graf. Penia, & Sanctarel. locis proximè citatis.

21 Huiusmodi credentes excommunicantur in præsenti, & in Bullis Martini V. & Pauli IV. apud Peniam *inter litteras Apost.* & in bulla Cœnæ Domini, vt refert Sanctarel. *d. cap.* 11. *nu.* 29. *in fine.* sunt enim hæretici, ad eosq; extenduntur pœnę, quæ in Iuribus Canonicis statutæ sunt contra hæreticos, vt per Henric. *nu.* 11. Ananiam *nu* 1. & 11. Panor. *num.* 12. & Socin. *nu.* 36. *in præsenti*, Syluest. *verbo hæresis* 1. *num.* 10. Itaut si in excommunicatione per annum permanserint, ipso iure sint infames, nec ad publica officia admittantur, vt probat tex. in præsenti, & notant hic Innoc. *nu.* 1. *in verbo credentes*, Host. *nu.* 19. Anch. *num.* 1. *&* 3. Grilan. *de hæreticis, quæst.* 9. *num.* 1. Locat. *in iudicio Inquisit. verbo credentes, num.* 1. *& verbo excommunicati, num.* 3. & sunt etiam priuandi omni officio, & beneficio Ecclesiastico, Director. Inquisitor. *par.* 2. *quæst.* 47. *num.* 2. *&* 3. Decian. *in tractat. crimin. lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 3. quos refert, & se-

& sequitur Sanctarel. *dict. cap.* 11. *num.* 32.

22 *Receptatores, defensores.* De receptatoribus, & defensoribus hæreticorum, qui dicantur, & quas pœnas incurrant, dixi *ad cap. sicut* 8. *supra hoc tit.*

23 *Et fautores hæreticorum.* Illi dicuntur qui quouis modo, vt hæretici sunt, opem præstant ne à iudicis ministris comprehendantur, aut comprehensi puniantur, aut quoquo modo illis fauent in sua hæresi tuenda, aut docenda, vel illos celant, & veritatem dissimulant, alijsq; modis; quos latè prosequuntur *direct. Inquisit. par.* 2. *quæst.* 53. vbi Penia *commen.* 78. Graff. *in decis. aurea, par.* 1. *lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 17. Vgol. *de censur. Papa reseruatis par.* 2. *cap.* 1. *verbo fautores,* Azor. *instit. moral. par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 15. *quæst.* 7. Sayr. *de censur. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 7. Sanch. *in præcep. Decal. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 11. cum seqq. Soar. *de Fide disp.* 24. *sect.* 1. *num.* 6. Anton. de Sousa *in relect. de censur. Bulla Cœnæ cap.* 2. *disp.* 11. Sanctarel. *de hæresi cap.* 11. *à princip.* vbi *num.* 20. refert hæreticorum fautores esse excommunicatos in Bulla Cœnæ, & quod si in excommunicatione per annum permanserint ipso Iure fiunt infames, & inhabiles ad publica officia, & adhoc citat tex. in præsenti.

24 *Ipso iure sit infamis.* Notatur adhoc, quod hæretici eorumq; fautores sunt infames, vt per Peniam *in direct. Inquisit. par.* 1. *commen.* 4. Grilan. *de hæreticis quæst.* 3. *num.* 2. Azor. *institut. moral. par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 13. *quæst.* 8. *vers. septima,* Soar. *de Fide disp.* 21. *sect.* 5. *num.* 3. Sanctarel. *in tract. de hæresi cap.* 25. *num.* 10. Quam quidem infamiā incurrunt eo ipso, quod inciderunt in hæresim, interueniente tamen sententia declaratoria criminis, non vero necessariò requiritur condemnatoria, vt tenent Azor. loco proximè citato, & Sanch. *in præcep. Decal. lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 1. Farinac. *de hæresi quæst.* 189. *num.* 56. Sanctarel. *eod. tract. cap.* 25. *num.* 10. *in medio*. Quamuis hæreticos esse ipso iure infames ante omnem iudicis sententiam teneant Rojas *sing.* 81. Penia *in direct. Inquisit. par.* 1. *commen.* 4. Peregr. *de iure fisci lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 172. *vers. notandum tamen* Azeued. *l.* 3. *num.* 31. *tit.* 3. *lib.* 8. *nouæ recopil.* Soar. *d. sect.* 5. *num.* 4.

25 *Nec ad publica officia, &c.* Nam cum hæretici infames sint, publica officia obire non possunt, vt per Socin. hic *nu.* 34. Rojas *sing.* 36. Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 43. *num.* 6. Farinac. *de hæresi, quæst.* 189. *num.* 44. Ricciul. *de iure person. lib.* 5. *cap.* 20. *num.* 6. Sanctarel. *d. cap.* 25. *num.* 11. Et ideo non possunt creari defensores
26 ciuitatem *l. iubemus, C. de Episcop. audien.* nec vocari ad consilia tex. in præsenti, *& authent. credentes, C. hoc tit.* referunt Ricciul. *d. cap.* 20. *num.* 7. & Sanctarel. *d. num.* 11. *vers. hæretici.* Nec item possunt esse milites, vt constat ex *l. quicunq;* §. *nullum. C. hoc tit.* & ex alijs adductis per Decian. *lib.* 6. *cap.* 43. *num.* 4. & Sanctarel. loco proximè citato. Nec possunt gradum doctoratus adipisci, aut aduocationis munere fungi, vt habetur in præsenti, *in dict. authentica credentes*, vt ex alijs docent Ricciul. *d. cap.* 20. *num.* 11. *&* 13. Sanctarel. *d. num.* 11. *vers. nec possunt*.

27 *Nec ad testimonium admittatur.* Notatur ad hoc, quod hæretici, eorumque fautores, defensores, receptatores, & credentes repelluntur à testimonio ferendo, vt per Menoch. *cons.* 149. *num.* 28. Rebuf. *de reprobat. test. num.* 226. Farinac. *in praxi crimin. quæst.* 56. *n.* 206. Sanctarel. *de hæresi cap.* 25. *num.* 11. *prope finem.*

28 *Sit etiam intestabilis.* Notatur ad hoc, quod hæreticus testari non potest, vt per Bursat. *consil.* 280. *num.* 1 Rojas *sing.* 61. *num.* 2. Spin. *in speculo testamentorum glos.* 11. *sub. num.* 42. Greg. *l.* 7. *verbo Catholicos, tit.* 7. *partit.* 6. *& l.* 2. *verbo de sus fyjos. tit.* 26. *partit.* 7. Simanch. *de Catholicis tit.* 9. *à num.* 3. Penia *in direct. Inquisit par.* 2. *commen.* 9. Sanch. *in præcep. Decal. lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 1. *cum seqq.* Anton. Ricciul. *de iure personarum cap.* 28. *à à princip.* Farinac. *de hæresi, quæst* 9. *num.* 89. Sanctarel. *eodem tract. cap.* 15. *nu.* 1. & speciale est in excommunicato propter hæresim, cum quilibet alius habeat vtranq; testamenti factionem ex Mench *Illustrium cap.* 102. *nu.* 5.

29. Amplia supra proximè adductam conclusionem, vt procedat etiamsi hæreticus testetur ad pias causas, nihilominus enim testamentum, & quælibet alia dispositio est nulla, Carrer. *de hæreticis, num.* 151. Locat. *in iudiciali Inquisit. verbo pœna num.* 9. *vers. decimoseptimo,* Farinac *d. quæst.* 9. *num.* 92. Ricciul. *d. cap.* 28 *n.* 5. Sanctarel. *d. cap.* 15. *num.* 1. *vers. nec potest.* Secundò amplia, vt procedat, siuè testetur testamento, siue codicillis siue quolibet alio genere voluntatis, Rojas *sing.* 185. *num.* 6. Ricciul. *d. cap.* 28. *num.* 4. Tertiò
30 amplia, vt neque possit testari inter liberos Orthodoxos *glos. verbo ipso iure, vers. sit puto in cap. cum secundum leges, de hæreticis lib.* 6. Simanch. *de catholicis tit.* 9. *num.* 4 Sanctarel. *d. num.* 1. *vers. nec potest, in fine*. Quarto amplia, vt procedat siue testamentum sit conditum post, siue ante sententiam declaratoriam criminis, quia ad istum effectū ea sequuta retrotrahitur ad diem patrati criminis, & testamentum habetur perinde, ac si fuisset conditum post sententiam, ità Penia *in dir. Inquisit. par.* 3. *commen.* 165. *vers. rursus,* Peregr. *de iure fisci lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 172. *vers. notandum tamen,* Ricciul. *d. cap.* 28. *num.* 9. quicquid contrarium, videlicet, quod ante declaratoriā sustineatur, sed ea sequuta reuocetur, teneant Decian. *tract. crimin. lib.* 7. *cap.* 40. *num.* 20. Tello *l.* 4. *Tauri num.* 34. Vasq. 1. 2. *quæst.* 96. *art.* 3. *disp.* 171. *cap.* 1. *num.* 11. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 95. *vers. sciendum est,* Sanch. *d. cap.* 24. *nu.* 3. Sanctarel. *d. cap.* 15. *num.* 2.

31 *Nec ad hæreditatis successionem accedat.* Notatur ad hoc, quod hæreticus cuiuscunque successionis est incapax, vt per Quemada *in quæst. fiscal. quæst.* 18. Simanch. *de Catholicis, tit.* 9. *num.* 124. Menoch. *cons.* 186. *num.* 14. Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 44. *num.* 17. Rojas *sing.* 79. Vasq. 1. 2. *disp.* 169. *cap.* 3. *num.* 32. Azor. *institut. moral. par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 8. *quæst.* 1. *&* *lib.* 8. *cap.* 12. *quæst.* 8. Farinac. *de hæresi quæst.* 179. *num.* 94. Quamuis hæreticum posse succedere, esseq; capacem hæreditatis ante sententiam criminis declaratoriam teneant Lessius *de iustitia lib.* 2. *cap.* 19. *dub.* 5. *num.* 51 Sanch. *d. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 34. Sanctarel. *d. tract. de hæresi cap.* 15. *num.* 3. respondentes ad text. in præsenti quod scilicet procedat, quando credentes, fautores, &c. fuerunt declarati excommunicati, & per annum permanentes in excommunicatione noluerunt satisfacere, quæ quidem responsio licet in terminis tex. procedere videatur, prior tamen opinio sicut est receptior, ita & verior, quare ad aliquas eius ampliationes, & limitationes deueniendum.

32 Amplia primò, vt procedat, siue successio illi deferatur iure communi, siue iure militari, siue iure fideicommissi, institutionis, aut legati particularis, vt post multos à se relatos resoluit Ricciul. *d. lib.* 5. *cap.* 27. *num.* 3. *&* 4. Secundò amplia, vt procedat etiamsi successio deferatur per viam contractus inter viuos, Azor. *d. lib.* 5. *cap.* 8. *quæst.* 1. *&* *lib.* 8. *cap.* 12. *quæst.* 8 Sanch. *d. cap.* 14. *num.* 36. Ricciul. *d. cap.* 27. *num.* 5. Tertiò amplia, vt procedat etiamsi successio, aut relictum deferatur vigore maioratus, seu primogenituræ, vt per Meres in tract. de maioratu *par.* 1. *quæst.* 1. *num.* 95. *cum seqq.* quem referunt, & sequuntur Sanch. *sub d. nu.* 32. *circa medium*, Ricciul. *d. cap.* 27. *num.* 6.

33 Limita ne procedat in hæretico reconciliato, is enim per reconciliationem nanscitur vtranque testamenti factionem, quæ sibi suffragatur, vt in futurum possit testari, & hæres institui, vt per Sanch. *d. cap.* 14. *num.* 40 Ricciul. *d. cap.* 27.

34 *num.* 17. Secundò limita ne procedat in legato alimentorum, cuius hæreticus est capax, quamuis cęterorum relictorum sit incapax, vt per Bos. *tit. de publicat. bonorum, num.* 72. Borgnin. *tract. de vsufructu n.* 238. Surd. *de alimen. tit.* 9. *quæst.* 33. *num.* 7. 8. *&* 9. Sanch. *d. lib.* 2. *cap.* 14. *nu.* 41. Molin. *tract.* 2. *disp.* 154. *col.* 2. *vers. de iure Ciuili* Sanctarel. *d. tract. de hæresi cap.* 15. *nu.* 7. Ricciul. *d. cap.* 27. *nu.* 19. quicquid contrarium velit Menoch *consil.* 185. *num.* 8.

35 *Eius sententia nullã obtineat firmitatem.* Notatur ad hoc, quod hæretici non possunt esse iudices, & ab eis, sententiæ latæ sunt nullæ ipso iure, vt per Ioan. Andr. *nu.* 15. Host. *num.* 19. Socin. *n.* 39. & alios in præsenti, Decian. *tract. crim. lib.* 5. *cap.* 43. *num.* 3. *&* *cap.* 51. *nu.* 79. Ricciul. *d. lib.* 5. *cap.* 10. *num.* 9. *vers. sicuti*, Sanctarel. *d. tract. de hæresi cap.* 25. *num.* 11. *in medio*. Et processus coram iudice hæretico agitatus est nullus ipso iure, Marant. *de ordine iudic. par.* 4. *distinct.* 16. *nu* 77. Rojas *sing.* 88. *num.* 3. Ricciul. & Sanctarel. locis proximè citatis. Et hinc notarunt aliqui sententiam latam ab excommunicato esse nullam, vt per

36 Marant. *par.* 6. *princip. num.* 99. Vantium *de nullit. tit. de nullit. ex defectu iurisdict. num.* 137.

37 *Si tabellio instrumenta, &c.* Notatur ad hoc, quod instrumenta per notarium hæreticum confecta nullius penitus momenti censentur, vt per Host. *num.* 19. Henric. *num.* 10. Abb. antiq. *num.* 2. Anch. *num.* 3. Ioan. Andr. *n.* 15. & Socin. *num.* 39. in præsenti, quos refert Sanctarel. *d. tract. de hæresi cap.* 25. *nu.* 11. *ante finem*, quod est intelligendum de instrumentis factis à tabellionibus, postquam in hæresim lapsi sunt, vt notant Rojas *sing.* 89. *num.* 2. Scacc. *de iudic. cap.* 98. *num.* 19. si verò ad Fidem redierint, poterint officium notarij exercere, vt ex Rimina. iuniori *cons.* 185. aduertit Sanctarel. loco proximè citato.

38 *Vt in quo maior est culpa, etc.* Notatur ad hoc, quod delicta nonnunquam dignitate augentur, vt per Tiraq. *de nobilit. cap.* 20. *num.* 116. *cum seq. &* *de pœnis temper. causa* 31. *num.* 17.

39 *Tradere sepultura.* Notatur ad hoc, quod hæretici priuantur Ecclesiastica sepultura, vt per Zabarel. hic *nu.* 6. Ananiam, *n.* 10. & Butr. *num.* 38. Syluest. *verbo sepultura num.* 9. Simanch. *de Catholicis tit.* 18. *nu.* 7. Grilan. *de hæreticis q.* 9. *nu.* 2. Rojas *sing.* 181. Castr. *de iusta hæreticorum punit. lib.* 2. *cap.* 18. *vers. at cum nullus*, Spin. *in speculo testamen. glos.* 1. *principali num.* 17. Penia *in direct. Inquisit. par.* 3. *schol.* 102. *vers. sed alterum*, Azor. *instit. moral. par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 13. *q.* 8. *vers. sexta.* Sanctarel. *de hæresi cap.* 28. *num.* 12. vbi in numeris seqq. agit de excommunicatione tex. *in cap.* 2. *hoc tit. lib.* 6.

§. Quia vero.

40 Probat hic §. sine superioris licentia nullum posse sibi officium prædicandi assumere, vt pluribus ad id auctoritatibus adductis probare nititur Ludou. Miranda *in manuali Prælatorum tom.* 1. *q.* 50. *art.* 1. *concl.* 1. Campanil. *in diuersor. Iuris Canon. rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 6. *cum seqq.* vbi *nu.* 7. refert idem esse in Episcopo volente

41 prædicare in aliena diœcesi, proindeq; teneri habere licentiam ab Episcopo illius diœcesis, præcipuè si contradiceret, quod etiam tenent Aloys. Ricci. *in decis. curia Archiep. decis.* 180. *p.* 2. & Steph. Gratian. *discept. foren. cap.* 393. *à nu.* 9. vbi *num.* 11. dicit priuilegium Episcoporum, vt per vniuersum mundum possint prædicare iuxta illud *Matthæi* 9. *&* *Marc. vlt.* intelligendum, nisi

nisi in alienis diœcesibus prohibeantur ab Episcopis illius loci, quasi potestas prædicandi sit intelligenda in proprio populo, non in alieno Fusc. *de visit. lib. 2. cap. 20. nu. 23. in fine*. Nam in Concil. Triden. *sess. 24. de reformat. cap. 4.* decisum est, vt nullus secularis, siuè regularis etiam in Ecclesijs suorum ordinum contradicente Episcopo prædicare præsumat, & ita virtute illius decreti poterit Episcopus interdicere regulari ne prædicet, etiam non reddita causa, vt decisum attestatur Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. par. 1. cap. 8. nu. 9.* quod quidem Conc. decretum de non prædicando contradicente Episcopo in Ecclesijs suorum Ordinum intelligendum est de illo tempore, & hora qua Episcopus prædicare voluerit, aut coram se facere solemniter prædicari, non verò alias, ne contradicere videatur alij decreto eiusdem Concil. *sess. 5. de reformat. cap. 2.* vbi ita habetur, Regulares vero cuiuscunque ordinis nisi à suis superioribus de vita, moribus, & scientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia etiam in Ecclesia suorum ordinum prædicare non possint, cum qua licentia personaliter se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere debeantur, antequam prædicare incipiãt. In Ecclesijs vero, quæ suorum ordinum non sunt vltra licentiam suorum superiorum etiam Episcopi licentiam habere teneantur, sine qua in ipsis Ecclesijs non suorum Ordinum nullo modo prædicare possint, &c. Et ideo censuit Sacra Cõgregatio Regulares in Ecclesijs suorum Ordinum prædicare volentes non teneri ab Episcopo licentiam obtinere, sed tantum à suis superioribus de moribus & scientia examinari, & approbari debere, ac ab eis habere licentiam, & cum ea se personaliter coram Episcopo præsentare, ab eoq; benedictionem petere, tametsi eã minime obtinuerint, prout referunt Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 3. q. 32. art. 5.* Valer. Reginal. *d. lib. 18. nu. 123.* Et licet Pius V. constitutione sua incipien. *Ad hoc nos Deus* de anno 1571. die vero 23. Septembris regularibus concesserit, vt irrequisito, & contradicente Episcopo prædicare possint, in multisq; alijs cõtra Cõc. Trid. decreta tam illa constitutione, quam alijs cum ipsis regularibus dispensauerit, pariterq; inter eos tam mendicantes, quàm non mendicantes eadem priuilegia, & declarationes communicauerit; illa tamen omnia per Gregor. XIII. reuocata, & ad terminos Iuris, & Concil. Triden. reducta fuerunt constitutione ipsius Gregor. incipien. *In tanta rerum*, publicata Romæ Kalend. Martij anni 1572. qui quidem Greg. licet postmodum priuilegia Mendicantium confirmauerit cum clausula, nullis contrarijs etiam suis obstantibus, in ipsis tamen confirmationis litteris apposita est alia clausula, in quantum decretis Concil. Trident. non sunt contraria, ita quod nec posteriores reconfirmationes reualident. d. decreta Pij V. in quantum aduersantur Concil. Trident. quam clausulam etiam alij Pontifices in similibus suis confirmationibus semper apponi voluerunt, vt ex ipsarum confirmationum tenore recognoscere licet.

43 Regulares autem, qui in Ecclesia sui Ordinis prædicare auderent, non obtenta licentia Episcopi controuersum fuit à quo esset pœna plectendi, in quo dubio Sac. Cõgregatio ita respondit. Congregatio censuit regulares, qui absque licentia Episcopi prædicauerint in Ecclesijs, quæ suorum Ordinum non sunt, tametsi decreto Concil. *cap. 2. sess. 5.* contrafecerint, non posse tamen puniri ab Episcopo, sed tantum à suis Superioribus regularibus, refert Quaranta *in Summa Bullarij verbo Priuilegia regularis*.

44 *Excommunicationis vinculo innodentur.* Notatur ad hoc, quod Episcopus non potest excommunicare Regulares prædicantes sine licentia Ordinarij, vel Sedis Apost. vt per Simanch. *de catholic. institut. tit. 49.* Penia *in direct. Inquisit. par. 2. cap. 13. com. 40.* Zerola *in praxi Episcop. par. 1. verbo excommunicationis causa formalis §. 5. dub. 4. pag. 139.* Cened. *pract. lib. 1. q. 26. nu. 12.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 18. num. 130.* Aldrete *de religiosa discipl. tuenda lib. 2. cap. 20.*

§. *Adijcimus.*

45 Notatur hic §. ad hoc quod in crimine hæresis proceditur per inquisitionem nulla præcedente infamia, aut diffamatione, vt per Duen. *reg. 298. vers. limita nono*, Aldret. *de religiosa disciplina tuenda lib. 1. cap. 7. nu. 13.* Martin. Delri. *disquisit. magic. lib. 5. q. 7. pag. mihi 444. concl. 1.* vbi etiam extendit ad crimen læsæ maiestatis, de quo etiam Menoch. *cons. 100. nu. 64.* Nauar. *in rubr. de iudic. num. 77.* Decian. *tract. crimin. lib. 7. cap. 43. nu. 8.* Farinac. *in praxi crimin. p. 1. q. 9. nu. 14. & 15.*

46 *Tres, aut plures boni testimonij viros.* Immo sufficiunt ad conuincendum hæreticum duo testes fide digni, & omni exceptione maiores, vt per Mascard. *de probat. concl. 855.* Azeued. *l. 1. nu. 104. cum seqq. tit. 3. lib. 8. noua recopil.* Spin. *in speculo testamen. par. 12. rub. num. 35.* Prax. Episcop. *par. 1. verbo hæretici §. 20.*

Cap. Sicut in vno. XIV.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collectar. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Host. Henr. But. Anch. Panor. Felin. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 2.* Viuia. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 82.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 648.*

2 Vide dicta ad cap. *cum ex iniuncto 12. n. 3. & 4. sup. hoc tit. & ad cap. responso 43. nu. 2. de sentent. excommun.*

T SVM-

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Verbum, excommunicamus, latam sententiam significat.*
3 *Magistratus secularis quemcunque hæreticum sibi à iudicibus Fidei traditum debet vltimo supplicio afficere.*
4 *Hæretici ex generali consuetudine hodie comburi solent, postquam prius strangulãtur, nisi pertinaces sint, quia tunc viui comburendi sint.*
5 *Deprehensi in hæresi illi dicuntur, qui euidentia facti sunt hæretici.*
6 *Deprehensus in generali dicetur, qui in flagranti fuerit captus.*
7 *Carceris pœna perpetua quæ fuerit, & an sit antiquata, ostenditur.*
8 *Credentes hæreticorum hæretici sunt.*

ij. Cap. Excommunicamus. XV.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Host. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Marian. Soc. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 82.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 648.*

2 Excommunicationem, de qua in hoc tex. esse latæ sententiæ asserit Sayr. *in claui Regia lib. 3. cap. 8. num. 25.*

3 *Animaduersione debita puniendi.* Quærit glos. *hic verbo puniendi*, qualiter isti hæretici puniri debent secundum leges postquã per Ecclesiam sunt condemnati, & respondet vltimo supplicio puniri per iudices seculares cum certa distinctione, quam hodie non habere locum refert additio marginalis, aduertens, quod magistratus secularis quemcunque hæreticum sibi à iudicibus fidei traditum debet vltimo supplicio afficere, quod etiam tenent Couar. *lib. 2. variar. cap. 10. num.* 10. Syluest. *verbo hæresis 1. num. 14.* Simanch. *de Catholicis tit. 46. num. 42.* Anton. Gomez *tom. 3. variar. cap. 2. num. 1.* Petr. Greg. *syntagmatum Iuris lib. 33. cap. 8. nu. 20.* Afflict. *in constitut. Regni tit. de hæreticis rub. 1. num. 36.* Albert. *de agnoscendis hæreticis quæst. 8. & quæst 34. num. 51.* Castr. *de iusta hæreticorum punit. lib. 1. cap. 9. & lib. 2. cap. 12. Valen. 2. 2. disp. 1. quæst. 11. punct 3.* Azor. *institut. moral. par. 1. lib. 8. cap. 13. quæst. vlt. vers. vltima pœna,* Menoch. *de arbitr. casu. 374. num. 1.* Turrian. *de Fide disp. 56. dub. 1.* Soar. *eodem tract disp. 23. sect. 1.* Sanctarel. *de hæresi cap. 27. num. 3.* Et ex generali omnium
4 consuetudine impij hæretici comburi solent, postquã prius strangulãtur, nisi pertinaces sint, quia tunc viui comburendi sunt, vt testantur Couar. *d. num.* 10. Gomez *d. num. 1.* Castr. *d. lib. 2. cap. 12.* Hieron. Romanus *lib. 1. de Republica Christiana cap. 20. vers. tiene oje la santa inquisicion,* Perez *l. 1. in glos. con animo pertinace, vers. vlterius etiam dubitatur, tit. 1. lib. 1. Ordin. pag. 21. & l. 3. vers. est & alia pœna tit. 4. lib. 8. Ordin. pag. 91. & l. 3. vers. quæritur præterea, tit. 4. eod. lib. 8. pag. 101.* Spin. *in speculo testam. in glos. rubr. par. 12. num. 46.* Menoch. *d. casu 374. nu. 2.* Cened. ad Decretal. *collect. 55. num. 3.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 42. num. 4.* Martin. Delr. *disquisit. magic. lib. 5. sect. 16.* optimè Sanctarel. *d. cap. 27. num. 4.*

§. Si qui.

5 *Deprehensi.* Illi dicuntur deprehensi in hæresi, qui facti euidentia sunt hæretici, putà quia publicè prædicant hæresim, vel legitima probatione, vel ex sua confessione, vt per Palat. *in cap. per vestras de donat. inter virum, notab. 3. §. 21. num. 17. & 18.*

6 Deprehensus in generali dicetur qui in flagranti fuerit captus, vel si delictum fateatur, seu de eo sit legitime conuictus, vel si crimen sit adeo notorium de facto; vt nullus sit inficiationi locus, de quo vide Alex. de Neuo *cons. 59. num. 10. in fine,* Bellet. *disquisit. clerical. par. 1. tit. de fauore Clericorum personali, §. 7. num. 4.*

7 *In perpetuũ carcerẽ detrudantur.* Olim, qui perpetuò detrudebantur in carcerem, non solum verbaliter ab Altaris ministerio remouebantur, sed etiam actualiter degradabantur, vt per Albertin. *in c. quoniam nu. 55. de hæret. lib. 6.* Aldrete *de religiosa disciplina tuenda lib. 2. cap. 27. num. 15.* Hodie tamen id antiquatum est, vt præfati Doctores obseruant. Pœna illa carceris perpetui grauissima reputatur, & capitali æqualis habetur, & propterea indicenda non est, nisi pro enormi, & graui delicto, Bernar. & Salzed. *in pract. cap. 139.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 89.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 2. quæst. 22. art. 4.*

8 *Credentes autem, &c.* Notatur ad hoc, quod credentes hæreticorũ hæretici sunt, Tolet. *lib. 1. cap. 19.* Simanch. *de Catholicis tit. 15. num. 2.* Soar. *tom. 5. de censur. disp. 11. sect. 2. num. 5.* Sanctarel. *de hæresi cap. 11. num. 30.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Vassalli liberantur ab omni debito fidelitatis præstando, si ipsi domini manifestè in hæresim labantur.*
3 *Filij propter hæresim paternam liberantur à patria potestate.*
4 *Filius tenetur præstare alimenta patri hæretico.*
5 *Mancipia Christiana ob dominorum hæresim libertatem consequuntur, quamuis domini hæretici redeant ad Fidem.*
6 *Debitores sunt liberi à debito soluendo suo creditori hæretico.*
7 *Iurans se aliquid soluturum certa die, & antequam dies*

dies adueniat is, in cuius fauorem est facta promissio incidit in excommunicationem, an debeat illi fieri solutio, ostenditur.

Cap Absolutos. XVI. & fin.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collectar. Zabarel. Io. Andr. Anania, Host. Henric. Butr. Anchar. Panor. Felin. Marian. Socin. Cened. *collect.* 162. Ximen. Toletan. *in concord. vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 83. Alagona *in compend. Iuris Canonici pag.* 648.

2 Probat hic tex. vassallos liberari ab omni debito fidelitatis præstando, si ipsi domini manifeste in hæresim labantur, vt per Perez *l.* 3. *vers. vnde quam cito aliquis, tit.* 4. *lib.* 8. *Ordin. pag.* 138. Penia *in direct. Inquisit. par.* 3. *schol.* 159. *alias comment.* 168. Gutier. *canonicar. lib.* 1. *cap.* 1. *à num.* 48. plures DD. apud Cened. *ad Decretal. collect.* 162. *num.* 1.

3 *Et totius obsequij.* Ergo filij propter hæresim paternam liberantur à patria potestate, ac sui Iuris fiunt statim ante vllam sententiam criminis declaratoriam, de quo plures citat DD. Cened. *d. collect.* 162. *num.* 2. quibus adde Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 9. *vers. ab hac reg. & disp.* 229. *in tertio modo liberationis à patria potestate*, Sayr. *in claui Regia lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 30. *& lib.* 9. *cap.* 7. *num.* 7. Lessium *de iustit. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 5. *n.* 23. Azor. *institut. moral. par.* 2. *lib.* 2. *cap.* 22. *quest.* 6. Rebel. *de obligat. iustit. par.* 2. *lib.* 1. *q.* 7. *sect.* 2. *n.* 23. Sanch. *in præcepta Decal. lib.* 2. *cap.* 24. *à num.* 5. Sanctarel. *de heresi cap.* 37. *num.* 1. Quod autem

4 filius teneatur præstare alimenta patri hæretico tenent Lara *in l. si quis à liberis*, §. *etsi impubes*, *num.* 10. *ff. de liberis agnoscendis*, Surd. *de alimen. tit.* 7. *q.* 14. *num.* 29. *cum seqq.* Sanch. *d. cap.* 24. *num.* 7. & plures alij, quos refert, & sequitur Sanctarel. *d. tract. de heresi cap.* 37. *num.* 2. quicquid contrarium velint Bald. *in authen. bona damnatorum num.* 4. *C. de bonis damnatorum*, Tiraq. *de retract. tit.* 1. §. 1. *glos.* 9. *nu.* 72. Palat. *in repetit. rubr. de donat. inter virum.* §. 64. *num.* 13.

5 Sic etiam mancipia Christiana ob dominorum hæresim libertatem consequi tenent Simanch. *de Catholicis tit.* 61. *num.* 8. Castr. *lib.* 2. *de iusta hæreticorum punit. cap.* 7. Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 44. *num.* 22. Penia *in direct. Inquisit. par.* 3. *q.* 119. *commen.* 168. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 40. Vasq. 1. 2. *disp.* 169. *cap.* 2. *num.* 19. *& disp.* 172. *cap.* 3. *num.* 15. Azor. *institut. moral. par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 12. *q.* 7. *& lib.* 5. *cap.* 7. *q.* 8. Sanch. *d. cap.* 24. *num.* 10. *cum seqq.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 3. *q.* 43. *ad finem*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 17. *num.* 6. *vers. secundum*, Farinac. *de heresi q.* 197 *num.* 30. Sanctarel. *eodem tract. c.* 37. *num.* 3. vbi cum Molin. Sanch. & Farinac. citatis locis ampliat dicta mancipia fieri ita libera, vt quamuis hæretico redeunti ad Fidem bona restituantur liberalitate Principis, minimè propterea amittitur libertas à prædictis mancipiis, additq. mancipia, quæ Christi Fidem non habent ob hæresim domini non acquirere libertatem, sed cum alijs bonis delinquentis transire in fiscum.

6 In gl. [Aliquo pacto.] ibi (*ergo si sub pœna*, &c.) Notatur ad hoc; quod debitores sunt liberi à debito soluendo suo creditori hæretico, vt per Abb. hic *nu.* 1. Ananiam *in princip.* Butr. *nu.* 3. Socin. *in princip.* Zabarel. *nu.* 1. refert, & sequitur Sanctarel. *de heresi cap.* 37. *nu.* 4. vbi dicit hoc verum esse, quamuis debitor iurauerit se suo tempore soluturum, addens requiri sententiam declaratoriam antequam debitores liberentur ab obligatione soluendi debita creditoribus hæreticis, & citat Bursat. *consil.* 14. *n.* 18. *cum seqq. lib.* 1. Azor. *d. par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 13. *quest.* 2. Sanch. *d. cap.* 24. *nu.* 8. Quæ quidem liberatio debitorum ab obligatione soluendi debita creditoribus hæreticis, non propterea fit, vt debitores ea debita sibi acquirant, sed solum, vt non teneantur ea soluere creditoribus hæreticis, sed fisco, cui eorum actiones omnes competunt, vt sentire videntur Sanch. *d. cap.* 24. *num.* 8. Bech. *de Fide cap.* 16. *q.* 2. *num.* 16. Sanctarel. *d. cap.* 37. *num.* 5.

7 Vtrum autem, quando quis iurauit se aliquid soluturum certa die, & antequam dies adueniat is, in cuius fauorem est facta promissio, incidit in excommunicationem, debeat illi fieri solutio? tres sunt opiniones, vna est huius glos. asserentis non esse faciendam, quam etiã tenent Host. *in cap. veritatis de dolo, & contumacia*, vbi Butr. *num.* 14. Vgol. *de censur. tab.* 2. *c.* 20. §. 2. *nu.* 2. Bald. *in cap. intelleximus* 4. *num.* 3. *de iudic.* Altera sententia est Innoc. *in d. cap. veritatis* asserentis in his terminis solutionem excommunicato esse faciendam excommunicatione non obstante, quam tuentur Syluest. *in summa verbo excommunicatio* 5. *quæst.* 12. Soar. *tom.* 5. *de censur. disp.* 15. *sect.* 8. *nu.* 5. Bonac. *eod. tract. disp.* 2. *quest.* 2. *punct.* 6. §. 2. *num.* 15. *vers. ex quo patet.* Tertia denique opinio habet pecunias non esse soluendas excommunicato, sed deponendam apud ædem sacram, vel personam fide, & facultatibus idoneam, ad effectum, vt excommunicato soluantur postquam beneficium absolutionis fuerit assecutus, ità glos. *verbo constrictis in cap. nos Sanctorum*, 15. *q.* 6. Felin. *hic in fine*, *& in cap. inter alia, num* 4. *de senten. excommunicat.* Abb. *in c. si verè, n.* 6. *eod. tit. & in c. veritatis n.* 39. *de dolo, & contumacia*, Anania hic *n.* 5. & hanc opinionem veriorem, & receptiorem esse profitetur Anton. Riccìul. *de iure person. extra gremium Ecclesiæ existen. lib.* 4. *cap.* 56. *nu.* 12. ex ea ratione, quia quamuis promissio restringatur ad licita *c. quanto*, *& c. quoniam de iureiuran.* tamen iurisiurãdi religio obligat nos ad obseruantiã saltẽ de facto eo modo, quo seruari potest citra peccatũ, *cap. debitores de iureiuran.* per depositũ autẽ indueitur obseruantia, saltem per æquipollens, nec requirit communicationem.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Verbum, excommunicamus, latam sententiam significat.*
3 *Magistratus secularis quemcunque hæreticum sibi à iudicibus Fidei traditum debet vltimo supplicio afficere.*
4 *Hæretici ex generali consuetudine hodie comburi solent, postquam prius strangulátur, nisi pertinaces sint, quia tunc viui comburendi sint.*
5 *Deprehensi in hæresi illi dicuntur, qui euidentia facti sunt hæretici.*
6 *Deprehensus in generali dicetur, qui in flagranti fuerit captus.*
7 *Carceris pœna perpetua quæ fuerit, & an sit antiquata, ostenditur.*
8 *Credentes hæreticorum hæretici sunt.*

ij. Cap. Excommunicamus. XV.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Host. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Marian. Soc. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 82.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 648.*

2 Excommunicationem, de qua in hoc tex. esse latæ sententiæ asserit Sayr. *in claui Regia lib. 3. cap. 8. num. 25.*

3 *Animaduersione debita puniendi.* Quærit glos. *hic verbo puniendi*, qualiter isti hæretici puniri debent secundum leges postquã per Ecclesiam sunt condemnati, & respondet vltimo supplicio puniri per iudices seculares cum certa distinctione, quam hodie non habere locum refert additio marginalis, aduertens, quod magistratus secularis quemcunque hæreticum sibi à iudicibus fidei traditum debet vltimo supplicio afficere, quod etiam tenent Couar. *lib. 2. variar. cap. 10. num.* 10. Syluest. *verbo hæresis 1. num. 14.* Simanch. *de Catholicis tit. 46. num. 42.* Anton. Gomez *tom. 3. variar. cap. 2. num. 1.* Petr. Greg. *syntagmatum Iuris lib. 33. cap. 8. nu. 20.* Afflict. *in constitut. Regni tit. de hæreticis rub. 1. num. 36.* Albert. *de agnoscendis hæreticis quæst. 8. & quæst 34. num. 51.* Castr. *de iusta hæreticorum punit. lib. 1. cap. 9. & lib. 2. cap. 12. Valen. 2. 2. disp. 1. quæst. 11. punct 3.* Azor. *institut. moral. par. 1. lib. 8. cap. 13. quæst. vlt. vers. vltima pœna*, Menoch. *de arbitr. casu. 374. num. 1.* Turrian. *de Fide disp. 56. dub. 1.* Soar. *eodem tract disp. 23. sect. 1.* Sanctarel. *de hæresi cap. 27. num. 3.* Et ex generali omnium
4 consuetudine impij hæretici comburi solent, postquã prius strangulátur, nisi pertinaces sint, quia tunc viui comburendi sunt, vt testantur Couar. *d. num.* 10. Gomez *d. num. 1.* Castr. *d. lib. 2. cap. 12.* Hieron. Romanus *lib. 1. de Republica Christiana cap. 20. vers. tiene oje la santa inquisicion*, Perez *l. 1. in glos. con animo pertinace, vers. vlterius etiam dubitatur, tit. 1. lib. 1. Ordin. pag. 21. & l. 3. vers. est & alia pœna tit. 4. lib. 8. Ordin. pag. 91. & l. 3. vers. quæritur præterea, tit. 4. eod. lib. 8. pag. 101.* Spin. *in speculo testam. in glos. rubr. par. 12. num. 46.* Menoch. *d. casu 374. nu. 2.* Cened. ad Decretal. *collect. 55. num. 3.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 42. num. 4.* Martin. Delr. *disquisit. magic. lib. 5. sect. 16.* optimè Sanctarel. *d. cap. 27. num. 4.*

§. Si qui.

5 *Deprehensi.* Illi dicuntur deprehensi in hæresi, qui facti euidentia sunt hæretici, putà quia publicè prædicant hæresim, vel legitima probatione, vel ex sua confessione, vt per Palat. *in cap. per vestras de donat. inter virum, notab. 3. §. 21. num. 17. & 18.*

6 Deprehensus in generali dicetur qui in flagranti fuerit captus, vel si delictum fateatur, seu de eo sit legitime conuictus, vel si crimen sit adeo notorium de facto, vt nullus sit inficiationi locus, de quo vide Alex. de Neuo *cons. 59. num. 10. in fine*, Belliet. *disquisit. clerical. par. 1. tit. de fauore Clericorum personali, §. 7. num. 4.*

7 *In perpetuũ carcerẽ detrudantur.* Olim, qui perpetuò detrudebantur in carcerem, non solum verbaliter ab Altaris ministerio remouebantur, sed etiam actualiter degradabantur, vt per Albertin. *in c. quoniam nu. 55. de hæret. lib. 6.* Aldrete *de religiosa disciplina tuenda lib. 2. cap. 27. num. 15.* Hodie tamen id antiquatum est, vt præfati Doctores obseruant. Pœna illa carceris perpetui grauissima reputatur, & capitali æqualis habetur, & propterea indicenda non est, nisi pro enormi, & graui delicto, Bernar. & Salzed. *in pract. cap. 139.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 89* Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 2. quæst. 22. art. 4.*

8 *Credentes autem, &c.* Notatur ad hoc, quod credentes hæreticorũ hæretici sunt, Tolet. *lib. 1. cap. 19.* Simanch. *de Catholicis tit. 15. num. 2.* Soar. *tom. 5. de censur. disp. 11. sect. 2. num. 5.* Sanctarel. *de hæresi cap. 11. num. 30.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Vassalli liberantur ab omni debito fidelitatis præstando, si ipsi domini manifestè in hæresim labantur.*
3 *Filij propter hæresim paternam liberantur à patria potestate.*
4 *Filius tenetur præstare alimenta patri hæretico.*
5 *Mancipia Christiana ob dominorum hæresim libertatem consequuntur, quamuis domini hæretici redeant ad Fidem.*
6 *Debitores sunt liberi à debito soluendo suo creditori hæretico.*
7 *Iurans se aliquid soluturum certa die, & antequam dies*

diet aduenias is, in cuius fauorem est facta promissio incidit in excommunicationem, an debeat illi fieri solutio, ostenditur.

Cap Absolutos. XVI. & fin.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collectar. Zabarel. Io. Andr. Anania, Host. Henric. Butr. Anchar. Panor. Felin. Marian. Socin. Cened. *collect.* 162. Ximen. Toletan. *in concord. vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 83. Alagona *in compend. Iuris Canonici pag.* 648.

2 Probat hic tex. vassallos liberari ab omni debito fidelitatis præstando, si ipsi domini manifeste in hæresim labantur, vt per Perez *l.* 3. *vers. Vnde quam cito aliquis, tit.* 4. *lib.* 8. *Ordin. pag.* 138. Penia *in direct. Inquisit. par.* 3. *schol.* 159. *alias comment.* 168. Gutier. *canonicar. lib.* 1. *cap.* 1. *à num.* 18. plures DD. apud Cened. *ad Decretal. collect.* 162. *num.* 1.

3 *Et totius obsequij.* Ergo filij propter hæresim paternam liberantur à patria potestate, ac sui Iuris fiunt statim ante vllam sententiam criminis declaratoriam, de quo plures citat DD. Cened. *d. collect.* 162. *num.* 2. quibus adde Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 9. *vers. ab hac reg. & disp.* 229. *in tertio modo liberationis à patria potestate*, Sayr. *in claui Regia lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 30. *& lib.* 9. *cap.* 7. *num.* 7. Lessium *de iustit. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 5. *n.* 23. Azor. *institut. moral. par.* 2. *lib.* 2. *cap.* 22. *quæst.* 6. Rebel. *de obligat. iustit. par.* 2. *lib.* 1. *q.* 7. *sect.* 2. *n.* 23. Sanch. *in præcepta Decal. lib.* 2. *cap.* 24. *à num.* 5. Sanctarel. *de hæresi cap.* 37. *num.* 1. Quod autem
4 filius teneatur præstare alimenta patri hæretico tenent Lara *in l. si quis à liberis*, §. *etsi impubes*, *num.* 10. *ff. de liberis agnoscendis*, Surd. *de alimen. tit.* 7. *q.* 14. *num.* 29. *cum seqq.* Sanch. *d. cap.* 24. *num.* 7. & plures alij, quos refert, & sequitur Sanctarel. *d. tract. de hæresi cap.* 37. *num.* 2. quicquid contrarium velint Bald. *in authen. bona damnatorum num.* 4. *C. de bonis damnatorum*, Tiraq. *de retract. tit.* 1. §. 1. *glos.* 9. *nu.* 72. Palat. *in repetit. rubr. de donat. inter virum.* §. 64. *num.* 13.

5 Sic etiam mancipia Christiana ob dominorum hæresim libertatem consequi tenent Simanch. *de Catholicis tit.* 61. *num.* 8. Castr. *lib.* 2. *de iusta hæreticorum punit. cap.* 7. Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 44. *num.* 22. Penia *in direct. Inquisit. par.* 3. *q.* 119. *commen.* 168. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 40. Vasq. 1. 2. *disp.* 169. *cap.* 2. *num.* 19. *& disp.* 172. *cap.* 3. *num.* 15. Azor. *institut. moral. par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 12. *q.* 7. *& lib.* 5. *cap.* 7. *q.* 8. Sanch. *d. cap.* 24. *num.* 10. *cum seqq.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 3. *q.* 43. *ad finem*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 17. *num.* 6. *vers. secundum*, Farinac. *de hæresi q.* 197 *num.* 30. Sanctarel. *eodem tract. c.* 37. *num.* 3. vbi cum Molin. Sanch. & Farinac. citatis locis ampliat dicta mancipia fieri ita libera, vt quamuis hæretico redeunti ad Fidem bona restituantur liberalitate Principis, minimè propterea amittitur libertas à prędictis mancipijs, additq. mancipia, quæ Christi Fidem non habent ob hæresim domini non acquirere libertatem, sed cum alijs bonis delinquentis transire in fiscum.

6 In gl. [Aliquo pacto.] ibi (*ergo si sub pœna*, &c.) Notatur ad hoc; quod debitores sunt liberi à debito soluendo suo creditori hæretico, vt per Abb. hic *nu.* 1. Ananiam *in princip.* Butr. *nu.* 3. Socin. *in princip.* Zabarel. *nu.* 1. refert, & sequitur Sanctarel. *de hæresi cap.* 37. *nu.* 4. vbi dicit hoc verum esse, quamuis debitor iurauerit se suo tempore soluturum, addens requiri sententiam declaratoriam antequam debitores liberentur ab obligatione soluendi debita creditoribus hæreticis, & citat Bursat. *cons.* 14. *n.* 18. *cum seqq. lib.* 1. Azor. *d. par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 13. *quæst.* 2. Sanch. *d. cap.* 24. *nu.* 8. Quæ quidem liberatio debitorum ab obligatione soluendi debita creditoribus hæreticis, non propterea fit, vt debitores ea debita sibi acquirant, sed solum, vt non teneantur ea soluere creditoribus hæreticis, sed fisco, cui eorum actiones omnes competunt, vt sentire videntur Sanch. *d. cap.* 24. *num.* 8. Bech. *de Fide cap.* 16. *q.* 2. *num.* 16. Sanctarel. *d. cap.* 37. *num.* 5.

7 Vtrum autem, quando quis iurauit se aliquid soluturum certa die, & antequam dies adueniat is, in cuius fauorem est facta promissio, incidit in excommunicationem, debeat illi fieri solutio? tres sunt opiniones, vna est huius glos. asserentis non esse faciendam, quam etiã tenent Host. *in cap. veritatis de dolo, & contumacia*, vbi Butr. *num.* 14. Vgol. *de censur. tab.* 2. *c.* 20. §. 2. *nu.* 2. Bald. *in cap. intelleximus* 4. *num.* 3. *de iudic.* Altera sententia est Innoc. *in d. cap. veritatis* asserentis in his terminis solutionem excommunicato esse faciendam excommunicatione non obstante, quam tuentur Syluest. *in summa verbo excommunicatio* 5. *quæsit.* 12. Soar. *tom.* 5. *de censur. disp.* 15. *sect.* 8. *nu.* 5. Bonac. *eod. tract. disp.* 2. *quæst.* 2. *punct.* 6. §. 2. *num.* 15. *vers. ex quo patet.* Tertia denique opinio habet pecunias non esse soluendas excommunicato, sed deponendam apud ædem sacram, vel personam fide, & facultatibus idoneam, ad effectum, vt excommunicato soluantur postquam beneficium absolutionis fuerit assecutus, ità glos. *verbo constricti in cap. nos Sanctorum*, 15. *q.* 6. Felin. *hic in fine, & in cap. inter alia, num* 4. *de senten. excommunicat.* Abb. *in c. si verè, n.* 6. *eod. tit. & in c. veritatis n.* 39. *de dolo, & contumacia*, Anania hic *n.* 5. & hanc opinionem veriorem, & receptiorem esse profitetur Anton. Ricciul. *de iure person. extra gremium Ecclesiæ existen. lib.* 4. *cap.* 56. *nu.* 12. ex ea ratione, quia quamuis promissio restringatur ad licita *c. quanto, & c. quoniam de iureiuran.* tamen iurisiurãdi religio obligat nos ad obseruantiã saltẽ de facto eo modo, quo seruari potest citra peccatũ, *cap. debitores de iureiuran.* per depositũ autẽ inducitur obseruantia, saltem per æquipollens, nec requirit communicationem.

De Schismaticis, & ordinatis ab eis. Tit. VIII.

SVper hanc rub. scripserunt Zabarel. Io. Andr. Aretin. Anch. Felin. Mar. Socin. Panorm. Butr. Petr. de Ravena *in compendio Iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epithome Decretal. fol.* 181. Daniel Venator. *in analysi methodica Iuris Pontificy à pag.* 628. Goffred. & Host. *in summ. huius tit.* Alexan. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretalium sub hoc tit.*

De materia tit. vide Simãch. *de catholicis institut. tit.* 58. *& in enchyridion. tit. de schismat.* Bernard. & Salzed. *in pract. cap.* 115. Vgolin. *de irregul. cap.* 36. §. 3. *& de censuris Papa reservatis par.* 2. *cap.* 1. *vers. nec non schismaticos*, Petr. de Ledesma *in summa tom.* 2. *tract.* 3. *cap.* 12. *concl.* 3. *cum seqq.* Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 60. *cum seqq.* Valen. *tom.* 3. *disp.* 3. *q.* 15. Azor. *instit. moral. par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 20. Sanch. *in praecept. Decal. lib.* 2. *cap.* 36. Valer. Reginald. *in praxi fori poeniten. lib.* 17. *cap.* 12. *num.* 111. *cum seqq.* Anton. de Sousa *in relect. de censur. Bulla Coenae cap.* 2. *disp.* 18. Anton. Ricciul. *de iure person. extra gremium Ecclesiae existentium lib.* 9. Sanctarel. *in tract. de haeresi cap.* 43.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Schismatici gesta nullius sunt momenti.*
3 *Sacramenta à Schismatico administrata, an, & quando valida sint, ostenditur.*
4 *Episcopus schismaticus, excommunicatus, suspensus, vel degradatus confert Ordinis characterem, sed non eius exequutionem.*
5 *Schismatici non sunt irregulares.*
6 *Schismatici non sunt absolutè excommunicati in hoc tex. sed solum in Bulla Coenae Domini.*
7 *Beneficiorum collationes, & dignitatum, ac vniones, & priuilegia facta à Schismaticis nulla sunt.*
8 *Collatio facta à Schismaticis non est irrita, sed irritanda.*
9 *Suspensi ab Ordinibus, & dignitate sunt, qui sponte iuramentum praebent de tenendo schismate.*

Cap. Quod à praedecessore. I.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panormit. Felin. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantiys vtriusque Iuris cum legibus Castellae par.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificy pag.* 110. Alagona *in compend. Iuris Canonici pag.* 662. desumitur ex Concil. Lateranen. sub Alexand. III. *cap.* 2. & refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 7. *cap.* 1.

2 *Ordinationes ab Octauiano, etc.* Notatur ad hoc, quod gesta per Schismaticos regulariter nullius sunt momenti, veluti in casu, in quo actus est gestus extra formam Ecclesiae, tũc enim esset omnino nullus, siue sit Sacramentũ, quod vltra gratiã nullam executionem desiderat, siue Sacramentum, quod vltra gratiam requirat executionem, quia quicquid geritur contra formam Ecclesiae nullum est, ita *glos. hic verbo irritas*, & Abb. *sub nu.* 4. Anania *num.* 2. & Socin. *nu.* 6. Triumph. *de potest. Papae q.* 25. *art.* 3. *in respons. ad* 3. quos refert, & sequitur Ricciul. *de iure person. lib.* 9. *cap.* 3. *nu.* 3. vbi *nu.* 5. decla-
3 rat, vt procedat in Schismatico existente extra communionem Ecclesiae, & *nu.* 7. etiam declarat, quod quando Sacramentum administratur à Schismatico secundum formam Ecclesiae, eo quia intendit facere, quod facit Ecclesia, tunc siquidem versamur in Sacramentis, quae vltra gratiam aliam executionem nõ expectant, prout sunt confectio Corporis Christi, Baptismus, & vnctio sacra, tunc tenet, quamuis recipientes ab eis peccent mortaliter, nisi in casibus à Iure permissis. Si vero versemur in Sacramentis, quae vltra gratiam, desiderant executionẽ, prout est Sacramentum Ordinis, tunc respectu characteris valet, quia cum illud sit impressum in anima etiam à Schismaticis confertur, vt docet *glos. in praesenti in d. verbo irritas.* & ibi Abb. Respectu autem executionis non confertur nisi Sacramentũ fuerit receptum ex ignorãtia probabili: haec tamen ignorantia tãdiu suffragatur quandiu durat probabilitas, postquã autẽ
4 res erit patefacta requiritur dispẽsatio. HaecAnton. Ricciul. *loco proximè citato.* Quod autẽ quilibet Episcopus schismaticus excommunicatus, suspensus, vel degradatus conferat Ordinis characterem, sed non eius executionem per hunc tex. tenent Couar. *in cap. alma mater par.* 1. §. 6. *nu.* 6. Azor *instit. moral. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 48. *quaest.* 7.
5 Cum tex. in praesenti solas Ordinum collationes à Schismaticis factas irritas reddat quoad vsum Ordinum in recipientes scienter, & nullã irregularitatem imponat, nec in iure imposita reperiatur, dicendum est Schismaticos non esse irregulares, prout expressè tenent Soar. *de censur. tom.* 5. *disp.* 23. *sect.* 2. *num.* 7. Sanctarel. *d. tract. de haeresi cap.* 43. *nu.* 13. Sanch. *in praecep. Decal. lib.* 2. *cap.* 36. *num.* 20. Sayr. *de censuris lib.* 7. *cap.* 12. *nu.* 16. *vers. tertiò, iuncto vers. primus est de haeresi*, qui bene addit existente schismate notorio, hos fore irregulares irregularitate generali, quae ex quouis crimine notorio digno depositione oritur, quae cessat ablata infamia per contrariam poenitentiam. Licet Schismaticos irregularitatem incurrere minus benè defendant Clar. *in* §. *fin. q.* 77. *nu.* 27. Pegna in *direct. Inquisit. par.* 2. *q.* 48. *comment.* 73. *vers. cogni-*

cognitu dignum est, Azor. *institut. moral. par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 20. *q.* 8.

6 Sic etiam nec huiusmodi Schismatici videntur absolutè, & in vniuersum excommunicati in hoc tex. vt aduertunt Soar. *d. disp.* 23. *sect.* 3. *nu.* 1. *& à nu.* 4. Nicol. Garcia *de benef. par.* 11. *cap.* 10. §. 1. *num.* 157. sed solum in Bulla Cœnæ Domini casu 1. excommunicantur absolute, vt per Azor *d. cap.* 20. *q.* 5. Soar. *d. tom.* 5. *disput.* 21. *sect.* 2. *à nu.* 12. Petr. de Ledesma *in summa p.* 2. *tract.* 3. *cap.* 12. *concl.* 10. Acosta de Andrada *ad Bullam Cruciata q.* 64. Anton. de Sousa *in relect. de censuris Bullæ Cœnæ cap.* 2. *disput.* 18. Sanctarel. *d. cap.* 43. *nu.* 8.

7 *Seu beneficia per dictos Schismaticos, &c.* Notatur ad hoc, quod collationes beneficiorum, & dignitatum factæ à schismatico nullæ sunt, vt per Corraf. *de benef. par.* 3. *cap. vlt. nu.* 19. Nicol. Garcia *d. cap.* 10. *nu.* 159. Anton. Ricciul. *lib.* 9. *cap.* 4. *n.* 4. Sanctarel. *d cap.* 43. *nu.* 15. Et pari ratione nullæ reputantur vniones, vt fuit resolutum *in Valentina vnionis* 2. *Iunij* 1606. coram Reuerendissimo D. Coccino Rotæ Decano. Sicut etiam nullum reputatur priuilegium Seraph. *decis.* 612.

8 *Careant.* Notatur ad hoc, quod collatio facta à schismaticis non est irrita, sed irritanda, vt per Soar. *d. disp.* 23. *sect.* 3. *num.* 4. quem refert, & sequitur Sanch. *d. cap.* 36. *nu.* 20. sed verbum hoc latam sententiam continere tenet Sayr. *in claui Regia lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 26.

9 *Illos vero qui sponte, etc.* Notatur ad hoc, quod suspensi ab Ordinibus, & dignitate sunt, qui sponte iuramentum præbent de tenendo schismate, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 32. *tract.* 2. *nu.* 74. *vers. est item.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Dictio, incunctanter omnem dilationem, & omne temporis spatium excludit.*
3 *Dispensandi facultatem habens promouendo inhabilem adhibita causa cognitione præsumitur cum eo dispensare.*
4 *Schismatici etiam post peractam pœnitentiam inhabiles sunt ad Ecclesiast. beneficia obtinenda absque dispensatione.*

Cap. Fraternitati. II. & fin. *Innoc. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collectar. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Henric. Butr. Anch. Panorm. Felin. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. & 2. Viui. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 110. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 662. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *titul.* 5. *cap. vnic.*

2 *Incunctanter.* Notatur ad hoc, quod dictio, hæc omnem dilationem, & omne temporis spatium excludit, ad pœnæ executionem latam sententiam continere censetur, vt per Sayr. *in claui Regia lib.* 3. *cap.* 8. *nu.* 27.

3 In glos. [Dispensatum.] Notatur ad hoc, quod habens dispensandi facultatem promouendo inhabilem adhibita causæ cognitione præsumitur cum eo dispensare, vt per Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsump.* 20. *nu.* 25. Mascard. *de probat. concl.* 1239. *nu.* 16. Henriq. *in summa lib.* 13. *de excommunicat. cap.* 13. *nu.* 3. Azor *institut. moral. par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 15. *q. vlt.* Fr. Emmanuel. *quæst. regul. tom.* 2. *q.* 46. *art.* 1. optimè Sanch. *de Matrimon. lib.* 8. *disp.* 4. *nu.* 15. vbi *n.* 17. dicit sibi magis placere opinionem asserentem censeri tunc etiam Principem inferiorem dispensare, quamuis causæ cognitionem non præmittat.

4 In glos. [Potestatem.] ibi (*conuersus ad vnitatem Ecclesiæ, &c.*) Schismatici igitur etiam post peractam pœnitentiam inhabiles sunt ad beneficia Ecclesiastica obtinenda absque dispensatione, de quo vide Rebuf. *in praxi tit. de modis amittendi beneficia nu.* 29. Penia *in direct. Inquisit. par.* 2. *q.* 48. *comment.* 73. Vgolin. *de irregul. cap.* 36. §. 3. *nu.* 7. Soar. *tom.* 5. *de censur. disp.* 43. *sect.* 2. *n.* 7. Azor. *d. par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 20. *q.* 8. Sanch. *in precep. Decal. lib.* 2. *cap.* 36. *nu.* 18. Sanctarel. *in tract. de hæresi cap.* 43. *nu.* 12. Nicol. Garcia *de benef. par.* 11. *cap.* 10. §. 1. *nu.* 161. vbi *à nu.* 163. tenet, quod requiritur dispensatio Papæ, nisi delictum esset occultum schismatis, quia in eo poterit Episcopus dispensare virtute Trident. *sess.* 24. *cap.* 6. *de reformat.* prout resoluit Sanch. *d. cap.* 36. *nu.* 18. vbi *nu.* 19. tenet pœnam illam priuationis ipso iure beneficiorum ante schisma adeptorum, tanquàm fundamento destitutam non esse admittendam, licet contrarium tueantur Rebuf. *d. n.* 29. & Flamin. *de resignat. lib.* 3. *q.* 1. *nu.* 36.

De Apostatis, & reiterantibus Baptisma. Tit. IX.

SVper hanc rub. scripserunt Zabarel. Io. And. Anch. Butr. Panor. Marian. Socin. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo Iuris Canonici, fol.* 239. Petr. de Rauena *in compendio Iuris Canon.* Ioan. de Londris *in breuiario Sanctorum Canonum fol.* 181. Martin Mesnart. *in epithom. Decretal. fol.* 181. Dani. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontif. à pag.* . Goffred. & Hostien. *in sum. huius tit.* Alexand. Cassan. &

 Ana-

Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. sub hoc titul.*

De Apostatis à Fide, ac eorum pœnis vide Simanch *de Catholicis tit. 7. & in ench. tit. 4.* Bernard. & Salzed. *in pract. cap. 114. in nouissima impressione*, Albert. Trot. *de vero, & perfecto clerico p. 1. lib. 2. cap. 30.* Castr. *de iusta hereticorum punit. lib. 1. cap. 7. & 23.* Clar. *lib. 5. §. fin. q. 78. nu. 4.* Afsl. *in constit. Neapolit. lib. 1. rubr. 3. & seq.* direct. Inquisit. *par. 2. q. 49.* vbi Penia *commen. 74.* Menoch. *de arbitr. casu 421. & casu 546.* Mascard. *de probat. concl. 112.* Vgol. *de censur. Bulla Cœnæ lib. 2. cap. 1. vers. & à Christiana Fide Apostatas, & de irreg. cap. 36. §. 4.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 70. cum seqq.* Petr. de Ledesma *in summa par. 2. tract. 1. cap. 7.* Valent. *tom. 3. disp. 1. q. 12.* Soar. *tom. 5. de censur. disput. 43. sect. 1. nu. 1. & 2.* Surd. *de alimen. tit. 8. priuil. 68.* Perez *ad tit. 4. vers. quaeritur 19. lib. 8. Ordin. p. 135.* Turrian. *de Fide disp. 57. dub. 1.* Cardos. *in praxi Iudicum, & aduocatorum, verbo apostasia*, Card. Thusc. *tom. 1. lit. A, concl. 424. & seq.* Azor *institut. moral. par. 1. lib. 8. cap. 21.* Farinac. *fragmen. crimin. par. 1. lit. A, nu. 235.* Sanch. *in præcepta Decal. lib. 2. cap. 7.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 17. tract. 1. cap. 5. à nu. 72.* Anton. Ricciul. *de iure person. extra gremium Ecclesiæ existentium lib. 6. de apostatis Fidei*, Sanctarel. *in tract. de hæresi cap. 2.*

De Apostatis à religione, vide Bonacos. *commun. crimin. par. 2. verbo apostata fol. 4. & 5.* Azor *d. par. 1. lib. 12. cap. 16.* Prosper de August. *in addit. ad Steph. Quarantã verbo apostata*, Fr. Emmanuel. *quæst. regul. tom. 1. q. 30.* Aldret. *de religiosa disciplina tuenda lib. 2. cap. 18.* Ludouic. Miranda *in manuali Prælat. tom. 1. quæst. 51.* Ant. Ricciul. *d. tract. de iure person. lib. 8. de apostatis à statu religionis regularis*, Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Clericus, vt priuilegio fori priuetur eo quod se in enormitatibus immiscuit, requiritur quod incedat sine habitu, & tonsura.*
3 *Clericus, vt dicatur se in enormitatibus immisceri ad hoc, vt priuetur priuilegio fori, & beneficio, non sufficit vnum delictum, sed plura requiruntur.*
4 *Comprehensus in enormitatibus quando quis dicatur, ostenditur.*
5 *Apostasiæ triplex species.*
6 *Apostata dicitur, idest retro stans.*

Cap. Præterea. I. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Butr. Henr. Anchar. Panorm. Felin. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordan. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 112.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 664.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 8. cap. 3.* & est post Concil. Lateranen. *par. 26. cap. 16.*

2 *Relicto Ordine clericali, et habitu.* Ergo clericus, vt priuilegio fori priuetur, eo quod se in enormitatibus immiscuit, requiritur quod incedat sine habitu, & tonsura, vt per hunc tex. tenent Bos. *sub tit. de foro competenti nu. 154.* Clar. *in §. fin. quæst. 36. vers. cæterum*, Roland. *cons. 4. num. 32. vol. 1.* Farinac. *in praxi crimin. par. 1. q. 8. nu. 56.*

3 *Si in criminibus.* Ergo ad priuandum clericum priuilegio fori, & beneficio, & ad hoc, vt dicatur se in enormitatibus immisceri, non sufficit vnum delictum, sed plura requiruntur, Couar. *pract. cap. 32. nu. 2. vers. tertio*, Capic. *decis. 161. nu. 1.* Roland. *d. cons. 4. num. 32.* Alexand. de Neuo *cons. 59. nu. 20. & 21.* Cabal. *resolut. crimin. casu 60. nu. 17.*

4 *Comprehensi.* Requiritur etiam ad priuandum clericum priuilegio fori, quod in enormitatibus comprehendatur, Cæpol. *cons. 11. nu. 34.* Alexan. de Neuo, *d. cons. 59. in fine*, Roland. *d. cons. 4. num. 32.* comprehensus autem dicetur, si in fragranti fuerit captus *l. palam 5. quæ in adulterio ff. de ritu nupt. cap. si quis Diaconus, vbi glos. verbo deprehensi 50. distinct.* vel si ipse antequam opponat de priuilegio clericali delictum fateatur, seu de eo sit legitime conuictus, vel si crimen sit adeo notorium de facto, vt nullus sit inficiationi locus, vt per Alex. de Neuo *d. cons. 59. n. 10. in fine*, Bellet. *disquisit. clericalium par. 1. tit. de fauore Clericorum personali §. 7. nu. 4.*

5 In glos. [Apostasiam.] ibi (*est autem triplex, &c.*) De hac triplici apostasiæ specie latè Anton. Ricciul. *in tract. de iure person. extra gremium Ecclesiæ existentium lib. 6. 7. & 8.*

6 In ead. glos. ibi (*& dicitur apostata, idest retro stans.*) Ita Nauar. *cons. 15. n. 10. sub tit. de regul. in antiquis*, Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 1. q. 30. art. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Rebaptizans cum peccato mortali, & rebaptizatus irregularitatem contrahunt, quod intellige vt ibi.*
3 *Ob ætatem teneram, & florescentem mitius quis punitur.*
4 *Mitius punitur qui deliquit, vt consuleret consanguineo.*
5 *Rebaptizanti publicè ministrans irregularitatem incurrit.*
6 *Papa solus dispensat in irregularitate, quæ contrahitur ex iteratione Baptismi publica.*
7 *Episcopus dispensare potest in irregularitate proueniente ex rebaptizatione occulta.*
8 *Irregularis efficitur, qui rebaptizanti ministrant Acolythi, Diaconi, vel Subdiaconi officio fungēs.*

9 Com-

9 *Compatres ſcienter rebaptizatione principes, an aliquam irregularitatem incurrant, oſtenditur.*

10 *Delictum facilius expiatur ex quadam pietate cōmiſſum, quam vbi impietas pręſtat cauſam delicto.*

11 *Irregularitas illa, quę eſt ex proprio delicto ſuſcepta per profeſſionem non tollitur.*

Cap. Ex litterarum. II.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioann. Andr. Anania, Hoſtien. Henric. Butr. Ancharan. Panor. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concord. vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ par.* 1. & 2. Viuian. *in ration. lib. 5. Iuris Pontificij pag.* 112. Alagona *in compendio Iuris Canonici, pag.* 664. refertur ab Anton. Auguſtin. *collect.* 1. *Decretal. lib. 5. tit.* 8. *cap.* 3. & eſt poſt Conc. Lateranen. *par.* 26. *cap.* 1.

2 Probat hic tex. ex culpabili iteratione Baptiſmi publica, vel etiam occulta contrahi irregularitatem, & conſequenter tam rebaptizantem cum peccato mortali, quam rebaptizatum fieri irregularem, de quo vide Maiol. *de irregul. lib. 3. cap.* 14. Victoriam *in ſumma, vbi de baptiſmo, num.* 31. & 36. Couar. *in clemen. ſi furioſus in initio par. 1. num.* 8. Bernard. & Salzed. *in pract. cap.* 15 Humad. *l. 9. gloſ. 3. tit. 4. partit.* 3. Viuald. *in candelabro aureo tit. de baptiſmo à n.* 45. Valer. Reginal *in praxi fori pœnit. lib. 30. nu.* 173. *& ſeq.* Nug. *par. 3. quæſt 66. art. 9. concl.* 4. Cened. *ad Decretum collect. 63. nu.* 4. Prax. Epiſcop *par. 1. verbo irregularitas* §. 11. optime Aegid. *de Sacram. & cenſur. tom. 2. diſp. 18. dub. 5. à num.* 34. Bonac. *de cenſur. diſp. 7. q. 3. punct. 3. n.* 1. Sanctarel. *de hæreſi cap. 45. num.* 8. Intellige ſi rebaptizet cum intentione rebaptizandi, nam abſque ea non incureret irregularitem, vt ex Henriq. Vgol. Auil. & Soar. colligit, Bonac. *d. punct. 3. num.* 7. vbi *num.* 4. limitat in rebaptizante ſub conditione.

3 *Minor ætas.* Notatur ad hoc, quod ob ætatem teneram, & floreſcentem mitius quis punitur, vt per Tiraq. *de pœnis temperandis cauſa 7. à num.* 1.

4 *Et intentio fraternæ ſalutis.* Notatur ad hoc, quod mitius punitur qui deliquit, vt conſuleret conſanguineo, vt per Tiraq. *d. tract. de pœnis temperandis cap. 20. num. 3. cum ſeqq.*

5 *Si publicum eſt quod proponitur.* Notatur ad hoc, quod vt miniſtrans rebaptizanti irregularitatem incurrat, debet eſſe crimen publicum, vt per Soar. *tom. 3. diſp. 31. ſect. 6. dub.* 3. Aegid. *d. diſp. 18. dubitat. 3. nu.* 36.

6 *Niſi ad religionem, etc.* In irregularitate, quæ contrahitur ex iteratione baptiſmi publica ſolus Papa diſpenſare poteſt, qui vix rebaptizantes diſpenſat, vt religionem ingrediantur prout atteſtantur Tabien. *in ſumma verbo diſpenſatio, num. 13. verſ.* 14. & Salzed. ad Bernard. *d. cap. 15. lit. B verſ. & non ſolum in fine.* In rebaptizatione verò occulta poteſt Epiſcopus diſpēſare,
7 quia poteſt diſpenſare in irregularitate prouenienteex delicto occulto virtute Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reformat. cap.* 6. vt tenent Aegid. *d. diſp. 5. n.* 36. & ex Tolet. Sayr. & alijs Bonac. *d. punct. 3. num.* 9. vbi *num.* 10. tenet eodem modo poſſe Epiſcopum diſpenſare in irregularitate, quæ incurritur quando quis alium publicè baptizat, ſed neſcitur vtrum qui baptizatur fuerit antea baptizatus.

8 In gloſ. [Acolytus] ibi. (*ſupple, qui miniſterium ſuum præſtitit rei nefandæ*) Ergo irregulares efficiuntur, qui rebaptizanti miniſtrant Acolythi, Diaconi, vel Subdiaconi officio fungentes, vt tenent Salzed. ad Bernard. *loco proxi-*
9 *mè citato*, Aegid. *d. dubit. 5. num.* 35. Pari etiam ratione idem dicendum videbatur de compatribus ſcientibus, ſunt equidem iſti rebaptizationis participes, vt tenēt expreſſe Maiol. *de irregul. lib. 3. cap. 14. num.* 6. Aegid. *d. num.* 34. Salzed. *loco proximè citato.* Quamuis in rigore diſputationis contrarium eſſet reſoluendum, cum tex. in præſenti loquatur tantum de Acolytho, & conſequenter non videatur extendendum niſi ad eos, qui inſeruiunt reiterationi baptiſmi ex officio, vt optimè aduertit Bonac. *d. punct. 3. n. 1. in fine.*

10 In gloſ. [Intentio.] Notatur ad hoc, quod facilius expiatur delictum ex quadam pietate commiſſum, quàm vbi impietas præſtat cauſam delicto, vt per Tiraq. *de pœnis temper. cauſa. 24. num.* 2.

11 In gloſ. [Religionis.] Notatur ad hoc, quod per profeſsionem non tollitur ea irregularitas, quæ eſt ex proprio delicto ſuſcepta, ſed quæ ex alieno peccato contrahitur, vt per Couar. *in clement. ſi furioſus par. 1. §. 2. num.* 6. Xuar. *allegat. 25. num.* 3. Flamin. *de reſignat. lib. 5. quæſt. 3. num.* 195. Azor. *inſtitut. moral. par. 1. lib. 12. cap. 5. quæſt. 12. & par. 2. lib. 6. cap. 4. colum.* 671. Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 1. quæſt. 106. num.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*

2 *Infamatus grauiter de Apoſtaſia deficiente probatione compellitur ad ſe purgandum.*

3 *Clericis in ſacris conſtitutis receſſus ad ſeculum eſt interdictus.*

4 *Clericus, qui habitum, & tonſuram aliquo tempore dimiſſum reaſſumpſerit, non perdit fori priuilegium.*

Cap. Tuæ fraternitati. III.
Innoc. iij.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. And. Anania, Hoſtien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen.

Ximen. Toletan. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.* 2. Viuian. *in ration. lib.* 5. *Iuris Pontif pag.* 113. Alagona *in compendio Iuris Canonic. pag.* 664. refertur ab Ant. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 6. *cap. vnic.*

2 Probat hic tex. de apostasia grauiter infamatos deficiente probatione compelli per ecclesiasticam districtionem ad se purgandum, vt per Bernard. *in pract. cap.* 114. *prope finem in nouissima impress.*

3 *Non sunt in seculari habitu tolerandi.* Quia clericis in Sacris constitutis recessus ad seculum est interdictus *c.* 1. §. *sed si in Subdiaconatu*, & *cap. sanè, de clericis coniugatis*, cum similibus citatis per Anton. Ricciul. *de iure person. lib.* 7. *cap.* 6. *nu.* 20.

4 In glos. [Habitum .] Immo potius clericus, qui habitum, & tonsuram aliquo tempore demissum reassumpserit, non perdit fori priuilegium, vt per Cápram *consf* 97. *nu.* 33. *cum seqq.* Alex. de Neuo *consf.* 62. *nu.* 7. etiam quod tempore commissi delicti non gesserit habitum, modo post delictum illum reassumpserit, Couar. *pract. c.* 31. *nu.* 7. *vers.* 5. dummodo etiã reassumptio habitus non fuerit in fraudem Clar. *in* §. *fin. q.* 36. *vers. sed hic quæro*; dummodo etiam non fuerit vnica omissio habitus, quia ad priuandum clericum priuilegio clericatus necessaria est tanta perseuerantia, vt publicè existimetur laicus, vel quod contrarius animus in eo discernatur, vt per Farinac. *in praxi crimin. par.* 1. *q.* 8. *num.* 58.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Apostata dicitur, qui omnino deficiens à Fide Christiana sacrilegis se cætibus aggregat.*

Cap. Quidam. IIII.

1 Vper hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. And. Anania, Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordan. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 113. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 664. desumitur ex Concil. generali Lateranen. sub Innocen. III. *cap.* 7.

2 *Cum prioris ritus reliquias retinentes, etc.* Dicitur ergo apostata, qui omnino deficiens à Fide Christiana sacrilegis se cœtibus aggregat, veluti transiens de Christianismo ad Iudaismum, siue Paganismum, vt *in l.* 1. & 2. *C. hoc tit.* & per Innocen. *in cap.* 1. *supra hoc tit. nu.* 1. Butr. *num.* 4. *vers. quidam est*, Henric. *nu.* 2. Socin. *num.* 3. *ad finem, vers. tertio* Decian. *tract. crimin. lib.* 5. *c.* 71. *num.* 4. Menoch. *de arbitr. casu* 546. *num.* 63. Farinac. *de hæresi q.* 183. §. 2. *num.* 13. Sanch. *in præcept. Decal. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 16. Azor. *instit. moral. par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 21. *q.* 1. Anton. Ricciul. *de iure person. lib.* 6. *cap.* 2. *nu.* 1. vbi *num.* 6. cum multis aliis, quos ibi citat, resoluit apostatam dici non posse illum, qui ab improba secta in aliam reprobatam se transtulerit, veluti à Iudaismo ad Paganismum.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Clericus quando induci non potest ad reassumendum habitum male demissum, quid faciendum, ostenditur.*

Cap. A nobis. V. *Honor. iij.*

1 Vper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Anania, Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Mari. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 113. Alagona in *compend. Iuris Canon. pag.* 664.

2 Probat hic tex. clericum, quando induci non potest ad reassumendum malè demissum habitum, posse incarcerari sub graui custodia, ita, quod solum sibi vita misera referuetur, donec à suæ præsumptionis nequitia resipiscat, vt per Bernard. *in pract. cap.* 114. *in fine* in nouissima impress. Nam si speratur correctio, & impeditio malorum si coerceatur, vel detineatur apostata, tenetur Prælatus, & corrigere, & cogere ad redeundum, vt per Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 1. *q.* 30. *art.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Monachus in apostasia ordinatus non potest sine Papæ dispensatione in suscepto Ordine ministrare.*
3 *Ordinatus in apostasia à religione cũ sit excommunicatus sit irregularis.*
4 *Eiecti ab ordine si sint Subdiaconi, aut aliquo Ordine insigniti, nisi aliud obstet, possunt ad alios sacros Ordines promoueri.*
5 *Apostata à religione quis dicatur, ostenditur.*

Cap. Consultationi. VI. & fin.

1 Vper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Henr. Butr. Ancbar. Panor. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordant. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.* 2. Viuian. *in ration. lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 114. Alagona *in compendio Iur. Canon. pag.* 668.

2 Probat hic tex. monachum in apostasia ordinatum non posse sine dispensatione Papæ in suscepto ordine ministrare, vt per Decian. *in tract. crimin.*

crimin. lib. 5. cap.73. num 18. Soar. *tom.5.de cen-*
*sur. disp.*31.*sect.*3.Sayr. *eodem tract. lib.* 4. *cap.* 13.
*num.*16.Aldret. *de religiosa disciplina tuenda lib.*2.
3 *cap.*18.*num.*18. ordinatus enim in apostasia à re-
ligione,cum sit excommunicatus sit irregularis,
vt docet Henriq. *in summa lib.*13.*cap.* 39. §. 1.
4 *propè finem, & cap.*40.§. 1. Eiecti verò ab ordine,
si sint Subdiaconi, aut aliquo ordine insigniti,
nisi aliud obstet, possunt ad alios sacros Ordines
promoueri, vt per Nauar. *cons.3.sub tit. de regul.*
Fr. Emman. *quæst. regul. tom.*1.*q.*30. *art.* 24. quos
refert, & sequitur Ludouic. Mirand. *in manuali*
*Prælatorum tom.*1.*quæst.*52. *art.* 3.
5 Apostata in rigore loquendo censendus est
ille, qui recedit à suo monasterio, & religione,
inconsulto Prælato, & sine habitu habens vo-
luntatem firmatam in malum, & animum,atq;
intentionem non redeundi ad religionem am-
plius; vt videntur tenere Caldetin. *cons.* 1.*sub*
*hoc tit.*Nauar.*cons.*10.*num.*6.*sub eod.*Clar. *in* §. *fin.*
*quæst.*78.*vers.apostata punitur*,& Ludouic.Mirand.
*d.tom.*1.*quæst.*51.*art.*1.*concl.*1.& secundum Achil.
decis. 1.*sub hoc tit.* olim Rota *sub die* 11. *Februa-*
rij 1555.coram Oradino censuit,vt dicatur con-
tracta apostasia vera, & propria, quæ inferat
inhabilitatem, requiri recessum sine licentia, &
dimissione habitus cum animo illum amplius
non reassumendi, adeò vt si appareret habitum
esse dimissum cum voluntate illum reassumendi
non censeretur contracta apostasia, quæ infert
inhabilitatem, sed tantum illa, quæ infert ex-
communicationem, quare hæc opinio in apo-
stasia vera, & propria indubitabilis est, illa
verò, quæ tenet sufficere solum recessum à reli-
gione etiamsi habitus deferatur, quam tuentur
Decian. *in tract.crimin.lib.*5.*cap.*73.*nu.* 21. & 25.
Mascard. *de probat. concl.* 12. *nu.*1.Menoch. *de ar-*
bitr. casu 546. *num.* 36. Azor.*institut. moral.par.*1.
lib. 12. *cap.* 17. *q.*6.& alij plures ab ipsis citati,
procedit in apostasia minus propria, & per
quam sola excommunicatio contrahitur.

De his, qui filios occiderunt. Tit. X.

SVper hanc rub.scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Anchar. Butr.Panorm. Mar. Socin.Petr.de Rauen. *in compendio Iuris Canon.* Martin.Mesnar. *in epithome Decretal. fol.* 181. *verso.* Dani.Venator.*in analysi methodica Iuris Pontificij à pag.*631. Goffred.& Hostien.*in summa huius tit.* Alexand. Cassan. & Anast. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. sub hoc titulo.*

De materia tituli vide scribentes per tex. ibi *in l.* 1. *vers. sed si mater ff. ad legem Pompeiam de parricid. & in l.* 1. *in princip.C.eod.*Vella *de delictis cap.*27. Anton. Gom. *var. tom.* 3. *cap.*3. *num.*3. *in princip.* Decian. *tract. crimin. lib.* 9. *cap.* 8. Salorz. *de parricid. lib.* 2. *cap.* 10. Farin. *in praxi crimin. quæst.* 120. *num.* 106. *cum seqq.*

De parricidio, & eius atrocitate,vide Conrad. *in pract.tit.de parricid.* Iodoch. *in pract. c.* 87. Cou. *in clem. si furiosus par.* 2. *in princip. num.* 12. Placa *in epithome delictorum cap.*22. Clar.*in pract.* §.*parricidium* Anton. Gom. *d. num.*3. Petr. Greg. *syntag. Iuris lib.*36..*cap.*24.Vini.Kirchou Soar.& alios *tom.*2.*commun.opinion.lib.*9. *tit.* 14. Decian. *d.lib.*9.*cap.*86.Menoch.*de arbitr.casu* 356.Fachin. *controu. iuris lib.* 9. *cap.* 86.Guid. Panceirol. *in thesauro vari. lectionum lib.* 2. *cap.* 236. latè Farin. *d. quæst.*120.Azor *institut. moral. par.* 2 *lib.*2.*cap.*25. *quæst.*1.Molin.*de iustit.tom.*4.*tract.* 3.*disp.* 26. Cardos.*in praxi iudic.verbo homicidium nu.* 28. & *verbo malier num.* 25. Cald. Pereira *quæstion.forens. in comment. ad l. vni.C.ex delictis defunct.par.*2.*nu.*31. latè Salorzan. *in speciali tract.de parricid.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Iracundia in delictis non excusat à pœna, nisi sit maxima, & iusta.*
3 *Exheredatio calore iracundiæ facta de filio, an valeat remissiuè.*
4 *Iracundiæ calor, quo contractus infringuntur, debet esse talis, vt ab ira consensus penitus alteretur.*
5 *Mater filium occidens iracundiæ calore submoto in monasterium detruditur ad perpetuam pœnitentiam agendam.*
6 *Impedimentum impediens Matrimonium an sit interfectio proprij filij.*

Cap. Veniens. I. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb.antiq.Innoc.
Collec.Zabarel Io.And.Anania.Host.Anch.
Butr.Henr. Panor.Marian. Socin. Ximen. Tolet.
in concordant. vtriusque Iuris cum legibus Castel-
læ par. 2. Vinian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pon-*
tif. pag. 114. Alagona *in compendio Iuris Canon.*
pag. 665.refertur ab Anton. Augustin.*collect.* 1.
Decretal. lib. 5. *tit.* 9. *cap.* 1. & est post Concil.
Lateranen. sub Alex. III. *par.* 50. *cap.* 12.
2 *Ipsa iracundia calore, &c.* Notatur ad
hoc,quod iracundia in delictis nō excusat à pœ-
na, vt per Duen. *reg.* 292. *vers. limita primo, &*
seq. nisi sit maxima, & iusta,Ioseph. Sesse *Ara-*
gonia decis. 104. *num.* 24. Carrer. *in pract. crimin.*
§. *homicidium vers. septimo excusat, à nu.* 1. Tiraq.
de pœnis temp. causa 1. *à num.*1. Bajard. *ad Clar.* §.
fin. quæst. 60. *num.* 36. Et in blasphemia loquens
Farinac. *in praxi crimin.par.*1.*q.*20.*num.*47.*& seq.*
Et in exhæredatione iracundiæ calore facta de
3 filio quamuis cum iusta causa, vt non valeat
vide *l. si filium C. de inoffic.testam.* Menoch. *con-*
4 *sil.*544.*num.*6.& *cons.*956.*num.*41. & 42. Calor
igitur iracundiæ, quo contractus infringuntur,
talis esse debet, vt ab ira consensus penitus al-
teretur, acsi quis suus sit, sed iræ motu sic con-
citatus, vt quid agat fere non percipiat, ita
Panor.

Panor. & Felin. *in cap. sicut in 1. sup. de iureiur.* Dec. Cagnol. & Mayn. *in l. quod calore ff. de regulis iuris*, Bald. Salycet. & Iaf. *in d. l. qui filiam*, Tiraq. *d. causa* 1. Mench. *de success. creat. lib.* 1. §.10. *n.* 616. Alciat. *resp.* 477. *n. fin.* Socin. iun. *cons.* 36. *nu.* 10. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 544. *num.* 5. & 6. & *de praesumpt. lib.* 1. *praesumpt.* 14. *num.* 21. & 22.

5 *Ad aliquod monasterium transeat*. Notatur ad hoc, quod mater filium occidens iracundiae calore submoto in monasterium detruditur ad perpetuam pœnitentiam agendam, vt per Farin. *in praxi crimin. par.* 5. *q.* 120. *nu.* 19. vbi etiam dicit hunc text. loqui in foro animae, & pœnitentiali.

6 *Ei licetia in Domino nubendi, &c.* Ergo impedimentum impediens Matrimonium est interfectio proprij filij, de quo Sanch. *de Matrimon. lib.* 7. *disp.* 6. *nu.* 12.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Dispensandi lenior causa est habere filios.*
3 *Thorum ab vxore filium occidente separari non licet.*

Cap. Intelleximus. II. *Luc.* iij.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Mar. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellae par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 115. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 666. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 9. *cap.* 2. & est post Concil. Lateranen. *par.* 50. *cap.* 25.

2 *Illam alios habere filios, &c.* Ergo habere filios est causa leuius dispensandi, vt per Tiraqu. *de pœnis temper. causa* 26. *num.* 1. *cum seq.*

3 *Eidem viro restituas.* Notatur ad hoc quod propter homicidium filij non licet separare thorum ab vxore filiũ occidente, vt per Palat. *in repet. rub. de donation. inter virum & vxor.* §. 78. *num.* 5. Vnde non videtur approbandum quod Plato *dialog.* 9. *de legibus*, prout eum refert Menoch. *de arbitr. casu* 364. *nu.* 15. scriptum reliquit in bene instituta Republ. esse ita sanciendum. Si pater, aut mater (accidit enim quãuis raro) per iram verberibus, seu quouis modo filium, vel filiam, interficiat, perinde ac caeteri homines purgentur, & triennium exulent, & post ipsam restitutionem maritus ab vxore, vxorq; à marito separentur.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Infans anniculus, vel de recenti natus, si reperiatur in lecto matris, vel nutricis suae mortuus, praesumitur mortuus casu, vel aliqua culpa, aut negligentia, non autem dolo.*

Cap. De infantibus. III. & fin.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostiens. Anania, Anchar. Butr. Henric. Panorm. Mar. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellae p.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 116. Alagona *in compend. Iuris Canonici pag.* 666. refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decret. lib.* 5. *tit.* 5. *cap. vnico.*

2 Notatur hic tex. ad hoc, quod si infans anniculus, vel de recenti natus reperiatur in lecto matris, vel nutricis suae mortuus, praesumitur mortuus casu, vel aliqua culpa, aut negligentia, nõ autẽ dolo, & perconsequens non debet puniri pœna mortis, vel ordinaria, sed tantum pœna extraordinaria iudicis arbitrio secundum qualitatem culpae, vide Anton. Gomez *vari. tom.* 3. *cap.* 3. *nu.* 3. Menoch. *de arbitr. casu* 327. Auendan. *de exequendis mand. lib.* 1. *cap.* 1. *nu.* 18. *vers. alia custodia est nutricum*, plures refert Doctores Cened. *ad Decretal. collect.* 48. *nu.* 1. Decian. *tract. crimin. lib.* 9. *cap.* 8. *nu.* 20. & *cap.* 16. *nu.* 31. Henriq. *in sum. lib.* 14. *de irregularit. cap.* 15. *prope finem*, Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 4. *c.* 12. quorum duo posteriores admonent quod iacere in eodem lecto cum infante non caret culpa, cum res periculosa sit, nec sit quis dominus eorum, quae somno sopitus agit; accidere tamen potest, vt huiusmodi cubatio culpa careat, v. g. si lectus sit latus, & puer implacabilis, aut qui aliter à frigore defendi non possit, & mulier in somno suum retineat situm, & locum.

De infantibus, & languidis expositis. Tit. XI.

SVper hanc rub. scripserunt Zabarel. Io. Andr. Anchar. Butr. Panorm. Mari. Soc. Durand. *in breuiario aureo fol.* 140. Petr. de Rauenna *in compendio Iuris Canon.* Martinus Mesnart. *in epithome Decretal. fol.* 182. Dan. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontif. à pag.* 633. Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alexand. Cassan. & Anastasi. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. sub hoc tit.*

Infans dicitur vsque ad septimũ annũ inclusiue, vt per Duen. *reg.* 259. *ampl.* 2. Petr. à Placa *in epith. delict. c.* 32. *n.* 2. Menoch. *de arbitr. casu* 57. *n.* 2. & 7. *um*

cum seqq. & *de præsumpt. lib.* 4. *quæst.* 47. *num.* 3. Fariu. *in praxi crimin. par.* 2. *q* 58. *n.* 6. & *q.* 92. *n.* 3. Et proprie est infans qui existimatur à iure fari non posse, non quidem tanquàm voce priuatus; sed tali præditus, quæ pro nulla iure habetur, Donel. *in l.* 1. *num.* 6. *ff. de verbor.* vbi Aquilin. *num.* 100. Infantia ergo est ætas in qua fari nescitur, & illic terminatur vnde oritur pueritia, seu pupillaritas, quæ in maribus ad 14. annum extenditur, in fœminis vero 12. annorum spatia desiderat, vt post glos. *in proœm. Sexti Decretal.* testantur Menoch. *de arbitr. casu* 57. *nu.* 2. & *de præsumpt. lib.* 4. *q.* 157. *nu.* 38. Fariu. *d. q.* 92. *nu.* 6. Et inter septennium, & 14. annum masculi, & 12. fœminæ impuberes nominantur *princip. instit. quibus modis tutela finitur.* Proximus infantiæ dicitur post septennium vsq; ad 10. annum cum dimidio si masculus sit; si vero fœmina vsque ad nouem annos cum dimidio, *glos. in verbo infantiæ proximus in §. pupillus instit. de inutil. stipul.* Ant. Gomez *vari. tom.* 3. *cap.* 1. *nu.* 57. *vers. Et dicitur proximus.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo vel aduersarij dolo post nu.* 53. Farin. *d. q.* 92. *nu.* 4.

Languidi diriuantur à verbo langueo, quod vltra alia significata illud habet proprium quoad propositum, idest, infirmari, vt apud Calepin. Thesaur. & alios legi potest, sicque languidus idem est quod infirmus, patet ex illo Ioannis *cap.* 5. ibi, respondit ei languidus, & *cap.* 11. ibi, quidam languens Lazarus, & Matth. *cap.* 14. ibi, curauit languidos eorum, & non abs re inter languidos, & infantes idem ius seruatur, siquidem quoad curam vtrorumque par propensio debet impendi. Hi languidi sunt proprie infirmi, & morbo perpetuo detenti, tali quidē, qui noceat rei cuicunq; gerendæ *l. morbus ff. de verb. signif.* vbi Rebuff. vnde non sufficit quēcunque breui aut leui morbo laborare, vt dicatur languidus, sed debet esse grauis infirmitas, multum duratura, idq; demonstrat propria infirmitatis ratio, secundum Gom. *in reg. de infirmis q.* 28. Azeuedo *in l.* 6. *num.* 9. *tit.* 5. *lib.* 3. *nouæ recop.* quod autem duratura sit ægritudo satis de iure præsumitur, dum contrarium non probatur, vt per Flam. *de resignat. lib.* 5. *q.* 3. *nu.* 39. Menoch. *lib.* 6. *de præsumpt. q.* 44. *nu.* 2.

Expositi filij secundum Azon. *in summa huius tit.* nominātur sanguinolenti, quia pœna sanguinis istud expositionis facinus luendum est; nam pater exponens necare videtur argu. text. *in l. necare ff. de liberis agnosc. cap. fin.* 87. *distinct.* Azonem sequitur Gregor. Lop. *l.* 4. *glos.* 1. *tit.* 20 *par.* 4. & idem tenuit glos. *in l.* 2. *Cod. de patribus, qui filios distraxerunt.* Sed verius dicendum est expositos quidem si infantes sint sanguinolentos nominari, quia de recēti nati adhuc sāguine madere creduntur. Si vero expositi prouectioris ætatis sint, tunc pater exponens dicitur sanguinolentus, quia sanguinis sui partem (hoc est filium *arg. l. vlt. Cod. de impuberum, & aliis*) internectioni prostituit. In summa expositi sunt omnes ij, qui à patre, aut domino abijciuntur, & veluti extra domum, familiam, & potestatem ponuntur.

Quæstio est celebris. Vtrum filij de quorum parentibus non constat, vt sunt infantes expositi, censendi sint legitimi, an spurij? Et quod spurij sint censendi, & vti tales ad Ordines absq; dispensatione nullo modo promouendi secure docet Majol. *de irregul. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 1. quem magis sequitur Couar. *in clemen. si furiosus par.* 1. *in princip. nu.* 9. resoluens quod ipse consulerit ne promoueantur expositi, eaque ratione confirmat, quia non solent filij legitimi exponi, sed potius expositi nasci ex furtiuis, & illicitis congressibus, & Cou. opinionē sibi magis placere ait Salzedo *in pract. c.* 14. *lit. C, in fine.* P. Rebello *de obligation. iustit. par.* 2. *lib.* 1. *quæst.* 3. *sect.* 2. *n.* 15. & hoc esse securius concludit Soar. *tom.* 5. *de censuris disp.* 50. *sect.* 4 *num.* 4. & Valer. Reginal. *in praxi lib.* 30. *nu.* 77. *vers.* 7. Et expositi æquiparantur vulgo quæsitis, Pute. *par.* 1. *decis.* 435. D. Barbosa *in rubr. ff. soluto Matrimon. par.* 1. *nu.* 20.

Verū Doctores magis communiter resoluunt hos filios, de quorum parentibus non constat, legitimos esse censendos, ac successionum, Ordinum, ac dignitatum capaces. Ita Paleoth. *de nothis & spurijs cap.* 63. *n.* 3. & 7. Bermond. *de publicis concubin. in verbo, qui etiam filios ex tali concubinatu procreatos, nu.* 90. Menoch. *de præsump. lib.* 6. *q.* 54. *nu.* 20. Mascard. *de probat. concl.* 799. Gironda *de priuilegiorum explicat. num.* 1441. & *seq.* Menoch. *de arbitr. casu* 396. *num.* 15. & 16. Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 1. *q.* 13. *art.* 1. & *q.* 14. *art.* 3. *col.* 6. D. Sebast. Orosco *en el thesoro de la lengua Castellana verbo encebado ad finem.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 135. *nu.* 31. *et seqq.* & *cap.* 267. *n.* 22. Nā dubia stante origine potius iudicandum est pro legitimitate, vt per Puteum *lib.* 3. *decis.* 2. Pereg. *de fideicomm. art.* 41. *nu.* 71. quos refert Stephan. Gratian. *d. cap.* 135. *num.* 34. Expositi tamen sunt incapaces officiorum sanctæ Inquisitionis, Ecclesiarum, Collegiorum, & Confraternitatum, in quibus habentur statuta requirentia, qualitatē nobilitatis, & alia huiusmodi, vt per Perez de Lara *de anniuers. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 37. Gironda vbi proxime *num.* 1443. & *seq.* & *num.* 150. resoluit expositum esse ciuem illius loci, & ciuitatis, cui exponitur, itaut si aliquod legatum relinquatur, vel priuilegium concedatur, vel puellis naturalibus, vel ciuibus alicuius ciuitatis, vel pro eis maritandis aliquid relinquatur, virgines, & puellæ expositæ comprehenduntur.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Parentes peccant qui filios exponunt, si eos nutrire, & alere commode possint.*
3 *Pater, & patronus amittunt ius filiationis, & seruitutis cum filios, vel seruos exponunt.*

4 *Expo-*

4 *Expositis, quorum parentes ignorantur, prestantur alimenta ab Ecclesia, vel eius Rectore, & in defectu à communitatibus.*

5 *Expositi antiquitus alebantur in loco per Traianum ędificato.*

6 *Expositos pro filijs possunt parentes agnoscere.*

7 *Pater exponens filiam licet perdat patriam potestatem, non tamen eximitur ab onere dotandi.*

8 *Expositum filium, vel seruum alens repetit à patre, vel domino expensas.*

9 *Expositis succedit hospitale excluso fisco.*

Cap. Si à patre, vni. *Greg. IX.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Anania, Ioan. Andr. Hostien. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Mar. Socin. Ximen. Toletan *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellę par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag.* 116. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 666.*

2 *Relegato pietatis officio.* Aduerte, quod peccant parentes, qui filios exponunt, si eos nutrire, & alere commode possint, vt per Azor. *institut. moral. par. 2. lib. 2. cap. 26. quæst. 2.* Henriq. *in sum. par. 2. lib. 11. cap. 19. §. 3.*

3 *A potestate patria fuit liberatus.* Notatur ad hoc, quod pater, & patronus amittunt ius filiationis, & seruitutis cum filios, vel seruos exponunt, siue pater exponat filium, siue alius eo consentiente, vel ratum habente, quia idem est quoad perdendum ius patriæ potestatis, vide Paleoth. *de nothis, & spurijs cap. 63. num. 6.* Menoch. *de arbitr. casu 396. num. 11.* Surd. *de alimentis tit. 4. quæst. 18. num. 2. & tit. 8. priuil. 63. num. 4. & priuil. 64. num. 2. cum seqq.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 267. à num. 1. cum multis seqq.* Azor. *institut. moral. par. 2. lib. 2. cap. 26. quæst. 1.*

4 Infantibus expositis, quorum parentes ignorantur, præstantur alimenta ab Ecclesia, vel eius Rectore, vt per Surd. *de alimentis tit. 1. q. 81. num. 1.* Antiquitus alebantur in loco per Traianum ædificato, vt per Franc. Munoz
5 *de ratiocin. cap. 25. num. 46.* vbi etiam de columna lactearia, quia ibi infantes lacte alendi deferabantur, quem refert Stephan. Gratian. *d. c. 267. num. 9. & 10.* dicit quod vbi Ecclesia non haberet sufficientes redditus, vel vbi non extant publica hospitalia, consueuere communitates locorum tales recipere, & nutricibus nutriendos dare publica impensa.

6 Parentes possunt agnoscere expositos pro filijs, qui tunc censebuntur legitimi, & sui hæredes, vt per Stephan. Gratian. *d. c. 267. n. 14.* vbi *à num. 34.* resoluit quod licet pater exponens filiam perdat patriam potestatem, non per
7 hoc eximitur ab onere dotandi, quia solum perdit patriam potestatem quoad ea, quæ sunt sibi vtilia, non circa sibi onerosa, & damnum
8 afferentia, & *num. 41.* tenet quod alens seruum, vel filium expositum repetit à patre, & domino alimenta, etiam facta pro filio exposito erudiendo in aliqua arte.

9 Expositis succedit hospitale excluso fisco, vide Peregrin. *de iure fisci lib. 4. tit. 3. rub. de bonis vacantibus num. 16.* Greg. *l. 4. verbo esbandolos tit. 20. part. 4.* Lara *in l. si quis à liberis, §. si quis ex his num. 10. ff. de liberis agnosc.* Perez *tit. 4. lib. 5. Ordin. pag. 162.* Farin. *fragment. crimin. par. 1. lit. F, num. 134.*

De homicidio voluntario, vel casuali. Tit. XII.

SVper hanc rub. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Panor. Felin. Marian. Soc. Ioan. de Londris *in breuiario Sanctorum Canonum, fol.* 181. Petr. de Rauenna *in compendio Iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epithome Decretal. fol.* 182. Dan. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontif. pag.* 635. Goffr. & Host. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlos ad quinque libros Decretal. sub hoc tit.*

De materia huius tit. vide Ordinat. Regiam Lusitan. *lib. 5. tit.* 35. vbi Parens meus, apud Castellanos, *tit. 13. lib. 8. Ordin.* vbi Perez. & *tit. 23. lib. 8. noua recop.* vbi Azeued. Aegid. Boss. *in pract. tit. de homicid.* Carrer. *eod. tit.* Clar. *lib. 5. §. homicidium,* Anton. Gom. *tom. 3. vari. cap. 3.* Hyppol. *cons. 7.* Decian. *tract. crimin. lib. 9. cap. 17. cum seqq.* Pradil. *in summa legum pœnalium par. 1. cap. 15.* Farin. *in praxi crimin. par. 4. de homicid.* Ayrer. *in speciali tract. de homicid.* Petr. Caball. *in tract. de omni genere homicidij,* Vela *de delictis cap. 15.* Gutier. *canon. lib. 2. cap. 5. & 6.* Iacob. de Graffis *in decision. aureis par. 1. lib. 2. cap. 62. cum seqq.* Azor *institut. moral. par. 3. lib. 2. de homicidio.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Declaratur tex. in presenti, & nu. 3.*

4 *Proditor, & per insidias delinquens non gaudet Ecclesię immunitate si ad eam confugiat.*

5 *Proditorie quemquam occidere, aut per insidias, idem est.*

6 *Proditorium homicidium est cędes hominis nihil tale suspicantis.*

7 *Proditione, aut ex insidijs vulnerans an sit ab Ecclesia euellendus, remissiuè.*

Cap. Si quis.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. And. Anania, Host. Anch. Butr. Henr. Panor. Felin. Mar. Socin. Casal. *in annot.* Ceneд. *collect.* 136. Ximen. Toletan. *in concordantijs*

dantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2. Viuian. in rationali Iuris Pontif. pag. 117. Alagona in compendio Iuris Canon. pag. 667. & vol. 4. repet. in iure Canonico ad lib. 5. Decretal. Ioan. Brunel. refertur à Burchard. lib. 11. decret. cap. 6. & lib. 19. cap. 5. & Iuo. par. 13. cap. 46. & ab Anton. Augustin. collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 10. cap. 4.

2 Tex. hæc, qui hoc tantum continet verba. Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias ab altari meo euelles, vt moriatur, desumpta ex lib. Exod. cap. 21. varie intelliguntur à Doctoribus tam nostris quam Theologis in ea quæstione examinanda an proditoriè, & per insidias delinquens immunitate gaudeat Ecclesiastica, cuius quæstionis resolutio negatiua ex nostro textu videbatur deduci, nisi extaret decisio cap. inter alia sup. de immunit. Eccles. vbi habetur omnem etsi grauissimi criminis reum immunitate perfrui ad Ecclesiam confugientem, præter famosum latronem, & agrorum deputatorem, nam cum duos tantum ille textus casus excipiat, proinde regulam in contrarium dicit l. nam quod, cum vulgarib. ff. de supellectili leg. quo fundamento quemuis alium proditorium licet homicidam immunitatis beneficio gaudere existimauit quidam modernus, respondens ad hunc tex. quod non de laico loquitur, sed de clerico, qui cum grauius laicis peccet, in tanti, tamque sacri Ordinis dedecus Ecclesiæ subterfugio gaudere non debet, qui ipsam contumelio offendit: atque ideo ab Ecclesiastico iudice solemniter Ordinibus illis Sacris exauctoratus, & degradatus iudici sit tradendus seculari, qui ipsum male perdat, & occidat, nulla alia interim expectata contumacia, etsi incorrigibilis (vt Iura aiũt Canonica) nõ sit: huius intellectus auctor fuit Panor. hic & nouè amplexatur Gutier. practic. lib. 1. quæst. 2. num. 7. & quod in clerico intelligatur homicida docuerunt Albert. in tract. de hæret. quæst. 11. nu. 69. Tiber. Decian. resp. 80. nu. 18. cum seqq. lib. 3. Sed defendi non potest, vt recte quidem illum improbans ostendit Cou. vari. lib. 2. cap. 20 num. 7. nam clarum est cap. 21. Exodi, à quo desumptus est tex. in præsenti, de laico loqui non de clerico, aut saltem de vtroque generaliter, neque ad clericum solummodo posse adaptari, vulgita hæc sustinet verba editio. Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias ab altari meo euelles, vt moriatur. Chaldaica vero translatio sic. Et quando impie egerit vir contra proximum suum, vt interficiat eum per insidias de conspectu altaris mei tolles eum, vt interficiatur. Hebræa lectio sub Bearma vocabulo continetur, id est vt Lippoman. transfert in catena cap. 21. Et cum superbierit, vel cum temere egerit vir contra fratrem suum, vt occidat eum per insidias, &c. Et septuaginta interpretes, quorũ in trãsferẽdis, & explicãdis locis sacrorũ Bibl. maior est auctoritas, ex græco sermone sic traduxere; Si quis aggressus fuerit proximum suum, vt occidat eum dolo, & fugiat, ab altari meo accipies eum vt occidatur, vnde nec ex d. c. 20. Exodi, nec ex alijs versionibus deprehendi potest de clerico agi, & non de laico.

3 Deinde Innoc. & Godofred. male intelligunt tex. in præsenti loqui de altaribus veteris Testam. quæ non tantæ erant apud Hebræos existimationis, qualia apud nos nostra; quis enim credet Gregorium P. M. in hoc tex. nihil decidere voluisse, sed tantum, quæ veteris erant Testamenti, referre. Simili modo non est admittenda alia interpretatio ad illa verba tex. vt moriatur, idest in peccatis, vel vt alij volunt, idest pœnitentia plectatur, seu secundum alios deponatur; aut ab Ecclesia non defendatur; offendũt enim litteram textus, & eius verum subuertunt intellectum.

4 Quare ad principalem quæstionem respondendo pro certo tenendum proditorem, & per insidias delinquentem non gaudere Ecclesiæ immunitate si ad eam confugiat, itaut ille, qui consulto occidit, etsi nullis interiectis insidijs immunitate minime gaudeat, nam ante omnium nunc oculos est Gregorium P. M. statuere eum, qui per industriam occiderit proximum suum, & per insidias ab altari euellendum, vt moriatur. Duæ sunt partes huius cap. prior sua oratione, & verbo cõclusa integrũ retinet sensum dum dicit si quis per industriam occiderit proximum suum, subsequitur tunc dictio, &, & per insidias: sane copula, &, post perfectam orationem non copulat, aut coniũgit, sed disiungit, & sumitur pro, aut, seu, vel, ita Bart. in l. Seia §. Gaiæ num. 3. ff. de fundo inst. Alex. cons. 66. num. 6. lib. 3. Paris. cons. 38. num. 26. lib. 2. Alciat. resp. 96. num. 26. id ipsum ex bonarum litterarum auctoribus, & puritatis linguæ latinæ obseruatoribus docet Laurent. Valla in elegant. lib. 2. cap. 38. Quo sane fundamento ita sustinẽt gl. hic verbo, per insidias, Abb. antiq. Anch. Butr. Anania, & Felin. Ferrarieñ pract. tit. de forma inquisit. vers. ex his potest probabiliter quæri, Guid Papæ decis. 121. à num. 1. Remig. de immun. Ecclesiast. fallent. 12. à num. 12. Cassan. in consuet. Burgund. rub. 1. num. 112. Clar. §. homicidium n. 12. vbi hãc dicit opinionem totius orbis vsu receptam, Cou. d. cap. 20. num. 7. ad fin. vbi hanc admittit licet putet homicidam nisi insidiosum immunitate gaudere consulto licet occideret, Alciat. de præsumpt. reg. 3. præs. 33. n. 4. & lib. 7. parerg. cap. 16. Papon. lib. 1. tit. 2. arresto 18. Perez l. 6. tit. 2. lib. 1. & l. 39. tit. 19. lib. 8. Ordin. Anton. Gom. tom. 3. vari. cap. 9. num. 2. & cap. 10. post num. 2. vers. quinto limita, Boer. decis. 109. num. 34. & seq. Rebuff. tom. ad leges Galliæ tit. de immunit. Eccles. art. 1. quæst. 5. Plot. inter consilia crimin. cons. 133. à num. 1. Gig. in tract. de crimine læsæ maiest. lib. 1. tit. qualiter & à quibus crimen læsæ maiest. quæst. 10. num. 17. Nau. in man. cap. 25. num. 21. Cur. Philip. par. 3. §. 12. num. 30. Azeued. l. 3. num. 6. tit. 2. lib. 1. nouæ recopil. Mench.

V de

de successi. creat. lib. 3. §. 22. post nu. 53. vers. illud autem, Humad. *ad Gregor. l. 4. n. 4. tit. 11. par. 1.* Ioseph. Ludou. *Lucan. decis. 16. nu. 33.* Decian. *tract. crimin. tom. 2. lib. 6. cap. 28. n. 12. & lib. 7. cap. 30. num. 6.* Soar. de Pace *in pract. tom. 1. p. 5. cap. 3. §. 3. à num. 113.* Gutier. *pract. lib. 1. q. 2. num. 2. & 8. vers. secundo respondeo, & lib. 3. q. 4. nu. 8.* Bobadil. *in sua politica lib. 2. cap. 14. nu. 33. & 35.* Anastas. Germon. *de sacrorum immunit. lib. 3. cap. 16. nu. 59. cum seqq.* Fachin. *controuers. Iuris lib. 9. cap. 93.* Peguer. *Cathal. decis. 54.* Farin. *in praxi crimin. par. 1. q. 18. nu. 74. & q. 28. n. 24. & cons. 76. nu. 18.* Modern. *de iurisdict. par. 2. c. 51. num. 4.* Petr. Caball. *in tract. de omni genere homicidij nu. 388. cum seqq.* Camill. Borrell. *in summa omnium decis. tit. 3. de his qui ad Ecclesias confug. à nu. 76.* Raphael de la Torre *in 2. 2. D. Thoma tom. 2. q. 99. art. 3. disput. 7. except. 3. vers. nunquid sunt.* Melch. Phæbos *Lusit. decis. 81. n. 5.* Soar. *de relig. tom. 1. lib. 3. tract. 2. cap. 11. n. 10. cum seqq.* Henriq. *in sum. lib. 14. de irregul. c. 14. §. 2. in comm. lit. O,* Cened. *ad Decretal. collect. 136.* Molin. *de iustit. tract. 3. disput. 23. nu. 4,* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 30. num. 97.* latè & eleganter Francisc. Molinus *in libro de sacra homicidio amittēda immunitate nec ne, anteloq. 3. & cap. seq.* vbi *in d. anteloq. 3. num. 17.* respondēs *ad d. cap. inter alia,* in princip. huius text. allegatum, asserit illum cum hoc tex. non pugnare cum posterior sit, & priori dispositioni *d. cap. inter alia* addere potuerit, *l. non est nouum cum l. seq. ff. de legib.*

5 Proditoriè autem quemquam occidere, aut per insidias pro eodem apud nos reputatur, vt innuit Guttier. *pract. lib. 1. q. 2. nu. 9.* Menoch. *de arbitr. casu 362. nu. 20.* Soar. de Pace *d. §. 13. num. 113. cum seq.* Peguer. *d. decis. 54. num. 8.*

6 Prodere enim est vnū actibus ostendere, & aliud in mente gerere, vnde homicidium proditoriū esse cædem hominis nihil tale suspicantis tenēt Burg. de Pace *cons. 22. nu. 16.* Petr. Caball. *in tract. de omni genere homicidij à nu. 398.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 380. nu. 40.* & plures per Cened. *d. collect. 136. nu. 2.*

7 *Occiderit.* Ergo vulnerans proditoriè, aut ex insidijs non est ab Ecclesia euellēdus, de quo an verum sit vide Cou. *d. cap. 20. post nu. 7.* Menach. *d. casu 361. num. 19.* Soar. à Pace *d. §. 3. nu. 126.* Bobadil. *d. cap. 13. num. 34.* Peguer. *Cathal. decis. 62.* Gutier. *practic. lib. 3. quæst. 7. nu. 55.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
3 *Furem diurnum, vel nocturnum an, & quando liceat occidere, remissiuè.*
3 *Defendere se potest quilibet vsque ad occidentem iniusti aggressoris.*
4 *Defendere sua quis potest vsque ad occisionem iniusti aggressoris, præcipuè si probabilis spes non sit aliter illa recuperandi.*
5 *Honoris proprij licita est defensio, nisi arrepta fuga saluti suæ consulere possit, dummodo non sit miles, vel nobilis, quibus dedecus est fugere.*
6 *Proximi vitam, seu bona, vsque ad occisionem iniusti aggressoris defendere licet, quando aliter illa defensio expediri non potuerit.*
7 *Defendendi proximum obligatio in priuatis personis, prouenit ex lege charitatis, in alijs verò constitutis auctoritate publica ad audienda crimina, vel ad defendendum specialiter conductis, prouenit ex iustitia.*

Cap. Interfecisti. II.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Panorm. Henric. Felin. Mar. Socin. Cened. *collect. 96.* Casal. *in annot.* Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 117.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 667.* refertur à Burch. *lib. 11. Decret. cap. 60. & lib. 19. cap. 5.* Iuo. *par. 13. cap. 46.* & Ant. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 10. cap. 4.*

2 *Interfecisti furem.* An & quando liceat occidere furem diurnum, vel nocturnum dicam *cap. seq.*

3 *Te.* Ergo potest quilibet se defendere vsque ad occisionem iniusti aggressoris, vt resoluunt Legistæ *in l. vt vim ff. de iustit.* & Canonistæ *in Clem. si furiosus de homicid.* vbi Couar. *par. 3. §. vni. nu. 1.* Clar. *§. homicidium num. 24.* Syluest. *verbo homicidium 1. nu. 5. in fine,* Anton. Gomez *vari. tom. 3. cap. 3. nu. 20. cum seqq.* plures refert Cened. *ad Decretum collect. 29. num. 2.* quibus adde Petr. Caball. *in tract. de omni genere homicidij nu. 93.* Cardos. *in praxi iudicum & aduocat. verbo defensio 2. & verbo homicidium 5.* Farin. *in praxi crimin. par. 5. q. 125. num. 3. cum seqq.* Aloys. Ricc. *in collect. decisionū par. 4. collect. 792.* Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib. 2. concl. 310. consid. 1.* Ex doctiss. Patribus Societatis IESV Soar. *de censuris disput. 22. sect. 1. num. 33.* Molina *de iustit. tom. 4. tract. 3. disput. 11. à princip.* Lessi. *eod. tract. lib. 2. cap. 9. num. 41. cum seqq.* Rebell. *de obligat. iustitiæ p. 1. lib. 3. q. 12. à princip.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 4. quæst. 10. à num. 9.* Azor. *instit. moral. par. 3. lib. 2. cap. 1. q. 1.*

4 *Tuaq; liberando.* Per hunc tex. in præcitatis verbis tenent aliqui de Iure Canonico minimè licitum esse hominem occidere ad patrimonij, & rerum tutelam, nisi necessaria propriæ vitæ defensio accedat, intelligendo verba illa, te, tuaq; liberando, coniunctiuè. Verum communis ferè omnium opinio tenet licitam esse rerum sicut corporis defensionem vsque ad iniusti aggressoris occisionem, præcipuè si sint res magni momenti, nec sit probabilis spes aliter illas recuperandi, quàm quidem tuentur Duen. *reg. 191.* Clar. *d. §. homi-*

homicidium num. 19. Cou. d. §. vni num. 6. vers. quinto, Anton. Gom. d. cap. 3. num. 20. Mascard. de probat. concl. 490. num. 9. & concl. 1126. Sot. de iustit. lib. 5. quæst. 1. art. 8. Nau. in man. cap. 15. nu. 2. Tolet. in instr. conscientię lib. 5. cap. 6. vers. tertius casus, Mench. illust. cap. 18. num. 5. plures quos refert Cened. d. collect. 29. num. 2. & ad Decretal. collect. 96. nu. 3. quibus adde Mich. Grass. tom. 2. commun. opinionum lib. 9 tit. 10. num. 13. pag. 484. Cardos. d. verbo defensio num. 4. & verbo homicidium num. 8. Farin. d. quæst. 125. à num. 168. & à num. 118. Sayr. in claui Regia lib. 7. cap. 10. & de censur. lib. 6. cap. 17. num. 24. Campan. in diuersorio Iuris Canon. rub. 11. cap. 23. num. 57. Beja respons. casuum Conscientię par. 2. casu 23. Bernard. Grauæ. d. concl. 110. Don Christoph. de Pace in scholijs ad leges styli l. 58. à princip. Molin. d. tract. 3. disp. 16. num. 1. vers. contrariam, Lessi. d. cap. 9. à num. 66. Paul. Comitol. d. q. 10. num. 17. Rebell. d. q. 12. num. 2. respondentes prædicta verba huius tex. ita esse intelligenda non, vt excludatur defensio rerum absque periculo personæ, siquidem in priori illius parte responsum est non licere cuiquam furem occidere, cum absque occisione capi cum rebus poterat, posteriori autem parte decisum extat licitam esse occisionem, vbi fur aliter capi non poterat quam per occisionem, & ideo dum hic dicitur, te, tuaq; liberando, intelligendum est alternatiuè, te vel tua, si aliter capi non poterat; quem sensum ratio decisionis insinuat.

5 Amplia primo, vt non solum corporis, vel rerum licita sit defensio, sed etiam honoris proprij, de quo vide Mench. illust. cap. 11. nu. 10. & cap. 18. num. 13. Tiraq. de nobil. cap. 20. nu. 63. cum seqq. Sayr. d. cap. 10. num. 27. cum seq. Gom. d. cap. 3. num. 22. col. 2. Farin. d. quæst. 125. nu. 41. cum seq. Lessi. d. cap. 9. à num. 76. Azori. d. cap. 1. quæst. 19. & par. 3. lib. 2. cap. 1. quæst. 14. Bobadil. in sua politica lib. 2. cap. 14. num. 44. vbi vero quis fuga arrepta saluti suæ consulere potest se subsistere non debet, sed fugam capessere, nisi sit miles, vel nobilis, quibus dedecus est fugere, vide Hippol. in l. 1. num. 46. & 47. ff. de siccar. Clar. §. homicidium num. 32. Menoch. de arbitr. casu 177. num. 14. Farin. d. quæst. 125. à num. 121. Azori. d. cap. 1. quæst. 14. Paul. Comitol. d. quæst. 10. num. 16. Bernard. Grauæ. d. concl. 110. consid. 1. à num. 24.

6 Amplia secundo non solum posse quemlibet defendere se, aut sua, vt tex. habet, sed etiam vitam, seu bona proximi vsque ad occisionem iniusti aggressoris, quando aliter illa defensio expediri non potuerit, de quo repetentes in d. l. vt vim, & præcipuè Claud. num. 125. Curt. num. 49. Bologn. num. 75. Hippol. Rimin. d. num. 379. & Gom. d. cap. 3. num. 21. Couar. d. §. vni. num. 5. & in reg. peccatum par. 2. §. 3. num. 3. 4. & 5. Clar. §. homicidium num. 27. & 28. Greg. l. 3. glos. 1. tit. 8. part. 2. Molin. d. tract. 3. disp. 18. nu. 1. Viui. tom. 2. commun. opinion. lib. 9. tit. 10. num. 27. Azori. d. cap. 1. quæst. 21. Lessi. d. cap. 9. à num. 87. Farin. d. quæst. 125. à num. 267. Itaut in foro Cōscientiæ teneatur sub peccato mort. quilibet defendere vitam, aut bona proximi hanc defensionem volentis, & ea indigentis, si commode & absque notabili damno potuerit, Molin. d. disp. 18. num. 2. Cou. d. §. 3. num. 4. & 5. Farin. d. quæst. 125. num. 306. Flores de Mena vari. q. 18. num. 9. & 30. quæ quidem defendendi proximum
7 obligatio in priuatis personis prouenit ex lege charitatis, vt tenent Sot. de iustit. lib. 4. q. 7. art. 3. Syluest. verbo restitutio 3. quæst. 5. vers. 2. Nau. in man. cap. 24. sub num. 17. Less. d. cap. 9. nu. 88. & 93. Rebell. de obligat. Iustitię par. 1. lib. 2. quęst. 2. nu. 2. Menoch. casu 355. num. 3. in alijs vero personis constitutis auctoritate publica, vt obuient criminibus, & iniurijs, ac in alijs, qui ad defendendum specialiter conducti sunt, vt sunt milites, famuli, tutores, curatores, vassali, & similes, obligatio inducta est à iustitia, vt agnoscunt D. Thom. 2. 2. q. 62. ad 3. Nau. d. c. 24. num. 18. Mench. illustr. cap. 16. num. 6. & cap. 41. num. 22. Bonacin. de censuris disp. 7. quæst. 4. puncto 8. num. 37. vbi tenet huiusmodi impedire tenentes ex iustitia incurrere irregularitatem si voluntarie non impediant. Menoch. d. casu 355. num. 3. Less. d. cap. 9. num. 94. Molin. d. disp. 18. sub num. 4. col. 2. Rebell. d. q. 2. nu. 2. & lib. 1. q. 14. sect. 8. à num. 55. cum quibus consequenter obseruandum est illos, qui sic ex iustitia tenentur proximum defendere, si iuxta terminos huius suæ obligationis non defenderint, teneri ad restitutionem damni illati, prout efficaciter deducitur ex tex. in c. administratores 23. q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Furem diurnum nemini licet occidere nisi se telo defendat, nocturnum verò etiamsi se telo non defendat,*
3 *Dies dicitur à solis ortu vsque ad occasum.*
4 *Fugientem, qui me vulnerauit, an insequi, & occidere liceat, ostenditur.*

Cap. Si perfodiens. III.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Coll. Zabar. Io. Andr. Anania, Host. Anchar. Butr. Henric. Panor. Felin. Mar. Soc. Cen. coll. 96. Xim. Tol. in concord. vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ p. 1. & 2. Viu. in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 118. Alagona in compendio Iuris Canonici pag. 667. desumitur ex D. August. in Exod. 22. q. 84. refertur ab Iuo. par. 10. cap. 53. & ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 10. cap. 5.

3 Probat hic tex. nemini licere diurnum furem occidere nisi se telo defendat, nocturnum vero etiamsi se telo non defendat, vt per Iacob. de Graffis in aureis decis. par. 1. lib. 2. c. 65. n. 18. & plures quos refert Cened. ad Decretal. collect. 96. n. 1. quibus adde Polyd. Rip. tract. de tempo-

re nocturno cap. 24. rub. de fure num. 29. Farin. in praxi crimin. par. 5. q. 125. num. 252. cum seq. Sayr. in claui Regia lib. 7. cap. 8. num. 4. cum seqq. Paul. Comit. respon. moral. lib. 4. quæst. 10. nu. 4. Less. de Iust. lib. 2. cap. 9. à num. 67.

1 *Sol oriatur.* Ergo dies dicitur à solis ortu vsque ad occasum l. 1. C. de custodia reorum, l. hac verba ff. de verbor. signif. Tiraq. de retractu lig. §. 1. glos. 11. num. 3. Afflict. in cap. 1. quo tempore miles nu. 7. lib. 1 Feud. fol. mihi 81. Cassan. in consuetud. Burgund fol. 83. & seq. num. 18. cum seqq. Perez l. 9. glos. 5. tit. 13. lib. 4. Ordin.

In glos. [Secularibus, 3.] ibi (*nunquid possum eum prauenire*) Notatur ad hoc quod si is, qui te inuasit, vulnerauit, & post vulnus inflictum in fugam se dedit, tu fugientem insequi, & occidere Iure non potes, & si occidis reus es homicidij voluntarij, non enim amplius vim repellis, sed iniuriam acceptam vlcisceris, vide Clar. §. homicidium num. 33. Cou. in clem. si furiosus par. 3. §. 7. num. 3. vers. secundo, Mascard. de probat. concl. 490. num. 23. & concl. 1126. num. 40. Farin. in praxi crimin par. 5. q. 125. num. 385. optime Paul. Comitol. respons. moral. lib. 4. quæst. 10. num. 12.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Promittens aliquid absolute si cötingat postea illud facere obseruantiam malam non tenetur promissum adimplere.*
3 *Famulus iurans domino se illi obtemperaturum, non tenetur domino mandanti aliquid illicitum parare.*
4 *Iuramentum nunquam trahitur ad ea, de quibus verosimiliter iurans non disposuisset.*

Cap. Cum iuramento. IIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. And. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Felin. Henric. Panor. Mari. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castell. par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 118. Alagona *in compendio Iuris Canonic. pag.* 668. desumitur ex D. Hieron. *super Matth. cap.* 14. refertur à Burchar. *lib.* 12. *Decretor. cap.* 16. Iuon. *par.* 12. *cap.* 73. Ant. Aug. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 10. *cap.* 6.

2 Probat hic tex. promittentem aliquid absolute si contingat postea aliquid quod faciat obseruantiam malā non teneri promissum adimplere, intelligitur enim promissio ita facta si eius obseruantia non vergat in dispendium animæ, & ita iurans se daturum alicui quidquid peteret, vt fecit Herodes de quo in præsenti, quamuis iuramentum hoc poterat esse à principio licitum intellecta debita conditione, scilicet si peteret licitum, si tamen petat aliquid illicitum non est adimplendum iuramentum, quod Herodes adimplere non tenebatur cum ab eo petitum fuit caput Ioãnis Baptistæ, immo adimplendo promissum grauiter peccauit iuxta tex.

3 *in c. est etiam* 22. *q.* 4. Vnde fit vt si famulus iurauit domino se illi obtemperaturum, non tenetur domino imperanti aliquid illicitum parare D. Thom. 2. 2. *q.* 64. *art.* 2. *ad* 3. Sylnest. *verbo iuramentum* 3. *q.* 1. *vers.* 9. Iuramentum enim

4 nunquam trahitur ad ea, de quibus verosimiliter iurans non disposuisset, vt per Tiraq. *in l. si vnquam in præfat. num.* 171. Cald. Pereira *post tract. de potestate elig. in resp. pro D. Roderico à Sylua ad fin.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Abortioni poculum præbens tanquam homicida punitur.*
3 *Abortum procurantes, consulentes, & consentientes, quas pœnas incurrant, remissiuè.*
4 *Impedimentum adhibens ne ex coitu conceptio, vel generatio sequatur instar homicida tenetur, sed non fit irregularis.*

Cap. Si aliquis. V.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Io. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Hēric. Panor. Felin. Mar. Socin. Ceneđ. *coll.* 32. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castella par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 119 Alagona *in compendio Iur. Canon. pag.* 668. refertur à Burchard. *lib.* 17. *Decret. cap.* 57. & ab Aut. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 10. *cap.* 13.

2 *Ad potandum dederit.* Probat hic tex. tãquam homicidam puniri, qui poculum abortioni præbuerit, de quo vide Cou. *lib.* 2. *vari. cap.* 20. *num.* 10. Clar. §. *fin. q.* 68. *num.* 2. Gom. *tom.* 3. *cap.* 3. *nu.* 32. Ozasc. *decis.* 60. Iacob. de Graf. *in aureis decis. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 63. *à princip.* Plac. *de delictis cap.* 20. *nu.* 5. & 6. *& cap.* 26. *nu.* 8. Menoch. *de arbitr. casu* 357. plures alios Doctores refert Cened. *ad Decretal. collect.* 32. *num.* 1. quibus adde Soar. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 9. *tit.* 1. *num.* 71. *pag.* 436. Sayr. *decis.* 22. & 23. *sub hoc tit.* & *in claui Regia lib.* 7. *cap.* 11. *num.* 20 Bellet. *disquisit. cleric. par.* 1. *tit. de disciplina clericali* §. 5. *n.* 25. *cum seqq.* Prax. Episcop. *par.* 1. *verbo abortus*, Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 2. *q.* 33. *art.* 4. Aloys. Ricc. *in collect. decis. par.* 3. *collect.* 590. Farin. *in praxi crimin. par.* 5. *q.* 122. *num* 92. *cum seqq.* Molin. *de iustit. tom.* 4. *tract.* 3. *disp.* 27. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 72. *num.* 17. Ordin. Reg. Lusitan. *lib.* 5. *tit.* 35.

3 §. 2. Item abortum procurantes, consultantes, & consentientes quocunque modo incurrunt in pœnas contentas in constit. Sixti V. incipiet. *Effrenatam*, Romæ publicata die 16. Nouembris 1588. moderata postea per Greg. XIIII. pridie

pridie Kalēd. Iunij 1591. incipieñ. *Sedes Apost.* quos refert Quarant. *in summa Bullarij* verbo abortus.

4 *Vt non possit generare, aut concipere, etc.* Notatur ad hoc, quod impedimentum adhibens ne ex coitu cōceptio, generatiove sequatur vt homicida tenetur, hoc est instar homicidæ tenetur, quatenus vitam hominis ne sequeretur ex suis naturalibus causis impediuit, quod graue est peccatum, sicut qui hominem interficit, impeditq; ne vita illius vlterius progrediatur, vide Moli. *d. disp.* 27. *num.* 6. Decian. *tract. crimin. lib.* 9. *cap.* 18. *n.* 17. Farin. *d. q.* 122. *num.* 105. & 106. Non est tamen irregularis cum irregularitas non contrahatur nisi actu sequatur homicidiū, seù detruncatio, vt per *glos. fin. hic*, Tabien. *verbo irregularitas* 3. §. 14. & 15. Sayr. *de censur. lib.* 3. *cap.* 35. *num.* 27. & *lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 5. quos citat Bellet. *d.* §. 5. *num.* 27.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Aetatis ratio in pœnis imponendis habenda est.*
3 *Senectus an excuset in delictis remissiuè.*
4 *Infans pupillus, & minor, an in delictis excusentur remissiuè.*
5 *Furiosus, an, & quando in delictis excusetur remissiuè.*
6 *Ebrius, an, & quando in delictis excusetur, remissiuè.*
7 *Dormiens delinquens an excusetur remissiuè.*
8 *Excellens in aliqua arte, vel insignis peritiæ vir, an, & quando in delictis excusetur, remissiuè.*
9 *Sexus ratio in pœnis infligendis habenda est.*
10 *Dignitas, ac generis nobilitas an, & quando releuet aliquem à pœna ordinaria remissiuè.*
11 *Auxilium delinquenti præstare quis præsumitur eo ipso quod assistit cum illo armatus prope.*
12 *Auxilium vt dicatur præstitum, requiritur assistentia animo doloso, & cogitato, & auxiliatores ad hoc coadunati.*
13 *Gentis coadunatio non est punibilis, nisi facta dolosè, & appensatè ad malum.*
14 *Auxilium præstans in delicto punitur eadem pœna, qua ipse delinquens.*
15 *Mandans an, & quando puniatur eadem pœna, qua mandatarius, remissiuè.*
16 *Mandatum ad delictum perpatrandum probatur per scripturam, & subscriptionem mandantis.*
17 *Mandans, & mandatarius in eodem libello accusari possunt.*
18 *Delictum, qui sciuit committendum, & prohibere potuit, & non prohibuit eadem pœna tenetur, qua ipse delinquens.*
19 *Delicto committendo obuiare quando quis teneatur, ostenditur.*
20 *Defendere proximum, & damnum eminens euertere non valens, tenetur in foro Conscientiæ illud reuelare ei, cui imminet, vt per eum euertatur.*
21 *Denuntians damnum illi, cui imminet, non incurrit irregularitatem, etiamsi ex eadem denunciatione contingeret mors, aut mutilatio delinquentis.*
22 *Obligatio reuelandi delictum illi, cui imminet, ita est intelligenda, vt prius præmittatur fraterna admonitio facienda iniusto aggressori, nisi vbi vergerit in damnum Reipub.*
23 *Damnum proximo imminens etiam sub fide secreti susceptum detegere quis tenetur, etiam virtute monitorialium generalium.*
24 *Secretum aliunde non cognitum, nisi in Confessione sacramentali nullo casu quocunque etiam superiore iubente, etiam pro salute & scandalo Regni totius inuito pœnitente reuelari potest.*
25 *Secretum cognitum in confessione facta laico in extrema necessitate an cadat sub stricto Confessionis sacramentalis sigillo, remissiuè.*
26 *Defendere tenemur iniustè aggressum siue clamet, siue non.*
27 *Excommunicatio non incurritur ex percussione clerici iniusti aggressoris.*
28 *Defendere tenetur quis proximum etiam inimicum, & non Christianum.*
29 *Delictum, vt furtum, &c. prohibens ne impediatur peccat mortaliter, & an teneatur ad restitutionem, ostenditur.*
30 *Delictum persuadens, hortans, & instruens punitur eadem pœna, qua ipse delinquens.*
31 *Consulens delictum, an puniatur eadem pœna, qua ipse delinquens, remissiuè.*
32 *Restitutio facienda est illi, à quo ablatum est, vel habenti causam ab eo.*
33 *Clericus consulens delictum, quod si ipse commisisset irregularitatem incurreret, an irregularis efficiatur, ostenditur.*
34 *Clericus propter homicidium non degradatur, sed deponitur.*
35 *Clericus homicida an sit priuatus ipso iure beneficijs, quæ habet, an veniat priuandus, remissiuè.*
36 *Irregularitatem incurrit ille, qui armatus cum alijs exiuit ad occidendum si postea aliquis occisus fuit, etiam si ille nihil commisisset.*
37 *Laicus potest fieri irregularis, & inhabilis ad beneficia.*
38 *Clericus propter homicidium in monasterium, siue in carcerem detruditur per quinquennium.*

j. Cap. Sicut dignum. VI.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Io. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Henr. Panor. Felin. Mar. Socin. Casal. *in annot.* Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. & 2. Viui. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 119. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 668. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 10. *cap.* 7. & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *par.* 35. *cap.* 1.

2 *Sed ætas.* Notatur ad hoc quod in pœnis imponendis ætatis ratio habēda est *l.* 1. §. *impuberes ff. ad Syllan.* Aloys. Ricc.

3 *in collectan. decis. par. 5. collect.* 1845. Sed nunquid
in delictis senectus excuset, vide Mising. *cent. 2.*
obseru. 54. Grammat. *decis.* 23. *nu.* 11. Thesaur.
decis. 61. quos refert Aloys. Ricci. *d. collect.* 1845.
in fine. Tiber. Decian. *resp.* 16. *&* 24. *volum.* 3.
Menoch. *de arbitr. casu* 329. Molin. *de iustit. tract.* 3
4 *disp.* 37. De infante, pupillo, & minore, vide
Carox. *in tract. de minore in delictis excusando*, Ayer.
de homicid. par. 2. *num.* 124. *& seq.* Thesaur. Pedam
decis. 161. Hődedæ. *cons.* 104. *vol.* 1. Raudens.
de annalogis cap. 22. *num.* 78. Molina *d. tract.* 3.
disp. 36. Caball. *in tract. de omni genere homicidij*
nu. 179. *cum seqq.* Campan. *in diuersorio Iuris*
Canon. rub. 11. *cap.* 23. *à num.* 99.

5 *Scientia.* Glos. in præsenti hoc verbo explicat, idest an sit discretus, vel non sanæ mentis, vnde si scire cupias an & quando furiosus delinquens excusetur, vide Doctores per tex. ibi *in l. Diuus ff. de officio præsid.* Ayrer. *d. par.* 2. *num.* 150. Balb. *decis.* 60. Aloys. Ricc. *in collect. decis par.* 5. *collect.* 1840. Menoch. *de arbitr. casu* 325. Fachin. *controuers. lib.* 9. *cap.* 3. Ceuall. *communium contra commun. quæst.* 33. Petr. Caball. *d. tractat. à num.* 179. Molina *d. tractat.* 3. *disp.* 38. *num.* 1. *cum seqq.*

6 Ebrius delinquens an & quando excusetur, vide Doctores per tex. ibi in *l. omne delictum §. per vinum ff. de re milit.* Greg. *l.* 5. *verbo embriagarse tit.* 8. *part.* 7. Clar. *§. fin. q.* 60. *num.* 12. Vvelemb. *in paratitlis ff. ad legem Cornel. de Siccar. num.* 24. Duen. *reg.* 259. *vers. amplia quarto.* Gom. *tom.* 3. *vari. cap.* 1. *nu.* 73. Iodoch. *in praxi crimin. cap.* 84. *nu.* 17. *&* 18. Menoch. *de arbitr. casu* 326. *& casu* 377. *à num.* 3. Peguer. *decis.* 18. *nu.* 22. Auend. *de exequendis mand. par.* 2. *cap.* 5. *n.* 19. Mascard. *concl.* 579. *nu.* 3. Reusner. *decis.* 14. quem refert Aloys. Ricc. *d. collect.* 1840. *vers. & ob hanc*, Azor. *institut. moralium p.* 3. *lib.* 2. *cap.* 13. *vers. primo notandum*, *& vers. seq.* Bellacomb. *tom.* 2. *communium opinion. lib.* 9. *tit.* 13. *num.* 79. *pag.* 495. *&* Kirchou. *tit.* 30. *num.* 100. *pag.* 547. Perez *ad rub. tit.* 8. *lib.* 8. *Ordinamen. pag.* 203. *cum seqq. & l.* 1. *in fine in addit. eod. tit. & lib. pag.* 208. Azeued. *l.* 1. *nu.* 32. *tit.* 23 *lib.* 4. *nouæ recop.* Paul. Comitol. *respons. moralium lib.* 5. *q.* 5. *&* 6. Pineda *in vita S. Ioãnis Baptistæ lib.* 3. *art.* 2. *cap.* 1. *pag. mihi* 142. Molina. *d. tractat.* 3. *disp.* 38. *nu.* 5. *cum seqq.* Petr. Caball. *d. tract. n.* 187. Campan. *d. cap.* 23. *à nu.* 108.

7 Dormiens delinquens an excusetur, vide Doctores per tex. ibi *in l.* 1. *§. adipiscimur ff. de acquir. possess.* Sebast. Medices *in tract. de fortuitis casibus q.* 5. *nu.* 36. Tiraq. *de pœnis temper. causa* 5. Menoch. *casu* 327. Molina *d. tract.* 3. *disp.* 38. *num.* 10. *cum seqq.* Reusner. *decis.* 16. quem refert Aloys. Ricci. *d. par.* 5. *collect.* 1841. Campan. *d. cap.* 23. *nu.* 110.

8 Excellens in aliqua arte, vel insignis peritiæ vir an & quando in delictis excusetur, condonarique debeat, vide Doctores per tex. ibi *in l. ad bestias, ff. de pœnis*, Grammat. *decis.* 23. Reusner. *decis.* 80. *&* 81. quos refert Aloys. Ricci, *in collect. decis. par.* 5. *collect.* 1842. Alex. Raudens. *de analog. cap.* 22. *nu.* 67. *&* 68. Tiraq. *de pœnis temp. causa* 50. Farin. *in praxi crimin. par.* 3. *q.* 98. *à num.* 134. Et de habente merita in Rempubl. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 92. *num.* 9.

9 *Sexus.* Notatur ad hoc quod in pœnis infligendis sexus ratio habenda est, vt per Tiraquel. *de pœnis temper. causa* 9. *à princip. & l.* 1. *connub. glos.* 1. *num.* 85. *cum seqq. & l.* 9. *nu.* 177. *vers. & huic opinioni*, Farin. *d. q.* 98. *num.* 1. *cum seqq.* Vnde leuius puniuntur mulieres quàm viri Reusner. *decis.* 20. Aloys. Ricc. *d. par.* 5. *collect.* 1841.

10 *Atque conditio.* An & quando dignitas ac generis nobilitas releuet aliquem à pœna ordinaria vide Reusner. *decis.* 15. quẽ citat Aloys. Ricci. *d., collect.* 1842. *in fine.* Ioseph. Sesse *Aragonia decis.* 11.

§. Illi autem I.

11 *Circa manuum iniectionum, etc.*
Ergo auxilium delinquenti præstare quis præsumitur eo ipso quod assistit cum delinquente ar-
matus prope, vt per Mascard. *de probat. concl.* 159.
num. 1. *cum seqq.* Farin. *in praxi crimin. p.* 3. *q.* 131.
nu. 67. *cum seqq.* Campan. *in diuers. Iuris Canon.*
rubr. 11. *cap.* 23. *nu* 74. Et ad hoc, vt illud præ-
12 stitum dicatur requiritur assistentia animo do-
loso & cogitato, & auxiliatores ad hoc coadu-
nati, Barz. Bononien. *decis.* 179. Cacheran. Pe-
13 dam. *decis.* 104. Coadunatio enim gentis non
est punibilis nisi facta dolosè & appensate ad
malum ex *l.* 2. *§. homines ff. vi bonorum rapt.* Aze-
ued. *l.* 2. *tit.* 6. *lib.* 3. *noua recop.* Menoch. *cons.* 28.
num. 19 Farinac. *in praxi crimin. q.* 113. *num.* 143.
vbi *n.* 144 resoluit pœnam conuenticulæ, & con-
gregationis habere locum quando à principio
& principaliter facta est ad malum finem, se-
cus si incidenter homines sic conuenerint & se
congregauerint.

§. Illi etiam.

14 *Qui occisoribus opem, etc* Ergo auxilium præstans in delicto punitur eadem pœna, qua ipse delinquens, de quo vide Clar. *§. fin. q.* 90. *num.* 1. Iacob. Ayrer. *de homicid par.* 2. *num.* 34. Menoch. *de arbitr. casu* 249. *nu.* 7. Surd. *cons.* 40. *num.* 45. Mascard. *de probat. concl.* 159. *num.* 18. Molina *de iustit. tom.* 4. *tract.* 3. *disp.* 6. latè Farin. *in praxi crimin. par.* 3. *q.* 131. *à princip.* vbi *q.* 132. resoluit quod præstans auxilium delinquenti post delictum non tenetur eadem pœna, quia tunc non dicitur delicto opem præstitisse.

15 Mandans an & quando puniatur eadem pœna, qua mandatarius, vide Anton. Gomez *tom.* 3. *var. cap.* 3. *num.* 30. Menoch. *de arbitr. casu* 353. *num.* 2. Ayrer. *de homicid. par.* 2. *à nu.* 41. Decian. *tract. crimin. lib.* 9. *cap.* 31. *cum seqq.*

Ceuall.

Cenall. commun. contra cõmun. q. 166. Petr. Cabal.
in tract. de omni genere homicidij nu. 264. cum seqq.
Cardos. in praxi iudicum verbo factum num. 6.
Mandatum vero cum sit quid facti non præsu-
mitur, sed probari debet Mascard. concl. 1014.
Pereg. cons. 107. num. 1. & seq. Decian. d. lib. 9.
cap. 34. à princip. Sed qualiter probetur differũt
Mascard. concl. 866. & conclus. 1015. Menoch.
cons. 788. à num. 2. Decian. d. cap. 34. num. 26.
16 vbi resoluit mandatum probari per scripturam,
& subscriptionem mandantis, & num. fin. tenet
quod vnus testis deponens de mandato facit in-
17 dicium ad torturam contra mandantem. Et
quod mandans & mandatarius possint accusari
in eodem libello, ex Bart. in l. sed si vnius §. seruus
meus ff. de iniur. tradit Farin. in praxi crimin.
q. 135. nu. 147.

18 *Qui potuit hominẽ liberare, &c.*

Notatur ad hoc, quod ille, qui sciuit delictum committendum & prohibere potuit, si non prohibuit eadem pœna tenetur, qua ipsemet delinquens teneretur, vt per Abb. hic num. 5. Butr. num. 6. Cou. in clem. si furiosus par. 2. §. 2. num. 7. ad med. Tiraq. de pœnis temper. causa 44. num. 13. Quiuis enim omni iure attento tenetur obuiare delicto, & alium defendere, si commodè, & absque periculo potest, alias solueretur humana societas, & dictamen rationis, quo mouemur ad alterum diligendum, offenderetur q; si à defensione & tutela illius impie retardaremur: vnde priuatæ personæ, quæ obstare tenentur ex charitate si in his terminis non obstẽt omittentes commodam, & opportunam proximi defensionem in persona, aut in cæteris bonis, grauiter peccant, non tamen tenentur ad restitutionem damni illati, quippè quod hæc earũ obligatio prouenit non ex iustitia commutatiua, sed ex charitate, cuius violatio non obligat ad restitutionem, non enim proponitur aliquid ab earum parte receptum, vel à lege sub ratione iustitiæ commutatiuę specialiter iniunctum pro suscipienda & sustinenda proximi defensione, nec quid aliud ex quo ea sit illi adeo debita, vt Ius ad eandem computari possit inter bona eiusdem proximè defendendi, vide Nauar. in man. cap. 24. sub num. 17. & in cap. Sacerdos de pœnit. dist. 6. nu. 23. Sot. de iustit. lib. 4. q. 7. art. 3. Syluest. in sum. verbo restitutio in 3. q. 5. vers. secundum, & q. 6. colum. 3. post princip. Anton. Gomez vari. tom. 3. cap. 2. num. 9. Arag. 2. 2. q. 62. artic. 7. vbi Salon. controu. 1. & 2. Greg. de Valent. tom. 3. disp. 5. q. 6. puncto 3. Flores var. lib. 3. q. 18. n. 30. Menoch. de arbitr. casu 355. nu. 2. Baiard. ad Clar. §. fin. q. 87. n. 15. Tiraq. de pœnis temper. causa 44. num 69. & seq. Gam. de Sacramentis præstandis vltimo supplicio damnatis q. 1. n. 5. Farin. in praxi crimin. q. 125. num. 306. Sayr. in claui Regia lib. 10. tractat. 2. cap. 14. num. 3. Rebell. de obligation. iustit. par. 1. lib. 2. q. 2. nu. 2. Molin. de iustitia tract. 4. disp. 18.
19 nu. 2. officiales vero, & ministri publici, alijq; qui ex officio, & consequenter ex lege Iustitiæ cõstituti sunt, & absolutè assumpti ad omnẽ etiã rigurosam & periculosam aliorũ defensionẽ, vt est seruus respectu domini iuxta tex. in l. 1. §. tulisse, & §. quod si vulnerati ff. ad Syllan. & vassallus respectu domini feudi iuxta text. in cap. 1. §. item qui dominum qua fuit prima causa beneficij amittendi; denique & milites iuxta text. in l. 3. §. vlt. & in l. omne delictum §. qui in acie & §. vlt. ff. de re milit. hi etenim (quibus obligatio à iustitia prouenit, & per consequens si illi nõ satisfecerint ad restitutionem tenentur vt supra dixi ad cap. 2. in fine hoc tit.) tenentur cum periculo propriæ vitæ non tamen manifesto defendere huiusmodi personas, vbi scilicet earum defensio sibi possibilis præsumptiuè saltem videatur, vt resoluunt Claud. in repet. l. vt vim ff. de iustitia, & iure, num. 130. vbi Curt. sub nu. 60. Bolognet. sub nu. 85. Syluest. verbo homicidium 2. num. 10. Farin. q. 125. num. 237. quicquid limitent Pute. de syndicatu verbo officialis §. qualiter, nu. 8. Anton. Correa in fragment. ad lib. 5. Ordin. Reg. Lusit. in princip. verbo preso vers. septimo requiritur n. 72. Lessi. de iustit. lib. 2. cap. 9. nu. 9.

20. Amplia vt quilibet alioquin non valens defendere proximum, & ab eo euertere dãnum eminens teneatur in foro Conscientiæ illud ei reuelare, cui imminet, vt per eum auertatur; ita Abb. in cap. 1. sub num. 9. col. 2. ante med. de restit. spoliat. & in cap. nouit nu. 44. de indic. Beroi. in cap. 1. num. 75. de offic. deleg. Caiet. 2. 2. q. 33. art. 7. Sot. de secreto tegendo memb. 2. q. 4. concl. 2. & de iustit. lib. 5. q. 5. art. 1. ad 3. Syluest. verbo restitutio 3. nu. 6. col. 2. in med Cou. in reg. peccatum par. 2. §. 3. sub nu. 3. Nau. in manu. cap. 25. nu. 33. & cap. 27. sub n. 213. Mench. illust. lib. 1. cap. 16. nu 5. Gutier. canon. lib. 1. cap. 11. à n. 48. & nu. 73. & 75. Menoch. de arbitr. casu 355. à princip. Fr. Emman. in summ. tom. 2. cap. 7. sub nu. 6. Flores de Mena vari. q. 18. nu. 44. cum seqq. Molina d. tract. 3. disp. 18. n. 3. cum seqq. Rebello d. par. 1. lib. 1. q. 14. sect. 8. num. 55. cum seqq. Lessi. d. lib. 2. cap. 11. à nu. 57. obseruantes pro exemplis quotidianis posse nos & teneri si nouimus Titium esse furem, monere eos cum quibus habitat, vt sibi caueant, aut si gerit se pro medico ille, cuius imperitiam nouimus, posse nos & teneri ægrotos vel alios, quibus inde periculum imminet, monere, prout etiam posse nos & teneri manifestare Petrum v. g. auctorem homicidij si illud imponatur innocenti ob id
21 plectendo, cum similibus. Quod quidem verum est vt in eius terminis necessariò denuntiãs etiã iudicialiter non incurrat irregularitatem etiãsi ex eadem denunciatione & subsequenti illarum culparum inquisitione contingeret mors, aut mutilatio delinquentis, vt per Cou. in clem. si furiosus par. 2. §. 5. sub nu. 5. Nau. in man. c. 27. n. 213. Sot. de iustit. lib. 5. q. 5. art. 1. ad 3. Henriq. in sum. lib. 14. cap. 12. sub nu. 8. Fr. Emman. in sum. tom. 1. cap. 169. n. 12. Molin. tract. 2. disp. 109. num. 5. Quæ quidem reuelandi obligatio nobis

incum-

22 incumbens in ordine ad proximi defensionem ita est intelligenda vt prius præmittere debeamus fraternam admonitionem & inductionem faciendam iniusto aggressori quod à damno desistat, si spes est eam profuturam, vt ita eius fama conseruetur quoad fieri possit, nec perdatur si ipse pœnituerit, & damnum resarciuerit, vel illud non inchoauerit, vt benè resoluunt omnes Doctores supra citati, maxime Nau. *in manu. cap.* 17. *sub nu.* 134. Mench. *d. cap.* 16. *sub num.* 4. Gutier. *d. cap.* 11. *num.* 51. *&* 73. Fr. Emman. *d. col.* 2. *ante med.* Lessi. *d. cap.* 11. *nu.* 60. contrarium cum alijs resoluentes vbi crimen occultũ vergerit in damnum Reip. prout est hæresis, crimen læsę maiestatis, proditio, & similia, quippe quod in his adest periculum in mora, & vt plurimum non potest per hominem priuatum, & per eius admonitiones eorum contagio sufficienter impediri: vnde vt plurimum sine his admonitionibus debent ad iudicium & ad ministros publicos competentes, vtpote potentiores ad eam contagionem impediendam deduci per denunciationem, vt resoluunt D. Tho. 2. 2. *q.* 33. *art.* 7. *in corpore*, Abb *d. cap. nouit n.* 44. Simanch. *de catholicis institut. cap.* 19. *& cap.* 42. *num.* 11. Nau. *in man. cap.* 24. *num.* 14. Rojas *in singul. Fides verbo accusare n.* 21. Gutier. *d. cap.* 11. *n.* 53. Flores de Mena *d. q.* 18. *num.* 45. *cum seqq.* Peña *in direct. Inquisit. par.* 2. *cap.* 24. *commento* 18. sic limitantes ordinem illam correctionis fraternæ, de quo in *d. cap. nouit.*

23 Subampliatur locum habere etiamsi crimen illud proximo damnosum, & ex malitia criminosi nolentis desistere impendens, occultum fuerit, vel alicui dictum sub fide secreti, vt si proximus iniustè sit occidendus, vel furtum sit committendum, aut similia, adhuc enim illud secretum suscipiens detegere tenetur etiam in iudicio virtute etiam monitorialium generalium sub excommunicatione, vel alias etiam absque iudicis præcepto siue denuntiando, siue etiam testificando: ita D. Thom. 2. 2. *q.* 70. *art.* 1. *ad* 2. Siluest. *verbo testis q.* 8. *col.* 2. *ante med.* Nau. *in cap. inter verba* 10. *q.* 3. *concl.* 6. *sub num.* 21. *&* 23. *& in man. cap.* 25. *num.* 33. *& in cap. Sacerdos sub num.* 24. *de pœnit. dist.* 6. Sot. *de iustit. lib.* 5. *q.* 7. *art.* 1. *ad* 1. *& de ratione tegendi secretum memb.* 2. *q.* 7. *num.* 2. Cordub. *in suo quæst. lib.* 1. *q.* 43. *vers.* 3. *pag.* 347. Greg. *l.* 35. *glos.* 1. *tit.* 16. *part.* 3. Gutier. *d. cap.* 11. *num.* 48. *& n.* 75. Azori. *institut moral. par.* 3. *lib.* 13. *cap.* 31. *dub.* 4. Molin. *de Iustit. tract.* 4. *disp.* 5. *num.* 6. Modern. *de iurisd. par.* 2. *cap.* 14. *num.* 21. Less. *d. lib.* 2. *c.* 30. *num.* 43. 47. *&* 49. Secretum vero aliunde non

24 cogitum nisi in Confessione Sacramentali in ordine ad eam indubitanter conseruandum est, & nullo casu, quocunque etiam superiore iubente reuelandũ inuito pœnitente, etiam pro salute, & scandalo Regni totius, ita D. Thom. *d. quæst.* 70. *art.* 1. *ad* 2. Sot. *d. lib.* 5. *q.* 7. *art.* 1. *ad* 1. *& d. memb.* 2. *q.* 7. *concl.* 4. *col.* 2. Cordub. *loco proxime citato*, Fr. Emman. *in sum. tom.* 2. *cap.* 7. *num.* 8. Molin. *d. disp.* 5. *num.* 6. *ad fin. & num.* 9. Modern. *de Iurisd. par.* 4. *casu* 194. *nu.* 3. *cum seqq.* Flores de Mena *d. q.* 18. *num.* 46. Lessi. *d. c.* 30. *num.* 45. multipliciter ampliantes huismodi obligationem conseruandi secreti Confessionis Sacramentalis adeo, vt eius detectio nullam fidem faciat in iudicio, eo quod scientia per Sacerdotẽ habita ex Confessione Sacramentali nihil omnino pertinet ad controuersiam iudicialem, quippe quod in iudicio deponit quis de illis, quæ nouit vt homo, Sacerdos in Confessione Sacramentali nouit vt Deus, ita post Rip. Felin. & alios optime resoluunt Cou. *de spons. par.* 2. *cap.* 8. §. 12. *num.* 10. Mascard. *de probat concl.* 377. *nu.* 5. *cum seqq.* & alij, quos refert & sequitur Cened. *ad Decretum collect.* 60 *num.* 2. *in fine*. An idem sit dicendum de confessione

25 facta laico in extrema necessitate, vide Cou. *d. num.* 10. Nau. *in cap. si Sacerdos de Pœnit. dist.* 6. *num.* 117. *cum seqq.* Gutier. *d. cap.* 11. *num.* 49. 74. *&* 30. Mascard. *de probat. lib.* 1. *quæst.* 5. *n.* 51. Cened, *d. collect.* 60. *num.* 5.

26 Secundo amplia siue iniuste aggressus clamet, siue non, in vtroque enim casu eum defendere tenemur, cum ad hoc satis sit quod hæc proximi cura nobis à Deo mandata sit iuxta illud *Ecclesiast.* 17. Vnicuiq; mandauit Dominus de proximo suo; vnde merito sic resoluunt communiter Doctores, vt per Claud. *in repet. d. l. vt vim num.* 125. Gom. *tom.* 3. *vari. cap.* 3. *sub num.* 21. & alij, quos aduersus alios refert, & sequitur Farin. *in praxi crimin. quæst.* 125. *num.* 270 *& seq.*

27 Tertio amplia, vt procedat siue iniustus aggressor sit laicus siue clericus, adeo vt ex clerici sic aggressoris percussione non incurratur excommunicatio, vt per Cou. *in clem. si furiosus par.* 3. §. *vni. num.* 5. Gom. *sub d. num.* 21. Clar. §. *homicidum sub n.* 29. Farin. *d. q.* 125. *n.* 276. Soar. *de censuris disp.* 22. *sect.* 1. *num.* 39.

28 Quarto amplia, vt procedat in defensione non solum Christiani iniuste aggressi, sed etiã alterius non Christiani, imo & in defensione inimici, ita post Mantuam resoluir Farin. *d. q.* 125. *num.* 268. *iuncto num.* 272. & in defensione inimici etiam capiralis sic constituit etiam Fulgos. *in d. l. vt vim sub num.* 4. vbi Ias. *num.* 29. Carrer. *in pract. crimin. in tract. de homicid.* §. *quinto excuset defensio, num.* 45.

29 Quinto amplia, vt procedat non solum in eo, qui delictum committendum non prohibet cum prohibere potuerit, sed etiam in eo, qui impedit volentem impedire furtum, aut aliud damnum proximi, siue personale siue externum, hunc nanq; grauiter peccare resoluunt Medin. *de restit. q.* 9. *in fine*, Nau. *in man. cap.* 17. *sub nu.* 140. Henriq. *d. lib.* 14. *de irregul. cap.* 12. *sub num.* 7. Fr. Emman. *in sum. tom.* 1. *cap.* 151. *num.* 16. Molin. *d. tract.* 2. *disp.* 733. *num.* 4. Rebell. *d. par.* 1. *lib.* 2. *quæst.* 14. *sect.* 8. *num.* 57. Circa tamen restituendi obligationem damni inde sequuti controuertunt supra citati Doctores agentes non quidem

de

de impedientibus, qui ex iustitia commutatiua defendere tenebantur de quibus egi *supra vers. Qui potuit, &c.* hoc eod. §. sed de illis qui per se ad defendendum ex charitate tantum tenentur, quos quidem ad huiusmodi restitutionem obligatos esse voluerunt Medin. Nau. & Frat. Emman. vbi proxime, adeo, vt idem Nau. *in man. cap. 27. sub num. 231.* existimet insuper irregularem esse, qui auertit alium à liberando proximo ab iniusta deformitate, quod tradit Henriq. vbi supra, nisi bono animo amicum diuertat, ne perinde se periculis abijciat: at vero Molina, & Rebello dictis locis melius eos ita demum teneri sic restituere admittunt si dictum defensorem impedierint medijs contra iustitiam, veluti vi, dolo, aut fraude.

§. Qui vero.

30 *Prouocassent.* Ergo delictum persuadens, inflammans instigans, hortant, incitans, & instruens punitur eadem pœna, qua ipse delinquens, vt per Farinac. *in praxi crimin. par. 5. quæst. 129. num. 26. cum seqq.* vbi *à num. 23.* an consulens delictum pu-
31 niatur eadem pœna, qua ipse delinquens, de quo etiam Duen. *reg. 149.* Bernard. *reg. 175. in princip.* Ayrer. *de homicid. par. 2. num. 35.* Azori. *institut. moral. par. 3. lib. 2. cap. 10.* Campan *in diuersoria Iuris Canonici rub. 11. cap. 23. nu. 79.*

§. Eos insuper.

32 *Eis, quorum fuerunt, &c.* Notatur ad hoc quod restitutio facienda est eidem à quo ablatum est, vel habenti causam ab eo, non enim æqualitas iustitiæ seruatur per restitutionem alteri factam eo inuito *cap. ea te 22. in princip. de iureiur. l. inuito 12. C. de solution. glos. & communis in reg. peccatum, de regulis Iuris in 6. D. Thom. 2. 2. quæst. 62. art. 5.* Nec sat est restitutionem fieri pauperibus, vt dicit hic tex. qui intelligendus est, vbi dominus, vel is, cui debetur, certus est, & citra scandalum, vel periculum potest eidem restitui, aliter enim si sit incognitus post adhibitam diligentiam, vel si scandalum immineat, potest fieri restitutio pauperibus, quia sic in effectu restituitur domino, cui prodest quoad animæ salutem, vide Cou. *in reg. peccatum par. 2. in initio num. 6. & par. 3. §. 1. num. 2.* Mich. Salon. *2. 2. quæst. 62. artic. 5. controu. 5.* vbi Petr. de Arag. *in resp. ad 3.* Valent. *tom. 3. disp. 5. quæst. 6 puncto 4.* latè Sayr. *in claui Regia lib. 10. tract. 5. cap. 2. à princip.*

§. Clericos.

33 *Et illos, qui consilium deder. etc.* Notatur ad hoc quod clericus consulens delictum, quod si ipse commisisset irregularitatem incurreret, irregularis efficitur acsi deliquisset, vt per Farin. *in praxi crimin. par. 5. q. 129. num. 56.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 30. num. 136.* Intellige quando quis suo consilio facit, vt alter facilius, vel citius, vel crudelius tale committat delictum, vt per Auil. *de censur. par. 7. disp. 6. sect. 2. dub. 2.* Vgolin. *eod. tract. cap. 16. num. 1.* Bonacin. *eod. tract. disp. 7. q. 4. puncto 8. num. 19.* vbi secus dicendum concludit quando consulens non auget voluntatem, sed exigue mouet, aut quando parato facere maius malum suadet minus, putà quando parato occidere, vel mutilare suadet tantummodo percutere, & citat Fr. Emman. *in sum. par. 1. c. 178. concl. 20. num. 21.* Henriq. *lib. 14. cap. 16. num. 4.* Sayr. *de censur. lib. 7. cap. 3. num. 13.* Auil. *d. dub. 7. concl. 1.* Coninck. *de Sacram. & censur. tom. 2. disp. 18 dub. 8. num. 69.* Vnde clericus opem ferens delicto habetur pro deliquente ad effectum, vt repellatur ab altaris ministerio, idem Farin. *d. p. 5. q. 131 num. 16.*

34 *Deponendos esse censemus.* Notatur ad hoc quod clericus propter homicidium non degradatur, sed deponitur non solum si illud proprijs manibus committat, sed etiam si illud fieri mandet, consulat, persuadeat, aut etiam
35 assistat illi, vt per Farin. *d. par. 5. quæst. 119. n. 46. & 47.* An vero ipso iure sit priuatus beneficio quod habet an veniat priuandus vide Azori. *instit. moral. par. 3. lib. 2. cap. 16. in princip.*

36 *Quos constat armatos interfuisse, etc.* Notatur ad hoc quod irregularitatem incurrit ille, qui armatus cum alijs exiuit ad occidendum si postea aliquis occisus fuit, etiamsi ille nihil commisisset, vt per Specul. *lib. 1. tit. de dispensat. §. 4. num. 5. & 6.* Candel. aureum *de irregul. num. 273.* quos refert, & sequitur Rota apud Farin *decis. 44. n. 3. p. 2. recent.*

37 *Et illos, qui, etc.* Ergo laicus potest fieri irregularis, & inhabilis ad beneficia, Rota *d. decis. 44. n. 4. & num. 5.* ampliat etiamsi quod in gratia adsit clausula & cum absolutione, &c.

38 *Vsque ad septennium, vel quinquennium.* Notatur ad hoc quod clericus propter homicidium in monasterium siue in carceres detruditur per quinquennium vltra depositionem, vt per Bern. *in pract. cap. 88. alias 97. in vlt. edit. num. 1.* vbi ponderauit in hoc tex. non tractari de homicida, qui proprijs manibus occidit, sed de eo, qui aut consuluit, aut armatus adstitit, refert, & sequitur Plac. *de delictis lib. 1. cap. 11. num. 13. vers. verum enim vero*; Sed quia contrarium decidere videbatur tex. *in c. si Episcopus 50. dist.* ibi, quandiu vixerit, ideo Farin. *d. q. 119. num. 54.* aduertit huiusmodi detrusionem posse esse perpetuam, aut temporalem secundum homicidij qualitatem.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Magister nimis modum excedens percutiendo in capite, aut alio periculoso loco, ex quo percussus abijt, aut deformatus est, irregularitatem incurrit.*
3 *Occidendi animus præsumitur ex occisione facta in capite.*
4 *Vulneratus præsumitur mortuus ex vulnere, si obijt post paucos dies.*
5 *Mortuus quis præsumitur ex vulnere etiamsi post illud acceptum surgat è lecto tridno iam transacto.*
6 *Conscientiæ foro non punitur quis de homicidio sine dolo commisso, etiamsi culpa præcesserit.*
7 *Vulnus quando constat non fuisse lethale, tunc non præsumitur vulneratum ex illo propriè decessisse, sed culpa, & negligentia medicorum.*

Cap. Presbyterum. VII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Io. Andr. Anania, Hostien. Anch. Butr. Henric. Panorm. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuia. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag.* 123. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 669. refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 10. cap.* 8. & est post Concil. Lateran. *par. 26. cap. 7.*

2 Probat hic tex. magistrũ nimis modum excedentem percutiendo in capite, aut alio periculoso loco, ex quo percussus objit, aut deformatus est, irregularitatem incurrere, vt per Cou. *in clem. si furiosus, par. 2. §. 2. num. 9. vers. quartus,* Bonac. *de censuris disp. 7. quæst. 4. puncto 7. nu. 14.* Iacob. de Graffis *in aureis decis. par. 1. lib. 2. cap. 66. num. 16.* Bellet. *disquisit. clerical. par. 1. tit. de disciplina clericali, §. 5. num.* 32. Henriq. *in sum. par. 2. lib. 14. de irregul. cap. 15. num. 3. lit.* S, Molin. *de iustit. tom. 4. tract. 3. disp. 77. num. 8. in princ.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 30. nu. 115.*

3 *Percussit in capite.* Notatur ad hoc quod animus occidendi præsumitur ex vulnere, & occisione facta in capite, vt magis periculosa, ita Farin. *in praxi crimin. par. 5. quæst. 126. num. 196.* Petr. Caball. *de omni genere homicidij num.* 314. vbi dicit quod percutiens aliquem cum baculo in capite ita quod moriatur si non habebat alia arma pœna mortis punitur.

4 *Cum post paucos dies; &c.* Notatur ad hoc quod vulneratus præsumitur mortuus ex vulnere si obijt post paucos dies, vt per Farin. *d. par. 5. q. 127. num. 29.* Et latius si scire velis quando præsumatur quis mortuus ex vulnere vide Clar. *§. homicidium, num.* 44. Hippol. *cons. 7. num. 27. & 28.* Bonacos. *commun. crimin. par. 2. verbo mortuus,* Menoch. *de arbitr. casu* 275. Andræ. Alcacer. *in sua chirurgia lib. 1, cap. 9. in resp. ad 3.* Boer. *decis.* 232. Cald. Pereira *de emptione, & vendit. cap. 7. num. 12.* vide ad *cap. 2. num. 3. de clerico percuss.*

5 *Si ex ipsa percussione interijt, etc.* An & quando post vulnus acceptum siquis surgat triduo iam transacto, & postea sit mortuus præsumatur ex vulnere, vide Boer. *decis. 329. num. 19. vers. quare videtur,* Anton. Gom. *tom. 3. vari. cap. 3. num. 29. vers. ex quibus venit reprobanda.* Farin. *d. q. 127. num. 77. cum seqq.*

6 In glos. [Expirasse] ibi (*quantum ad gratiam, &c.*) Notatur ad hoc quod in foro Conscientiæ non punitur quis de homicidio sine dolo commisso, etiamsi culpa præcesserit, vt per Tiraq. *de pœnis temper. causa 13. num.* 13. Cou. *in clem. si furiosus, par. 2. §. 4. nu. 1. col. 2.*

7 In glos. [aliam infirmitatem, fin.] ibi (*sed nunquid si postquam conualuit, recidiuauit tenetur magister? ita.*) vide Farin. *d. q. 127. num. 77.* Quando vero certum est vulnus non fuisse lethale tunc nõ præsumitur ex illo vulnere decessisse, sed ex negligentia, aut imperitia medicorum, & vulnerans tunc non tenetur de occiso, sed de vulnerato tantum, vt per Boer. *decis. 323. n. 7.* Surd. de *aliment. tit. 8. priuil. 69. num.* 8. Stephan. Gratian. *Marchiæ decis. 185. num.* 8. Farin. *d. q. 127. num. 25.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Homicidium in ludo commissum à clerico, quando irregularitatem operetur, ostenditur.*
3 *Vulneratus præsumitur ex vulnere decessisse, etiam quod post octo dies decesserit.*
4 *Clerici nullo modo possunt in eorum ludis aliàs illis permissis admixtos laicos habere.*
5 *Clericus choreis, ac ludis interessens, quorum occasione homicidia sequuta fuerunt, quando irregularitatem incurrat, ostenditur.*

Cap. Continebatur. VIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Io. Andr. Anania, Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panor. Felin. Mar. Socin. Ximen. Tolet. *in cõcordantijs vtriusq. Iuris cũ legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag.* 123. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 669. refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 10. cap. 9.* & est post Concil. Lateranen. sub Alexand. III. *par. 26. cap. 12.*

2 Homicidium in ludo commissum à clerico quando irregularitatem operetur, & de distinctione inter ludum licitum, & illicitum, & an præcedat culpa, vel non, ac denique de materia huius tex. vide Cou. *in Clem. si furiosus, par. 2. §. 4. num.* 8. Gutier. *canon. lib. 2. cap. 6. num.* 124. Henriq. *in sum. par. 2. lib. 14. de irregul. cap. 15. §. 3. in commento lit.* R, Menoch. *de arbitr. casu* 400.

su 400.num.3. Farin. *in praxi crimin. par.5.q.126. num. 34* Molina *de iustit. tom. 4. tract. 3. disp.77. num.6. vers. cap. continebatur*, Valer. Reginal. *in praxi fori pœnitent. lib.30.num. 114.* Azeued. *l. 2. num.15. tit.7. lib.8. nouæ recop.* vbi de ludo causa leuandi laborem.

3 *Post dies octo.* Ergo vulneratus præsumitur ex vulnere decessisse, etiam quod post octo dies decesserit, vt per Boer. *decis.323. num.11. vers. & idem videtur si intra octo dies.* Menoch. *de arbitr. casu 275. n.2.* Iacob. Ayrer. *in tract. de homicid p.2.num.54.* Farinac. *d. par.5.q.127.num.38.*

4 In glos. [Eiusdem,] Notator ad hoc quod clerici nullo modo possunt in eorum ludis aliàs eis permissis admixtos laicos habere, vt per Host. hic *nu. 1.* & Abb. *num. 3.* Cost. *in tract. de ludo num 14. in fine*, Viui. *commun opin.467. nu.3. & 4.* Bellet. *disquisit. clerical. par.1. tit. de disciplina clericali §. 24. num.17* Farin. *in praxi crimin. par.3. quæst.129 nu.100.* Aduerte clericum præsentem choreis, ac ludis, quorum occasione homicidia sequuta fuerunt illo tantum casu irregularitatem incurrere, quando opus sic illicitum fuit causa homicidij, prout ludus noxius, indiscreta correctio, & similia, secus si opus illicitum nullo modo fuit causa homicidij, vt latè explicant Cou. *in clem. si furiosus §. 4. nu. 9. vers. illud sane, & num 10.* Nau. *cons.21.num.4. sub hoc tit.* quos refert, & sequitur Rota *in vna Casalen. irregularitatis 29. Nouemb. 1610.* coram Reuerendissimo D. Damasceno, relata apud Farinac. *decis.260.nu. 2. par. 1. recent.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Irregularis non efficitur, qui casu in ludo publice permisso socium interfecit.*
3 *Imprudentia, non de industria, aut dolosè delinquentes leuius puniuntur.*
4 *Arma portantes puniens statutum non intelligitur de paruis cultellis.*

Cap. Lator. IX.

1 SVper hunc tex scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collectar. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Butr. Anch. Henric. Panorm. Felin. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par.1. & 2.* Viui. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 123.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.669.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 10. cap.10.* & est post Concil. Lateran. *par.26.cap.14.*

2 Probat hic tex. irregularem non effici, qui casu in ludo publicè permisso socium interfecit, vt per Menoch. *de arbitr. casu 400.num. 3.* Molin. *de iustic. tom. 4. tract. 3. disp.77.num.7.* Gutier. *canon. lib. 2. cap.6.num.124.* Nam si duo in colluctatione, (vt est casus huius tex.) vel ad brachia ludant, & vnus habeat gladium accinctum, vel falcem, & colluctans incaute percutiat manum ad falcem, vel gladium, & moriatur, gladio accinctus non tenebitur de occiso, Azeued.
3 *l. 2.nu. 21. & 22. tit.7. lib.8. nouæ recop.* quia illi, qui casu, aut imprudentia, siue etiam facti ignorantia, non de industria, aut dolosè quidquam admiserunt, aut non puniuntur, aut leuius puniri debent, vt per Tiraq. *de pœnis temper. causa 13. nu.1. cum seqq.*

4 *Cuius cultellus.* Notatur ad hoc quod statutum puniens portantes arma non intelligitur de paruis cultellis idoneis ad scindendum pennas, vel panem, vt per Tiraq. *de iudicio in rebus exiguis vers. 21. pag. mihi 35.* Bobadil. *in sua politica lib.1.cap.13.n.73.* Decian. *tract. crimin. lib.8. cap.2. num. 9. & cap. 3. n.54.* Farin. *in praxi crimin. q. 108. n. 77. cum seqq.* Ludouic. Rodolphin. *vari. lib.2. quæst. 34. n.6.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Irregularis an sit clericus censendus, qui ad necessariam rerum defensionem raptorem occiderit, ostenditur.*
3 *Irregularis est clericus, qui potuit mortem fugiendo vitare, si omissa fuga inuasorem occidit.*

Cap. Suscepimus. X.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Felin. Mar. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par. 1.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 123.* Alagona *in compend. Iuris Canonici pag. 670.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 10. cap. 11.* & est post Concil. Lateranen. *par. 50. cap.27.*

2 *Expediebat potius post tunicā, &c.* Ergo pro sola rerum defensione non est licitum clericis inuasorem occidere, de quo tamen vide Syluestr. *in sum. verbo bellum 2. §. 7. num.12. & verbo excommunicatio 6. §. 4. casu 9. in fine* Iacob. de Grassis *in aureis decis. par.1. lib.2. cap.65. n.20.* Biiard. ad Clar. *§. homicidium num. 82.* Polyd. Ripa *de tempore nocturno cap. 24. de fure num. 26. in fine, & nu. 49. cum seqq.* Boer. *decis. 168. n. 5.* Cou. *in clem. si furiosus par. 3. §. vn. nu. vlt.* Soar. *tom. 5. disp. 46. sect. 2. à n. 4.* Lessi. *de Iustit. lib.2. cap.9 dub.11.n. 73.* Coniock. *de Sacram. & censur. tom. 2. disp. 18. dub. 9. n. 80. & 88.* Molin. *tom.4. disp.72.num.3.* Salon. *2. 2. q. 64. art.8. controu. 2.* Henriq. *in sum. lib. 14. cap. 11. §. 3. lit. A.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. n. 195.* Bellet. *disquisition. clerical. par. 1. tit. de disciplina clericali, §.5. n.108.* Gutier. *canonic. lib. 2. cap.6. n.61.* Nau. *in man. cap. 27. n. 211.* Villadieg. *de irregul. cap. de percussore col. 14.* Rendina *in promptuario receptarum sentent. tom.1. tit.57. de irregularitate,*

laritate, n. 3. Ex quorum dictis hæc est dubia quæstio, in qua tamen illa est verior resolutio, quæ habet illum non esse censendum irregularem, qui ad necessariam rerum defensionem furem, aut raptorem occiderit his in casibus, quibus ea occisio Iure licita sit, respondentes in casu huius tex. maximum contingi defensionis rerum excessum, cuius equidem ratione non potuit illud homicidium, nec ob defensionem personæ, aut rerum necessariam, & moderatam à culpa excusari, saltem ea, quæ sit sufficiens ad irregularitem, vt glos. Abb & Doctores in præsenti tradiderunt teste Cou. *d. n. vlt. vers. vndecimo.*

3 In glos. [Interimeretur.] ibi (*sed hoc non fuit licitum ei, immo potius debuit fugere, &c.*) Notatut ad hoc quod irregularis est clericus, qui potuit mortem fugiendo vitare, si omissa fuga inuasorem occidit, similis *glos. verbo consilium in cap. sicut dignum §. clericos, sup. hoc tit. & in Clem. si furiosus verbo non valens, eod. tit.* vbi Zabarel. *n.* 26. *q.* 26. Anch. *col.* 2. *nu.* 5. *vers. circa hoc,* & Imola *n.* 13. & 14. & Couar. *par.* 3. *§. vni. n.* 4. Syluest. *verbo excommunicatio* 6. *q.* 3. Plac. *de delictis, cap.* 28. *nu.* 10 Gutier. *d. cap.* 6. *nu.* 61. *vers. idem de fuga,* & alij, quos refert, & sequitur Rendina *d. tit* 57. *n.* 4. aduertẽs hanc sententiam ita sanè debere intelligi, & temperari si fuga fugienti periculosa non sit, nam si ei fuga mortis periculum induceret, vel ex eo quod inimici à tergo instarent, vel ex eo quod aggressor ex fuga maiorem capiens audaciam facilius fuisset fugientem sequutus, vel quia sciret clericus aggressorem certo eum cursu superaturum, & sic eum interfecturum, & tunc non tenetur se fugæ committere, nec irregularitatem incurret si fuga omissa aggressorem occiderit.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Homicidij, vel alterius mali causam dans tenetur de omni causato homicidio, vel malo, irregularitatemq; incurrit.*
3 *Clericus dans operam rei illicitæ, si inde sequantur vulnus, & cædes incurrit irregularitatem, etiam quod illa successerint extra eius intentionẽ.*
4 *Causa remota non imputatur ad homicidium.*
5 *Delicto causam præbens, vt puniatur pœna ordinaria, quæ occurrere debent, ostenditur.*
6 *Homicidio interessens, si non percusserit, quando irregularitatem incurrat, ostenditur.*

Cap. Decætero. XI.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb antiq Innoc. Collect. Zabar. Ioan. And. Anania, Hostien. Butr. Anchar. Henric. Felin. Panor. Mar. Socin. Casal. *in annot.* Ximen. Tolet. *in concord. vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par.* 2. Viuian. *in ration. lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 124. Alagona *in compendio Iuris Canonici, pag.* 670. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 10. *cap.* 12.

2 Probat hic tex. illum, qui homicidij, vel alterius mali, aut delicti causam dat, teneri de omni causato homicidio, malo, vel delicto, irregularitatemq; incurrere, vt per Farinac. *in praxi crimin. par.* 5. *q.* 125. *num.* 63. Et clericus dando operam rei illicitæ, si inde sequãtur vul-
3 nera & cædes, incurrit irregularitatem, etiam quod illa successerint extra eius intentionem, & propositum, vt per eund. Farin. *d. par.* 5. *q.* 126. *num.* 74.

4 In glos. [Dedisse.] ibi (*maxime cum propinquam causam dedit*) Ergo causa remota non imputatur ad homicidium, de quo vide Cou. *in clem. si furiosus par.* 2. *§.* 4. *num.* 8. *column.* 4. Tiraq *in tract. cessante causa limit.* 20. *nu* 7. Nau. *cons.* 29. *nu.* 4. *sub hoc tit. & cons.* 30. *num.* 2. Et
5 ideò dans operam rei illicitæ, & delicto causam præbens vt puniatur ordinaria pœna subsequuti delicti necesse est, vt illa opera & præcedẽs causa seù culpa sit proxima & immediata ad illud, quod sequitur, secus si remota, Farin. *d. par.* 5. *q.* 126. *nu.* 79. vbi *nu.* 81. limitat nisi præbens causam remotam haberet animum nocẽdi, quia tunc idem est acsi dedisset causam proximam delicto, & *num.* 82. tenet tex. *in cap. presbyterum sup. hoc titul.* non loqui in causa remota, sed in propinqua, & cohærente. Vnde quamuis Tabien.
6 *verbo irregularitas* 2. *n.* 31. Specul. *tit. de dispensat. §. iuxta nu.* 56. Maiol. *de irregul. lib.* 5. *cap.* 48. *§.* 4. *num.* 1. dicant indistinctè ad incurrendam irregularitatem sufficere interuenisse homicidio licet quis non percusserit, tamen intelligendi sunt de eo assistẽte, qui directe delicto cooperatus fuit, putà animando percussores, vel quid simile, secus de casualiter reperto in loco, vbi committitur delictum, prout eos intelligit Rota apud Farin. *decis.* 260. *num.* 3. *par.* 1. *recent.* nã huiusmodi interessentia nisi probaretur, participatio nullius est considerationis *c. vlt. in fine* 23. *q.* 8. Innocen *in cap. sententiam num.* 1. *in fine, ne clerici vel mon.* Feder. de Senis *cons.* 168. *in princ.* Paris. *cons.* 152. *nu.* 30. & 31. *lib.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Irregularis an quis censendus sit in dubio facti homicidij, vel iuris, ostenditur.*
3 *Irregularitas contracta ex dubio facti homicidij, priuat susceptione Ordinum, non verò beneficijs, & alijs similibus.*
4 *Irregularem se gerere non tenetur. qui dubitat, an aliquem mutilauerit si facta diligenti inquisitione adhuc dubitat.*
5 *Irregularis censendus est ille, qui fœminæ grauidæ præbuit pharmacum ad abortiendum fœtum, sed dubitat an fœtus esset animatus.*
6 *Irregularem se gerere tenetur, qui consulit homicidium, quando dubitat vtrum suo consilio operatum sit.*

7 Vul

7 *Vulneratus ex vulnere præsumitur decessisse, etiam quod aliquandiu post vulnus illatum decesserit.*

8 *Irregularitas etiamsi publica, quando nascitur ex homicidio casuali, potest Episcopus in vtroq; foro dispensare ad Ordines minores.*

Cap. Ad audientiam. XII.

Clem. iij.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henr. Panorm. Felin. Mar. Socin. Casal. *in annot.* Ximen. Toletan. *in concordanc. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 124.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 670.* refertur ab Anton. August. *collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. 6. cap. 1.*

2 *Dubium habetur, &c.* Notatur ad hoc, quod in dubio facti homicidij (quando scilicet certum est irregularitatem esse Iure inductam, ac dubium est an hic in eum casum homicidij inciderit) in vtroque foro censendus est quis irregularis, cum secus sit in dubio Iuris, ita Cou. *in clemen. si furiosus par. 1. in initio num. 3.* Fr. Ludou. *in instruct. Conscientiæ par. 2.* vbi *de irregul. cap. 22. colum. 2. & 3.* Sayr. *de censuris lib. 6. cap. 2. num. 16. & in claui Regia lib. 1. cap. 13. num. 23. & 24.* Flores de Mena *variarum lib. 1. q. 9. nu. 18.* Azor. *institut. moral. par. 1. lib. 2. cap. 19. q. 10. in fine & q. 11.* Aegid. de Coninck *de Sacramen. & censur. tom. 2. disp. 18. dub. 2. num. 23.* Sanch. *de Matrimon. lib. 2. disput. 41. num. 9.* Valen. *par. 4. disput. 7. q. 19. puncto 2.* Vgolin. *de censur. cap. 4. §. 2. num. 3.* Soar. *tom. 5. de censuris disput. 40. sect. 5. num. 18. & 19. & sect. 6. num. 1. cum seq.* vbi *num. 12.* concludit nulla opus esse iudicis sententia, aut declaratione, vt in dubio facti sit irregularis, Salas *1. 2. q. 21. tract. 8. disput. vni. sect. 10. à num. 170.* Rebell. *de obligat. iustitiæ par. 2. lib. 1. q. 3. sect. 2. num. 13.* addens hoc verum esse quamuis non sit verisimilius fuisse sequutum homicidium, Bonacin. *de censuris q. 1. puncto 4. num. 3.* Quorum multi existimant idem sentiendum esse in quolibet dubio facti; eo quod ratio Pontificis in præsenti, videlicet in dubio facti tutiorem partem amplectendum esse, in omni dubio locum habere videtur. Sed alij probabilius existimant tantummodo in dubio homicidij iudicandum esse aliquem irregularem, quia tex. in præsenti, cui similis est *in cap. significasti hoc tit.* loquitur solum de dubio homicidij, tum quia versamur in materia odiosa, ita Soar. *d. tom. 5. disp. 40. sect. 6. num. 8. & seq.* Salas *d. disput. vni. sect. 18. num. 168. in princip.* Auil. *de censur. par. 7. disput. 2. dub. 5. conclus. 5.* Henriq. *in sum. lib. 14. cap. 3. num. 4.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 1. cap. 10. num. 48.* Bonaci. *d. puncto 4. num. 3. vers. alij*, contra Valent. Vasquez, & Rebell. citatis locis.

3 Quæ quidem irregularitas, quam quis contrahit in dubio facti homicidij modo supra relato, locum habet quoad priuationem suscipiendi Ordines, ac in illis ministrandi, non vero quoad alias pœnas, quæ à iudice imponi solent pro irregularitate contracta, qualis est priuatio beneficiorum, & aliæ similes, quia pœna ordinaria statuta delicto certo non est imponenda delicto dubio, sed extraordinaria pro dubij qualitate; vt per Fr. Emman. *in sum. tom. 1. cap. 157. num. 3.* Sayr. *in d. claui Regia lib. 1. cap. 13. nu. 24.* Vasq. *1. 2. q. 19. art. 6. disp. 66. c. 1. nu. 5.* Salas *d. disp. vni. sect. 19. nu. 176.*

4 Ex quibus primo infertur eum, qui dubitat
an aliquem mutilauerit, non teneri se tanquam
irregularem gerere, si facta diligenti inquisitio-
ne adhuc dubitat an mutilauerit; non enim
versatur in dubio facti homicidij, sed in dubio
mutilationis, quæ non est proprie homici-
dium, ita Sanch. *d. c. 10. nu. 49.* Bonaci. *d. pun-
cto 4. n. 4. vers. ex dictis*, contra Nau. *in man. c. 27.*
5 *n. 206.* & Henriq. loco citato. Secundo infer-
tur illum censeri irregularem, qui fœminæ
grauidæ præbuit pharmacum ad abortiendum
6 fœtum, sed dubitat an fœtus esset animatus, Fr.
Emman. *in sum. cap. 175. n. 4.* Sanch. *d. cap. 10.
nu. 43.* Bonac. *d. puncto 4. nu. 6.* Tertio infertur
illum, qui consulit homicidium teneri se tan-
quam irregularem gerere quando dubitat vtrũ
suo consilio operatum sit aliquid circa homici-
dium patratum ab eo, cui dedit consilium, ita
Mascard. *de probat. concl. 429. n. 9.* Auila *par. 2. c. 5.
nu. 3. dub. 3.* Sanch. *d. cap. 10. nu. 44.* Bonac. *d.
puncto 4. nu. 7.*

7 *Vtrum occasione vulneris, &c.* Ergo vulneratus ex vulnere præsumitur decessisse, etiam quod aliquatenus post vulnus illatum decesserit, de quo vide Boer. *decis. 323. post n. 11. vers. & pro hoc*, Farinac. *in praxi crimin. par. 5. q. 127. nu. 34.*

8 *Sibi poteritis concedere, &c.* Notatur ad hoc quod quando irregularitas nascitur ex homicidio casuali, etiamsi publiea sit, potest quis in vtroque foro dispensare ad minores Ordines, vt per Cou. *in clem. si furiosus par. 2. §. 3. n. 5.* Henr. *in sum. lib. 14. cap. 19. in com. lit. S, & T,* quos refert Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30 nu. 28.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Irregularis habendus non est qui sedens equo, quando equus fractis habenis puerum in via existentem conculcauit, & interfecit, quod ibi multipliciter declaratur.*

3 *Licitæ rei dans operam, non tenetur de quacunque cæde, quæ inde sequatur.*

4 *Homicidium actu commissum, & tamen absque*

voluntate, & culpa non imputatur committenti quoad Ordines susceptos, & suscipiendos.

Cap. Dilectus XIII. *Innoc. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq Innocen. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anch. Butr. Henric. Felin. Panorm. Mar. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag.* 124. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 670. refertur ab Anton. Augustin. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 7. cap. 1.*

2 Probat hic tex. insidentem equo non esse habendum pro irregulari quando equus fractis habenis puerum in via existentẽ conculcauit, & interfecit, mors enim censetur omnino casualis: ita Vgolin. *de irregul. cap.* 18. §. 1. Sayr. *de censuris, lib. 7. cap. 6. nu.* 1. Iacob. de Graffis *in aureis decis. par. 1. lib. 2. cap. 66. num.* 14. Bonacin. *eod. tract. disp. 7. q. 4. puncto 7. num.* 23. hoc dicens verum etiamsi insidens equo esset Franciscanus, qui peccat equitando contra regulas suæ religionis; Ayrer. *de homicid. p. 3. nu.* 2. vbi existimat reputari casuale homicidium, ac perconsequens per illud non incurri irregularitatem, quando ascendens equum non bene habenis parentem, & lasciuire incipientem ipse, vt equi impetum infrœnaret, vim intulit frœno, & equũ calcaribus stimulauit, adeo quod fracto frœno currens equus infantem pertranseuntem occidit, Farin. *in praxi crimin. par. 5. q. 126. nu.* 25. vbi illud casuale dici homicidium refert quando quis equo currens, & non valens illum retinere incidens equus in transeuntem, illum in terram proiecit, occiditq;, addens Doctores in præsenti declarare hoc procedere quando equitãs non est in aliqua culpa, qui explicant quando dicatur in culpa, & quot modis, inter quos ponunt, quando equitans sciebat vitium equi, quod erat effrœnatus, vel quando sciebat frœnum esse leue, & fragile, nec potens ad retinendum equum à cursu, & non prouidit, Ludou. Beja *respons. casuum Conscientiæ, par. 1. casu 40. vers. adde,* Molin. *de Iustit. tom. 4. tract. 3. disp. 77. n. 7.* vbi etiam dicit quod eodem modo pronuntiaretur capellanum, de quo in tex. non incurrisse irregularitatem, quamuis equo pergeret ad fornicandum, aut ad furandum, quoniam pergere equo ad fornicandum, vel ad furandum, licet res essent illicitæ, non tamen quæ viam pararent ad id homicidium, quæuè periculosæ essent comparatione eius homicidij.

3 *Nec dedit operam illicitæ rei.* Ergo dans operam rei licitæ minime tenetur de quacunque cæde, seu delicto, quod inde sequatur, vt per Farinac. *d. q. 126. nu.* 75.

4 In glos. [Nec actu.] Dicit hæc glos. homicidium actu commissum, & tamen absque voluntate & culpa, imputari committenti quoad Ordines suscipiendos, non tamen quoad susceptos. Sed hanc glos. reprobant Abb. & Anan in præsenti, & Cou. *in Clem. si furiosus, par. 2. §. 4. num. vlt.* annotantes verius esse nullam in hoc adesse differentiam inter promotum, & promouendum.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Irregularitatem non incurrit clericus, qui cum fœnum de curru deponeret, & prospiciendo prius, ne quem offenderet, proiecit in terram perticam, qua fœnum continebatur in curru, casuq; puerum oppressit, qui inde mortuus est.*

j. Cap. Ex litteris. XIV:

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collectar. Zabarel. Io. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Marian. Socin. Felin. Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag.* 124. Alagona *in compend. Iuris Canonici pag.* 671. refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 7. cap. 2.*

2 In specie huius tex. pronunciatur quendam clericum non incurrisse irregularitatem, qui cum fœnum de curru quodam deponeret, & prospiciendo prius ne quem offenderet, proiecit in terram perticam, qua fœnum continebatur in curru, casuq; puerũ percussit, qui inde mortuus est; cum enim is clericus adhibita ea diligentia non peccauerit contra quintum Decalogi præceptum ita illum puerum interficiẽdo, neque dederit operam rei illicitæ, irregularitatem sanè non incurrit: ita Molin. *de Iustitia tom. 4. tract. 3. disp. 77. nu. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Monachus ab irregularitate excusatur, qui cum campanam à campanili deponeret, cadens lignum puerum oppressit.*

ij. Cap. Ex litteris. XV.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collectar. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Felin Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag.* 124. Alagona *in cõpendio Iuris Canonici pag.* 671. refertur ab Ant. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 7. cap. 3.*

2 In specie huius tex. monachus ab irregularitate excusatur, qui cum campanam à campanili deponeret cadens lignum puerum oppressit, ita Couar. *in Clemen. si furiosus par. 2. §. 4. num.* 10. *vers. quinto,* Ludou. Beja *respons. casuum Conscientiæ, par. 1. casu 40. vers. & confirmatur,* vbi ex Sot. asserit monachum non fieri irregularem, quamuis opus illud esset seruile, vel cõtra præceptum

ceptum prælati campanam deposuisset, Henriq. *in sum. lib. 14. de irregul. cap. 15. §. 3. lit. X,* Molin. *de instit. tom. 4. tract. 3. disp. 77. num.* 8. vbi obseruat non satis esse aliquem dare operã rei de se periculosæ ad homicidium, aut mutilationem, vt subsequuto homicidio, aut mutilatione censendus sit irregularitatem incurrisse, sed opus esse vt illicite illud efficiat.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Irregularis non fit clericus incedens in equo feroci cum habenis malè cobibentibus illum, si cursu conculcauerit hominem, & occiderit.*

3 *Irregularis nõ fit Minorita si contra regulam equitaret mula mansueta, aut infirmus contra medici præceptum, & casu aliquem occiderit.*

4 *Iurata alicuius assertioni in iis, quæ ab eius animo pendent affirmanti, siuè neganti creditur, & quid in criminalibus, nu. 5.*

j. Cap. Significasti. XVI.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collectar. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Host. Anch. But. Henr. Panor. Felin. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. & 2. Viuia. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag.* 124. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 671. refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 7. cap. 4.*

2 ***Quæ peracta non impedias, etc.***

Ergo irregularis non fit clericus si incedat in equo feroci cum habenis malè cohibentibus illum, itaut cursu conculcans hominem occiderit, de quo vide Molin. *de iustit. tom. 3. tract. 4.*
3 *disp. 77. nu. 8. vers. simili modo*, Henriq. *in sum. lib. 14. de irregul. cap. 15. §. 4. post med.* vbi etiam adnotat quod si Minorita per regulam prohibitus equitaret in mula mansueta, aut infirmus contra medici præceptum, & casu occideret, non fieret irregularis, nam vt aduertit idem Henriq. *eod. lib. 14. cap. 11. §. 1. in fine*, homicidium faciens eo casu fit irregularis, quando dabat operam rei illicitæ, quæ vt causa sit peccatum mortale, & moraliter influat in homicidium sequutum.

4 In glos. [Si est ita.] ibi, *(per iuramentum proprium, &c.)* Notatur ad hoc, quod assertioni alicuius iuratæ in his, quæ ab eius animo pendent, siue affirmanti, siue neganti creditur, vt per Couar. *practic. cap. 33. num 4. sub vers. cæterum quidam, & lib. 2. vari. cap. 10. nu. 1. vers. tertia admittenda est accusatio* Hyppol. *in rubr. de probat. nu. 122. & cons. 9. nu. 32. cum seqq. & sing.* 635. Donat. à Fina *tom. 1. commun. opinion. lib. 4. tit. 9. num. 278. cum seqq. pag.* 506. Herculan. *in tract. de negatiua nu.* 275. Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præsumpt.* 13. Menoch. *de arbitr. casu* 185. *num. 5. & seq.* Mascar. *de probat. concl. 94. nu. 5. & 6. & concl. 227. & concl. 881. nu.* 2. Fului. Pacian. *eod. tract. lib. 1. cap. 39. à princip.* Seraphin. *de priuilegijs iuram. priuil. 1. num. 1. cum seqq.* Sayr. *in claui Regia lib. 3. cap. 5. num.* 4. optimè Fatin. *frag. crim. par. 1. lit. A, à nu.* 245.

5 In criminalibus tamen, & in his, quæ sunt de genere prohibitorum quando pro iuramento nulla adest præsumptio, & contra iuramentum adest aliqua, hæc contraria præsumptio non tollitur iuramento, secus si pro iurante adsit aliqua præsumptio exclusiua doli, & delicti, vide Menoch. *d. casu 186. num. 7. & casu 298. nu. 6. & de præsumpt. lib. 1. præsump. 77. nu. 1. cum seqq.* Vincen. Mancin. *de iuramen. par. 4. effectu 44. num.* 14. Mascard. *concl. 90. nu. 17. & d. concl. 94. num.* 20. Seraphin. *d. priuil. 1. nu. 24. vers. hoc tamen intelligendum, & nu. 25. & seq.* Card. Tusch. *verbo iuramentum concl. 531. num.* 85.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Homicida, & irregularis non censetur ille, cuius occasione, eo tamen prohibente, & causam non dante ab eius amicis, famulis, vel consanguineis homicidium remittitur.*

3 *Irregularitatem contrahit ille, qui dedit causam rixæ & eius amici, famuli, vel consanguinei, alterum cum eo contendentem, vel pugnantem occiderunt præter eius voluntatem.*

4 *Delictum à seruo, famulo, consanguineo, vel amico factum non præsumitur commissum voluntate domini, affinis, vel amici.*

5 *Irregularitatem incurrit ille, qui præsens fuit tractatui habito super occidendo eius inimicum ab eius seruis, vel consanguineis, & tamen tacuit.*

Cap. Petens. XVII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Anania, Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Henric. Panorm. Felin. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 672. refertur ab Anton. Augustin. *collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 7. cap. 1.*

2 Probat hic tex. non censeri homicidam, ac perconsequens irregularem illum, cuius occasione, eo tamen prohibente & causam non dante, ab eius amicis, famulis, vel consanguineis homicidium committitur, vt per Villadieg. *tract. de irregular. cap. de percussore*, Cou. *in clemen. si furiosus par. 2. §. 2. num.* 8. Iacob. de Graffijs *in aureis decis. par. 1. lib. 2. cap. 64. nu.* 17. Non ta-
3 men excusatur ab irregularitate ille, qui dedit causam rixæ, & eius amici, famuli, vel consanguinei alterum cum eo contendentem, vel pugnantem occiderunt præter eius voluntatem, ac contra eius prohibitionem, quia dedit culpam præambulam, vt resoluunt Cou. *d. num. 8. vers.*

primum, Iacob. de Graffijs *d. nu.* 17. Riminald. iun. *conf.* 441. *num.* 31. *vol.* 4. Ozasc. *decis.* 104. *nu.* 5. Vgolin. *de irregul. cap.* 18. §. 2. Bellet. *disquisit. clerical. par.* 1. *tit. de disciplina clericali* §. 5. *nu.* 34. quicquid teneāt Henriq. *in sum. lib.* 14. *cap.* 13. *nu.* 4. Auil. *de censuris par.* 7. *disp.* 6. *sect.* 3. *dub.* 5. quos refert, & sequitur Bonacin. *eodem tract. disp.* 7. *q.* 4. *puncto* 8. *nu.* 34.

4 *Fuit ab ipsius consanguineis attentatum.* Ergo delictum à seruo famulo, consanguineo, vel amico factū non præsumitur commissum voluntate domini, affinis, vel amici, vt per Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præs.* 27. plures per Farin. *in praxi crimin. par.* 5. *q.* 134. *nu.* 67. *cum seqq.*

5 In glos. [Contra prohibitionem.] ibi (*quia si eo auatente, & non contradicente, &c.*) Notatur ad hoc, quod irregularitatem incurrit ille, qui præsens fuit tractatui habito super occidendo eius inimico, ab eius seruis, ac consanguineis, & tamen tacuit, vt per Cou. *d. n.* 8. *vers. quarto*, Iacob. de Graffijs *d. cap.* 64. *num.* 18. præsentia enim facit quem irregularem si homicidio consentiat, saltem per taciturnitatem, Rebuff. *in auth. habita C. ne filius pro patre, verbo Episcoporum pag. mihi* 375.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hanc tex. scribentes.*
2 *Peritis in arte credendum est.*
3 *Medicis non creditur ad indicandum, an vulnus sit lethale, & an vulneratus decesserit ex vulnere, vel alia causa, nisi ad minus sint duo, & communiter in arte periti reputentur.*
4 *Peritis in arte non creditur sine iuramento.*
5 *Periti in arte duo, si non concordant, standum est dicto senioris, & quid si sit contentio inter medicos, & chirurgos.*
6 *Medicus vbi non adest nisi vnus in loco, quo quis fuit vulneratus ille vnus sufficit ad indicandum, an vulnus fuerit lethale.*
7 *Vulnus lethale illud dicitur, cuius curatio, vel omnino impossibilis, vel difficillima est.*
8 *Vulnus in dubio an sit iudicandum non fuisse lethale, remissiuè.*
9 *Irregulares se gerere debent omnes, qui percusserunt, etiamsi non constet ex quo vlnere percussus obierit.*
10 *Irregulares se gerere debent omnes dubitantes, an à se lethale vulnus fuisset inflictum.*
11 *Percussus in foro exteriori à quo præsumatur, si rixantes plures sint, remissiuè.*
12 *Clericus excusatur ab irregularitate si committat homicidium cum defensione licito modo facta, & cum moderamine inculpatæ tutelæ.*
13 *Moderamen inculpatæ tutelæ siue defensio inculpata in quo consistat, ostenditur.*
14 *Probatio excessus accusatori incumbit.*
15 *Moderamen inculpatæ tutelæ non dicitur seruatum, quando quis non animo se defendendi, sed vlciscendi aggressorem percutit.*
16 *Moderamen inculpatæ tutelæ excedens in occidendo non pœna ordinaria homicidij, sed extraordinaria propter excessum iudicis arbitrio imponenda puniri debet.*
17 *Occidendi animus præsumitur, vel non præsumitur ex qualitate, seu genere armorum.*
18 *Clericus pro excessu in se defendendo, non incurrit excommunicationem, seu irregularitatem, nisi dolo, & proposito occidat.*

ij Cap. significasti. XVIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Host. Butr. Anch. Henr. Panor. Felin. Mar. Socin. Casal. *in annot.* Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. & 2. Alagona *in compend. Iuris Canonici pag.* 672. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 6. *cap.* 2.

2 *Vt peritorum iudicio medicorum, &c.* Ergo quibuscunque in arte peritis credendum est, Mascard. *de probat. concl.* 1034. *nu.* 1. *cum seqq.* Fulu. Pacian. *eod. tract. lib.* 1. *cap.* 47. *num.* 10. *cum seqq.* Farin. *in praxi crimin. par.* 5. *q.* 127. *nu.* 102. Azeued. *cons.* 30. *nu.* 63.

3 Notatur ad hoc, quod medicis non creditur
ad iudicandum, & referendum an vulnus sit
lethale necne, & an vulneratus decesserit ex
vulnere; vel ex alia causa, nisi ad minus sint
duo, & communiter in arte periti reputentur,
de quo Auil. *ad cap.* 1. *Prætor. fol.* 30. *nu.* 28. Ma-
4 scard. *concl.* 1034. *nu.* 11. & 22. & *concl* 1169.
nu. 20. Menoch. *remed.* 5. *adipiscend. nu.* 162. Cald.
Pereira *in l. si curatorem verbo minoribus, nu.* 18.
5 Farin. *d. q.* 127. *nu.* 151. *cum seqq.* Et debent iu-
rare, quia peritis in arte non creditur sine iura-
mento, Folet. in addit. ad Marant. *de ordine iu-
dic. p.* 6. *memb.* 6. *nu.* 69. *pag.* 327. Et si non con-
ueniunt standum est dicto senioris ex Tiraq.
de iure primog. in præfat. nu. 155. Cassan. *in con-
suetud. Burgund. fol.* 70. *nu.* 4. Greg. *l.* 16. *verbo e cognoceren. tit.* 8. *part.* 5. Quid si sit contentio inter
chirurgos, & medicos, vide Mascard. *concl.* 1169.
n. 40. *cum seqq.* Bernard. Græuæ. *ad practicam
Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 111. *n.* 10.

6 Vbi vero in loco, quo quis fuit vulneratus nō adest nisi vnus medicus, tunc ille vnus sufficit, de quo vide Clar. §. *homicidium, nu.* 34. *vers. scies autem*, Anton. Gom. *tom.* 3. *vari. titulo de homicid. n.* 28. *post med. vers. & si quæras*, Mascard. *concl.* 615. *nu.* 7. & *concl.* 1034. *nu.* 24. Fului. Pacian. *eod. tract. lib.* 1. *cap.* 47. *nu.* 34. & *seq.* Farin. *d. q.* 127. *n.* 153. Chærian. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 9. *nu.* 161. vbi secus dicit si causa sit ardua, quia tunc mittendum est loca vicina.

7 *Assereretur non fuisse lethalis.* Vulnus lethale an sit iudex se ex medicorum instruet iudicio, & illud dicitur, cuius curatio, vel omnino

nino impossibilis, vel difficillima est, vide Cassan. *in consuetud. Burgund. rub. 1. §. 6. verbo par leurs nu.4.* Hippol. *cons. 7. num. 29. & in l. 1. nu. 54. C. de siccar.* Menoch. *de arbitr. casu 265. à princip.* Bajard. ad Clar. *§. homicidium nu. 135.* Mascard. *concl. 1077. nu. 7.* Farin *d. quæst. 127. à nu. 49 &*
8 *cons. 100. n. 32.* optime Bernard. Græuæ. *d. concl. 181. nu. 17. cum seqq.* In dubio autem vulnus non fuisse lethale an sit iudicandum, vide Menoch. *d. casu 265. nu. vlt.* Mascard. *concl. 1034. nu. 44. & seq. & concl. 1073. nu. 6. & 7.* Farin. *d. q. 127. nu. 20. & cons. 100. nu. 14.* Alex. Raudens. *de analogis. cap. 31. nu. 32.*

9 *Quod si discerni non possit, &c.* Notatur ad hoc quod si plures percusserunt, & non constat ex quo vulnere percussus obierit, debent omnes se tanquam irregulares gerere, vt per Cou. *in clem. si furiosus par. 2. §. 2. n. 4.* Vgolin. *de irregul. cap. 14. §. 1. nu. 1.* Soar. *de censur. disp. 45. sect. 4. nu. 11.* Sayr. *eod. tract. lib. 7. cap. 4. n. 14.* Rota apud Farinac. *decis. 44. n. 1. par. 2. recentiorum,* sequitur Bonacin. *de censur. disp. 7. q. 4. puncto 8. n. 31.* vbi *n. 30.* resoluit quod quando plures vulnera inflixerunt; quorum singula non sunt ex se mortalia, sed simul iuncta sunt causa sufficiens mortis, singuli incurrunt irregularitatem, sic etiam quando nescitur quis nam lethale vulnus inflixerit omnes, qui dubitant à se lethale vulnus inflictum esse debent se irregulares gerere, Vgolin. *d. §. 1. n. 3.* Molin. *de iustit. tom. 4. disp. 33. memb. 7. ad finem,* Auila *de censur. par. 7. disp. 6. sect. 3.* quos refert, & contra Soar. sequitur Bonacin. vbi *proxime nu. 29.* Quod procedere, etsi homicidium fuerit iustum, & meritorium contra latrones publicos tenent Corn. *cons. 57. n. 10. lib. 4.* Nau. *cons. 11. n. 2. & cons. 25. n. 1. & 2. sub hoc tit.* quos refert, & sequitur
11 Rota *d. decis. 44. nu. 2. in fine.* Quando plures rixantur, & vnus in rixa sit percussus à quo in foro exteriori præsumatur percussus, vide Hippol. *in pract. §. quoniam n. 30. & in l. repetit. n. 21. ff. de quæst.* Clar. *in §. homicidium n. 37.* Menoch. *de arbitr. casu 362. & cons. 108. n. 8.* Alex. Raudens. *cess. 27. à n. 32.* Baptista Costa *de facti scientia, & ignor. cent. 1. dist. 40. art. 14* Fiamin. de Rub. *cons. 51. à nu. 57. vol. 1.* Mascard. *de probation. concl. 1003. n. 55.* Bobadil. *in sua politica, lib. 1. cap. 8. num. 8.*

12 *Quia tamen id debet fieri cum moderamine, etc.* Notatur ad hoc, quod vt clericus excusetur ab irregularitate propter homicidium debet illud committere cum defensione licito modo facta, & cum moderamine inculpatæ tutelæ non ad sumendam vindictam, sed ad iniuriam propulsandam, nec aliud vult noua Concilij Trid. dispositio *sess. 14. de reformat. c. 7.* non enim loquitur de illo homicida, qui occidit modo supra relato, sed de eo qui eget dispensatione quatenus in se defendendo excessit moderamen inculpatæ tutelæ, talis enim fit irregularis non ea irregularitate, quæ est indispensabilis nisi à Papa, sed illa, quæ ab Episcopo dispensari potest, vide Maiol. *de irregul. lib. 1. cap. 12. nu. 10. vers. 20. & lib. 5. cap. 48. num. 10. & 11.* Nau. *in man. cap. 27. n. 239. vers. secundo, & cons. 8. in antiq. aliàs 36. in nouis sub hoc tit.* Bannes *in 2. 2. D. Thomæ, q. 64. art. 8. vers. ad 2.* Fr. Emman. *in sum. tom. 1. cap. 173. nu. 1.* Petr. Nau. *lib. 2. de restitut. c. 3. n. 367.* Henriq. *in sum. lib. 14. c. 10. §. 2. & c. 19. §. 3.* Veg. *in sum. par. 2. c. 15. casu 23. vers. nota.* Aloys. Ric. *in collect. decis. par. 4. collect. 930.* Iacob. de Graffis *in aureis decis. par. 1. lib. 2. cap. 65. à princ. & præcipuè nu. 13.* Molina *de Iustit. tom. 4. tract. 3. disp. 72. nu. 5. & in disp. 77. nu. 9.* Sayr. *de censuris lib. 6. cap. 7. nu. 22.* Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. par. 3. cap. 9. nu. 29.* Petr. de Ledesma. *in sum. par. 2. tract. 8. de iustit. commutatiua, cap. 18. concl. 14. diffic. 1.* Valer. Reginald *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 2. nu. 112.* Aegid. de Coninck. *de Sacram. & censur. tom. 2. disp. 18. à num. 73.* Cened. *pract. & canon. quæst. lib. 1. q. 24. nu. 13. cum seqq.* Campan. *in diuersorio Iuris Canonici rub. 11. cap. vlt. nu. 20. & num. 129.* Bellet. *disquisit. clerical. par. 1. tit. de disciplina clericali, §. 5. à nu. 103.* Bonacin. *de censuris disp. 7. q. 4. puncto 6. nu. 1. cum seqq.*

13 Moderamen inculpatæ tutelæ, seu defensio inculpata qualis debeat esse, & in quo consistat inuenies apud Kirchou. *tom. 1. commun. opinion. lib 9. tit. 10 nu. 13. vers. sed prima,* Sayr. *d. cap. 7. à num. 7.* Prax. Episcop. *p. 1. verbo moderamen,* Farin. *in praxi crimin. par. 5. q. 125. nu. 349. cum seqq.* Christoph. de Pace *in scholijs ad leges styli. l. 58. nu. 5.* Rebell. *de obligationib. Iustitiæ, par. 1. lib. 3. q. 12. num. 7.* Azori *institut. moral. par. 3. lib. 2. cap. 1. q. 2.* Bernard. Græuæ. *d. lib. 2. concl. 110. consid. 1. nu. 9. cum seqq.* Petr. Caball. *de omni genere homicidij, nu. 94.* Bellet. *d. §. 4. nu. 104.* Bonacin. *d. puncto 6. nu. 3. vers. dixi non excedendo:* Ex quorum dictis illa est verior conclusio dici clericum facere cum moderamine inculpatæ tutelæ, & esse in necessitate ineuitabili, quando est con-
14 stitutus in tali necessitate, quam neque fuga, dummodo dando terga non sit periculum, neque clamore, neque alio modo, nisi interficiendo, aut mutilando aggressorem euitare nequit. Et probatio excessus accusatori iniuncta est, vt per Vincent. Honded. *cons. 99. nu 14. & 15.* Viui. Neapol. *decis. 458. nu. 8.* Bernard. Græuæ. *d. consid. 1. nu. 9. cum seqq.*

15 *Non ad sumendam vindictam.* Ergo moderamen inculpatæ tutelæ non dicitur seruatum quando quis non animo se defendendi, sed vlciscendi aggressorem percutit, vt per Ayrer. *in tract. de homicidio necessario, par. 1. n. 94. & 97.* Mascard. *concl. 1126. nu. 56.* Farin. *d. q. 125. nu. 382.*

16 *Penitus excusari.* Ergo si excedatur moderamen inculpatæ tutelæ in occidẽdo nõ pœna ordinaria homi-

cidii, sed extraordinaria propter excessum iudicis arbitrio imponenda puniri debet, vt per Duen. *reg.* 192. *ampl.* 5. Hippol. *cons.* 137. *nu.* 21. *cum seqq. & sing.* 110. *incip. occidens aggressorem*, Tiraq. *de pœnis temper. causa* 1. *nu.* 9. Boer. *decis.* 168. *nu.* 7. *vers. vel etiam si ipsum*, Anton. Gom. *tom.* 3. *vari. cap.* 24. *nu.* 24. Bajard. ad Clar. *§. homicidium nu.* 90. Mascard. *concl.* 1126. *nu.* 49. Farin. *d. q.* 125. *nu.* 393.

17 *Ratione instrumenti*. Nocatur ad hoc quod animus occidendi præsumitur, vel non præsumitur ex qualitate, seu genere armorum, sic etiam an vulnus fuerit mortale necne sumitur ex qualitate armorum, cum quibus fuit illatum, de quo vide Hyppol. *cons.* 7. *nu.* 44. *cum seqq. & consil.* 67. *nu.* 18. *& l.* 1. C. *de sicar. nu.* 32. *cum seqq.* Aym. *cons.* 205. *nu.* 5. Cou. *in Clem. si furiosus*, *par.* 2. *§.* 1. *nu.* 1 Boer. *decis.* 323. *nu.* 3. *vers. & qua citra mortem, & nu.* 15. Bernard. *reg.* 33. *à princip.* Clar. *§. homicidium n.* 4. *vers. dicitur etiam culposum*, Anton. Gom *tom.* 3. *vari. cap* 3. *post nu.* 17. Menoch *de arbitr. casu* 275. *nu.* 7. *&* 8. *in fine*, *& de præsumpt. lib.* 5. *præs.* 40. *nu.* 4. Iacob. Ayrer. *de homicid. par.* 2. *n.* 61. Mascard. *de probat. concl.* 97. *& concl.* 864. *num.* 3. *cum seqq. & concl.* 1042. *& concl.* 1073. *num.* 9. Farin. *in praxi crimin. par.* 5. *q.* 126. *nu.* 117. *& q.* 127. *nu.* 57.

18 In glos [Moderamine.] ibi (*nec dicitur excommunicatus, qui excedendo modum non ex proposito repercutit clericum.*) Per hanc glos. tenet Farin. *d. q.* 125. *num.* 418. clericum pro excessu in se defendendo nunquam incurrere excommunicationem, seu irregularitatem, nisi dolo, & ex proposito excedat, idem videtur tenere Iacob. de Graffus *d. cap.* 65. *n.* 14. At vero Couar. *in clem. si furiosus par.* 3. *§.* 1. *num.* 2. *in fine*. simpliciter asserit irregularem esse illum, qui mutilat, aut occidit excedens modum in defensione, quem sequi videtur Vgolin. *de censur. par.* 2. *cap.* 11. *§. proposuimus nu.* 4. *vers. excipitur, & nu.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Irregularis est monachus, qui omni adhibita diligentia aperuit apostema in gutture mulieris, quæ posteà mortua est.*
3 *Clericus etiam in maioribus Ordinibus constitutus in medicina, seù arte chirurgia peritus, si intuitu impietatis artem suam exercuerit, an ei imputetur ad irregularitatem, si ex tali exercitatione sequuta fuerit mors, ostenditur.*
4 *Declaratur tex. in præsenti.*

Cap. Tua nos. XIX.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Io. Andr. Anania, Anchar. Hostien. Butr. Henric Panor. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. *&* 2. Viuia. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 125. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 673. refertur ab Anton. August. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 6. *cap.* 3.

2 In specie huius text. irregularis declaratur monachus, qui omni adhibita diligentia aperuit apostema in gutture mulieris, quæ postea mortua est, vt per Henriq. *in sum. lib.* 14. *de irregularit. cap.* 11. *§.* 1. Soar. *de censuris disput.* 45. *sect.* 6. *nu.* 10. Sayr. *eod. tract. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 7. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *n.* 114. Bellet. *disquisit. clerical. par.* 1. *tit. de disciplina clericali §.* 5. *nu.* 22. Bonacin. *de censur. disput.* 7. *q.* 4. *puncto* 5. *nu.* 4. *& puncto* 7. *nu.* 6. *vers. secundus casus*. In quo communis opinio Doctorum

3 est quod si medicus, seu chirurgus in maioribus etiam Ordinibus constitutus eiusdem artis peritus intuitu pietatis artem suam exercuerit non ei imputatur ad irregularitatem si ex tali exercitatione sequuta fuerit mors, vt per Cardin. hic *colum.* 1. quem referunt Sayr. *d. lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 11. Bellet. *d. tit. de disciplina clericali §.* 31. *num.* 6. immo quamuis aliqui limitent hanc communem sententiam scilicet citra abscissionem, vel adustionem, itaut si ægrotus decederet ex causa talis adustionis, vel abscissionis licet illi non imputetur ad peccatum imputari tamen ad irregularitatem teneant hic per text. in præsenti Abb. *nu.* 3. *& in cap. sententiam sanguinis nu.* 23. *ne clerec. vel monach.* Paris. *cons.* 96. *col. vlt. volum.* 4. quos refert & sequitur Bellet. *d. nu.* 6. Vera est resolutio clericum maioribus Ordinibus initiatum non peccare, nec affici irregularitate incidendo, vel adurendo vrgente necessitate v. g. tempore pestis quando non adest alius, qui hoc munus præstet, ita Fr. Emman. *in sum. par.* 1. *cap.* 177. Molina *de instit. tom.* 4. *disp.* 75. *num.* 3. Henriq. *d. §.* 1. Sayr. *d. lib.* 7. *cap.* 11. *num.* 11. Auil. *de censuris par.* 7. *disp.* 6. *sect.* 1. *dub.* 10. quos refert & sequitur Bonacin. *d. puncto* 5. *nu.* 4. *vers. addo.*

4 Ad tex. vero in præsenti multipliciter respondent Doctores, nam Less. *de instit. lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 15. *nu.* 105. & alij aiunt monachum de quo in præsenti non adhibuisse debitam diligentiam, quamuis ipse crediderit eam adhibuisse. Molina *d. num.* 3. *ad finem*, respondet denunciari irregularem monachum, qui aperuit apostema in gutture mulieris, ex quo mortua est, quia ille monachus non aperuit apostema vrgente necessitate, cum mulier illa posset chirurgos adire; tum quia monachus non præsumitur peritus chirurgiæ, & consequenter in foro externo præsumendus est irregularis, vt bene ait Couar. *in clem. si furiosus par.* 2. *§.* 4. *nu.* 3. Soar. loco citato, & Bonac. *d. puncto* 7. *nu.* 9. *vers. secundo responderi potest*, dicunt casum de quo hic esse specialiter expressum in Iure, & consequenter excipiendum à doctrina generaliter tradita.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 Lu-

2 *Ludens illicitè cum muliere prægnãte libidinis causa, si ex hoc contigerit abortio fœtus, irregularis fit.*
3 *Irregularis præsumitur ille, qui fuit moralis causa abortus cum peccato mortali, si fœtus erat animatus.*
4 *Saltans cum muliere prægnante saltatione immoderata sequuto abortu fœtus animati, irregularis est.*
5 *Clerico probibitum est ludere cum muliere.*
6 *Fœtus quando animetur remissiuè.*

Cap. Sicut ex litterarum. XX.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Io. Andr. Anania, Hostien. Anch. Butr. Hẽr. Felin. Panor. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuia. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 126.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 673.* refertur ab Anton. August. *collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 6. cap. 4.*

2 Probat hic tex irregularem esse censendum ludentem illicitè libidinis causa cum fœmina prægnante si ex hoc contigerit abortio fœtus, vt per Iacob. de Graffijs *in aureis decis. p. 1. lib. 2. cap. 63. n. 25. & cap. 66. n. 13.* vbi intelligit tex. in præsenti de ludo noxio, secus dicens, si ludẽs fuisset mulieris maritus, vel frater, vel cõiunctus, sic quod ludus licitus esset in personis, nec aliàs esset noxius in se, sed gracilis, & agilis, &c.

3 Vnde irregularem præsumi illum, qui fuit moralem causam aborsus cum peccato mortali si fœtus erat animatus, tenent *Cou. in clem. si furiosus par. 2. §. 3. num. 1.* Trot. *de vero & perfecto clerico tit. 2. cap. 14.* Anton. Gomez *tom. 3. vari. cap. 3. num. 32.* Tiraq. *in l. si vnquam C. de reuocandis donat. in princip. num. 66.* Henriq. *in sum. lib. 14. de irregul. cap. 3. §. 4. in commento lit. G*; Azor. *institut. moral. par. 2. lib. 2. cap. 26.* Stephan. Quarant. *in summa Bullarij verbò abortus.*

4 Sic etiam saltans cum muliere prægnante saltatione immoderata sequuto abortu fœtus animati irregularis est, quia dedit operam rei illicitæ & periculosæ absque sufficienti diligentia ad abortum præcauendum, ita Vgolin. *de irregular. cap. 18. §. 2. nu. 5.* Henriq. *d. lib. 14. c. 15. nu. 4.* Auil. *de censur. par. 7. disp. 3. sect. 2. dub. 6.* Molin. *de iustit. tom. 4. disput. 77. nu. 6.* quos refert, & sequitur Bonacina *de censuris disput. 7. quæst. 4. puncto 7. nu. 22.* vbi etiam cum Maiol. *de irregul. lib. 5. cap. 48. §. 3.* idem dicendum putat de eo, qui vtitur copula mulieris prægnantis absque debita cautione, si mors fœtus animati inde sequatur.

5 *Quasi ludens, &c.* Quamuis nulla pœna imponatur illi, qui ludendo abortui causam dedit, tamen clerico probibitum est ludere cum muliere, & ideo si ludendo dat causam abortui fœtus animati efficitur irregularis, ita Plac. *in epith. delictorum lib. 1. cap. 26.* Farin. *in praxi crimin. p. 5. q. 122. num. 160. cum seqq.* Henriq. *d. lib. 14. cap. 11. §. 1. in commento lit. M*, quatenus dicit monacho de quo in præsenti id prohibitum fuisse ob periculum, quod non præcauit per diligentiam.

6 *Si non dum erat viuificatus conceptus.* Quandò fœtus animetur tradũt Vgolin. *de irregul. cap. 4. §. 1. & cap. 16. §. 2.* Henriq. *d. lib. 14. cap. 15. nu. 1.* Quarant. & Nald. *verbo abortus.* Sayr. *de censur. lib. 7. cap. 2. nu. 3. &* Soar. *eod. tract. disp. 44. sect. 2. nu. 13.* Auila *p. 7. disput. 6. sect. 4.* Bellet. *disquisit. cleric. par. 1. tit. de disciplina cleric. §. 5. num. 26.* Azor. *instit. moral. par. 3. lib. 2. cap. 4. q. 1.* Campan. *in diuersorio Iuris Canon. rub. 11. cap. 23. nu. 20.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Clericus ciuiliter iustitiam petens pro rebus sibi ablatis si protestetur non incurrit irregularitatem etiamsi sequatur sanguinis pœna.*
3 *Clericus etiamsi certo sciat Iudicem secularem processurum ad pœnam sanguinis, & quamuis valeat res suas alia via recuperare, potest ciuiliter agere cum protestatione pro rebus sibi ablatis.*
4 *Clericus de malefactoribus suis, vel propinquorum, aut Ecclesia sua potest conqueri cum protestatione coram Iudice, absq; metu irregularitatis.*
5 *Denuntiare facta protestatione licet clerico absque periculo irregularitatis delictum tendens in perniciem, & nocumentum publicum, quem non posset aliter impedire.*

Cap. Postulasti. XXI.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henr. Panor. Felin. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordant. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in ration. lib. 5. Iuris Pontificij pag. 126.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 674.*

2 Probat hic tex. non imputari ad irregularitatem clerico ciuiliter iustitiam petenti de laico, siue pro rebus ablatis, siue pro iniurijs sibi, seu eorum bonis illatis, si iudex in laicum exercet vindictam sanguinis, quod quidem hodie per tex. *in cap. prælatis hoc tit. lib. 6.* non procedit nisi protestando expresse se non intendere pœnam sanguinis etiamsi postea sequatur mutilatio, vel mors: ita Cou. *in clem. si furiosus par. 2. §. 1. num. 1.* Vgolin. *de irregul. cap. 6.* Salzed. *ad Bernard. in pract. c. 98. n. 7. cum seqq. in nouiss. editione*, Specul. *in tit. de dispensat. §. 4. nu. 49.* Farin. *fragmen. crimin. par. 1. lit. C, num. 424. cum seqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. n. 143.* Bellet. *disquisit. clerical. par. 1. tit. de disciplina clericali §. 5. nu. 116.* Bonacin. *de censur. disp. 7. q. 4. puncto 2. nu. 3.* Ceuall. *communium contra commun. q. 822. n. 115.* alioquin si clerici propter huiusmodi metum irregularitatis taliter conqueri non auderent, daretur plerisq; materia eosdem

tru-

trucidandi, & ipsorum bona liberè deprædandi, vt habetur in *d. cap. prælatis*, Abb. *hic num.* 3. Nau. *in manu. cap.* 27. *nu.* 126. *& cons.* 3. *de iniur.* Bellet. *d. nu.* 116. *in fine*.

3 Amplia procedere etiamsi clericus certo sciat Iudicem secularem processurum ad pœnam sanguinis, & quamuis possit res suas alia via recuperare, ita Abb. *hic nu.* 3. Felin. *in vers. nota non imputari*, Cou. *d. par.* 2. §. 5. *nu.* 1. Soar. *de censur. disp.* 47. *sect.* 2. Henriq. *in sum. lib.* 14. *de irregul. cap.* 11. §. 4. *&* 5. Vgolin. *de irregul. cap.* 6. §. 4. Bonacin. *d. puncto* 2. *num.* 3. Bellet. *d.* §. 5. *num.* 117. vbi *num.* 118. resoluit huiusmodi clericum minime etiam fieri irregularem etiamsi postmodum ei placeat, quod fur, qui surripuerat res suas, siue ille, qui iniuriam ei fecerat, sit propter hoc suspensus vel mutilatus, *& nu.* 127. aduertit quod si tempore, quo agit ciuiliter pro iniuria sibi illata cum dicta protestatione, in animo habeat quod reus moriatur, sequuta morte, vel mutilatione efficitur irregularis, quia verba non saluant eum in foro Conscientiæ, & citat Felin. & Anan. in præsenti, Ioan. Andr. Gemin. Archid. & Franch. *in d. cap. prælatis*, & S. Antonin. *par.* 3. *tit.* 28. *cap.* 2. §. 4. Nau. *d. cap.* 27. *nu.* 226. Tolet. *in instruct. Sacerdot. lib.* 1. *cap.* 82 *nu.* 4. *vers. quinto*.

4 Intellige modo clericus conqueratur coram Iudice de malefactoribus suis, non vero de ijs, qui alijs damna intulerunt, quia *in d. cap. prælatis* dicitur contra malefactores suos, ita Couar. *d.* §. 5. *num.* 4. Nau. *d. cap.* 27. *num.* 213. Sayr. *lib.* 6. *cap.* 18. Vgolin. *d. c.* 6. §. 9. Bellett. *d.* §. 5. *nu.* 119. Bonacin. *d. puncto* 2. *num.* 4. vbi cum Henriq. & Auila probabiliter existimat licitum esse conqueri de illis, qui damnum suis propinquis, vel domesticis intulerunt, quia illorum damnum censetur proprium, & *nu.* 5. cum Molin. *tom.* 4. *disp.* 74. *nu.* 11. Sayr. *d. cap.* 18. *nu.* 3. Fr. Emman. Henriq. & Soar. tenet clericum posse accusare iustum damnificatorem bonorũ suæ Ecclesiæ, & idem Bonacin. *nu.* 7. *vers. quartus*, tenet clericum excusari ab irregularitate quando accusat aliquem pro iniuria inferenda extraneis.

5 Sic etiam licet clerico facta protestatione absque periculo irregularitatis denunciare aliquod delictum tendens in perniciem, & nocumentum publicum, quod non posset aliter impediri quam per denunciationem, ita Cou. *d.* §. 5. *nu.* 4. Sot. *de iustit. lib.* 5. *q.* 5. *art.* 1. *ad* 4. S. Tho. 2. 2. *q.* 33. *art.* 7. vbi Caiet. Maiol. *de irregul. lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 4. Sayr. *d. cap.* 18. *num.* 12. quos refert, & sequitur Bellet. *d.* §. 5. *nu.* 126.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Irregularitatem non incurrit ille, qui ludendo lapidem in alium proiecit, animo eum deterrendi, ille verò alius fugiendo lapide aliũ impegit, in capiteq; fuit vulneratus, & medici imperitia mortuus.*

3 *Irregularis est qui proijcit lapidem in Titium, si lapis Titio illum declinãte cecidit in Caium, illumq; occidit.*

4 *Irregularitatem effugiunt pueri, qui seipsos perterrefaciunt probabiliter ignorantes mortem, si inde sequuta sit.*

5 *Absolutionem ab excommunicatione petens non fatetur se excommunicatum.*

Cap. Exhibita. XXII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. And. Anania. Hostien. Anchar. Butr. Henric. Panor. Felin. Mari. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castell. p.* 1. *&* 2. Vi-uian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 126. Alagona *in compendio Iuris Canonic. pag.* 674.

2 Probat hic tex. irregularitatem non incurrere illum, qui ludendo lapidem in alium proiecit animo eum deterrendi, ille vero alius fugiendo eum lapidem casu in lapidem alium impegit, in capiteq; fuit vulneratus, ac tandem medici imperitia, ac incuria mortuus est; ita

3 Molin. *de iustit. tom.* 4. *tract.* 3. *disp.* 77. *nu.* 8. Proijciens tamen lapidem in Titium fit irregularis si lapis Titio illum declinante cecidit in Caium, illumq; occidit, quia censetur actionem periculosam homicidij exercuisse absque sufficienti diligentia, ne lapis ad Caium perueneerit, vt per Vgolin. *de irregul. cap.* 18. §. 2. *num.* 5. Sayr. *de censur. lib.* 7. *cap.* 6. *nu.* 30. quos & alios refert, & sequitur Bonacin. *eod. tract. disp.* 7. *q.* 4. *puncto* 7. *num.* 19. vbi secus dicendum putat si debitam adhibuit diligentiam, & fortè fortuna lapis tetigit Caium, adde Bellet. *disquisit. cleric. par.* 1. *tit. de disciplina clericali* §. 5. *nu.* 31.

4 *Sed timorem incutiendi, etc.* Aduerte pueros, qui se ioco perterrefaciunt probabiliter ignorantes mortem, vel aliud graue damnum inde sequuturum, si eueniat, excusari possunt ab irregularitate, vt per Nau. *cons.* 7. *sub hoc titul.* Molin. *d. disp.* 77. *num.* 9. Bonacin. *d. puncto* 7. *nu.* 26. Sayr. *d. cap.* 6. *num.* 31. *& in claui Regia lib.* 10. *tract.* 2. *cap.* 12. *num.* 28. quorum aliqui resoluũt illum esse irregularem, qui ioco terrorẽ alteri incutit, estq; causa, vt ille eo terrore commotus, & perterritus se det præcipitem; idem dicentes de incutiente terrorẽ mulieri grauidæ abortum facienti, quam terrefaciens sciebat grauidam esse.

5 In glos. [Postulauit.] Notatur ad hoc quod petens absolutionem ab excommunicatione non fatetur se excommunicatum esse, de quo vide Cou. *in cap. alma mater par.* 1. §. 11. *n.* 1. Don. à Fina, & Vezin. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 7. *tit.* 19. *num.* 38. Mascard. *de probationib. concl.* 501. *& concl.* 700. Farin. *in praxi crimin. par.* 4. *decis.* 35. *num.* 5.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Irregularis non est, qui dum pulsat campanas casu homicidij causam dedit.*
3 *Licitæ rei operam dans, adhibensq. sufficientem diligentiam ne alicui noceat, si occidat aliquem non est homicida, nec peccat.*
4 *Irregularis an sit qui campanis dat signum, quo aliquis suspendendus est, ostenditur.*
5 *Clericus illicitè pulsans campanam tempore interdicti, cuius tintinnabulum casu cadens aliquem occiderit, an sit irregularis, ostenditur.*
6 *Homicidium casuale ex ludo licito sequutum, non facit quem irregularem.*

Cap. Ioannem. XXIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Butr. Anchar. Henric. Panor. Felin. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cũ legibus Castellæ par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 134. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 674.

2 *Qui dabat operam rei licitæ, etc.*
Notatur ad hoc, quod non est irregularis, qui
dum pulsat campanas casu homicidij causam
dedit, vt per Iacob. de Graff. *in aureis decis. p.* 1.
3 *lib.* 2. *cap.* 66. *n.* 18. Nam dans operam rei licitæ,
adhibensq; sufficientem diligentiam ne alicui
noceat, si casu occidat aliquem non est homi-
cida, nec peccat, vt per Sayr. *de censur. lib.* 7.
cap. 14. *n.* 3. Bellet. *disquisit. clericalium, par.* 1. *tit. de*
disciplina clericali, §. 5. *nu.* 32. Vnde illum non es-
4 se irregularem, qui campanis simpliciter dat
signum, quo aliquis suspendendus est, vt homi-
nes sciant aliquem ad mortem duci exempli
publici gratia, secus vero si pulset, vel pulsari
iubeat, vt conuocetur populus quando reus
ducitur ad supplicium, vt ita securius ducatur
ad mortem, vt per Vgolin. *de irreg. cap.* 11. §. 6.
nu. 1. Cou. *in clem. si furiosus, par.* 2. §. 4. *n.* 1. Auil.
de censur. par. 7. *disp.* 5. *sect.* 2. *dub.* 1. *ad fin.* Bonaci.
eod. tract. disp. 7. *q.* 4. *puncto* 1. *n.* 14. Maiol. *de irre-*
gul. lib. 2. *cap.* 10. *n.* 5. Bellet. *disquisit. cleric. par.* 1.
tit. de disciplina clericali, §. 5. *n.* 93. vbi etiam cum
Maiol. loco citato dicit irregularitatem incur-
rere illum, qui pulsat, vel pulsare iubet cam-
panam ad arma sumenda pro captione alicuius
rebellis latronis, vel malefactoris si ob illum so-
num ille reus fuerit captus, & deinde morte, vel
mutilatione damnatus, aduertens secus esse
in Episcopo, Clerico, seu Sacrista, qui nihil
dicit, seu facit, sed laicorum arbitrio remittens
tolerat quod laici pulsent campanas Ecclesiæ
ad conuocandas gentes pro capiendis ban-
5 nitis, &c. Vnde si clericus illicite pulsaret
campanam tempore interdicti, & casu cadens
tintinnabulum aliquem occiderit præsumitur
irregularis, quando non benè ligauerat tintin-
nabulum, Henriq. *in sum. lib.* 14. *de irregul. c.* 15. §. 3.
lit. Y, vbi in commento dicit præsumi irregu-
larem in foro exteriori ob quasdam circunstan-
tias, at in Conscientia non esse, si non aduertit,
nec ex officio tenebatur aduertere.

6 *Campanas.* De campanis, vide Martin. Delri. *disquisit. magic. lib.* 6. *c.* 2. *sect.* 3. *q.* 3.

Quod cũ pulsaret, &c. Ergo homicidiũ casuale ex ludo licito sequutum non facit quem irregularem, vt per Nau. *cons.* 7. *n.* 1. *sub hoc tit.* Molina *de iustitia tom.* 4. *tract.* 3. *disp.* 77. *n.* 8. *vers. item cap.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Clericus militans in bello quando incurrat irregularitatem, ostenditur.*
3 *Dubius de facto propter quod excommunicatio, aut irregularitas incurritur in dubio excommunicatum, aut irregularem se gerere debet.*

Cap. Petitio. XXIV.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Coll. Zabar. Io. Andr. Anania, Host. Butr. Anchar. Henric. Panor. Felin. Mar. Soc. Ximen. Toletan. *in concord. vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. & 2. Viu. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 127. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 672.

2 Probat hic tex. clericum militantem in bello tam iusto quàm iniusto incurrere irregularitatẽ, quando in bello aliqui sunt interfecti, vt per Specul. *in tit. de dispensat.* §. *iuxta n.* 51. Plot. *de irregul. nu.* 20. Rota apud Farin. *decis.* 3. *in fine par.* 2. *recent.* Cou. *in Clem. si furiosus, q.* 2. §. 3. *n.* 2. Salzed. ad Bernard. *in pract. c.* 104. *nouiss. imp.* Henriq. *in sum. lib.* 14. *cap.* 13. *n.* 1. & 2. Fr. Emman. *in sum. p.* 1. *cap.* 172. Bellet. *disquisit. clerical. p.* 1. *tit. de disciplina clericali*, §. 5. *n.* 140. *cum seqq.* Bonacin. *de censuris, disp.* 7. *q.* 4. *puncto* 4. Auil. *eod. tract. par.* 7. *disp.* 5. *sect.* 3. Possunt tamen clerici in bello iusto siue offensiuo, siue defensiuo pro defensore Ecclesiæ, vel Reip. vel Fidei absque periculo irregularitates hortari, consulere, & incitare milites ad pugnandum, quamuis sequantur ex vtraque parte homicidia, & mutilationes, nisi ipse occidat, vel deformet, *cap. Dominus* 23. *q.* 1. *cap. igitur, cap. omni timore cap. hortatu* 23. *q.* 8. Abb. hic *nu.* 3. Nau. *in man. cap.* 27. *n.* 215. Rota vbi supra, Specul. *in tit. de dispensat.* §. 4. *n.* 55 Vgolin. *de irregul. cap.* 12. §. 2. Sayr. *de censur. lib.* 7. *cap.* 19. *n.* 3. Soar. *eod. tract. disp.* 47. *sect.* 6. *n.* 8. Auila *par.* 7. *disp.* 6. *dub.* 2. Bonacin. *d. puncto* 4. *n.* 7. Bellet. *d.* §. 5. *n.* 141. vbi *nu.* 142. secus dicit si bellum fuisset iniustum, quia tunc clericus fieret irregularis præstans fauorem, vel auxilium, aut consilium, dummodo inde sequuta fuerit mors hostis,

hostis, ant membri mutilatio etiam per alios., & citat Cou. *in Clem. si furiosus, par. 2. §. 3. n. 2.* Nau. *in man. cap. 27. nu. 224.* quia dat operam rei illicitæ, Specul. *d. §. 4. n. 55.* Maiol. *de irregul. lib. 5. cap. 49. n. 5.* Et idem Belett. *vbi sup. n. 143.* aduertit quod si clericus intersit in bello iniusto ad pacem componendam, seu ad Confessiones audiendas quamuis ex hoc per accidens augeatur animus militibus, non fit tamen irregularis, etiamsi sequatur mors, vel mutilatio, quia dat operam rei licitæ, & citat Nau. *d. n. 224.* Syluest. *verbo homicidium 3. q. 6. vers. 4.* Henriq. *d. lib. 14. c. 13. §. 3.* Verum autem clerici fiant irregulares præbendo arma militibus in bello iusto? negatiuè respondet Bonacin. *d. puncto 4. nu. 11.* vbi intelligit modo non præbeant arma ad occidendum hunc, vel illum in particulari, & *n. 12.* tenet clericos pugnantes de licentia Summi Pont. non fieri irregulares sequuta morte.

3 *Cum consultius sit in huiusmodi dubio, etc.* Notatur ad hoc, quod qui dubitat de facto propter quod excommunicatio, aut irregularitas incurritur, partem tutiorem eligere tenetur, & se excommunicatum, & irregularem in dubio existimare debet, & consequenter ab hominum communione, & à celebratione abstinere, vt per Henriq. *d. lib. 14. cap. 3. §. 4* Sayr. *in claui Regia lib. 1. cap. 13. nu. 23.* Id enim intelligi debet de dubio practico, & tunc non est consilium, sed verè præceptum, vt docent Syluestr. *in sum. verbo dubium q. 2. §. 4.* Nau. *in cap. si quis autem, de Pœnit. dist. 7. nu. 42.* quos refert & sequitur Sanch. *de matrim. lib. 2. disp. 41. nu. 9.* faciunt quæ citati per me *ad cap. iuuenis, 3. n. 5. sup. de sponsal.* & in terminis *ad cap. ad audientiam 12. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Irregularis est ille, qui reficiendo tectum non monens, vel signum de more ponens, proijcit tegulam, ex qua occiditur viator.*

Cap. Quidã XXV. & fin. *Greg. ix.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Io. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henric. Panor. Felin. Casal. *in annot.* Mar. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusq. Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 127.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 674.*

2 *Ita tempestiue, et alta voce præmonitis, etc.* Vnde colliges illum esse irregularem, qui reficiendo tectum proijcit tegulam ex qua occiditur viator, nisi monuerit, vel signum de more posuerit, quia in opere periculoso non censetur adhibuisse sufficientem diligentiam ad præcauendum alterius mortem, secus vero dicendum quando signum de more exposuerit; ita Vgolin. *de irregul. cap. 21. nu. 5.* Nau. *in man. cap. 27. nu. 225.* Sayr. *de censur. lib. 7. cap. 3. nu. 27.* quos refert, & sequitur Bonacin. *eod. tract. disp. 7. q. 4. puncto 7. n. 20.* Iacob. de Graffis *in aureis decis. par. 1. lib. 2. c. 66. nu. 2.* Hinc etiam si quis proclamauerit aduertendo prætereuntes, vt caueãt, si ex proiectione ex alto aliquis occisus remansit, proijciens in nulla est culpa, & homicidium dicitur casu fortuito sequutum, & consequenter ex omni parte impunibile, vt per Iacob. Ayrer. *de homicid. par. 3. nu. 10.* Farin. *in praxi crimin. par. 5. q. 126. nu. 22. & 23.* vbi loquuntur in muratore seu architecto ex alto proijciente ligna, lapides, tegulas, & alia similia.

De Torneamentis. Tit. XIII.

SVPER hanc rub. scripserunt Zabarel. Io. And. Anchar. Butr. Panorm. Mari. Soc. Petr. de Rauenna *in compendio Iuris Canon.* Martinus Mesnart. *in epithome Decret.* Dan. Venator. *in analysi methodica Iuris Põtif. à pag. 604.* Goffr. & Host. *in summa huius tit.* Alexand. Cassan. & Anastasi. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. sub hoc tit.*

De materia tituli vide Emman. Sà *in aphorism. verbo torneamentum,* Fr. Emman. *in sum. tom. 1. cap. 73.* Lancellot. Conrad. *in templo omnium iudicum, lib. 1. cap. 1. §. 3. vers. 13.* Perez *per tex. ibi in l. 1. tit. 9. lib. 4. Ordin.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Torneamenta fieri non debent.*
3 *Taurorum, aliarumque ferarum agitationes à quo tempore inceperint, ostenditur.*
4 *Taurorum agitationes Bulla Pij V. prohibet in Regnis Hispaniarum; quoad laicos, & Fratres Milites reuocata fuit per Greg. XIII.*

Cap. Felicis. I. *Conc. Later.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. And. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordan. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 129.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 676.* desumitur ex Concil. Lateraneñ. sub Alexand. III. *cap. 20.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 11. cap. 1.*

2 Probat hic tex. torneamenta fieri non debere ex eo quod, vt plurimum, ex illis reportantur cædes, & grauia vulnera, quando magno armorum conflictu in equis exercitantur, nisi cum

tali

tali moderamine fiant, vt esset periculum, licet raro, & per accidens sequatur alicuius mors, aut vulnus, vt per Viuald. *in candelabro aureo, par. 2. tit. de interdictis n. 112.* Henriq. *in sum. lib. 8. cap. 56. ξ. 4. lit. R,* plures per Cened. *ad Decretal. collect. 13. nu. 1.* Fr. Emman. quæst. Regular. *tom. 3. quæst. 61. art. 1. vers. decimo,* vbi ex Syluest. ait quod hastiludium, & torneamentum non sunt idem, & consequenter quod neque semper prohibitio torneamenti habet locum in hastiludio, sed solũ quando inde imminet probabiliter periculum.

3 Similiter ex taurorũ aliarunque ferarũ agitationibus cædes, & maxima vulnera, & membrorum mutilationes reportantur, quia non est mirũ hoc euenire illis, qui ad ostẽtationem viriũ suarum, & audaciæ in publicis, priuatisq; spectaculis cum tauris, & alijs feris bestijs congredi non cessant, à quo autem tempore inceperint huiusmodi taurorum agitationes tradunt Fr. Hieron. Roman. *lib. 10. de repub. gentilica cap. 6.* Orozco *en el thesoro de la lengua Castellana verbo toro animal.* Vnde super prohibitione agitationum taurorum, aliarumque ferarum, & annulatione votorum, & iuramentorum super eisdem pro tempore interpositorum extat Bulla Pij V. Romæ publicata die 15. Nouembris 1567. quam referunt Nau. *in man. c. 15. n. 18. cum seqq.* Stephan. Quarant. *in summa bullarij verbo torneamenta.*

4 Neque ignorandum est quod prædictæ Constitutionis pœnæ, & censuræ in Regnis Hispaniarum quoad laicos, & fratres Milites tantum quarumcunque militiarum (dummodo sacris Ordinibus initiati non fuerint) reuocatæ fuerunt per Greg. *XIII.* duabus adhibitis conditionibus, scilicet vt agitationes taurorum festis diebus non fiant, necnon prouiso per eos ad quos spectabit, quod exinde alicuius mors quoad fieri poterit, sequi non posit, per quem in reliquis à Pio V. sancitis nihil immutatur, vt latius in quibusdam litteris ab eo editis die 25. Augusti anno Domini 1575. continetur, quarum litterarum tenorem recensent Salzed. ad Bernard. *in pract. cap. 72. alias 75. in nouiss. edit.* Stephan. Quaranta *d. verbo torneamenta.*

5 Insuper in eisdem Hispaniarum Regnis dumtaxat, ac cum eisdem conditionibus Clemens VIII. abundantiùs prædictas pœnas, & censuras in Pij V. constitutione contentas substulit, & amouit, scilicet quoad omnes in ea expressos (exceptis monachis, & Fratribus Mendicantibus, cæterisq; Regularibus cuiuscunque Ordinis, & instituti) illam ad terminos Iuris communis reducendo, non tamen illi derogando. Monet tamen Sua Sanctitas, ac in Domino hortatur clericos seculares beneficia Ecclesiastica obtinentes, vel in sacris Ordinibus, seu in Ecclesiastica dignitate constitutos existentes ne paterna hac eius benignitate abutantur, prout plenius in suis litteris datis Romæ sub die 13. Ianuarij 1596. habetur, quarum litterarum contextum referunt Quarant. *vbi supra,* & Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 3. quæst. 68. art. 2.* vbi notat aliqua non contemnenda.

6 Ad quarum Constitutionum intellectum faciunt tradita per Nau. *d. n. 18. cum tribus seqq.* Petr. Nauar. *in tract. de restit. lib. 2. cap. 3. nu. 30. cum seqq.* Spin. *in speculo testam. glos. 2. princip. à num. 27.* Fr. Emman. *in sum. par. 2. cap. 73.* Ioan. Garciam *de expensis, cap. 21. n. 29.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 7.* & citatos à Cened. *d. collect. 13. nu. 3.* Azor. *institut. moral. par. 3. lib. 2. cap. 15. à princip.*

7 *Ecclesiastica tamen careat sepultura, etc.* Notatur ad hoc quod morienti in torneamento (quod quidem de eo, qui venit causa se exercendi, non autem de stante intelligitur) licet cum vulnere lethali superuixerit, & pœniteat, atque ei Eucharistia non denegetur, ecclesiastica carebit sepultura, vt per Fr. Emman. *d. art. 1. vers. decimo,* vbi similiter denegandam asserit armigeris, & seruientibus in armis. Sic eodem modo morientes in duello sepultura esse priuandos definiuit Concil. Trid. *sess. 25. de reformat. cap. 19.* D. Martin. Carrillo *en la explicacion della Bulla de los defunctos, par. 2. cap. 4. nu. 55.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 22. nu. 76. vers. accedit.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Ludenti apposita pœna, an comprehendat etiam ludum spectantem, remissiuè.*

Cap. Ad audientiam II. & fin. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania. Hostien. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 129.* Alagona *in compend. Iuris Canonici pag. 677.* refertur ab Anton. August. *collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. 7. cap. vnic.*

2 *Non animo ludendi, sed percipiendi, etc.* An pœna apposita ludentibus comprehendat etiam ludum spectantibus vide Auil. *ad cap. 29. Prætorum verbo ni tableros nu. 2.* Azeued. *l. 2. nu. 32. cum seqq. tit. 7. lib. 8. noua recop.* Ludou. Boninsign. *de iustis negot. tract. de ludo cap. 3. Rebell. de obligat. Iustitiæ, par. 2. lib. 12. quæst. fin. nu. 6.* Farin. *in praxi crimin. par. 3. q. 109. nu. 34.* vbi *nu. 37.* de participante, quos refert Parens meus *in annot. ad Ordin. Regias Lusitan. lib. 5. tit. 82. in princip. nu. 1.*

De

De Clericis pugnantibus in duello. Tit. XIV.

Vper hanc rub. scripserunt Zabarel. Io. Andr. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Petr. de Rauena *in compendio Iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epithome Decretal. fol.* 184. *verso*, Daniel Venator. *in analysi methodica Iuris Pontificij à pag.* 641. Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alexan. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretalium sub hoc tit.*

De duello, illius prohibitione, & pœnis vide apud Lusitanos Ordin. Regiam *lib.* 5. *tit.* 43. vbi notat Parens meus, Ioan. de Lign. & Peregrin. & Floron. *in suis tract. de duello*, Caiet. Armil. Syluest. & alios summistas verbo *duellum*, Nau. *cons.* 1. & 2. *de purgat. vulgari*, Perez. *per tex. ibi in l.* 3. *glos.* 1 *per totam tit.* 13. *lib.* 8. Ordin. Azeued. *l.* 10. *nu.* 18. *tit.* 8. *lib.* 8. *nouæ recop.* Mench. *illustr. cap.* 49. *nu.* 11. *cum seqq.* Lancellot. Conrad. *in templo omnium iudicum lib.* 1. *cap.* 1. §. 3. *vers.* 13. & *in suo tract. de duello*, Bernard. & Salzed. *in pract. cap.* 100. *alias* 103. *in nouiss. edit.* plures refert Doctores Cened. *ad Decretal. collect.* 117. *num.* 4 quibus adde ex nostris Viui. *tom.* 2. *commun. opinion. in fine tract. de feudis, tit.* 2. *nu.* 85. Prax. Episcop. *verbo duellum*, Stephan. Quarant. *in summa bullarij eod. verbo*, Galett. *in margarita casuum Conscientiæ eod. verbo*, Bobadil. *in sua politica lib.* 2. *cap.* 14. *nu.* 41. Petr. Caball. *in tract. de omni genere homicidij, nu.* 76. *cum seqq.* Farin. *in praxi crimin. par.* 4. *q.* 119. *nu.* 23. & *cons.* 9. *lib.* 1. Et ex Theologis Henriq. *in sum. par.* 2. *lib.* 13. *cap.* 39. *nu.* 3. Bannes 2. 2. *q.* 64. *art.* 7. *dub.* 3. Sayr. *in claui Regia lib.* 7. *c.* 13. *à n.* 11. & *de censur. lib.* 3. *cap.* 31. *à nu.* 29. Soar. *eod. tract. disp.* 31. *sect.* 4. Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 3. *q.* 61. *art.* 1. *vers. decimo*, Paul. Comitol. *resp. moral. lib.* 6. *q.* 13. *cum seqq.* Azor. *institut. moral. par.* 3. *lib.* 2. *cap.* 5. Martin. Delri. *disquisit. magic. lib.* 4. *cap.* 4. *sect.* 2. Molin. *de iustit. tom.* 4 *tract.* 3. *disp.* 17. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 21. *cap.* 7. *nu.* 75. *cum seqq.* Bonacin. *de censur. disp.* 2. *q.* 6. *puncto* 2. Sanch. *in præcepta Decalogi lib.* 2. *cap.* 39. *nu.* 19. *cum multis seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Clerici pugnantes in duello, seu ad illud prouocantes sunt suspendendi.*
3 *Duello pugnantes quas pœnas hodie incurrant, iuxta varias Summorum Pontificum constitutiones, ostenditur.*
4 *Suspendendus attento iure communi erat clericus propter duellum sequuta pugna.*
5 *Clericus pugnans in duello suspendendus erat.*
6 *Papa solus absoluere potest à pœnis incursis per pugnantes in duello.*
7 *Episcopus virtute Conc. Triden. sess.* 24. *de reformat. cap.* 6. *an possit absoluere duellantes, si delictum sit occultum, ostenditur.*

Cap. Porro. I. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collectar. Zabarel. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. & 2. Viui. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 131. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 677. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 12. *cap.* 1. & est post Concil. Lateranen. sub Alexand. III. *par.* 26. *cap.* 5.

2 Probat hic tex. clericos pugnantes in duello, seu ad illud prouocantes esse suspendendos, vt per Bernard. *in pract. cap.* 103. vbi Salzed. *in addit.* Henriq. *in sum. lib.* 13. *de excommun. cap.* 39. *nu.* 23. Soar. *tom.* 5. *disp.* 31. *sect.* 4. *nu.* 48. Fr. Emman. *in sum. tom.* 1. *cap.* 73. *in fine.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 39. *nu.* 18. Bonacin. *de censur. disp.* 2. *q.* 6. *puncto* 2. *nu.* 13. Rursus in
3 Concil. Trid. *sess.* 25. *de reformat. cap.* 19. excommunicantur ipso iure. Præterea Pius IV. sua Constit. incip. *Ea qua*. Idib. Nouembris 1560. præter excommunicationem illos priuat eo ipso omnibus & singulis Ecclesiis, monasterijs, dignitatibus, & alijs beneficijs Ecclesiasticis per eos obtentis, seu in quibus, & ad quæ eis ius competit, facito; illos inhabiles ad illa, seu alia in posterum obtinenda. Postea Greg. XIII. sua Const. incip. *Ad tollendum* Dat. sub die 24. Decembris 1582. prædictum Concilij Decretum, & Pij IV. Constitutionem extendit ad omnes illos, qui ex condicto statuto tempore, & in loco conuento monomachia commiserint, etiamsi nulli patrini, socijue ad id vocati fuerint, nec loci securitas habita, nullæue prouocatoriæ litteræ, aut denunciationis chartulæ præcesserint. Deniq. Clemens VIII. sua Constit. incip. *Illius vices*, Romæ publicata die 2. Septembris 1592. extendit, & ampliat præd. Concilij Decretum, ac supradictas Constitutiones contra pugnantes in duello publice, vel priuatim, necnon contra mittentes, scribentes, aut diuulgantes chartulas prouocatorias, aut scripta, quæ dicuntur manifesta, eorumque fautores, & complices, quas omnes Constitutiones refert Stephan. Quarant. *in sum. bullarij verbo duellum*.

4 *Siue victor, siue victus fuerit.* Ergo non satis est prouocatio ad duellum, illiusuè acceptatio, vt attento Iure huius tex. clericus duellum suscipiens suspendendus esset, nisi pugna sequatur, vt per Soar. *d. sect.* 4. *n.* 48.

5 *Deponendus* Ergo clericus huius criminis reus non est suspensus, vt dicit Siluest. *verbo suspensio vers.* 11. sed deponendus ex Nau. *in man. cap.* 27. *nu.* 156. quem refert, & sequitur Salzed. ad Bernard. *d. cap.* 103. *statim in princ.*

6 *Si cum ipso suus Episcopus, &c.* Hodie per supradictam Clementis VIII. Constitutionem à pœnis excommunicationis maioris, priuationis omnium dignitatum, beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum, inhabilitatisq; ad illa, & alia in posterum obtinenda nullus potest absoluere nisi Romanus Pontifex: Dubium tamen est an virtute Concilij Tridentini
7 *sess.* 24. *de reform. cap.* 6. posit Episcopus absoluere quando delictum est occultum, vide Bonacin. *de censur. par.* 2 *q.* 4. *puncto* 2. *nu.* 15. vbi affirmatiuè respondet, & in vers. *tertio*, resoluit religiosos posse absoluere iuxta sua priuilegia, modo reuocata non fuerint, sicut de facto reuocata fuerunt per Clem. VIII. in d. sua Constit. de qua supra mentio facta fuit.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Monomachiæ purgatio nullo iure permissa.*
3 *Irregularitatem non incurrit dans in bello iusto ante conflictum hastam, siuè ensem, siue aliud genus armorum militi pugnanti.*
4 *Dispensare an possit Episcopus cum homicida voluntario quoad simplex beneficium ostenditur.*

Cap. Henricus. II. & fin. *Clem. iij.*

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Ancharan. Butr. Henr. Panor. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordant. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. Viuian. *in ration. lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 132. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 677. refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 8. *cap.* 2.

2 *Secundum prauam terræ consuetudinem, &c.* Notatur ad hoc quod monomachiæ purgatio nullo iure permissa est, & ideo omnis consuetudo in contrarium inualida est, vt per Martin. Delri. *disquisit. magic. lib.* 4. *cap.* 3. *q.* 4. *sect.* 2. *vers. vt est.*

3 *Licet non ipse, sed alius pro eo, etc.* In bello tamen iusto ante conflictum potest quis absque metu irregularitatis dare hastam, siue ensem, siue aliud genus armorum militi pugnanti, Specul. *in tit. de dispensat.* §. 4. *num.* 54. Tabien. *verbo irregularitas,* 3. §. 21. *concl.* 14. Bellet. *disquisit. clerical. par.* 1. *tit. de disciplina clericali,* §. 5. *nu.* 113. Bonacin. *de censuris, disp.* 7. *q.* 4. *puncto* 4. *num.* 11.

4 *Poterit tamen cum eo, &c.* Notatur ad hoc quod Episcopus potest cum homicida etiam voluntario quoad simplex beneficium obtinendum dispensare, vt per Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 13. *nu.* 19. Farin. *in praxi crimin. par.* 5. *q.* 119. *n.* 59. vbi *nu.* 60. asserit procedere nisi Episcopus dispensaret in præiudicium illius, qui beneficium homicidæ impetrauit, tunc non valet talis dispensatio etiam ante litis pendentiam, ex quo impetranti iam est ius quæsitum ad illud beneficium, & *nu.* 61. dicit secus esse quoad beneficium cum cura animarum, & quoad ministerium Ordinis, & altaris, ad hæc enim non Episcopus, sed solus Pontifex dispensare potest, quod etiam tenent Rebuff. *de pacificis possess. n.* 263. Flamin. *de resignat. benefic. lib.* 3. *q.* 16. *n.* 52. *& seq.* Azori. *instit. moral. par.* 2. *lib.* 7. *cap.* 18. *q.* 2. *vers. quæres postremo.* Et iam hodie per Concil. Trid *sess.* 14. *de reformat. cap.* 7. is, qui homicidium voluntarium commisit nullo tempore ad sacros Ordines promoueri potest, nec illi aliquod Ecclesiasticum beneficium etiam sine cura conferendum, quod ex illo tradunt Gutier. *d. cap.* 13. *nu.* 19. Sayr. *de censur. lib.* 6. *cap.* 7. *nu.* 14. *&* 15. Farin. *d. q.* 119. *nu.* 62.

De Sagittarijs. Tit. XV.

Super hanc rub. scripserunt Zabarel. Io. Andr. Anch. Butr. Panor. Marian. Socin. Petr. de Rauena *in compendio Iuris Canon.* Dan. Vena. *in analysi methodica Iur. Pontif. pag.* 642. Goffred. & Hostien. *in sum. huius tit.* Alexand. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. sub hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Sagittarij, seu balistarij qui sint, ostenditur.*
3 *Lex continens verba solum comminatoria ferendã sententiam nuntiat.*

Cap. Artem vnic. *Innoc. iij.*

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Anania, Host. Anch. Butr. Panor. Hẽr. Mar. Socin. Ximen. Tolet. *in cõcordan. vtriusque Iuris cum legibus Castella par.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 133. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 678. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 19. *cap. vnic.*

2 *Balistariorum.* De arte balistariorum vide Syluest. *in summ. verbo ars q.* 3. quẽ refert Azor. *instit. moral. par.* 3. *lib.* 2. *cap.* 15. *in fine.* Balistarij, seu sagittarij sunt certi homines, qui fœderantur dæmoni, eique animæ & corporis dominium addicunt, illeq; vicissim pollicetur se adfuturum vt quem longissi-

gissimè dissitum velent infallibili ictu traijciant, ita Martin. Delri. *disquisit. magic. lib. 3. cap. 1. q. 4. sect. 4. in princip. pag. mihi* 209.

3 In glos. [Subanathemate, fin.] Notatur ad hoc, quod quando lex continet verba solũ cõminatoria, vt si dicatur sub anathemate, sub pœna, sub interminatione, sub districtione, sub maledictione, &c. tunc est casus ferendæ sententiæ, *glos. similis verbo sub interminatione in cap. sicut il 2. de simon.* Castr. *de potestate legis pœnalis lib. 2. cap. 1. vers. prima regula,* Tiraq. *in l. si vnquam verbo reuertatur num.* 254. 255. *&* 260. Ludou. Carbon *in tract. de legibus lib. 8. disp. 6. in princip. vers prima.* plures quos refert, & sequitor Cened. *ad Decretal. collect.* 38. *num.* 2. quibus adde Put. *decis.* 129. *par.* 3. *secundum* 1. *impress.* Henriq. *in sum. lib.* 13. *de excommunicat. cap.* 20. *num.* 2. Fr. Emman. *in sum. tom. 1. cap.* 74. *num.* 3. Spin. *in speculo testamen. glos.* 11. *rubr. num.* 41. Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præsump.* 49. *nu.* 12. Sayr. *in claui Regia lib. 3. cap. 8. num.* 19. Monet. *de distribut. quotid. par. 3. q. 7. num.* 53. qui hoc limitant, quando simul cum his verbis apponerentur alia importantia latam sententiam, vt si dicatur sub pœna excommunicationis, quam statim contraueniendo incurras, quam ipso facto incurras, &c.

De Adulterijs, & stupro. Tit. XVI.

SVper hanc rub. scripserunt Zabarel. Anchar. Butr. Ioan. Andr. Mar. Socin. Panor. Guillelm. Duran. *in Breuiar. aureo Iur. Canon. fol.* 141. Petr. de Rauen. *in compend. Iur. Canon.* Mart. Mesnart. *in epithome Decretal. fol.* 184. *verso.* Dani. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontificij à pag.* 643. Goffred. & Hostien. *in summa huius tit.* Alexand. Cassan. & Anast. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. sub hoc titulo.*

De adulterio, eiusq; pœnis, vide apud Lusitan. Ord. Regiã *lib. 5. tit.* 25. vbi notat Parens meus, & apud Castellanos *tit. 17. par. 7.* vbi Greg. Lopez, *& tit. 7. de los adulteros lib. 4. leg. fori. & tit. 15. lib. 8. Ordin.* vbi Perez, *& tit. 20. lib. 8. noua recopil.* vbi Azeued. Clar. *in pract. §. adulterium,* Anton. Gomez *l. 80. Tauri num. 47. cum seqq.* Bermond. *de publicis concubin. tit. de adulter.* Vela *de delictis cap.* 1. Menoch. *de arbitrar. casu* 419. *& cons. 31. num. 4. cum seqq.* Mascard. *de probation. conclus.* 57. Viu. Soar. Kirchou. & alios *tom. 2. commun. opinion. lib. 9. tit. 7. pag.* 464. Petr. Caball. *resolut. crimin. casu* 200. Ceuall. *communium contra commun. q.* 734. Cardos. *in praxi iudicum verbo adulterium* Pradill. *in summa legum pœnal. par. 1. cap.* 9. Don Christoph. de Pace *in scholijs ad leges styli l. 62. à princip. & l.* 93. Farin. *in praxi crimin. q. 141. & 142.* Molin. *de Iustit. tom. 4. tract. 3. disp. 89. cum seqq.* Azor. *instit. moral. p. 3. lib. 3. cap. 7. & 8.* Hortens. Caualcan. *de brachio Regio par. 1. nu. 282. vers. in summa.* Et de pœnis contra adulteros apud varias nationes nuncupatim Christoph. de Pace *d. l. 62. à princip.* Sayr. *in claui Regia lib. 8. cap. 3. num. 3. & 4.* Farin. *d. q. 140. n. 11.* Pineda *è Societate Iesu tom. 2. in Iob cap. 31. vers. 12. pag. mihi* 522. Aloys. Ricci. *in collect. decis. par. 1. collect.* 235. De huius criminis grauitate, & atrocitate, vide Perez *l. 2. verbo è fiziere adulterio tit. 15. lib. 8. Ordinam. pag.* 289. Menoch. *cons. 31. nu. 2. cum seqq.* Spin. *in speculo testam. glos. 17. princ. à nu.* 77. Ceuall. *d. q. 734. num. 8. & 9.* Pineda *in vita S. Ioannis Baptistæ lib. 3. art. 1. cap. 1. pag.* 13. Farin. *d. q. 141. à princip.* Galganet. *de Iure publico lib. 1. tit. 35. nu. 36. cum seqq. vsque ad finem.*

De stupro vide Clar. *in pract. §. stuprum,* Bermood. *de publicis concub. tit. de stupro,* Conrad. *in pract. tit. de stupratoribus.* Petr. Gregor. *syntagm. Iuris lib. 36. cap. 9. de stupro,* Cardos. *in praxi iudicum verbo stuprum,* Sayr. *in claui Regia lib. 8. cap. 4. nu. 9. cum seqq.* Azor. *instit. moral. par. 3. lib. 3. cap.* 11. Farin. *d. praxi crimin. q.* 147. Bernard. & Salzed. *in pract. cap. 86. in nouiss. edit.* Bellet. *disquisit. cleric. par. 1. tit. de fauore cleric. reali §. 4. à nu.* 116. Galganet. *d. tit. 35. à princip. vsque ad nu.* 36.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Virginem carnaliter cognoscens absque seductione non tenetur eam dotare.*
3 *Minor virginem stuprans pœna huius cap. tenetur.*
4 *Virginitas quomodo probetur, remissiuè.*
5 *Stuprata asserenti se virginem tempore stupri creditur cum iuramento.*
6 *Scholaris incipiens corrumpere virginem, sed non perficiens non tenetur de desloratione.*
7 *Virginem corrumpens an copulatiuè teneatur illam dotare, & in vxorem ducere, remissiuè.*
8 *Virginem stuprans nondum viri potentem, qua pœna puniatur, ostenditur.*
9 *Virginem vita vilis, & minus honesta stuprans non tenetur de stupro.*
10 *Doctores referuntur de fuco fœminarum multa scribentes.*
11 *Stuprum in caupona famulam commissum non est punibile propter vilitatem officij.*
12 *Dos mulieris propter stuprum præstanda quomodo æstimanda, ostenditur.*

Cap. Si seduxerit. I.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq Innoc. Collect. Zabar. Ioan. And. Anania, Hostien. Butr. Anchar. Henric. Panorm. Mar. Socin. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Cened. *collect.* 37. Casal. *in annot.* Viuian. *in ration. lib. 5. Iuris Pontificij pag.* 133. Alagona *in compendio Iuris Canonici,*

pag.

pag. 678. desumitur ab Exod. *cap.* 22. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 13. *cap.* 1. & Iuon. *par.* 16. *cap.* 262. *&* 263.

3 *Si seduxerit.* Ergo si non seduxerit nõ tenetur pœna huius tex. de quo vide Perez *in rub. tit.* 15. *pag.* 278. *col.* 1. *&* 2. *lib.* 8. *Ordin.* nam cognoscentem carnaliter virginem absque seductione non teneri eam dotare nisi importunis precibus fuisset adducta resoluunt Nauar. *in manu. cap.* 16. *nu.* 16. Gom. *l.* 80. *Tauri num.* 10. Bernard. *in pract. cap.* 86. *num.* 5. vbi Salzed. *verbo non debeat*, Azor. *instit. moral. par.* 3. *lib.* 5. *cap.* 5. *q.* 2. plures refert Sanch. *de Matrimon. lib.* 7. *disp.* 14. *nu.* 11. vbi contra nõnullos tuetur hoc casu nihil tenere parẽtibus aut tutoribus restituere, eo quod ijs non irrogatur iniuria, cum ipsa sit suæ virginitatis domina, & nuptiarum iacturam pati volens possit renitente patre, sequitur Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 1. *comp.* 19. *num.* 140.

3 *Quis.* Etiamsi sit minor, nam & is delinquens in hoc crimine nõ excusatur, vt per Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo vel aduersarij dolo nu.* 55.

4 *Virginem.* Quomodo probetur virginitas, & perconsequens stuprum commissum, vide Thesaur. *Pedam. decis.* 3. *num.* 2. Bajard. *ad Clar. §. stuprum num.* 41. Fulu. Patian. *de probation. lib.* 2. *cap.* 2. *à n.* 6. Mascard. *eod. tract. concl.* 140. *nu.* 2. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 89. Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 37. *nu.* 7. Cardos. *in praxi iudicum verbo probatio n.* 9. Farin. *in praxi crimin. q.* 147. *num.* 130. *cum seqq.* vbi *num.* 141. tenet in hoc obstreticum relatióni, & iudicio stari, & *num.* 148. asserit ex eo probari virginem fuisse defloratam si illius camisia tempore stupri fuisset reperta sanguine aspersa, vel linteamina in quibus cubuit cum viro sanguinolenta, & *num.* 150. resoluit quod per vociferationem, & clamorem mulieris magnum stupri indicium oritur.

5 Illud in præsentiarum aduertendum duxi quod stupratæ asserenti se fuisse virginem tempore stupri creditur cum iuramento, tùm in odium delinquentis, tum etiam quia talis assertio habet præsumptionem naturæ pro se; vide plures, quos citat Salzed. ad Bernard. *in pract. cap.* 86. *vers. nec ab huiusmodi*, Perez *ad rub. tit.* 15. *lib.* 8. *Ordin. pag.* 279. *colum.* 1. *vers. dubitatur*, & post Salzed Mascard. Menoch. Gutier Cardin. Tusch. & alios, quos refert ita resoluit Farinac. *d. q.* 147. *nu.* 135. *cum seqq.* Rot. apud eundem Farin. *decis.* 74. *nu.* 6. *par.* 4. *suæ praxis crimin.*

6 *Dormieritq; cum ea.* Intellige perfectè, nam si scholaris cœperit corrumpere virginem, sed non perfecit, non tenetur de defloratione, vt per Perez *l.* 41. *in addit. tit.* 19. *lib.* 8. *Ordin. pag.* 392. quem refert Parens meus *in annot. ad Ordin. Regiam Lusitan. lib.* 5. *tit.* 23. *in princip. nu.* 1.

7 *Dotabit eam, et habebit vxorem.* Hęc duo non requiruntur copulatiuè, sed alternatiuè, quod aut dotare, aut in vxorem stupratam mulierem ducere teneatur, vt sentire videntur hic Host. super verbo noluerit, & Ioan. Andr. *nu.* 5. Anan. *nu.* 4. Anch. *num.* 4. & *in cap.* 2. *nu.* 3. vbi etiam Butr. *num.* 2. & ita esse in vsu docent Gom. *d. l.* 80. *Tauri num.* 8. Clar. *§. stuprum vers. sed quæro.* Verum pro materiæ cognitione, & faciliori tex. explicatione consule Menoch. *de arbitr. casu* 288. *nu.* 15. *in addit.* Caball. *resolut. criminum casu* 196. *num.* 12. *vers. non enim tenetur præcisè*, Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 37. *num.* 7. Cardin. Tusch. *tom.* 7. *concl.* 709. *num.* 28. & sequenti, Azor. *d. par.* 3. *lib.* 5. *cap.* 5. *q.* 1. *in fine*, Syl. *in sum. verbo luxuria q.* 5. Bellet. *disquisit. clerical. par.* 1. *tit. de fauore clericorum reali §.* 4. *nu.* 117. Mench. *quæst. frequent. cap.* 7. *nu.* 22. *&* 23. Morl. *in emporio Iuris par.* 1. *tit.* 1. *quæst.* 9. *num.* 25. Cald. Pereira *d. verbo vel aduersarij dolo, à nu.* 58. Sayr. *in claui Regia lib.* 11. *cap.* 2. *n.* 25. *cum seqq.* Molin. *de instit. tom.* 4. *tract.* 3. *disp.* 104. *à num.* 9. Lessi. *eod. tract. lib.* 2. *cap.* 10. *dub.* 3. Rebell. *de obligation. iustitiæ par.* 1. *lib.* 3. *quæst.* 9. Paul. Comitol. *respons. moralium lib.* 4. *q.* 16. *&* 17. *nu.* 2. Sanch. *de Matrim. lib.* 4. *disp.* 13. *num.* 2. *in med. Rota* apud Farin. *decis.* 779. *in* 1. *collect. nouiss.* idem Farin. *in sua praxi crimin. par.* 5. *q.* 147. *num.* 97. cum multis seqq. vbi *num.* 98. refert veritatem esse quod si vult ducere vxorem tenetur etiam eam dotare. Et quod contracto Matrimonio aduersus Sac. Concilij Trident. formam spontè & voluntariè si mulier à præsumpto marito deflorata fuerit, ab eo est dotanda, resoluit Francis. Molin. *de ritu nupt. lib.* 1. *comp.* 19. *num.* 143. *cum seqq.*

8 Qua autem pœna puniatur stuprans virginem non dum viri potentem vide Menoch. *de arbitr. casu* 294. Gom. *l.* 80. *Tauri nu.* 42. *&* *tom.* 3. *vari. cap.* 1. *nu.* 60. *vers. ex quibus*, Aloys. Ricc. *in collect. decis. par.* 4. *collect.* 1412. Perez *ad rub. tit.* 15. *lib.* 8. *Ordin. pag.* 280. Cald. Pereira *d. verbo vel aduersarij dolo nu.* 56. Cened. *d. collect.* 37. *num.* 2.

9 Limita principalem tex. conclusionem non procedere quando virgo erat vitæ vilis, & minus honestæ, vel vagans passim non seruato verecundiæ pudore, vt per Bursat. *cons.* 69. *n.* 13. *lib.* 1. Menoch. *d. casu* 288. *in addit. nu.* 18. Farin. *cons.* 90. *nu.* 1. *cum seqq.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 5. *nu.* 44. *cum seqq. &* *cap.* 35. *nu.* 34. resoluit quod stuprum cessabit, neque erit accusabile stante vilitate personæ, in motibus scilicet, non vero respectu generis, vel paupertatis. Genus ille mulierum, quæ fuscis vtuntur, rubeo, & aquis stillantibus impudicitiæ signum ostendit, secundum Terent. dum moliuntur, dum comuntur annus est, contra quas inuehit S. Cyprian. *in libro de habitu Virginum*, dum ait quod manus Deo inferunt, quando illud, quod ille formauit, reformare contendunt, & certe nisi communis abusus esset iste mulierum fere omnium non excusarentur ex S. Thom. 2. 2. *q.* 16. *art.* 2. Multa de fuco fœminarum tra-

tradunt citati à Cened. *ad Decretal. collect.* 31. quibus adde Ludou. Bejam *respons. casuum conscien.par.2.casu* 17. Henriq. *in sum.lib.8.cap.* 57. *& in commento lit. X*, Ioan. Pined. *in Iob. tom. 2. c.42. vers.* 14. *pag. mihi* 965. Lessi. *de iustit. lib.4. cap.4. dub.* 14. Bobadil. *in politica lib. 2. cap. 17. n. 14. cum seqq.* Sayr. *in claui Regia, lib. 8. cap. 6. nu.8.* Hortens. Caualcan. *de brachio Regio, par.6.n.* 668. *vers. preterea*.

11 Vnde stuprum in cauponæ famulam commissum non esse punibile propter vilitatem officij tenent Greg. *l. 3. verbo ni tauernera tit. 14. part.4.* Alciat. *in l. inter stuprum, nu.5. ff. de verbor. signif.* Tiraq. *de retractu lig. §. 1 glos. 14. nu. 17. & de nobil. c.34.n.44.* Cassan. *in catalogo glorię mundi, par.11.consi.28.* Farin. *cons.90.nu.* 3.

12 *Reddet pecuniam iuxta modum dotis, &c.* Circa æstimationem dotis mulieris propter stuprum præstandam Ioan. Andr. Abb. & alij huius tex. decisionem supplent quod corruptor ipse dare teneatur illud, quod pluris indiget puella cum corrupta sit ad inueniendnm virum sibi æqualem. Quæ quidem interpretatio minime placet Ananiæ in præsenti, cum ex ea tex. hic non vulgarem violentiam patiatur, qui prout iacet sine vlla additione intelligendus est quando corruptor vult Matrimoniũ cum corrupta contrahere, ipsa vero, vel eius pater nolit, hoc equidem casu sufficit ei dotem constituere, quæ sufficiens foret si virgo fuisset: quam quidem Ananiæ sententiam verisimam iudicat Couar. *de sponsal.par.2.cap.6.§.8. nu.* 15. quando corruptor est eiusdem qualitatis, vt Matrimonio cum puella copuletur, & iniuste ab ea, vel ipsius parentibus recusatur, alioquin Ioan. Andr. & Abbatem sequitur, quorum sententia verissima est, & seruanda. quia tex. in præsenti interpretatur vt procedat quando corrupta cum dote consequitur maritum sibi æqualem, secus vero aliàs. Dotis æstimatio quomodo facienda, vide Salzed. *ad Bernard. cap. 86. lit. E*, Gutier. *canon.lib.1.c.36.à n.8.* Far. *d. q.147.n.124.cum seqq.* & quæ quantitas constituenda sit à stupratore puellæ stupratæ arbitrio iudicis relinquitur, vt tenet Menoch. *casu* 288. *à nu.* 18. Farin. *d. quęst.147.nu.* 125. & est constitutum apud Lusitanos per Ordin. Regiam *lib.5.tit.23.in princip. vers. for arbitrada pello iulgador*.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Stuprator, qui non vult puellam in vxorem ducere verberibus castigatur.*
3 *Stuprator an possit per procuratorem se defendere, remissiuè.*

Cap. Peruenit. II. *Greg.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Bellem. Io. And. Anania, Hostien. Anch. Butr. Henric. Panor. Mar. Socin. Casal. *in annot.* Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellę par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag.* 132. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 678. desumitur ex D. Greg. *lib. 2. registr. epist.42. cap.81. indict.*11. & refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 13. cap. 2.*

2 *Corporaliter castigatus, etc.* Notatur ad hoc quod si stuprator non vult puellam in vxorem ducere verberibns castigatur à iudice, prout ei visum fuerit, & excommunicatus in monasterium detruditur ad agendam pœnitentiam, vt per Anton. Gom. *l.80. Tauri. nu.8. & 9.* Clar. *in §. stuprum n. 3. vers. sed quæro quæ sit pœna* Perez *ad rub. tit. 15. glos. 1. pag.278. lib. 8. Ordin.* Mench. *vsufreq. cap. 7. n. 2.* Morl. *in emporio Iuris, par. 1. tit. 1. q.9.n.* 25. Petr. Gregor. *syntag. Iuris lib.36. cap.9. tit. de stupro num.5. in fine vers. punitur, & alia pœna*, Thesaur. *Pedam. decis.3. nu. 3. vers. & si nolit. desponsari*, Gutier. *canon. lib. 1. cap 37. n.11. Rot. decis.* 74. apud Farin. *par.4. sua praxis crimin.* eund. Farin. *par. 5. q. 147. nu.* 100. & 109. An hoc
3 casu possit reus per procuratorem se defendere, vide Hippol. *cons. 9. nu.5.* Tiraq. *in tract. res inter alios, pag. mihi* 7. Clar. *§. fin. q.32. nu.9.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 80. à nu. 17. & nu.* 103. & 104. Farin. *in praxi crimin. q. 99. nu.* 32. vbi negatiue resoluit.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Vxorem in adulterio persistentem tenetur vir deserere sub culpa mortali.*
3 *Verba, reus erit, non sunt latæ sententiæ.*
4 *Turpitudinis patronus censetur, qui vitium vxoris celat.*
5 *Adulteram vxorem resipiscentem fas est viro sibi reconciliare, non sæpè tamen adulteram admittere.*
6 *Declaratur tex. in cap. quemadmodum in fine, de iureiurando.*

Cap. Si vir. III. *Conc. Arelat.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Io. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henr. Panorm. Mar. Socin. Cened. *collect.*137. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuia. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag.* 134. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 678. refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib.5. tit.13. cap. 3.*

2 *Sed permanet in fornicat. &c.* Ergo vir sub culpa lethali tenetur vxorem in adulterio persistentem deserere, de quo Perez *l.2. vers. quæritur vlterius quanto tempore tit. 15. lib.8. Ordin. pag.*308. Petr. de Ledesma *de Matrim.*

q.62.

q. 62. art. 2. concl. 2. proindeque peccatum mortale tunc esse non abstinere à copula carnali coniugali, siue petendo, siue reddendo tenent Cou. de sponsalib. par. 2. cap. 7. §. 2. nu. 4. Iacob de Graffis in aureis decision. par. 1. lib. 2. cap. 84. nu. 6. Matien. in rub. tit. 1. glos. 1. num. 101. lib. 5. noue recop. D. Barbos. in l. 2. par. 1. in princip. nu. 102. ff. solut. matrim. plures refert Doctores Cened. ad Decretal. collect. 137. nu. 1.

3 *Reus erit.* Non est latæ sententiæ, vt per Sayr. in claui Regia lib. 3. cap. 8. num. 20.

4 *Et eius peccati particeps.* Notatur ad hoc, quod particeps censetur turpitudinis, qui vitium vxoris celat, & qui illam in adulterio deprehēsam retinet lenocinij reus censetur, vt per Baiard. ad Clar. §. adulterium num. 119. Sanch. de Matrim. lib. 10. disp. 5. num. 5. vers. non autem censebitur, Farin. in praxi crimin. par. 5. quæst. 142. num. 74.

5 *Quod si mulier dimissa, etc.* Notatur ad hoc, quod fas est viro vxorē adulterā resipiscentem sibi reconciliare, non sæpe tamen adulteram admittere, vt per Sanch. de Matrim lib. 10. disp. 13. num. 3. Ad tex. vero in cap. quemadmodum in fine, sup. de iureiur. quatenus huic obstare videtur, dum habet virum posse sæpe vxori adulterium remittere, respondet D. Barbos. d. n. 102. & Sanch. d. nu. 3. quod quamuis vir possit sæpe remittere, Ecclesia tamen non intercedit pro adultera sæpe relabenti, ne peccandi ansam offerre videatur. Ad illud autem consilium Matth. 18. ibi, non dico sibi septies, sed vsque ad septuagies septies, respondet idem Sanch. loco citato, quod non intelligitur de pœna externa delicto debita, qualis est diuortium, quando spes veniæ ansam præbet in delicto persistendi, & correctionis spes cessat: quia vt inquit Sot. in 4. dist. 36. q. vn. art. 2. concl. 1. quamuis sæpe consilium sit vxorem adulteram resipiscentem admittere, ne viro destituta, & inopia pressa libidini vacet, quo quæstum acquirat, si tamen multoties reconciliata abutens venia ad pristinum more canis vomitum redeat, præstabit vtique eam non admittere, quoniam spem omnem correctionis adimit.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Maritus potest accusare vxorem ob violentam adulterij suspicionem.*
3 *Maritus solus de Iure Lusitano, & Castella contra vxorem, & adulterum querelam intentare potest.*

Cap. Maritis. IV. *ex Conc. Paris.*

1 Svper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Io. Andr. Anania. Hostien. Anchar. Butr. Panor. Henric Mar. Socin. Ximen. Toletan. in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castella par. 2. Viuian. in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 135. Alagona in compendio Iuris Canon. pag. 679. refertur à Burchard. lib. 16. Decret. cap. vlt. & ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 13. cap. 5.

2 Probat hic tex. posse maritum accusare vxorem ob adulterij suspicionem, violentam scilicet secundum glos. hic verbo ex suspicione, vt per Henriq. in sum. lib. 11. de Matrim. cap. 17. num. 2. Sanch. de Matrim. lib. 10 disp. 12. num. 41. Motl. in emporio Iuris, par. 1. tit. 1. q. 9. nu. 52.

3 *Et ipsis plus cæteris de adult. &c.* De Iure Regni Lusitaniæ per Ordin. Reg. lib. 5. tit. 25. §. 3. maritus solum contra vxorem, & adulterum quetelam intentare potest, quod & apud Castellanos constitutum est l. 2. tit. 17. part. 7. vbi Greg. glos. 1. & 2. prout antea Cæsareo Iure erat dispositum in l. quamuis la 2. C. ad leg. Iul. de adulter. vide Padil. in l. transigere n. 92. C. de transact. Gom. l. 80. Tauri nu. 49. Auendan. ad cap. 27. Prætorium glos. manceba, num. 2. Anton. Gama de Sacramentis præstandis vltimo supplicio damnatis, q. 4. num. 9. Aloys. Ricc. in collect. decis. par. 1. collect. 236. D. Barbos. in l. 2. par. 1. n. 112. ff. solut. Matrim. Petr. Caball. resolut. crimin. casu 110. num. 2. cum seqq. Farin. in praxi crimin. q. 140. num. 36. cum seqq. Thom. Valasc. allegationum Iuris tom. 1. alleg. 13. num. 111. cum seqq. Benedict. Aegid. de Iure, & priuilegio honestatis art. 6. num. 21. Iudex tamen ex officio potest procedere, & prosequi accusationem, à qua maritus accusator destitit, vt per Baiard. ad Clar. §. adulterium, num. 14. & 20. Farin. d. q. 141. num. 43.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Confessarius potest audita in Confessione de confitentis licentia reuelare.*
3 *Ecclesia non polluitur per concubitum coniugalem extra casum necessitatis.*
4 *Adulterium non probatur contra alium sola mulieris confessione.*
5 *Adulteri absolutio prodest adulteræ, sed condemnatio non nocet.*
6 *Clericus pro adulterio deponitur, & in monasterium detruditur.*
7 *Clericus repertus in notorijs osculis, vel amplexibus cum vxorata, an velut adulterus sit puniendus, remissiuè.*
8 *Osculum luxuriosum quando dicatur, remissiuè:*

Cap. Significasti. V. *Alex. iij.*

1 Svper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Io. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Hēric. Panor. Mar. Socin. Casal. in annot. Ximen. Toletan. in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castella par. 1. & 2. Viuia.

in rationali lib.5. Iuris Pontificij pag.135. Alagona *in compendio Iur. Canon. pag.679.* refertur ab Anton. August. *coll. 1. Decret. lib. 5. tit. 13. cap. 6.* & est post Concil. Lateranen. *p. 50. c. 21.*

2 *Huiusmodi delictum confessos fuisse, &c.* Quomodo presbyter de quo hic detegere poterat quandam mulierem ipsi confessam adulterium non abs re Doctores inuestigant, ex quibus Nau. *in c. Sacerdos de Pœnit. dist. 6. num. 126.* asserit id hic factum fuisse de confitentis licentia, nam illa data potest Confessarius audita in Confessione reuelare, vt per Martin. Delri. *disquisit. magic. lib. 6. c. 1. sect. 2. vers. duo denique pag. mihi 474.* Farin. *in praxi crimin. q. 51. num. 111.* Bonacin. *de Sacram. disp. 5. sect. 5. puncto 4. nu. 8. vers. dixi absq; licentia pœnitentis.* Verum idem Nau. *loco citato num. 127.* dicit sensus huius tex. esse quod adultera illa confessa fuerit, & se, & adulterum cuidam Sacerdoti fuisse confessos confessione extraiudiciali, quod fecerunt aliqua de causa tunc occurrente.

3 *Reconciliare procures.* Per hunc tex. tenent aliqui Ecclesiam non pollui, nec reconciliatione indigere per concubitum coniugalem etiam extra casum necessitatis, vt per glos. *verbo semine in cap. Ecclesijs de consec. dist. 1.* & alios, quos refert Sanch. *de Matrim. lib. 9. disp. 15. nu. 7.* Verum cum in hoc tex. non decernatur ob solum adulterium violari Ecclesiam, sed decernatur in casu particulari, alias probaret per simplicem fornicationem Ecclesiam minime pollui, tenendum omnino est per concubitum coniugalem extra casum necessitatis Ecclesiam violari, resoluunt Cou. *de sponsal. par. 2. cap. 7. §. 2. na. 3.* Perez *l. 1. vers. quari potest vtrum copula, tit. 1. lib. 5. Ordin.* Martien. *in rub. tit. 1. glos. 1. nu. 99. lib. 5. noua recop.* Sanch. *d. nu. 7.*

4 *Cum negãte adultero mulieri, etc.* Ergo adulterium non probatur contra alium sola mulieris confessione, vt per Bajard. *ad Clar. §. adulterium nu. 40. & num. 94.* dicit quod
5 absolutio adulteri prodest adulteræ, sed condemnatio non nocet, de quo etiam Perez *l. 2. prope finem, vers. quari etiam potest, tit. 15. lib. 8. Ordin. pag. 312.*

6 *Prædicto autem Sacerdoti, &c.* Notatur ad hoc, quod clericus pro adulterio suspenditur, & nonnisi crescente contumacia in eodem crimine deponitur, vt per Bermond. *de publicis concub. rub. de adulter. nu. 26. & seq.* Griland. *de pœnis omnif. coitus, q. 6. à princip.* Verum pro adulterio clericum deponi, & in monasterium detrudi tenent Decian. *tract. crimin. lib. 6. cap. 23. num. 14.* Menoch. *de arbitr. casu 419. num. 60* post Clar. Tiraq. Bernard. Salzed. & alios sequitur Farin. *in praxi crimin. par. 5. q. 141. num. 29.* quibus adde Pradil. *in summa legum pœnalium, par. 1. cap. 9. nu. 8.* Molin. *de Iustit. tom. 4. tract. 3. disp. 98.* Quid si ignoret mulierem cum qua se immiscet esse nuptam? vide D. Barbos. *in l. 2. in princip. par. 1. num. 96. ff. soluto Matrim.* Farin *d. q. 141. à num. 97.* Quid si reperiatur in mutuis osculis, vel amplexibus an velut adul-
7 terus sit puniendus? vide per ea, quæ Surd. *de aliment. tit. 7. q. 16. à num. 32.* Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præs. 41. à num. 26.* D. Barbos. *in l. 2. ff. soluto Matrim. par. 2. num. 70.* Don Christoph. de Pace *in scholijs ad leges styli, l. 62. schol. 2. num. 15.* Molin. *de Iustit. tract. 3. disp. 91. num. 81.* Farin. *d. par. 5. q. 142. num. 154. cum seqq.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 91. num. 38. & lib. 9. disp 46. num. 7. & lib. 10. disp. 4. à num. 11. & disp. 12. à num. 46.*
8 vbi de litteris amatorijs. Quando dicatur osculum luxuriosum, vide Thom. Triuis. *Venetiæ decis. 47. par. 2.* quem refert Aloys. Riec. *in collect. decis. p. 1. collect. 47. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Adulterus laicus tam masculus, quam fœmina excommunicatur.*
3 *Vxor à marito de adulterio accusata potest etiam excipere de adulterio ipsius mariti, vbi agitur ad thori separationem, vel ad dotis amissionem.*
4 *Exceptio de adulterio ab vxore proposita contra virum agentem ad separationem thori, & dotis amissionem potest etiam post litis contestationem deduci.*
5 *Maritus si contra vxorem agat criminaliter ad pœnam, non potest vxor excipere contra illum de simili adulterio.*
6 *Adulterium ad impediendam restitutionem non potest per testes probari.*
7 *Confessio coniugis asserentis proprium adulterium, satis est vt illud probatum censeatur.*
8 *Delicta paria mutua compensatione tolluntur, nisi commissa sint circa diuersa, & separata.*

Cap. Intelleximus. VI. *Innoc. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Host. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 136.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 679.* refertur ab Ant. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 8. cap. 1.*

2 *Vinculo excommunicationis adstrinxit, etc.* Notatur ad hoc, quod laicus tam masculus, quam fœmina pro adulterio excommunicatur, vt per Cou. *de sponsal. par. 2. cap. 7. §. 7. num. 20.* Clar. *§. adulterium, num. 7. verbo de iure autem Canonico,* Salzed. ad Bernard. *in pract. cap. 86. verbo adulteri lit. B. vers.*

verſ. laici vero, in nouiſſ. edit. Menoch. *de arbitr. caſu* 419. *n.*61. Farin. *in praxi crimin. par.*5.*q.*140. *num.* 23.

3 *Replicauit in ipſum quod fuerat fornicatus.* Ergo vxor accuſata de adulterio à marito poteſt etiam excipere de adulterio ipſius mariti, vt per Surd. *de alimen. tit.* 7. *q.* 4. *num.* 8. Sanch. *de Matrimon. lib.* 10. *diſp.* 6. Intellige vbi agitur ad thori ſeparationem ex Sanch. *eod. lib.* 10. *diſp.* 5. *num.*2. *&* *diſput.* 8. *num.* 29. *cum ſeqq.* & Farin. *d. par.* 5. *q.* 143. *num.* 69. *cum ſeqq.* Vel ad dotis,& donationis propter nuptias amiſsionem, quia etſi vxor accuſata de adulterio dotem, & donationem propter nuptias amittat, poteſt tamen contra virum de eodē adulterio excipere, & ſic vnius adulterium cum altero compenſare, Bernard. *reg.* 216. *verſ. quarto limita.* Boer. *deciſ.* 338. *num.* 3. *&* 4. Tiraq. *l.* 13. *connub. gloſ.* 1. *nu.* 38. *cum ſeqq.* Cou. *d. cap.* 7. §. 6. *num.* 5. Rojas *ſingul.* 214. *in fine.* Garc. *reg.* 596. *nu.*9. Perez *l.* 1. *verbo tres bienes tit.* 1. *lib.* 5. *Ordin. pag.*21. *& l.*2. *verbo lo que quiſiere tit.*15. *lib.* 8. D. Barboſ. *in l.*2. *in princip. par.* 1. *num.*97. *cum ſeqq. ff. ſoluto Matrimon.* Azeued. *l.* 3. *num.* 24. *& l.* 4. *n.* 30. *tit.* 20. *lib.* 8. *noua recop.* Surd. *d. tit.* 7. *quaeſt.* 16. *num.*47. *cum ſeqq.* Cald. Pereira *in comment. ad l. vnic. C. ex delictis defunct. par.* 2. *nu.* 54. Cened. *ad Decretal.*
4 *collect.* 166. *num.* 3. Sanch. *d. diſp.* 8. *n.* 29. Farin. *d. p.* 5. *q.* 142. *nu.* 35. *cum ſeqq.* Quae quidem exceptio ab vxore propoſita contra virū agentem ad ſeparationem thori,& dotis amiſsionē poteſt etiā poſt litē conteſtatam deduci ex Cou. *d.* §.6. *n.*6. Bajard. *ad Clar.* §. *adulterium n.*88. Cened. *d. collect.* 166. *num.* 4. Sanch. *d. lib.*10.*diſp.*6.*nu.*12. *& diſp.* 9. *num.* 25. vbi an poſt latam diuortij ſententiam poſsit accuſari coniux ille reputatus innocens de priori adulterio, & *num.*27. an ſi lata ſententia diuortij contingat innocentem labi in adulterium compenſentur mutuo delicta, ac proinde compellendus ſit ad coniugem adulterij cauſa dimiſſum redire.

5 Si vero maritus contra vxorē agat criminaliter ad poenam non poteſt vxor excipere contra maritū accuſatorē de ſimili adulterio,vel quod publicè retinuit concubinas ad effectum repellendi illum à dicta accuſatione,id expreſsè deciditur apud Caſtellanos *l.* 3. *tit.* 20. *lib.* 8. *noua recop.* & reſoluunt Sot. *in* 4. *diſt.* 37. *q. vn. art.*3. *ad finem corporis,& art.* 4. *in fine corporis,* Butr. *in cap. fin. nu.* 5. *hoc tit.* Cou. *d.* §. 6. *nu.* 5. Canter. *in ſuis quaeſt. criminalib. tit. de tangentibus punitionem delicti cap.* 4. *num.*46. Petr. de Ledeſm. *de Matrimon. q.* 62. *art.* 1. *dub.* 3. Perez *d. l.* 1. *verbo tres bienes,* Cened. *d. collect.* 166. *nu.*4. *verſ. ex quibus reſolue,*quos refert,& ſequitur Sanch. *d. diſp.*8. *num.* 34. Quamuis audiri exceptionem vxoris adulterae accuſatae ad mortem allegātis virum publicè habuiſſe concubinam dicat Henriq. *in ſum. lib.* 11. *de Matrimon. cap.* 17. *num.* 3. *lit. F,* Quicquid etiam non poſſe iudicem capite damnare vxorem adulteram ſi vir quoque adulter ſit tueantur Fr. Emman. *in ſum. par.* 1. *cap.* 127. *caſu* 3. Gutier. *practic. lib.* 2. *q.* 1. *num.*23. Et licet D. Barboſ. *in d. l.* 2. *in princip. par.* 1. *nu.* 99. *in fine*, à quo non videtur diſſentire Surd. *d. q.* 16. *à nu.*56. ſub declaratione probare nitatur quod mulier oppoſita exceptione adulterij contra maritum impudicum, poteſt ipſum ab accuſatione repellere per tex. *in l. ſi vxor* §. *iudex ff. de adulter.*

6 *Vel per euidentiam rei,etc.* Ergo ad impediēdam reſtitutionem non poteſt adulterium per teſtes probari, vt per Abb. hic *num.* 4. Sanch. *d. lib.* 10. *diſp.* 12. *num.* 26. vbi refert *gloſſam in praeſenti verbo euidentiam*, ibi, vt quia publicè fuit fornicata, eſſe intelligendam cum Abb. *num. 6.* & Anan. *num.* 10. in illo verbo publicè, non vt omnibus videntibus ſit publicè proſtituta, ſed ſi recedens à viro adhaeſit publicè concubinario illum in eadem menſa & lecto retinens, vel paſsim admittebat viros ad adulterandum, vel filium habet cum tanto temporis interuallo à marito ſeparata ſit, vt ex illo concipere nequierit, veluti ſi à partus tempore tranſactus ſit annus, ex quo non habitat cum marito.

7 *Vel per confeſsionem legitimam mulieris.* Ergo ſatis eſt confeſsio coniugis aſſerentis proprium adulterium, vt illud probatum cenſeatur, ita Sanch. *d. lib.* 10. *diſp.* 12. *num.* 49. vbi intelligit quando confeſsio facta eſt in iudicio.

8 *Paria delicta mutua compenſatione tollantur.* Vide ad hoc Farin. *fragmen. crimin. par.* 1. *lit. D, num.* 110. *cum ſeqq.* Anton. Monach. *Lucenſ. deciſ.* 59. *nu.* 3. Hippol. *ſingul.* 234. Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum, & vxor.* §. 20. *num.* 4. Bertazol. *in repet. l. ſi quis maior num.* 430. *C. de tranſact.* Sanch. *d. lib.* 10. *diſp.* 8. *num.* 29. Card. Tuſch. *tom.* 1. *lit. C, concl.* 489. *num.* 15. *& ſeq.* Caeſ. Argel. *de contrad. legitimo q.* 10. *num.* 101. Limita quando delicta ſunt commiſſa circa diuerſa & ſeparata, Thom. de Thomaſ. *reg.* 219. Farinac. *d. lit. D, num.*128. Limita etiam quando agitur criminaliter, & ad poenam, Cardoſ. *in praxi iudicum & aduocat. verbo delictum num.* 37. Farin. *d. lit. D, nu.* 139.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Compenſatio delictorum admittitur quocunque tempore.*
3 *Separatione Matrimonij facta propter adulterium ſi innocens coniux fornicetur, reintegratur Matrimonium.*
4 *Adulteria compenſantur ſi lata diuortij ſententia coniux prius innocens adulteretur.*

5 Con-

5 *Coniuges ius diuortij & accusandi censentur per copulam sibi remittere.*
6 *Adultera coniux notorie potest expelli propria auctoritate.*

Cap. Tuæ fraternitatis. VII. & fin.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. And. Anania, Host. Butr. Anchar. Henric. Mar. Socin. Cened. *collect.* 166. Ximen. Toletan. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. & 2. Viui. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 138. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 680. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 8. *cap.* 2.

Vide posita in cap. præced.

2 *Si postmodum ipse, &c.* Ergo compensatio delictorum admittitur quocunque tempore, de quo D. Barbos. *in l. viro num.* 5. *ff. soluto Matrimon.* Vnde si post factam separationem inno-
3 cens coniux fornicetur tunc Matrimonium reintegrari, & locum fieri compensationi officio Iudicis tenent Abb. hic *num.* 1. & alij, quos refert & sequitur Bellet. *disquisit. cleric. par.* 1. *titul. de fauore clericorum reali* §. 4. *nu.* 81.

4 In glos. [Fornicationis.] ibi: *(an delictum superueniens rei iudicatæ de Iure, vel facto afferat præiudicium.)* Notatur ad hoc, quod si lata diuortij sententia coniux prius innocens adulteretur, compensantur adulteria, & iure actionis competit coniugi dimisso repetitionem alterius, vt per Cou. *d.* §. 6. *nu.* 5. Nau. *cons.* 1. *nu.* 2. & 3. *sub tit. de diuort.* Iacobũ de Graffijs *in aureis decision. par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 12. *nu.* 73. *casu* 3. Surd. *d. q.* 16. *nu.* 52. D. Barbos. *in d. l. viro nu.* 40. *nu.* 3.

5 In ead. glos. ibi *(vt eam postea accusare non possit.)* Notatur ad hoc, quod coniuges ius diuortij, & accusandi censentur per copulam sibi remittere, vt per Cou. *de sponsalib. par.* 2. *cap.* 7. §. 6. *num.* 7. Gam. *Lusit. decis.* 234. *num.* 6. Clar. §. *adulterium num.* 18. *vers. caueat etiam,* Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *q.* 2. *nu.* 20. Padil. *in l. transigere nu.* 94. *C. de transaction.* Surd. *de alimen. tit.* 7. *q.* 4. *nu.* 23. & *q.* 16. *nu.* 102. D. Barbos. *in l.* 2. *in princip. par.* 1. *nu.* 101. *ff. soluto Matrim.* Sanch. *de Matrim. lib.* 1. *disp.* 66. *nu.* 2.

6 In ead. glos. ibi *(quod possit eam repellere à se, &c.)* Notatur ad hoc quod vxor notorie adultera potest expelli propria auctoritate, de quo vide plures Doctores, quos citaui ad *cap. ex parte* 9. *num.* 9. *de sponsalib.* & ibi allegatis adde Cott. *in memorabil. verbo vxor, pag. mihi* 938. Surd. *de alimentis tit.* 7. *q.* 16. *num.* 18. Nau. *cons.* 5. *in fine sub tit. de conuers. coniug. in antiq.* & *cons.* 10. *nu.* 1. & *cons.* 14. *in fine sub eod. tit. in nouis.* Cened. *ad Decretal. collect.* 166. *nu.* 2. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 102. *num.* 25. Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 5. *q.* 135. Basil. Ponci. *de impedim. Matrimonij cap.* 30. §. 2. *vers. secunda,*

De Raptoribus, & Incendiarijs, & violatoribus Ecclesiarum. Tit. XVII.

SVper hanc rubr. scripserunt Zabarel. Anchar. Butr. Ioan. Andr. Marian. Socin. Panorm. Durand. *in breuiario aureo Iuris Canon.* Petr. de Rauenna *in compendio Iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decretal. fol.* 185. Dan. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontif. à pag.* 659. Goffr. & Hostien. *in summa huius tit.* Alexand. Caffan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. sub hoc tit.*

De raptu fœminarum, & quid de raptoribus, & vbi iudicandum vide Concil. Triden. *sess.* 24. *reformat. Matrimon. cap.* 6. Prax. Episcop. *par.* 2. *verbo raptus,* Nauar. *cons.* 32. *de sponsalib.* Perez *l.* 2. *verbo fuere desponsada tit.* 15. *lib.* 8. *Ordin.* Fr. Emman. *in sum. tom.* 1. *cap.* 232. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsump.* 1. *nu.* 101. Cancer. *vari. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 12. *cum seqq.* Henriq. *in sum. lib.* 12. *cap.* 14. *n.* 4. & 5. Petr. de Ledesma *in sum. p.* 1. *de Matrimon. cap.* 26. plures per Sanch. *eod. tract. lib.* 7. *disp.* 13. quibus adde Aloys. Ricc. *in collect. decis. par.* 4. *collect.* 911. Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra pag.* 194. *cum seq.* Rebell. *de obligat. Institia par.* 2. *lib.* 3. *quæst.* 11. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 22. *num.* 28. *cum seqq.* & *lib.* 31. *à num.* 164. Ægid. de Coninck *de Sacramen.* & *censuris tom.* 2. *disp.* 31. *à num.* 46. Francisc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 1. *comp.* 10. *nu.* 31. *cum seqq.* Basil. Ponc. *de impedimentis Matrimon. cap.* 39. Cardin. Tusch. *tom.* 6. *verbo raptor,* Farin. *in praxi crimin. par.* 5. *quæst.* 145. Molin. *de Iustit. tom.* 4. *disp.* 105. Lessi. *eod. tract. lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 9. *nu.* 68. *cum seqq.* Gutier. *de Matrimon. cap.* 86. Bonacin. *eod. tract. q.* 4. *puncto* 18. Galganet. *de Iure publico lib.* 1. *tit.* 31.

De Incendiarijs, eorumq; pœnis vide apud Lusitanos Ordin. Regiam *lib.* 5. *tit.* 86. vbi notat Parens meus, & apud Castellanos *l.* 9. *tit.* 10. *part.* 7. vbi Gregor. Perez *l.* 1. *verbo quemen las casas tit.* 18. *lib.* 8. *Ordin. pag.* 350. Polyd. Ripa *de nocturno tempore cap.* 27. Decian. *tract. crimin. lib.* 8. *c.* 5. Boss. *in pract. tit. de incend.* Menoch. *de arbitr. casu* 390. Ioseph. Sesse *Aragonia dec.* 211. Bernardin. Muscatel. *de cognit. delict. sub tit. de incendio* Bernard. & Salzed. *in pract. c.* 105. *alias* 108. *in nouiss. edit.* Farin. *in praxi crimin. p.* 3. *q.* 110. Petr. Greg. *syntagm. Iuris lib.* 36. *cap.* 19. Vincent. Carot. *de locato tit. de incendio,* Aloys. Ricc. *in collect. decis. par.* 4. *collect.* 797.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Diœcesis tota dicitur parochia Episcopi.*
3 *Delinquens remittendus est ad locum delicti, vt ibi puniatur ad aliorum exemplum, quamuis sit vagabundus.*

Cap. De illis. I. *ex Concil. Meld.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Anania, Ioan. And. Hostien. Anchar. Butr. Panorm. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordan. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 137.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 680.* desumitur ex Concil. Melden. *cap. 2.* vt refert Burchard. *lib. 11. Decretor. cap. 45.* & Iuo *par. 14. cap. 109.* habetur apud Ant. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 14. cap. 1.*

2 *Vt ab illius loci Prælato.* Ergo tota diœcesis dicitur parochia Episcopi, vt per Marc. Anton. Genuens. *in praxi Curiæ Archiepiscop. Neapolit. cap. 57. nu. 7.* & alios, quos retuli *de officio & potestate Episcopi par. 3. Alleg.*

3 *Antequam illuc redeant vbi rapinam fecerunt.* Ergo delinquens remittendus est ad locum delicti, vt ibi puniatur ad aliorum exemplum, & Reip. læsionem compensandam, vt per Couar. *practic. cap. 11. nu. 4. vers. secundo,* latè D. Barbos. *in l. hæres absens §. proinde ff. de iudic. in art. de foro delicti,* quamuis sit vagabundus ex Duenh. *reg. 378. limit. 4.* Cou. *d. cap. 11. n. 7.* bene Salzed. ad Bernard. *in pract. cap. 9. in addit. lit. D,* Perez *l. 2. col. 2. tit. 17. lib. 8. Ordin. pag. 338.* Azeued. *l. 1. num. 62. cum seqq. tit. 16. lib. 8. noua recopil.* D. Barbos. *d. art. de foro delicti nu. 12.* vbi *num. 13.* resoluit hanc opinionem procedere si pars læsa petat remissionem ad locum delicti, aliàs si accusator velit prosequi causam in loco in quo reperitur vagabundus, admittenda est illius accusatio, nec est locus remissioni ad locum delicti. Cætera ad hanc materiam pertinentia inuenies *in cap. postulasti 14. sup. de foro comp.*

4 In glos. [Excommunicentur, fin.] Notatur ad hoc, quod si delinquens pro delicto alibi commisso detentus & captus sit per iudicem sui domicilij vel originis procedentis ex officio, non vero ad partis petitionem, tunc remitti debet iudici loci delicti petenti sibi remitti, vt ibidem contra eum procedatur, & puniatur vt per Clar. *in §. fin. q. 38. nu. 19. in princip.* Azeued. *l. 1. nu. 24. tit. 16. lib. 8. noua recop.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Pœnitentiæ beneficium denegandum est manifesto raptori, & Ecclesiæ violatori, nisi prius ablata restituat si potest, vel emendandi firmam, & plenam securitatem fecerit.*
3 *Eleemosynæ receptio à raptoribus, seu violatoribus, dum non restituunt, prohibetur.*
4 *Pœnitentia solemnis, & publica quæ sit, & de illius ritibus, & solemnitatibus, remissiuè.*
5 *Episcopus proprius non potest clericum propter rapinam depositum restituere absque Papæ dispensatione.*
7 *Ecclesia non recipit oblationes raptorum hominum.*

Cap. Super eo. II. *Eug. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Henr. Panor. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 137.* Alagona *in compend. Iuris Canonici pag. 680.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 14. cap. 5.* & est post Côc. Lateraneñ *sub Alex. III. p. 34. c. 1.*

2 Disponit hic tex. pœnitentiæ beneficium penitus denegandum manifesto raptori, vel Ecclesiæ violatori, nisi prius ablata restituat si potest, vel emendandi firmam, & plenam securitatem fecerit, & insuper solemnitatem pœnitentiæ parum ei prodesse, qui in sanitate obstinata mente non pœnituerit, vel se emendauerit, & in morte securitatem præstare nequiuerit, sed de peccato contrito corde pœnitenti viaticum non denegandum, ita tamen quod nullus clericorum sepulturæ illius intersit, nec eius eleemosynam præsumat recipere, ita Bernard. *in pract. cap. 109. secundum nouiss. impres. nu. 1. & 2.*

3 Ideo in præsenti prohibetur receptio eleemosynæ à raptoribus, seu violatoribus dum non restituunt, non tantum in pœnam & odium delicti, sed quia omnia illorum bona aliena sunt, & subiecta restitutioni, ideoq; de illis tanquam de alienis absque iniustitia eleemosynæ recipi non poterant, vt interpretatur Soar. *de relig. tom. 1. tract. 2. lib. 1. c. 6. nu. 6.*

4 *Solemnitas pœnitentiæ.* Non intelligitur de pœnitentia solemni de qua in *cap. in capite 50. dist.* hæc enim ob varios ritus, cæremonias, ac multa alia, quæ continebat, desiderat longiorem vitam, quam vt raptori in articulo mortis constituto de quo hic imponi possit. Quæ autem sit pœnitentia solemnis, & in quibus differat à pœnitentia publica, de qua *in cap. quæsitum infr. de Pœniten. & remiss.* & de illius ritibus, & solemnitatibus vide Cou. *lib. 2. vari. cap. 10. nu. 3.* Decian. *tract. crimin. lib. 5. cap. 34. num. 37.* Viuald. *in candelabro aureo, tit. de Pœnit. num. 10. cum seqq.* Cardin. Bellarm. *in suis controuers. tom. 2. lib. 1. de Pœnit. cap. 21. & 22.* Henriq. *in sum. lib. 5. cap. 21. n. 7.* qui triplicem pœnitentiæ speciem solemnem scilicet, publicam, & priuatam,

tam, ac pœnitentium quoque quinque gradus constituunt, & explicant.

5 *Ordinis sui damnum irrecuperabiliter, &c.* Abb. hic post Ioan. Andr. referunt denotare hæc verba quod Episcopus proprius non possit clericum propter rapinam depositum restituere absque Papæ dispensatione, quos citat, & sequitur Bernard. *d. c.* 109. *n.* 3. quæ quidem depositionis pœna non ipso iure incurritur, sed per iudicem est imponenda, vt ex Abb. hic obseruat Soar. *de censur. disp.* 42. *sect.* 5. *nu.* 6. *in fine*.

6 In glos. [Denegetur.] ibi (*valebit ad initium supplicium subeundum*) Declara cum Cou. *in cap. alma mater, par.* 1. §. 4. *nu.* 12. *ad finem*, Soar. *tom.* 3. *de Pœnit. disp.* 37. *sect.* 2. *nu.* 9.

7 In glos. [Dare.] ibi (*oblationes talium non sunt accipiendæ.*) Notatur ad hoc, quod Ecclesia non recipit oblationes raptorum hominum, vt per Azori. *institut. moral. par.* 1. *lib.* 7. *cap.* 38. *q. vlt.* Soar. *de relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Excommunicationi in hoc tex. subduntur illi, qui fideles ex iusta causa nauigantes capiunt, vel deprædantur.*
3 *Bulla in Cœna Domini excommunicatione tertia declaratur.*
4 *Censuram Bullæ in Cœna Domini clausula 3. non incurrunt maritimi latrones, qui nullam deprædandi actionem exercent, nec illi, qui in solis fluminibus, aut titulo belli deprædantur.*
5 *Infideles deprædans non incurrit excommunicationem Bullæ in Cœna Domini clausula 3.*
6 *Absolutio excommunicationis, quam incurrunt deprædantes, seu nauigantes fideles, an, & quando sit Episcopalis, ostenditur.*
7 *Naufragantium bona suscipiens, in quibus casibus excusetur à censura Bullæ in Cœna Domini clausula 4. ostenditur.*
8 *Leges Principum bona naufragantium eorum fisco pertinere declarantes sunt iniquæ, ac regulæ fidei aduersari dicuntur.*

Cap. Excommunicationi. III. *Ex Conc. Lateranen.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Butr. Anchar. Henric. Panor. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 138. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 681. desumitur ex *Concil. Lateranen. sub Alex. III. cap.* 24. §. *excommunicamus quoque*, & refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 5. *tit.* 14. *c.* 2.

2 Probat hic tex. in prima eius parte excommunicationi subdi illos, qui fideles ex iusta causa nauigantes capiunt, vel deprædantur, vt per Clar. *in* §. *fin. q.* 77. *num.* 24. Tolet. *in instructio Sacerd. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 7. Molina *de iustit. tract.* 2. *disp.* 694. *num.* 3. Aloys. Ricc. *in collect. decis. par.* 4. *collect.* 972.

3 Hodie in Bulla Cœnæ Domini excommunicantur, & anathematizantur omnes pyratas, cursarios, ac latrunculos maritimos discurrentes mare Ecclesiæ, præcipue à monte Argentario, vsque ad Terracinam; ac omnes eorum fautores, receptatores; & defensores, vt habetur *in* 3. *excommunicatione eiusdē Bullæ in Cœnā Domini*, pro cuius intellectu, vide ibi Tolet. Vgolin. Iacob. de Graffijs, Viuald Sayr Horat. Gambarupta, Fr. Anton. de Sousa, Francisc. Coriolan. & nouè Bonacinam, de cæteros scribentes. Illud tamen non est ignorandum quod licet aliqui tenuerint prædictæ Bullæ censura non solum excommunicari discurrentes mare Ecclesiæ, sed omnes pyratas deprædantes in mari Christianorum, ex quorum numero sunt Iacob. de Graffijs *in aureis decis. par.* 1 *lib.* 4 *cap.* 18 *num.* 67 exponens Bullam Sixti V. & Soar. *de censur. tom.* 5. *disp.* 21. *sect.* 2. *nu.* 18. exponens Bullam Clementis VIII. & Francisc. Coriolan. *in explicat. Bullæ in Cœna Domini excommun.* 3. *in princip.* exponens Bullam Greg. XV. probabilius tamen est solos latrones maritimos, qui discurrunt mare Ecclesiæ præsertim à monte Argentario, vsque ad Terracinam illo loco excommunicari, vt tenent Tolet. *d. cap.* 20. *vers. aduertendum autem est*, Vgolin. *de censur. Papa reseruatis super illa verba Bullæ. Item excommunicamus*, §. 2. *vers. tertio*, Fr. Anton. de Sousa *in relect. Bullæ in Cœna Domini cap.* 4. *disp.* 25.

4 Hic etiam non abs re aduertendum duxi censuram prædictæ Bullæ non incurrere maritimos latrones, qui nullam deprædandi actionem exercent, vt tenent Viuald. *in candelabro aureo in explicat. Bulla Cœnæ num* 20 Sayr *de censuris lib.* 3. *cap.* 7. *nu.* 5. Fr. Anton de Sousa *d. cap.* 4. *disp.* 26. Fran. Coriolan *loco proxime citato*: quamuis illos esse vere excommunicatos, licet nihil deprædentur, existiment Tolet. Vgolin. & Soar. dictis locis. Nec etiam qui in solis fluminibus deprædantur, ex Nau. *in man. cap.* 27. *num.* 59. Graffijs *d. c.* 18. *n.* 66. Vgolin. *ad illa verba, item excommunicamus*, § 3. *vers. quarto*, Sayr *d. cap.* 7. *n.* 6. Soar. *d. disp.* 21. *sect.* 2. *num.* 25. Molin. *d. disp.* 694. *num.* 3. Fr. Anton. de Sousa *d. cap.* 4. *disp.* 27. vbi *n.* 9. asserit quoad censura huius tex quoad locū extenditur ad plura, quam censura prædictæ Bullæ, quoad aliud vero restringitur cum de nauigio vectis loquatur. Item & eodem modo sub censura prædictæ Bullæ non comprehenduntur deprædantes titulo belli siue iusti, siue iniusti, vt per Nau. *nu.* 59. Viuald. 23 Iacob. de Graffijs 65. Vgolin. §. 3. *vers. secundo*, Soar *n.* 24. Sayr. *n.* 4. Fr. Anton. de Sousa *d. cap.* 4. *disp.* 29. Franc. Coriol. *vers. Cardinalis*, dictis locis,

5 Ant

5 *Aut alios Christianos.* Ergo depradantes infideles sub excommunicatione huius tex. non comprehenduntur, prout etiam in terminis censuræ 3. Bullæ in Cœna Domini resoluunt ibi Viuald. *num.* 30. Tolet. *d. cap.* 20. Vgolin. *d. §.* 3. *vers. secundo*, Soar. *d. sect.* 2. *num.* 21. Sayr. *d. cap.* 7. *num.* 9. Fr. Anton. de Sousa *d. cap.* 4. *disp.* 30.

6 *Excommunicationi subdantur.* Cum Concil. Lateraneñ, de quo in hoc tex. nemini reseruauerit absolutionem huius excommunicationis, hodie etiam videtur Episcopalis, nisi quoad eos, qui rapuerint, aut scienter naufragorum bona, de quibus in 2. parte textus, sibi acceperint, aut ab alijs rapta, aut accepta scienter acceperint, horum enim solam excommunicationem reseruat Bulla in Cœna Domini, ita Nau. *cons.* 1. *sub tit. de Pœnitent. & remiss. in antiq. alias cons.* 39. *sub tit. de sentent. excom. in nouis*, Sayr. *in floribus decis. sub tit. de Pœnit. decis.* 1.

7 *Illi etiam, qui Christianos naufragium, &c.* Hodie etiam per Bullam in Cœna Domini *excom.* 4. excommunicantur, & anathematizantur omnes & singuli, qui Christianorum quorumcunque nauibus tempestate, seu in transuersum (vt dici solet) iactis, vel quoquo modo naufragium passis, siue in ipsis nauibus, siue ex eisdem iacta in mari, vel in littore inuenta, cuiuscunq; generis bona tam in Tyrrheni, & Adriatici, quam in cæteris cuiuscunque maris regionibus, & littoribus surripuerint, itaut nec ob quodcunque priuilegium, consuetudinem, aut longissimi etiam immemorabilis temporis possessionem, seu alium quemcunque prætextum excusari possint. In multis limitatur hæc assertio, Primo quando susceperint ea bono animo, vt restituant suo domino, nisi fuerint in mora, quia tunc ratione illius moræ sunt excommunicati per Concil. Lateraneñ de quo in hoc tex. Secundo quando ignorarent ea esse talia, idest bona naufragantium, quia putabant esse aliorum. Tertio quando dominus ea eiecisset animo non recuperandi, vel si habuerit illa pro derelictis, quia tunc fierent occupantis, vide Prax. Episcop. *par.* 2. *verbo naufragium*, Tolet. Vgolin. Iacob. de Graffijs, Horat. Gambar. Viuald. Fr. Ant. de Sousa, Francisc. Corolian. Bonac. & cæteros scribentes *super* 4. *excommun. Bulla in Cœna Domini* Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol.* 191.

8 *Secundum regulam fidei.* Hinc colligunt Doctores iniquas esse Principum leges, quibus statuitur, vt bona eorum, qui naufragium patiuntur, sint fisci Regis, vel alterius, neglectis aut prætermissis dominis, tales enim leges regulæ fidei aduersari dicuntur, cum secundum fidei regulam proximum sicut nos ipsos diligere teneamur. *Matth.* 22. notat Nau. *in man. cap.* 27. *nu.* 118. Prax. Episcop *d. verbo naufragium, §.* 1. *in fine.* Azori. *institut. moral. par.* 2. *lib.* 11. *c.* 6. *vers. præterea iniqua.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Raptus etiam proprie dicitur in viris.*
4 *Prælati sicut, & alij Ecclesiast. viri possunt in causis laicorum etiam criminalibus, vbi pœna sanguinis non infligitur, iudices delegari, quod intellige vt ibi.*
5 *Criminis punitio ad merum imperium pertinet.*
6 *Causæ meri Imperij an sint delegabiles, remissiuè.*
7 *Merum Imperium quid sit, & quæ sub mero Imperio continentur, remissiuè.*

Cap. In Archiepiscopatu. IIII. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb antiq Innocen. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Butr. Anch. Henric. Panorm. Casal. *in annot.* Mar. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 138. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 681. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 14. *cap.* 3. & est post Concil. Lateraneñ *par.* 50. *c.* 46.

2 *Et pueros rapiunt.* Ergo non solum in fœminis, sed in viris etiam raptus proprie committitur, de quo, & an eadē in vtroque casu pœna incurratur, vide Menoch. *de arbitr. casu* 291. *nu.* 11. Decian. *tract. crimin. lib.* 8. *cap.* 7. *num.* 27. Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *disp.* 12. *nu.* 24. *cum seqq.* Farinac. *in praxi crimin. par.* 5. *q.* 145. *num.* 41.

3 *Et eis abuti.* Scilicet contra naturam, vt interpretatur glos. hic, de cuius delicti materia, & pœnis agunt Doctores citati ad *cap. clerici* 4. *inf. de excessib. Prælat.*

4 *Tibi, & alijs Episcopis.* Ergo Prælati, sicut & alij Ecclesiastici viri, possunt in causis laicorum etiam criminalibus, vbi pœna sanguinis non infligitur, iudices delegari, vt post *glos.* 2. hic notant Imoc. Host. Anania, Anch. *nu.* 1. Abb. 3. & Socin. 4. dicit singularem Aretin. *cons.* 58. *col.* 3. comprobāt Calder. *cons.* 6. *de officio deleg.* Rip. *in cap* 3 *num.* 47. *de iudic.* Curi. Pisan. *lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 1. Farinac. *p.* 1. *fragment. criminal. lit.* C, *nu.* 388. adducentes etiam tex. *in c. sæpe* 23. *quæst.* 8. *& in cap. inter dilectos vers. secundo* ibi, ex delegatione Ludouici, *de fide instrumen.* Verum quia in contrarium obstant *cap. te quidem, vers. neque enim* 11. *q.* 1. *cap. sed nec* 4. *in princip. ne clerici, vel monachi*, vbi huiusmodi seculares delegationes in specie videntur prohibitæ, proindeq; ipsas suscipientes grauiter peccare post Butr.

Butr. *in c.2.de iudic.* concludunt ibi Abb. *n.*8.& Ias.*in rub. ff.de officio eius n.*3.quare aliqui prout sunt Deci. *in d. c.2 .num.*7. & Abb.*in d. cap. sed nec nu.*5. intelligunt hunc tex. agere de delegatione ad vnam causam, procedereq; iuxta limitationem eorum, qui tenent dictam prohibitionem non obtinere locum respectu vnius causæ, sed multarum, sicut enim in multis viget ratio prohibitionis, quod clerici à Diuinis abstrahantur, ita per contrarium in vna tantum cessare tenent Abb. *d. nu.*5.Clar.*in pract.§.fin. q.* 41. *n.*9.Cou *in clem. si furiosus, par.*2.§.*vlt.n.vlt.in fine* Sed hic intellectus conuincitur ex tex. in præsenti ibi, huiusmodi excessus, &c. Verius igitur dicendum puto delegationem in proposito licitam fuisse quia facta fuit in fauorem, & commodum totius religionis Christianæ, & Ecclesiarum vtilitatem ad puniendum videlicet, & tollendum opprobrium, quod eisdem ex criminibus à Sarracenis commissis fiebat, vt intelligunt Abb.hic *n.*3. Anan.1. Socin.4.idem Abb. *in d.c.*2.*n.*8.& ibiRip.*n.*47. Accedit quod tex.in præsenti agit etiam de crimine Sodomiæ, quod cum mixti fori sit, & Episcopus de illo iure propriæ iurisdictionis cognoscere possit, vt resoluũt plures citati à Patre meo *in commentar. ad Ordin. Regiam Lusitan.lib.*2.*tit.*9.*in princ.num.*4. nil mirum si ex delegatione quoque cognoscere valeret, intendit Rip. *d. num.* 47.*ad fin. vers. vel aliter.*

5 *Commiserint puniendos, &c.* Cum punitio criminum ad merum imperium pertineat iuxta tex. *in l. imperium in princ. ff. de iurisd. omnium iud.* vbi Doctores, videtur probare tex. in præsenti causas meri imperij delegabiles esse;
6 verum quia materia hæc est ardua, & difficilis, longioreq; indiget disputandi campo, qui eam ediscere capit eiusq; veritatem inuestigare, consulat Ordinarios hic,& *in cap.quod sedem de officio Ordin. & in l.* 1. *ff. de officio eius.* Morl. *in emporio Iuris, par.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 17. *num.* 31. Cou. *lib.* 3. *vari. cap.* 20. *à princip. & in Clem. si furiosus, par.* 2. §. 5. *num.* 8. Marant. *de ordine iudic. par.* 4. *dist.*5. *num.* 67. Soar. de Pace *tom.* 2. *prælud.*3.*nu.*1.Menoch.*de arbitr. lib.*1. *q.* 74.*nu.*43. *cum seqq. & q.* 54. *nu.*7. *cum seqq.* Dan. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontificij lib.* 1. *tit.* 29. *axiom.* 3. D. Barbos. *in l.cum prætor,* §. 1. *n.* 517. *ff. de iudic.* & plures per Cened. *ad Decretal. col-*
7 *lect.*61.*nu.* 5. Quid autem sit merum imperium, & quæ sub mero imperio contineantur disputant scribentes *in d. l. imperium,* vbi Bart. *n.* 6. *& 8. cum seqq.* Ias. *à n.* 16. Alex. 17. Gasp. Valasc. *nu.* 3. *&* 62. & nostri in *d. cap. quod sedem,* vbi Abb. *n.*5. Imol. 7. Alciat. 53. idem Alciat. *lib.*2.*paradox. cap.*7. Loriot. *de iurisdict.& imperio axiom.*25. Quintanad.*eod.tract.lib.*1.*tit.*8.*& lib.*2. *tit.* 2.Corral.*lib.*3.*miscel.cap.*17. Duaren. *in tit. de iurisdict. cap.* 3. *& seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Hæres tenetur & cogitur exonerare conscientiam defuncti.*
3 *Hæres absq; iusta causa per tempus notabile differens exequi defuncti voluntatem grauiter peccat.*
4 *Defunctus qui è viuis discedens sufficienter prouidit restitutionem, an ex hoc liberetur, etiamsi eius hæres negligat restituere, ostenditur.*
5 *Declaratur tex. in præsenti.*

Cap. In litteris. V.

1 SVper hunc tex.scripserunt Abb.antiq.Innoc. Collect. Zabarel.Io.Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Mari. Socin. Ximen. Toletan. *in concord. Vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. *&* 2. Viuian. *in ration. lib.* 5. *Iuris Pontif pag.* 138. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 681. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 14. *cap.* 6. & est post Concil. Lateranen. *par.*34. *cap.* 2.

2 *Et hæredes eius moneas, & compellas.* Notatur ad hoc, quod hæres tenetur & cogitur exornare Conscientiam defuncti, & soluere eius debita, & damna ab eo illata resarcire, vt per Cened. *ad Decretal. col-*
3 *lect.* 40. *nu.* 4. Grauiter enim peccat deferendo absq; iusta causa per tempus notabile exequi defuncti voluntatem, idq; tum aduersus eos, quibus bona defuncti sunt debita, contra quorum voluntatem iniustè ea bona detinentur, eorumq; vsu priuantur; tùm etiam aduersus defunctum ipsum quoad eleemosynas, suffragia, & alia legata pia, eorum quippè executio licet defunctorum merita non augeat, satisfactionem tamen pro peccatis eorum operatur, atque adeo in causa est, vt citius à Purgatorij pœnis exuantur, diuinoq; fruantur consortio, cum habeant, suffragia vnde subleuentur; colliguntur hæc ex Petr. Nau. *de restit. lib.*3. *cap.*4. *à n.*167.*& lib.* 4. *cap.* 4. *nu.* 75. Fr. Emman. *in sum.cap.*133. *num.* 8. Iacob. de Graffijs *in aureis decis. lib.* 1. *cap.* 26. *num.*15. *in fine,* Martin. Carillo *in explicat. Bullæ defunctorum par.* 2. *cap.* 15. Molin. de *Iustit. tract.* 2. *disp.* 251. *nu.* 11.

4 *A peccato valeat liberari.* Ergo defunctus à peccato non liberatur si eius hæredes omittãt, vel negligant restituere; Communiter tamen resoluunt Doctores defunctum, qui restitutionem hæredibus faciendam reliquit, interim quod hæredes non restituunt, non detineri ob hanc causam in Purgatorio: qui enim è viuis discedens sufficienter prouidit restitutionem, præcipiendo hæredibus vt ea restituãt & soluãt, etiamsi hæredes omittant aut negligant restituere, liberabitur è Purgatorio, nec amplius ibi detinebitur, quam exigunt pœnæ debitæ pro

alijs

alijs culpis, & negligentia sua in non restituendo. E contra vero si culpabiliter omisit restituere, hoc est nõ prouidit vt hæredes restituerẽt cum haberet vnde solueret, etiãsi hæredes restituant pro illo peccato & omissione restitutionis faciendæ à pœnis inferni non liberabitur. Colliguntur hæc ex Sot. *de Iustit. lib. 4. q. 6. art. 1. ad 1. in fine*, Nau. *in manu. cap. 17. nu. 68. vers. quæsitum*, Fr. Ludou. *in instructorio Conscientiæ par. 1. cap. 121. vers. an defunctus pag. 267.* Petr Nauar. *de restit. lib. 1. cap. 2. nu. 23. & lib. 4. cap. 4. dub. 1. à nu. 75.* Lodou. Carbo *de restitut. q. 90. vers. tertia dubitatio.* Ioan. Baptista Conrad. *de casibus Conscientiæ q. 160.* Mich. Salon. *in 2. 2. q. 5. de dominio art. 5. in princip. & q. 62. art. 1. in fine.* Greg. de Valent. *in 2. 2. disput. 5. q. 6. puncto 2.* Dim. Serpi *in tract. de Purgatorio cap. 47.* Vega *in sum. par. 2. cap. 114. casu 8. vers. el qual*, Card Bellarmin. *tom. 1. controu. 6. lib. 2. de Purgatorio cap. 16. ad fin.* Henriq. *in sum. lib. 1. de Pœniten. cap. 6. §. 1. in commento lit. A*, Spin. *in speculo testamen. glos. 28. princip. num. 7. & 8.* Iacob. de Graffijs *in aureis decis. par. 1. lib. 1. cap. 26. num. 15.* Sayr *in claui Regia lib. 10. tract. 1. cap. 2. nu. 6.* Martin. Carrillo *d. par. 2. cap. 14. nu. fin.*

5 Qua quidem opinione retenta restat nunc respondere ad tex. in præsenti, quatenus ei obstare videtur: Nau. enim *in man. cap. 17. n. 68.* asserit eius litterã mendosam esse, cũ legendũ sit valeant, & nõ valet, quasi ipsi hęredes sint, qui restituẽdo & satisfaciẽdo pro defuncto à peccato liberentur, non vero ipse defunctus: additq; Vivald. *in candelabro aureo par. 1. tit. de Purgatorio n. 16.* quod si tex. de defuncto esset intelligendus potius loqueretur in generali, scilicet à peccatis valeat liberari, quàm in particulari à peccato: deinde aduertit quod esset impropria loquutio tex. dicere vt defunctus valeat à peccato liberari, cum iam per Sacramentum, aut per contritionem fuerit à peccatis liber, & tantum remaneat pœnis luendis obnoxius, quemadmodum improprie diceretur de aliquo, qui vltimo supplicio erat puniendus, & Rex illi pepercit, si esset incarceratus propter expensas factas, parentes soluant expensas vt ille valeat à morte liberari, & ideo licet hanc solutionem diuinatoriam appellet Petr. Nau. *d. cap. 4. num. 75.* ei tamen se subscribunt Ludou. Lopez, Ludou. Carlo, Spino, Carrillo *cap. 14.* Sayr. *num. 6. in fine, dictis locis.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Raptor non dicitur, ac proinde puniri non debet, qui mulierem rapuit à principio consentientem, ac cum raptore tractantem de insimul contrahendo Matrimonium.*

3 *Raptor an dicatur attento Conc. Trid. qui rapit consentientem nescientibus parentibus.*

4 *Sponsam rapere licet, & Conc. Trid. non comprehendit raptum, quo sponsus rapuit propriam sponsam.*

5 *Vxor professa absque viri licentia ei restituenda est, si ipsa fateatur ante ingressum fuisse consummatum matrimonium.*

6 *Confessio sola professi in assertione Matrimonij spiritualis religionis aduersus religionem, nihil operatur.*

Cap. Cum causam VI. *Luc. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collectar. Zabarel. Ioan Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viui. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 139.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 681.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 14. cap. 4.* & est post Concil. Lateranen. sub Alexand. III. *par. 50. cap. 24.*

2 *Vbi nil ante de nuptijs agitur.* Notatur ad hoc, quod raptor non dicitur, ac perconsequens puniri non debet, qui mulierem rapuit illa à principio consentiente, ac cum raptore tractante de insimul contrahendo Matrimonio; de quo vide Ludou. Peguer *crimin. decis. 42. nu. 5. vers. neque enim obstat tex.* Decian. *in tract. crimin lib. 7. cap. 7. n. 20. & cap. 13. n. 46. & seq.* Farin. *in praxi crimin. par. 5. q. 145. n. 134. & seq.* Ioseph. Sesse *Aragoniæ decis. 96. num. 29.* vbi *num. 12. & 22.* resoluit de Iure Canonico raptum non committi, vbi præcessit tractatus Matrimonij, licet aliter de Iure Ciuili, de quo etiam Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 12. num. 15.* Attento vero Iure nouissimo Concilij Trid. *sess. 24. de reform. Matrim. c. 6.* quo habetur inter raptorem, & raptam quandiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere Matrimonium, nisi rapta à raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta illum in virum habere consenserit, &c.

3 dubitatur an raptor dicatur, qui mulierem rapit consentientẽ in terminis huius textus? in quo dubio mihi dicendum videtur hunc non dici raptorem, quando enim nulla vis infertur in abducenda fœmina, sed fœmina ipsa sponte, aut etiam precibus non adeo importunis discedit cum amatore nescientibus parentibus non est proprie raptus, sed potius fuga voluntaria, cum nulli vis inferatur, vt tenent Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 13. num. 9.* Gutier. *eod. tract. cap. 86. num. 12.* Bonacin. *eodemmet tract. q. 4. puncto 18. nu. 5.* Dixi, nescientibus parentibus, quia quando puella sub parentum custodia constituta ex eorum domo ipsis inuitis abducitur, quamuis ipse consentiat, illis tamen vis fieri dicitur, ac perconsequens in hoc casu dari verum raptum, & in eo procedere dispositionem Concilij Trid. citato loco resoluunt Prax. Episcop. *par. 2. verbo raptus, §. 1.* Fr. Emman. *in sum. tom. 1. cap. 232. nu. 1.* Petr. de Ledesma *in sum. par. 1. de Sacram. Matrim. cap. 26. concl. 2. dub. 1.* Card. Tusc. *tom. 6. verbo raptor concl. 5. nu. 4.* Henriq. *in sum. lib. 12.*

cap. 14.*nu*.4. Rebello *de obligat. Iustitia, par.* 2. *lib.* 3. *q.* 11. *nu*. 6. Farin. *d. q.* 145. *nu*. 121. *& seq.* Gutier. *d. c.* 86. *nu*. 17. Bonacin. *d. puncto* 18. *nu*. 5. Quamuis contrarium, immo dispositionẽ Concilij dicto loco non procedere eum puella sponte consentit repugnantibus parentibus teneant Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 13. *nu*. 13. Lessi. *de Iustit. lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 9. *nu* 70. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 22. *nu*. 31. *& lib.* 31. *nu*. 165. *vers. quinto*, & Aegid. de Coninck *de Sacram. & censur. tom.* 2. *disp.* 31. *nu* 48.

4 *Et prius eam desponsauerit.* Ergo licet sponsam rapere, vt per Baiard. ad Clar. §. *raptus nu*. 6. Petr. Caball. *resolut. criminal. casu* 196. *nu*. 8. Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 12. *nu*. 15. Farin *d. q.* 145. *n*. 88. Ac proinde decretum Concil. Trid. loco citato non comprehendere raptum, quo sponsus rapit propriam sponsam tenent Fr. Emman. *d cap.* 232. *nu* 4. Henriq. *d. c* 14. *nu*. 4. Sanch. *d. nu*. 15. Rebell. *d. q.* 11. *nu*. 5. Lessi. *d. nu*. 70. *vers. tertium*, Farin. *d. q.* 145. *nu*. 86. *vers.* 87. Marc. Anton. Genuen. *in practicab. ecclesiast. q.* 691. Bonacin *d. puncto* 18. *nu*. 11. Ioseph. Sesse *d. decis.* 96 *nu*. 4.

5 *Vel ex mulieris confessione claruerit.* Collige ex tex. vxorem professam absque viri licentia ei restituendam fore, si ipsa fateatur ante ingressum fuisse consummatum Matrimonium, vt per Sanch. *de Matrim. lib.* 10. *disp.* 12 *nu*. 50. vbi cum Abb. *hic nu*. 6. *& in cap. veniens, nu*. 2. *de conuers. coniug.* hoc intelligit quando vxor professa confitens in iudicio præuiam Matrimonij consummationem, vel præcedens adulterium re vera stat pro ipsa professione, & superiore conniuente eam confessionem fecit, tunc enim non est verisimile eam contra se mentiri, ac subinde confessio sibi præiudicat, & monasterio Nam in assertio-
6 ne Matrimonij spiritualis religionis sola confessio professi aduersus professionem nihil operatur *cap viduæ de regular cap. quod interrogasti* 27. *dist.* Mascard. *de probat. concl.* 1026. *nu*. 8. Nau. *conf.* 1. *nu*. 4. *sub tit. de adulter.* quos refert Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 1. *comp.* 15. *nu* 43.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Matrimonium inter raptorem & raptam validum est, si clare appareat de libera mulieris voluntate.*
3 *Raptor cum rapta contrahere non poterat secundum antiquos Canones.*

Cap. Accedens VII. & fin. *Innoc. iij.*

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 140. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 682. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 9. *cap. vnic.*

2 Probat hic tex. validum esse Matrimonium inter raptorem & raptam, modò appareat clare de libera mulieris voluntate, quæ hodie attenta nouissima Concilij Triden. dispositione *sess.* 24. *de reform. Matrim. cap.* 6. ela è apparebit si rapta extra raptoris potestatem abducta, ac loco tuto & libero cõstituta libere in Matrimonium consentiat: vide Decian. *tract. crimin. lib.* 8. *c.* 13. *num.* 48. Fr. Emman. *in sum. tom.* 1. *cap.* 232. *n.* 4. Matien. *in rub. tit.* 1. *glos.* 1. *num.* 142. *lib.* 5. *nouæ recop.* Henriq. *in sum. lib.* 12. *cap.* 14. *nu.* 4. Sanch. *de Matrimon. lib.* 7. *disp.* 12. *num.* 42. Lessi. *de Iust. lib.* 4. *cap.* 6. *dubit.* 9. *num.* 68. *cum seqq.* resoluentes attento hoc cap. non desiderari vt puella extra raptoris potestatem constituta, ac in pristina libertate posita consensum præbeat, sed satis esse vt valeat Matrimonium si rapta adhuc sub raptoris potestate existens vere libere consentiat.

3 In glos. [Cum raptore.] ibi (*secundum antiquos Canones, & secundum leges non poterat raptor contrahere cum rapta.*) Vide Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 12. *num.* 41. Fr. Basil. Ponci. *de impedimentis Matrim. cap.* 39. *vers. dixi quidem.*

De Furtis. Tit. XVIII.

Super hanc rub. scripserunt Zabarel. Anchar. Butr. Io. And. Mari. Socin. Panorm. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo Iuris Canonici, fol.* 142. *verso.* Petr. de Rauenna *in compendio Iuris Canon.* Martinus Mesnart. *in epitome Decretal. fol.* 186. Dan. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontif. à pag.* 659. Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alexand. Cassan. & Anastasi. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. sub hoc tit.*

De materia huius tit. agunt Ordin. Regia Lusit. *lib.* 5. *tit.* 60. vbi Parens meus, & apud Castellanos *l.* 1. *tit.* 14. *part.* 7. vbi Greg. *& tit.* 16. *lib.* 8. *Ordin.* vbi Perez, *& tit.* 11. *lib.* 8. *nouæ recopil.* vbi Azeued S. Thom. 2. 2. *q.* 66. & Caiet. ibid. Sot. *de Iustit. lib.* 5. *q* 3. *art.* 1. Angel. Syluest. Rosel Armil. Tabien. & alij Summistæ *verbo furtum*, Cou *in reg. peccatum par.* 2. §. 1. Bernard. & Salzed. *in pract. cap.* 93. *in nouiss. edit.* Rendina *in promptuario receptarum sentent. tom.* 1. *tit.* 51. *de furtis*, Vela *de delictis cap.* 12. Boss. *eod. tract. tit. de furtis*, Viui. Kirchou & Soar. *tom.* 2. *communium opin. lib.* 6. *tit.* 2. Menoch. *de arbitr. casu* 295. *cum seqq.* Mascard. *de probat. concl.* 822. *cum seqq.* Sayr. *in claui Regia lib* 9. *cap.* 13. Aloys. Ricc. *in collectan. decis. par.* 2. *collect.* 282. *cum seq.* Decian. *tract. crimin. lib.* 9. *cap.* 29. *cum seqq.* Farin. *in praxi crimin. par.* 7. *q.* 165. *cum seqq. vsque ad q.* 177. Azor. *instit. moral. par.* 3. *lib.* 5. *cap.* 21.

cum

cum seqq. Molin. de Iustit. tom. 3. tract. 3. disp. 680. cum seqq. Lessi. eod. tract. lib. 2. cap. 12. Rebell. de oblig. Iustitiae par. 1. lib. 3. q. 15. Valer. Reginald. in praxi fori poeniten. lib. 23. à princip.

Cap. Qui furatur I. ex Exod.

1 Super hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collectar. Zabar. Ioan. Andr. Anania. Hostien. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Mar. Socin. Ximen. Tolet. in concordantys vtriusq; Iuris cum legibus Castellę par. 1. & 2. Vivian. in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 140. Alagona in compendio Iuris Canonici pag. 682. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 26. cap. 1.

2 De poena furantis hominem, & eum vendentis vide l. 1. vbi glos. 4. tit. 14. lib. 4. for. legum & Christoph. de Pace in scholys ad leges styli l. 80. per tex. ibi num. 12.

SVMMARIVM.

1 Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.
2 Occisus in fragranti aliquo delicto in publico obstinatus censetur, ac per consequens pro eo non est orandum.
3 Damnatis ad mortem non est denegandum sanctissimum Eucharistiae Sacramentum.
4 Sententia corporis afflictiua non est mandanda executioni eo die, quo condemnatus ad mortem, sumpsit sanctissimum Eucharistiae Sacramentum.
5 Declaratur tex. in praesenti.

Cap. Fures II. Ex Conc. Tibur.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collectar. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Host. Anch. But. Henr. Panor. Marian. Socin. Ximen. Toletan. in concordantys vtriusque Iuris cum legibus Castellae p. 1. Vivian. in rationali lib. 5. Iuris Pontificy pag. 141. Alagona in compendio Iuris Canonic. pag. 682. refertur in appendice Concilij Lateranen. sub Alex. III. p. 34. c. 2. & à Burchard. lib. 11. Decretor. cap. 59. Iuon. p. 13. c. 45. & ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 26. c. 4.

2 *Visum est pro eis non esse orandū.* Vult text. in praesenti pro eo, qui occiditur in fragranti aliquo delicto non esse orādum, neque oblationem in Missa fieri debere tanquam pro eo, qui est in publico peccato obstinatus, & excommunicatus, ita Fr. Basil. Ponc. de impedimentis Matrimony, c. 35. in fine, vbi refert hic agi de raptoribus rerum Ecclesiasticarum, in quos lata est excommunicationis sententia. Et hunc tex. intelligendum esse de illis, qui furando, capiendo, vel alias mortaliter delinquendo occiduntur, dicit Fr. Emman. quaest. Regular. tom. 3. q. 61. art. 2. in fine.

3 *Communionem* Ex hoc tex. colligunt aliqui assumptionem corporis Domini Nostri IESV CHRISTI damnatis ad mortem esse concedendam, quod noue dispositum est apud nostros Lusitanos per Ordin. Reg. lib. 5. tit. 138. §. 2. vbi Parens meus, & apud Castellanos l. 9. tit. 1. lib. 2. nouae recop. vbi Azeued. & tenent Con. lib. 2. vari. c. 1. n. 11. Clar. lib. 5. §. fin. q. 99. nu. 3. Gom. tom. 3. var. c. 14. nu. 6. vers. item adde. Gam. in special. tract. de Sacramentis praestandis vltimo supplicio damnatis, Henriq. in sum. lib. 8. cap. 5. nu. 4. Nau. in man. c. 25. num. 23. & cons. 16. sub tit. de Poenit. & remiss. in antiq. Fr. Emman. quaest. Regul. tom. 2. q. 109. art 3. Azori. institut. moral. par. 1. lib. 2. cap. 10. q. 3. Martin. Delri. disquisit. magic. lib. 5. sect. 18. pag. mihi 423. Hortens. Caualcan. de brachio Regio, p. 3. n. 306. plures ex antiquioribus refert Cened. ad Decreta collect. 4. n. 1.

4 Sētētia vero corporis afflictiua executioni nō est mādanda eo die, quo condemnatus sumpsit corpus Sacratissimum D. N. IESV CHRISTI, vt per Clar. d. q. 99. n. 3. Cened. d. collect. 4. n. 3. & seruari Mantuae asserit Hortens. Caualcan. d. num. 306.

5 Verum haec praedictorum Doctorum opinio in se vera non probatur ex hoc tex. nam quicquid dicat glos. hic verbo communionem, huiusmodi verbum non de Eucharistiae communione, sed de communione Ecclesiastica iuxta quam & oratur pro mortuis, & offertur sacrificium (eorum nomina ad altare recitari consueuerant) ac conceditur ecclesiastica sepultura, iuxta illud cui communicamus viuo communicamus etiam defuncto, de quo in c. ex parte 11. in fine, de sepultur. Opponit enim tex. hic duo illa hominum genera, & eos, qui in crimine comprehensi occiduntur, nullis poenitentiae signis exhibitis, & eos, qui signis exhibitis poenitentiae decedunt, illis negat communionem, sepulturae scilicet, & oblationum, & orationum, ergo eandem concedit istis, atque hunc esse sensum huius tex. constabit legenti ea, quae praecesserunt illa p. 30. c. 1. & 2. in cuius fine adducitur ab Alex. III. Nec huic intellectui obstant sequentia verba huius tex. ibi, [sed si comprehensi, aut vulnerati Presbytero, vel Diacono confessi fuerint, communionem ei non negamus] quia presbyter, & Diaconus nominati sunt non tanquam absolutionem impēdentes, & confessionem excipientes, quamuis idoneus minister Presbyter sit, sed tanquam testes signorum Poenitentiae, ob quae sola etiam furi decedenti vult Ecclesia non negari communionem Ecclesiasticam, & absolutionem ab excommunicatione lata contra raptores rerum Ecclesiasticarum, ita subtilis Basil. Ponc. loco supra citato.

SVMMARIVM.

1 Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.

2 *Furans in extrema necessitate non peccat.*
3 *Furans aliquid in extrema necessitate, quo sibi subueniat indigenti, an postea factus locupletior debeat tandem restituere ostenditur.*
4 *Furans in extrema necessitate aliena non peccat.*
5 *Mulier fornicans propter necessitatem famis eur peccet, non autem propter eandem furans, ostenditur.*

Cap. Si quis propter. III. *Ex Pœnit. Theodori.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Mar. Socin. Casal. *in annot.* Ximen. Toletan. *in concordantys vtriusque Iuris tam legibus Castellæ par:* 1. *&* 2. Vinian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificy pag.*141. Alagona *in cōpend. Iur. Canonici pag.*682. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 26. *cap.* 5.

2 Probat hic tex. imponendam esse pœnitentiam ei, qui furatus fuit propter necessitatem famis, &c. qui necessario intelligendus est vbi necessitas non fuerit vrgens: ille enim qui in extrema necessitate constitutus est (quando scilicet, aut imminet alicui statim mors nisi ei succurratur, aut imminet periculum alicuius grauissimæ infirmitatis, & miseriæ, quæ moraliter loquendo homines conficere soleat) licite potest necessaria sibi accipere ex rebus alienis absque peccato furti, aut rapinæ, quando aliter suæ necessitati prouidere non potest, nam extrema necessitas reddit res communes, atq; adeo dominus rei non potest in tali casu rationabiliter ægre ferre, quod indigens rem suam accipiat, quod intelligendum est dummodo rei ablatæ dominus non sit in pari necessitate constitutus, tunc enim non licet illum re sua priuare cum in pari periculo, & necessitate melior sit conditio possidentis. Colliguntur hæc ex D. Thom. 2. 2. *q.* 66. *art.* 7. vbi Caiet. Bannes, Mich. Salon. & Petr. de Aragona, Clar. *lib.* 5. *§. furtum nu.* 24. Ioan. Medin. *in Cod. de Eleemosyna q.* 6. *&* 7. Petr. Nau. *lib.* 3. *de resti. lib.* 3. *par.* 4. *dub.* 5. *nu.* 371. *& dub. vlt. nu.* 415. Nau. *in man. cap.* 17. *num.* 5. *vers. quarto, & nu.* 118. *vers.* 25. Cou. *in reg. peccatum. p.* 2. *§.* 1. *n.* 3. Bonacos. *commun. crimin. p.* 1. *verbo famis fol.* 68. Tiraq. *de pœnis temper. causa* 33. Brun. *de cessione bonorum, p.* 4. *q.* 2. *nu.* 4. *vers. & ideo,* Tolet. *in instruct. Sacerd. lib.* 5. *c.* 15. Mex. *in tract. tassæ panis concl.* 1. *nu.* 12. Lara *in l. si quis à liberis in princip. nu.* 41. *ff. de liberis agnosc.* Benincas. *in tract. de paupertate q.* 7. *spec.* 9. *nu.* 20. *cum seqq.* Surd. *de alimentis tit.* 8. *priuil.* 39. Menoch. *remed.* 10. *recup. nu.* 97. *& de arbitr. casu* 132. *nu.* 27. *& cons.* 31. *nu.* 12. *& nu.* 30. *cum seq.* Didac. Quanter. *in quæst. crimin. tit. de furtis c.* 8. *nu.* 3. *vers. & quando liceat,* Sayr. *in claui Regia, lib.* 9. *c.* 14. *nu.* 17. *cum seqq. & lib.* 10. *tract.* 5. *cap.* 6. *nu.* 20. *&* 41. Farin. *in praxi crimin. q.* 7. *de furtis q.* 174. *nu.* 68. *cum seq.* Azori. *institut. moral. p.* 2. *lib.* 12. *c.* 8. *q.* 6.

3 Quæstio est dubia an huiusmodi in extrema constitutus necessitate alienum accipiens, quo sibi subueniat indigenti postea ne factus locupletior debeat tantundem restituere? in qua quæst. licet affirmatiuam partem sequantur Nau. *d. c.* 17. *n.* 61. Cou. *d. §.* 1. *n.* 4. Benincas. *d. spec.* 9. *n.* 37. verior tamen est negatiua in rebus vsu consumptibilibus, ex ea ratione, quia omnis obligatio restituendi nascitur, vel ratione rei acceptæ, vel ratione acceptionis, sed is, qui consumit aliena in extrema necessitate non obligatur ratione rei acceptæ, quia apud se non habet cum bona fide consumpserit: nec tenetur ratione acceptionis cum non fuerit iniusta, quia accepit in extrema necessitate, & ex alia parte non accepit per contractum, vel quasi contractum ex quo alioquin teneretur, ergo nulla est obligatio restituendi, ita Surd. *d. priuil.* 39. *n.* 11. *cum seqq.* Azori. *d. c.* 8. *q.* 7. Sayr. *d. c.* 6. *à nu:* 11. plures per Cened. *ad Decretum collect.* 48. *nu.* 5.

4 Amplia procedere supradictam resolutionem non solum in extrema necessitate propria, sed etiam aliena, ex Nau. *comment.* 2. *de regul. n.* 28. Surd. *d. priuil.* 39. *n.* 6. vbi *n.* 9. tenet licitum etiam esse furtum aliarum rerum quàm comestibilium, quando comestibilia non inueniuntur, quia potest quis aliam rem capere, & ex eius venditione pretium comparare ad emendum panem, nam regula est quod omnia sunt communia necessitatis tempore, & tex. in præsenti dum facit mentionem de veste, & pecore loquitur per modum exempli, quod non restringit regulam, & paria sunt quod quis panem rapiat, vel aliud ad comparandum panem.

5 In glos. [Pœniteat.] ibi. (*sed quare non excusatur mulier à fornicatione propter necessitatē famis.*) Respondet Surd. *d. tit.* 8. *priuil.* 40. vel quia tempore necessitatis res omnes sunt communes, humana autem creatura non est in fructu, & mulieres non sunt communes: vel quia fornicatio non extinguit famem sicut furtum, vel quia fames cogit immediate ad furandum, fornicatio vero mediate. Vnde bene Henriq. *in sum. lib.* 11. *cap.* 8. *nu.* 3. *in commento lit.* G. quærit quare in extrema necessitate liceat accipere rem alienam, & occidere inuasorem, nec id est contra quintum, aut septimum præceptum, & respondet quia est medium per se ordinatum in finem conseruationis, & defensionis propriæ, non tamen licet fornicari, aut mentiri, quia non est medium per se.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc text. scribentes.*
2 *Furem, aut furtum non indicans, quando peccet, & ad restitutionem obligetur, ostenditur.*
3 *Episcopi, & eius Vicarij possunt etiam ad instantiam*

tiam partis concedere monitorias generales contra occultantes bona alienius, & non manifestantes, quod intellige vt ibi.

4 *Furans rem alienam si ea indiget ad subleuandam propriam necessitatem, an teneatur vi monitorialium, ostenditur.*

5 *Defendere vitam, & bona proximi defensione indigentis, & volentis quilibet tenetur sub peccato mortali, si commodè, & absque notabili damno poterit.*

6 *Turpiter accipit, qui gratis tenetur præstare.*

7. *Declaratur. l. 4. §. si tibi ff. de condict. ob turpem causam.*

8 *Inuentor rei alienę an eam teneatur gratis domino restitnere, ostenditur.*

Cap. Qui cum fure. IIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Host. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantiis vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag.* 141. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 682. desumitur ex D. Hieron. super Parabolas *Prouerb. cap. 29.* refertur ab Ant. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 26. cap. 6.*

2 *Non fur solum.* Aduertit Cou. *in reg. peccatum, p. 2. §. 3. n. 4. & 5.* quod etsi in præsenti furti conscius id non reuelans possessori, & domino, fur appelletur, id verum est quoad furti culpam, non tamen quoad obligationem restituendi. Et Flores de Mena *vari. quæst. lib. 1. q. 18. nu. 8.* dicit quod præterquam quod loquatur quoad forum interius, loquitur etiam de indicando furto, & non de indicando fure, quia aliud est indicare furem, & ad hoc non tenetur sciens, & aliud indicare furtum, aut rem furatam, & ad hoc tenetur sciens, prout tex. hic decidit.

3. *Quærente possessore non indicat.* Ergo Episcopi, & eius Vicarij possunt etiam ad instantiam partis concedere monitorias generales sub excommunicatione contra eos, qui alienum vel iniuste detinuerint, & intra certum tempus non restituerint, vel ab alio sic detentum scientes non reuelauerint, vt per Abb. hic *nu. 2.* Fr. Emman. *in sum. tom. 2. cap. 79. in princip.* & præcipue *à nu. 2.* Nau. *in man. c. 17. nu. 114. & 115. & cap. 18. nu. 40.* Gutier. *canon. lib. 1. c. 11 nu. 1 cum seqq.* Lessi. *de iustit. lib. 2. c. 30. sub nu. 43. & 50.* Cou. *in reg. peccatum, p. 2. §. 3. nu. 5.* Flor. de Mena *vari. quæst. lib. 2. q. 18. nu. 58. & 59.* Cordub. *in suo quæstion. lib. 1. q. 43. dub. 2. vers. contra supra dicta.* Quæ quidem resolutio limitatur quando accipiens alienum retinuerit illud in compensationem iustam alicuius debiti legalis, cuius solutionem aliter obtinere commode non potuerit, tunc enim ipse detinens, & compensans non tenetur restituere, & respondere dictis monitorijs, sicut nec alij, qui certo & bene nouerint iustitiã dicti debiti sic compensati, vt bene resoluunt Syluest. *in sum. verbo furtum 1. q. 5.* Nau. *d. nu. 114.* Gutier *d. cap. 11. nu. 67. cum seqq.* Lessi. *d. n. 50.* & alij, quos refert, & sequitur Fr. Emman. *d. cap. 79. nu. 11.* recte aduertentes ab huiusmodi reuelatione non excusari illum, qui dicti debiti legalis certus non fuerit, sed dubius, licet taliter compensans affirmet illud præcessisse, nisi idem compensans esset eius fidei, virtutis, & auctoritatis, vt merito propter solum eius dictum deberet audiens depellere hanc dubietatem, iuxta sententiam *glos. verbo actiones, ad fin. in l. Titio fundus 73. ff. de condit. & demonst.* quam in hoc vt singularem commendat Nau. *d. nu. 114. in fine,* Fr. Emman. *d. nu. 11.*

4 Deinde limitatur quando ipse, qui rem alienam furatus est, indiget ea ad subleuandam propriam necessitatem, vt quia facta ipsius restitutione incideret in extremam inopiam, vel etiam sustineret grauissimam sui status iuste obtenti iacturam ob incalamitatem absque sui culpa ex improuiso eidem superuenientem, & ad eas angustias redigentem, vt hanc restitutionem rei olim furatæ facere non possit absque dicti status iactura, & insimul supponatur ex hac restitutionis dilatione leue solum detrimentum imminere creditori, etenim in hoc etiam casu damnum hoc ex dicto furto præterito imminens eidem creditori est accidentale tantum, nec dici potest imminere ex actuali malitia furis, quippe quod eam non habet dum non restituit in his indigentiæ terminis, quia scilicet huiusmodi indigentia dum durat solet à restitutione excusare quantumuis debitum procedat ex furto, vel alio quolibet delicto, iuxta ea, quæ ad intellectum, & limitationem tex. *in reg. peccatum de regulis Iuris in 6. & in c. si res aliena 14. quæst. 6.* cũ similibus, resoluunt post alios Cou. *in ead. reg. peccatum par. 1. in initio nu. 2.* Nau. *in man. cap. 17. nu. 55. in fine, cum seqq.* Lessi. *de iustit. lib. 2. cap. 16. à nu. 26.* quicquid oppositum quoad prædictam status iacturam in debito proueniente ex delicto crediderint in sola restitutionis dilatione ob extremam necessitatem consentientes cum alijs per eosdem relatis Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 754. sub nu. 2. col. 2. in med.* Rebell. *de obligat. Iustitiæ, p. 1. lib. 2. q. 17. sect. 4. nu. 24. & 26. iunctis præcedentibus à nu. 21.* vnde bene Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 3. cap. 6. nu. 31.* resoluit abscondentem bona aliqua in fraudem creditorum ea in suam ipsorum solutionem ex legitima adiudicatione prætendentium ne ab illis capiatur si ei essent necessaria ad vitam sustentandam, posse etiam rogatum à iudice iurare amphibologice se nulla bona abscondita habere, atque idem posse iurare idem scientes, dummode illis constet licite eum abscondere ad dictum finem, intelligendo scilicet secum non habere bona abscondita, quæ ipse teneatur iudici manifestare, quasi hæc, & non alia sit,

nec esse possit intentio legitima huius interrogationis, &c.

5 In gloss. [Indicat] ibi (*Vt non peccat, qui aliquid accipit, vt indicet.*) Opponit gloss. hæc de tex. *in l.4.§.si tibi ff. de condict. ob turpem causam, & in l. solent vers. solent. ff. de præscriptis verbis*, dum probant posse quemlibet pecuniam, vel quid aliud accipere etiã ex pacto pro seruis fugitiuis, vel aliarum rerũ furibus indicandis, difficultas ex eo oritur quia sub peccato mort. quilibet tenetur defendere vitam, aut bona alia proximi huiusmodi defensionis volentis, & ea indigentis si commode, & absq; notabili damno poterit, vt per Cou *in reg. peccatũ, p.2.§.3. sub n.4. & 5.* Clau. *in rep. l. vt vim vi ff. de Iustitia sub n. 127.* vbi Curt. *n.59.* Hippol. Rimin. *sub n.391. & Bologn. num. 79.* Molin. *de Instit. tom. 4. tract. 3. disp. 18. nu. 2.* Flor. de Mena *vari. q.18. n.9. & 30.* Farin. *in pra. crim. q.125. nu. 306.* ac proinde
6 non posset pro huiusmodi defensione accipere ex pacto aliquã pecuniã, quia scilicet turpiter accipiet cum gratis teneretur implere hanc suã obligationem, iuxta tex. & ibi notata *in l. 2. & in l.4. & in l. vlt. ff. de condict. ob turpem caus.* post alios Ant. Gomez *vari. tom. 3. cap. 2. sub num. 8.* Cou. *d. §. 3. n.6.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 93. à nu. 1. cum seqq.* Lessi. *eod. tract. lib. 2. cap. 14. à nu. 62.* Quare dicendum est *in d. l.4. & in d. l. so-*
7 *lent*, non fuisse pecuniam acceptam, vel promissam in prçmiũ pro sola simplici manifestatione serui fugitiui, vel furis, vel rei furtiuæ, pro hac enim manifestatione vtpote cõtinente debitam bonorũ proximi defensionẽ accipi nihil posset ab eo, qui absque labore, & expẽsis rẽ ipsam inueniret, aut nosceret eius locũ, vel eundemmet furẽ sine cuius indicatione res furtiua domino reddi fortasse non posset, vt post alios aduertit Couar. *d. §. 3. sub nu. 5.* Molin. *d. disp. 93. num. 3. cum seqq.* Lessi. *d. cap. 14. num. 66. & 69.* fuit ergo in terminis prædictorum Iurium accepta vel promissa pecunia in præmium pro alio diuerso & licito respectu, videlicet pro labore & industria inquirendi seruum fugitiuum, aut aliam rem furtiuam, eiusq; furem, vt benè intelligit Couar. *vbi proxime*, Molin. *d. num. 3. post princip.* Lessi. *d. num. 66. & 69.* & satis indicant verba tex. *in d. l. solent*, ibi, solent etiam mercedem huius rei accipere, &c. iuncta proprietate verbi, mercedem, quæ proprie datur pro labore, iuxta illud vulgare dignus est operarius mercede sua, & iunctis etiam his, quæ in quolibet alio opere in alterius commodum cedente resoluit Lessi. *vbi proxime*, & Molin. *d. nu. 3. col. 2. vers. iuxta posteriorem*, inde cõstituens quod licet illud opus sit in obligatione ex præcepto charitatis, tamen compensandum est ab eo, in cuius vtilitatem cedit, pro modo scilicet laboris, & sumptuum, si hæc pretio digna sint, id consequenter obseruans ad curam medicorum, ad patrocinium aduocatorum, & ad exhibendum cibum extreme indigenti, aut equum ad euadendam mortem iniustam, & ad domum proximi ab incendio, aut directione liberandam, & ad alias similes subuentiones erga proximum, ad quas licet quilibet dum potest ex charitate obligetur, tamen ad eas gratis exhibendas non obligatur, sed pro pretio labori & sumptibus respondente si dictis solutionibus indigens soluendo fuerit, quod etiam obseruat Nau. *in man. c. 17. à n.61.*

8 Iuxta quam resolutionem intelligenda etiam sunt & limitanda verba text. *in l. falsus §. qui alienum ff. hoc tit.* vt scilicet dum dicunt improbe peti aliquid pro restitutione rei inuentæ domino faciendæ, intelligantur procedere non quidem vt excludant iustam compensationem laboris, industriæ, & expensarum factarum in inuentione eiusdem rei, iuxta suprapositam resolutionem, sed solum procedant quando eorum nihil impensum est, tunc enim gratis restituere tenetur inuentor, vt post Bart. *in d. §. qui alienũ*, & post Alber. & Ias. *in d. §. si tibi*, & post alios alibi resoluit Cou. *d. §. 3. num. 3.* Azeued. *l. 6. num. 55. & 60. tit. 15. lib. 4. noua recopil.* Anton. Gom. *tom. 3. var. cap. 5. sub nu. 2.* Less. *d. cap. 14. num. 66. & 72.* Molin. *d. tract. 2. disp. 83. num. 6.* Rebell. *d. q. 20. num. 3.* bene insuper aduertens posse inuentorem recipere iuste & retinere datum etiam ob solam restitutionem rei sine vllo labore, aut impensis inuentæ, si tamen legitime appareat saltem ex coniecturis id sibi gratis, & sponte à domino datum fuisse.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Calicem rapiens sacrilegium committit.*
3 *Confessus sponte mitius punitur.*
4 *Criminosi & infames occulti si promoueri volunt non debent aliqua ratione prohiberi.*

Cap. Ex litteris. V. & fin. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Io. Andr. Anania. Hostien. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Mar. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusq. Iuris cum legibus Castellæ par. 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 142.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 683.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 26. cap. 7.*

2 *Calicem quendã in Ecclesia, &c.* Et ita rapiens Calicem sacrilegium committit ratione rei sacræ, de quo vide Less. *de Iustitia lib. 2. cap. 45. de sacrileg. num. 15. cum seqq.* Soar. *de relig. tom. 1. tract. 3. de sacrileg. lib. 3. cap. 5. à nu. 4. & cap. 6. à princip.*

3 *Si sponte confessus.* Ergo mitius punietur qui sponte confessus est, de quo vide Tiraq. *de pœnis temper. cap. 30. à princ.* Clar. *in pract. §. fin. q. 60. vers. non desunt*, Direct. Inquisit. *par. 3. commento 12.*

to 12. col. 5. Farin. *in praxi crimin. q.* 81. *nu.* 36. *&* 172. Mat. Antonin. *vari. resolut. lib. 3. resol.* 20. *vers. quartus, & resol.* 35. *nu.* 2.

4 *Ad sacros Ordines non dubites promouere.* Notatur ad hoc, quod criminosi & infames occulti si promoueri voluerint, non debent aliqua ratione prohiberi, vt per Bellet. *disquisit. cleric. par.* 1. *tit. de discipl. i-na cleric.* §. 10. *nu.* 36.

De Vsuris. Tit. XIX.

Vper hanc rubr. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. latè Marian. Socin. Anchar. Butr. Panorm. Aloys. Ricci. *collect.* 2045. Durand. *in breuiario aureo Iuris Canonici fol* 144. Ioan. de Londres *in breuiario sanctorum Canonum, fol.* 181. Petr. de Rauenna *in compendio Iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epithome Decretal. fol.* 186. *verso*, Dan. Venat. *in analysi methodica Iuris Pontif. à pag.* 662. Goffr. & Hostien. *in summa huius tit.* Alexand. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. sub hoc tit.*

De materia huius tit. agunt Ordin. Regiæ Lusitan *lib.* 4. *tit.* 67. vbi Parens meus, & apud Castellanos *l.* 46. *tit.* 6. *par.* 1. vbi Gregor. Lop. *& l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 8. *Ordin.* vbi Perez, *& l.* 4. *tit.* 6. *lib.* 8. *nouæ recop.* vbi Azcue à Clar. *in pract.* §. *vsura*, Couar. *vari. lib.* 3. *cap.* 1. *cum seqq.* Nauar. *in manu. cap.* 17. *num.* 206. *cum seqq. & in comment. de vsuris ad cap. si fœneraberis* 14. *q.* 3. Viui. Soar. Kirchou. & alij *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 4. *tit.* 22. *pag. mihi* 595. *cum seqq.* Menoch. *de arbitr. casu* 398. *& de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 122. D. Barbos. *in l.* 2. *par.* 1. *ff. soluto Matrimon.* Gasp. Roderic. *de annuis redditib. lib.* 3. *quæst.* 4. Felician. *de censib. lib.* 1. *cap.* 5. Curi. Philip. *p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 1. Decian. *in tract. crimin. lib.* 4. *cap.* 27. Morl. *in emporio Iuris par.* 1. *tit.* 8. *quæst.* 25. Vela *de delictis cap.* 38. Gutier. *canon. lib.* 2. *cap.* 18. Marquard. *de infidelib. par.* 1. *cap.* 11. Bernard. & Salzed. *in pract. cap.* 91. *&* 92. *in nouiss. edit.* Ioseph Sesse *Aragonia decis.* 148. Don Garc. Mastril. *Siciliæ decis.* 106. Bobadil. *in sua politica lib.* 2. *cap.* 17. *nu.* 42. Valasc. *cons.* 56. *num.* 2. *& cons.* 70. Pradil. *in summa legum pœnalium lib.* 1. *cap.* 30. Bernardin. Muscatel. *in praxi crimin. tit. de vsuris*, Cardos. *in praxi iudicum & aduocat. verbo vsura*, Aloys. Ricc. *in collect. decisionum collect.* 272. 356. 622. 1384. 2045. 2046. *&* 2078. Galganet. *de Iure publico lib.* 1. *tit.* 43. Rendina *in promptuario recept. sentent. tom.* 1. *tit.* 127. *de vsuris*. Et de vsuris integros tractatus edidere Alphons. de Villagut, Laurent. de Rodulphis, Otthomanus, Lup. Geminianus; circumfertur quoque volumen continens tractatus illorum trium eruditiss. virorũ Petri Gregor. Alphons. à Neapoli, & Lelij Zecchij. Item Theologi de vsuris agunt *in* 4. *dist.* 15. vbi Gabr. *quæst.* 11. & Mai. *q.* 29. D. Thom. & eius interpretes 2. 2. *q.* 78. Sot. *de Iustit. lib.* 6. *q.* 1. Conrad. *de contractib. tract.* 2. *per* 37. *quæstiones*, Medin. *de rebus restituendis ex vsura*; D. Antonin. *par.* 2. *tit.* 1. *cap.* 6. *cum seqq.* Angel. Rosel. Syluest. Armill. Caiet. & cæteri summistæ *verbo vsura*, Petr. Nauar. *lib.* 3. *de restit. par.* 2. *cap.* 2. Bonacin. *de contractib. disp.* 3. *q.* 3. *puncto* 2. Et ex doctiss. Patribus Societatis IESV. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 303. *cum seqq.* Leonard. Lessi. *eod. tract. lib.* 2. *cap.* 20. *dubit.* 4. *cum seqq.* Rebell. *de obligat. Iustitiæ par.* 2. *lib.* 8. *de vsuris*, Azor. *instit. moral. par.* 3. *lib.* 5. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 25. *nu.* 44. *cum seqq.* Ioan. de Salas *de contract. tract. de vsuris.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Declaratur tex. in præsenti.*
3 *Vsurarum crimen ad Ecclesiam pertinet.*
4 *Vsuras faciens à clericatu reijcitur.*
5 *Fructus intelliguntur deductis expensis.*

Cap. Plures. I. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henric. Boich. Panorm. Bero. Henric. Canis. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. *&* 2. Viui. *in rationali lib.* 5. *Iur. Pontif. pag.* 143. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 683. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 15. *cap.* 1. & est post Concil. Lateraneñ *par.* 16. *cap.* 9.

2 *Possessio libere ad dominum reuertatur.* Id est proprietas, quia cum ex contractu vsurario, qui est ipso iure nullus, non transferatur dominium, vtpotè lege resistente, ideo actor semper mansit dominus, & pro recuperanda re ei competit actio rei vendicationis; vt per Valasc. *cons.* 70. *nu.* 8.

3 *Ecclesiastici officij.* Ergo vsurarum crimen ad Ecclesiam pertinet vt per Alex. *cons.* 29. *num.* 6. *lib.* 4. Deci. *cons.* 170. Ias. *cons.* 153. *lib.* 4. vide tamen inf. ad *cap. post miserabilem hoc tit.*

4 *Periculum patiatur.* Ergo à clericatu reijcitur qui vsuras fecerit, vt per Bellet. *disquisit. clerical. par.* 1. *tit. de disciplina clericali* §. 10. *nu.* 35.

5 In glos. [Deductis expensis.] ibi (*deducenda sunt expensa, & quod superest est fructus.*) Notatur ad hoc quod fructus intelliguntur deductis expensis, vt per Tiraq. *de retract. lig.* §. 15. *glos.* 1. *in princ.* Xuar. *tit. de las arrhas n.* 6. Menoch. *remed.* 15. *recup. n.* 574. Cott. *in memorab. verbo statuto fol.* 721. Mexi. *in tract. tassa panis cõcl.* 2. *n.* 88. *cũ seqq.* Surd. *de alim. tit.* 9. *q.* 12. *n.* 15. Gonz. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 7. *proœm. n.* 163. Gemi. *de vsur. commen.* 3. §. 6. *nu.* 146. Ceual. *commun. contra commun. q.* 897. *num.* 516. Perez *in rubr. tit.* 2. *glos.* 3. *pag.* 17. *lib.* 8. *Ordin.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Vsura omni iure reprobantur.*
3 *Creditor non potest sibi retinere fructus pignoris, sed debet eos in sortem computare.*

Cap. Quoniam. II.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. And. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henric. Canis. Henric. Boich. Panorm. Bero. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castell. p.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 143. Alagona *in compendio Iuris Canonic. pag.* 684. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 15. *c.* 4. & est post Concil. Lateranen. *p.* 16. *cap.* 3.

2 *Periculosum est vsurarum lucris intendere.* Generaliter enim reprobantur omni iure, naturali, Diuino, & humano, vt per Cou. *d. c.* 1. *nu.* 3. & 5. Ozasc. Pedam. *decis.* 137. *nu.* 7. Felician. *de censib. lib.* 1. *cap.* 5. *nu.* 16. Azori. *instit. moral. par.* 3. *lib.* 5. *cap.* 2. Mori. *in emporio Iuris, par.* 1. *tit.* 1. *in prælud. n.* 47. *prope fin. & tit.* 8. *q.* 25. *nu.* 11. Cardos. *in praxi iudicum verbo vsura nu.* 2. Pradil. *in summa legum pœnalium, par.* 1. *cap.* 30. *nu.* 3. Castil, *quotid. lib.* 2. *cap.* 1. *nu.* 13. & *lib.* 3. *cap.* 23. *nu.* 66. Bernard. Græuæ, *ad practicam Cameræ Imp. lib.* 2. *concl.* 5. *in coronide*, Marta *in votis nomiss. decis. voto* 213. *n.* 1. Molina *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 304. Rebell. *de obligat. Iustitiæ, par.* 2. *lib.* 8. *q.* 2. *sect.* 2. *nu.* 8. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 23. *à nu.* 48. Ioan. de Salas *de contract. tract. de vsuris, dub.* 3. *art.* 1. Hieron. de Laurent. *Auenionen. decis.* 48. Camill. Borrel. *cons.* 79. Rota *decis.* 114. *nu.* 4. & *decis.* 296. *nu.* 4. & *decis.* 307. *nu.* 2. *apud* Farin. *collect.* 1. *nouiss.* Cald. Pereira *de empt. cap.* 29. *nu.* 23. plures per Cened. *ad Decretal. collect.* 41. *num.* 1.

3 *Sortem deductis expensis, &c.* Notatur ad hoc, quod creditor non potest sibi retinere fructus pignoris, sed debet eos in sortem principalem computare, vt per Doctores citatos *ad cap. cùm contra, sup. de pignorib.* quibus adde Curi. Philip. *par.* 2. *lib.* 2. *cap.* 1. *nu.* 8. Salas *de contract. tract. de vsuris dub.* 28. Bonaci. *eod. tract. disp.* 3. *q.* 3. *puncto* 9. *nu.* 1. Valer. Reginald. *in d. praxi lib.* 25. *n.* 240. & *seq.* Intellige de fructibus, qui seruando seruari non possunt saltem diu, quibus creditor vti potest, ac eos conuertere in vsum suum, vel vendere, dummodo tamen valorem compenset in sortem principalem: si tamen essent tales fructus, qui possent durare in tempus, quo deberet res restitui debitori, tunc creditor neque cogeretur, immo neque posset illos distrahere, sed deberet soluto debito illos creditori restituere, vt per Greg. Lop. *l.* 2. *verbo tenudo tit.* 13. *part.* 5. Gemin. *de vsuris commento* 3. *§.* 6. *num.* 143. & 144. vbi resoluit quod fructus non dicuntur consumpti, licet sint commixti cum alijs fructibus, & quod debet consumptio probari per allegantem, cùm in dubio non præsumatur; additq; fructus in vino, oleo, frumento, & similibus non præsumi durare vltra triennium, illos vero, qui consistunt in pecunia, vt sunt pensiones domorum, perinde esse, acsi consumpti essent, nam statim extenuant debitum.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Vsurarij manifesti qui dicantur, ostenditur.*
3 *Vsurarius non admittitur ad Eucharistiam, donec publicè satisfecerit.*
4 *Vsurarius manifestus decedens in hoc peccato carere debet Ecclesiast. sepultura.*
5 *Vsurarij non admittuntur ad oblationem faciendam.*
6 *Vsurarios manifestos recipiens ad Comunionem altaris, vel ad Ecclesiast. sepulturam, quam pœnam incurrat, ostenditur.*
7 *Consuetudo non valet de præstandis, seu soluendis vsuris.*
8 *Statutum non valet vsuras inducens.*

Cap. Quia in omnibus III.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Io. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Panorm. Henric. Bero. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castella par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 143. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 684. & *vol.* 4. *repet. in Iure Canon. ad lib.* 5. *Decretal.* Ioan. Crot. Desumitur ex Concil. Lateranen. sub Alex. III. *cap.* 35. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 15. *cap.* 2.

2 *Vt vsurarij manifesti.* Dicũtur quicunque sunt notorij, vel per sententiam iudicis, vel per propriam confessionem in iudicio, vt per Abb. hic, Angel. *verbo vsura* 2. *nu.* 19. Syluest. *eod. verbo* 9. *q.* 2. Nau. *in man. cap.* 17. *nu.* 280. Azori. *instit. moral par.* 3. *lib.* 5. *cap.* 18. *vers. quæres quid*, vbi etiam dicit ex hoc sequi non sufficere si vsurarius crimen fateatur etiam coram testibus, aut Sacerdote extra confessionem, nec sufficere si vsurarius infamia laboraret, aut quod adsint argumenta, vel iudicia vsuræ contra eum.

3 *Nec ad Cõmunionem admittãtur altaris.* Notatur ad hoc, quod vsurarius non admittitur ad Eucharistiam donec publicè satisfecerit, vt per Emman. Sa *verbo vsura nu.* 7. Card. Tusch. *tom.* 8. *concl.* 354. Bonacin. *de contractib. disp.* 3. *q.* 3. *puncto vlt. nu.* 1. Vel cum Gemin. *in comment.* 4. *de vsuris sub præfat. n.* 19. præ-

prædicta huius tex. verba intelligi poſſunt, id eſt nec ad Eccleſiam admittantur quando celebrantur diuina, quia aſsiſtentes in Eccleſia debent admitti ad Communionem altaris.

4 *Nec Chriſtianam, &c.* Notatur ad hoc, quod vſurarius manifeſtus decedens in hoc peccato carere debet Eccleſiaſtica ſepultura, & ſic non eſt ſepeliendus in cœmiterio Eccleſiaſtico, nec clerici ſepulturæ interueniendi ſunt, vide Gemin. *in d. præfat. nu.* 11. Salas *de contractib. tit. de Vſuris dub.*47.*nu.*9.Bonacin.*d. nu.*1. *Verſ. ſecunda*, Perez *in rub. tit.* 2. *gloſ.* 1.*pag.*26.*lib.*8.*Ordin.* Gutier. *canon.lib.*2. *cap.*19.*nu.*3.*&* 12.

5 *Sed nec oblationes eorum, &c.* Notatur ad hoc, quod vſurarij non admittuntur ad oblationem faciendam, ſed eam debet clericus reſpuere, vt per Gemin. *d. commento* 4. *in præfat. nu.* 12. Azori. *inſtitut. moral. par.* 1. *lib.* 7. *cap.*38. *q. vlt.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.*23.*nu.*95.

6 *Qui autem acceperit, &c.* Notatur ad hoc, quod recipiens ad Communionem altaris, vel Eccleſiaſticam ſepulturam manifeſtos vſurarios, de quorum pœnitentia non conſtat, ſuſpenditur ab exequutione ſui officij, donec ad arbitrium ſui Epiſcopi ſatisfaciat, vt per Valer. Reginald. *in d. praxi lib.* 32. *tract.* 2. *n.* 73. *in princip.*

7 *Inualuit, &c.* Notatur ad hoc, quod non valet conſuetudo de præſtandis, ſeu ſoluendis vſuris, vt per Flamin. *de confident.q.*3.*n.*34. Rota apud Farin. *deciſ.* 552. *nu.*13.*par.* 1. *recent.* Nam conſuetudo non ſuffragatur in materia vſuræ, Rot. *deciſ.*336.*nu. vlt. &* *deciſ.* 338. *nu.* 2. apud Farin. *collect.*1.*nouiſſ.* Nec valet ſtatutum illam inducens, Surd. *de aliment. tit.*1.*q.*45.*nu.*25.

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Vſuræ iure naturali prohibitæ ſunt, & Diuino.*
3 *Vſurarius contractus à Papa confirmari non poteſt.*
4 *Mendacium omne, quod proximum lædit, vel in iudicio dicitur, eſt peccatum mortale.*
5 *Mendax omnibus odioſus eſt.*
6 *Mendax ſemper doloſè, & cum fraude procedere præſumitur.*
7 *Mendax non punitur niſi in caſibus à iure expreſſis.*
8 *Mala non ſunt facienda, vt inde eueniant bona.*
9 *Malum minus conſulere licitum eſt, gratia vitandi maioris, quando is, cui conſulitur conſtitutum apud ſe habebat maius illud malum perpatrare.*
10 *Malum minus cum præiudicio tertij in particulari ſuadere non licet.*
11 *Vſurarum crimine nec pro redimenda vita captiui inuolui quis poteſt.*
12 *Iuramentum ab infideli parato iurare per falſos Deos ad redimendam ſuam neceſſitatem, & vexationem licitè quis petere poteſt.*
13 *Iuramentum à fideli, quem moraliter ſcit, aut præſumit paratum eſſe ad iurandum falſum poteſt quis ad redimendam vexationem in caſu neceſſitatis, aut debiti exigere.*
14 *Sacramenta à ſacerdote parato conferre in peccato mortali poteſt quis exigente neceſſitate petere.*
15 *Miniſtro ad redimendam vexationem poteſt quis licitè dare temporalia pro Sacramentis conferendis, ſi aliter conferre nequeat.*
16 *Maleficium vt ſoluat poteſt quis aliquando à maleſico parato petere, quando poteſt licitè modo ſibi noto facere.*

Cap. Super eo. IIII.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania. Hoſt. Anch. Butr. Henr. Boih. Henric. Caniſ. Caſal. *in annot.* Panor. Bero. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ par.* 1. *&* 2. Vitian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 148. Alagona *in compend. Iuris Canonici pag.*684. *& vol.*4.*repet. in Iure Canonico ad lib.* 5. *Decretal.* Ioan. Croc. refertur ab Anton. Auguſtin. *collect.* 1. *Decretal.lib.* 5. *tit.* 15. *cap.* 3. & eſt poſt Concil. Lateraneñ *ſub Alexan. III. par.*16. *cap.* 1.

2 *Cum vſurarum crimen, &c.* Notatur ad hoc, quod vſuræ Iure naturali, & Diuino prohibitæ ſunt, ad quod vide Doctores citatos *ad cap.* 2. *nu.* 2. *ſup. hoc tit.*

3 *Super hoc diſpenſationem aliquam, &c.* Notatur ad hoc, quod contractus vſurarius à Papa confirmari non poteſt, vt per Perez *in rub. tit.* 2. *gloſ.* 1. *pag.*20. *verſ. tertio lib.*8.*Ordin.* Rot. *deciſ.*114. *n.* 3. *& deciſ.* 296. *nu.* 4. apud Farin. *collect.* 2. *nouiſſ.* Sayr. *in claui Regia lib.*3.*cap.*10. *nu.*8.

4 *Pro alterius vita mentiri.* Nam omne mendacium quod proximum lædit eſt peccatum mort. vide Nau. *in cap. negotium nu.* 7. *& in cap. fratres, nu.*14.*&* 22. *de Pœnit. diſt.* 5. Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſ.* 3. *nu.*53. *cum ſeqq.* Sayr. *in claui Regia lib.*12.*cap.* 2. *à nu.* 14. Seraphin *de priuilegijs Iuram. priuil.*31.*nu.*41.*cum ſeqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 24. *à num.* 31. Fr. Ludou. Bejam *reſponſ. caſuum conſcientiæ, par.*2.*caſu* 13. Prax. Epiſcop. *par.* 1. *verbo excommunicatio pag. mihi* 142. Item & illud quod dicitur in iudicio, Cou. *lib.*1.*Vari.cap.*1.*nu.*2. Mexi. *in tract. taſſa panis concl.* 3. *nu.* 13. Fr. Emman. *in ſum. tom.*1.*cap.*2.*nu.*5. Sayr. *d. cap.* 2. *num.* 16. *&* 19. Azori. *inſtit. moral. par.*1.*lib.*5.*cap.*28. *q.*2. plures per Cened. *ad Decretum collect.* 43. *num.* 11.

5 Dicitur enim delictum, & turpitudo Farinac.

*par.*4.

par. 4. conf. 60. nu. 130. & ideo mendax omnibus odiosus est, vt refert Hortens. Caualcan. *in pract.*
6 *de testib. par. 4. nu. 96.* semper dolosè, & cum fraude procedere præsumitur Mascard. *de probat. concl. 531. num. 19.* Surd. *decis. 165. num. 14.* Ceuall. *communium contra commun. q. 801. nu. 4.* Farin. *in praxi crimin. par. 3. q. 89. nu. 104. & par. 4. consf. 40. nu. 18.* Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præs. 32.*
7 *nu. 53.* Non punitur tamen nisi in casibus à Iure expressis Menoch. *de arbitr. casu 276. nu. 4.* Garc. Girond. *de priuileg. nu. 1012.*

8 Notatur hic tex. ad hoc quod mala non sunt facienda, vt inde eueniant bona, vt per Tiraq. *de pœnis temper. causa 52. nu. 8.* Palat. *in repet. cap. per vestras de donat. inter virum notab. 6. num. 2. & 3.*

9 *Multo magis prohibendus, &c.*

Ergo illicitum est minus malum consulere illi, qui maius perpetrare animo constituit, vt per Gabr. Caiet. Syluest. Conrad. Cou. Valent. & alios citatos à Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 11. nu. 24.* Contrarium tamen immo licitum esse consulere minus malum gratia vitandi maioris, quando is, cui consulitur constitutum apud se habebat maius illud malum perpetrare tenent in præsenti Innoc. in finem, Ioan. Andr. *nu. 2.* Abb. & Anch. *in fine*, Fr. Emman. *in sum. tom. 1. cap. 12. nu 9. vers. lo quarto*, Iacob. de Graffis *in aureis decision. par. 1. lib. 2. cap. 117. nu. 11.* Matien. *in rub. tit. 1. glos. 1. nu. 152. lib. 5. nouæ recop.* Henriq. *in sum. lib. 4. de Pœnit. cap. 27. nu. 9.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 335. nu. 9.* Lessi. *eod. tract. lib. 2. cap. 13. à nu. 19. & lib. 4. cap. 3. à num. 33.* Sanch. *de Matrim. d. disp. 11. à nu. 15. vbi num. 30.* respondens ad hunc text. dicit illum solum probare non licere cuipiam vsuras exercere, vt captiui vitam redimat, quia nemini licet etiam veniale admittere ad maius malum in altero vitando, at non probat minime licere id minus suadere malum ad maius vitandum: & ita facienda est differentia inter electionem ex duobus malis faciendam in alio, & inter faciendam in se ipso: etenim in alio actualiter parato possumus etiam suadendo, non autem absolute approbando, eligere absque iniusto tertij præiudicio in particulari minus malum, siue existimatum solummodo, siue etiam verum, ad vitandum maius, quod aliter impediri non posset, in quibus terminis indistincte procedit reg. illa ex duobus malis minimum est eligendum, de qua in *cap. duo mala 13. dist.* At vero in se ipso non ita, sed distinguendo inter duo mala, & peccata per se talia, & inter ea, quæ per se talia non sunt, sed existimantur inuincibiliter ab ignorante, etenim ex prioribus illis malis nemini licet in se ipso alterum etiam leuius eligere, quia non sunt facienda mala aliqua, vt maiora impediantur, vel etiam vt eueniant bona, & in hoc casu non procedit regula prædicta, procedit tamen in secundo, & secundum eam ex dictis posterioribus malis existimatis poterit quilibet etiam in se ipso eligere minus ad vitandum maius, quas distinctiones, & explicationes ad *d. reg. ex duobus malis* sentiunt Sanch. *d. disp. 11. nu. 27.* Lessi. sic intelligendus *d. cap. 3. sub num. 34.* & colliguntur etiam ex dictis per Archid. Domin. Præpos. & Turrec. *in d. cap. duo mala*.

10 Dixi, absque iniusto tertij præiudicio, quia non licet suadere minus malum cum præiudicio tertij in particulari, nisi tertius ille moleste non suscipiat, aut nisi fuerit alioquin obligatus ad illud suscipiendum, vt resoluunt Sanch. *d. disp. 11. nu. 24.* Molin. *d. disp. 335. sub nu. 9.* Lessi. *d. cap. 13. nu. 20.* Vnde consequenter patet in quo peccauerit Loth, qui (vt refertur *Genes. 19.*) filias suas impijs sodomitis obiecit, vt maius malum hospitibus imminens vitaret, vltra varia, quæ in hoc super illud *Genes. 19.* adducunt Thom. Anglicus Abulen. Hugo, Dionys. Honcala, Oleaster, Ferus, Pereira, & alij scribentes, peccauit videlicet in eo, quia illas obiecit cum damno suæ pudicitiæ, cum tamen ipsi de illis non cogitarent, non peccaturus alioquin si hoc illarum præiudicium non obstaret, etiamsi eos ad illarum vsum induceret, si ita intenderet maius illud malum auertere, quod aliter auerti non posset, & ita in specie obseruant Molin. *d. disp. 335. nu. 12.* Less. *d. cap. 13. nu. 20.*

11 *Nec etiam pro redimenda, etc.*

Ergo prohibendus est quilibet ne etiam pro redimenda vita captiui vsurarum crimine inuoluatur, licet autem ex parte mutuantis semper sit peccatum mortale grauissimum dare pecuniam sub vsuris, etiamsi dederit vt ex lucro per huiusmodi contractum mutui collecto aliquid bone faciat, ac etiam ex parte mutuatarij si mutuantem etiam paratissimum induceret ad vsuras dicendo mutua mihi sub vsuris, quia consentit, & participat peccato illius, tamen licitum est ad redimendam vexationem petere mutuum ab eo, qui paratus est non mutuare nisi peccaminose sub vsuris, ex ea ratione quia opus petitum nempe mutuum licitum est, & bonum, vtpote opus charitatis Deo acceptissimum iuxta illud *Psalm. 111.* ibi, iucundus homo qui miseretur, & commodat, siue mutuat, iuncto illo *Matth. 19.* ibi, centuplum accipietis, &c. tum quia vsurarius mutuans paratus est illud ex malitia sui opus peccaminose præstare, cum tamen si vellet posset huiusmodi opus licite, immo & meritorie exhibere, tum denique quia supponitur iusta causa petendi hoc mutuum, videlicet necessitas, vel vtilitas moralis petentis, ac proinde resultat sic petentem non cooperari peccato vsurarij, sed solum vti peccato eius voluntario ad consulendum propriæ necessitati: vnde merito sic resoluunt D. Thom. 2. 2. *q. 78. art. 4.* Cou. *in cap. quamuis pactum, par. 3. §. 1. nu. 10. col. 1. in fine*, Iacob. de Graffis *in aureis decis. lib. 2. cap. 108. à nu. 3.* Sot. *de Iustit. lib. 6. quæst. 1. art. 1.* Soar. *de relig. tom. 2. tract. 5. lib. 3. cap. 13.*

cap. 13. ſub n. 3. 9. & 11. Molin. de Iuſtit. tract. 3.
diſp. 335. concl. 5. Leſs. eod. tract. lib. 2. cap. 44. ſub
nu. 35. Martin Delri. diſquiſit. magic. lib. 6. ſect. 1.
quæſt. 2. col. 6. in fine, Sanch. de Matrim. lib. 7.
12 diſp. 95. nu. 7. & in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 2.
cap. 41. num. 5. Azori. inſtit. moral. par. 3. lib. 5.
cap. 17. q. 12. aduertentes in his terminis dari
tres illas conditiones neceſſarias, vt dicta pe-
titio, & redemptio vexationis licite poſſit fieri.
Prima eſt quod petat licitum; ſecunda quod
petat ab eo, qui ſine peccato præſtare poteſt:
tertia quod ipſa præſtatio, etſi cum peccato
fiat, ad aliquod bonum petentis ordinetur. Sic
etiam ex eadem ratione ad redimendam neceſ-
ſitatem, & vexationem licite peti quis ad ſuum
bonum poteſt abſolute iuramentum ab infideli
parato iurare per falſos Deos, vt expreſſe pro-
bat D. Auguſt. in cap. mouet, verſ. ac per hoc 22.
q. 1. D. Thom. d. art. 4. ad 4. & q. 78. art. 4. in
corpore, Nau. in cap. 1. §. Sacerdos à nu. 6. de Pœnit.
diſt. 6. Sot. lib. 8. de Iuſtit. q. 2. art. 3. Cou. d. §. 1.
nu. 9. & 10. Soar. d. cap. 13. Sanch. d. diſp. 95. n. 7.
Sayr. in claui Regia lib. 5. cap. 3. nu. 19. Azori. in-
ſtit. moral. par. 2. lib. 12. cap. 16. q. 6. reg. 2. & cap. 17.
q. 10. Martin. Delri. d. q. 2. verſ. dico igitur tertio.
Prout etiam aliquando poteſt quis ad redimen-
dam vexationem in caſu neceſſitatis, aut debi-
ti exigere iuramentum etiam à fideli, quem
13 moraliter ſcit, aut præſumit paratum eſſe ad
iurandum falſum, cōcurrentibus ſcilicet tribus
ſupradictis conditionibus, &c. iuxta tradita
per Sot. d. lib. 8. q. 2. art. 4. Cou. d. par. 1. §. 6. n. 2.
in fine, Soar. d. tract. 5. lib. 3. cap. 14. à nu. 10. Sayr.
d. lib. 5. cap. 3. nu. 19. Leſs. d. lib. 2. cap. 42. dub. 10. ſub
num. 49. Rurſus etiam ex eadem redimendæ ve-
14 xationis facultate cum concurrentia prædicta-
rum trium conditionum poteſt quis exigente
neceſſitate, vel alio debito petere Sacramenta
à Sacerdote parato conferre in peccato mort.
vt reſoluunt Nau. in man. cap. 9. nu. 10. ad fin.
Martin. Delri. d. col. 6. in fine, Sot. in 4. diſt. 1. q. 5.
art. 6. verſ. prima itaque, Fr. Emman. in explicat.
Bullæ Cruciatæ, §. 9. num. 30. Gutier. canon. lib. 1.
cap. 1. nu. 47. cum ſeqq. Azori. ſub d. reg. 2. & d.
cap. 17. q. 7. vbi teſtatur hanc eſſe communem, &
ibi etiam agunt de Sacerdote excommunicato.
Immo & aliquando ad redimendam iniuſtam
vexationem poterit licite dari temporale mi-
15 niſtro aliter nolenti Sacramenta conferre, iuxta
tradita per Archid. & Domin. in cap. baptizan-
dis 1. quæſt. 1. Sot. de iuſtit. lib. 9. q. 6. art. 1. Redoan.
de ſimonia, par. 1. cap. 6. nu. 8. & par. 3. cap. 5. nu. 16.
Nau. in man. cap. 23. num. 102. in fine, ſic expli-
candus pro hac parte, licet pro contraria inad-
uertenter citari ſoleat. Vlterius, & pro vexa-
16 tione redimenda poteſt quis aliquando à male-
fico parato petere, vt maleficium ſoluat quan-
do poteſt licite modo ſibi noto id facere, licet
ipſe maleficus malitia ſua illicito modo ſit de-
ſtructurus, vide Nauar. in man. cap. 11. num. 29.
in fine, Iacob. de Graffis d. lib. 2. cap. 6. num. 11.
Petr. de Ledeſma de Matrim. q. 58. art. 2. dub. 2.
accedit Fr. Emman. in ſum. tom. 1. cap. 233. ſub
num. 3. exprimit Soar. tom. 1. de relig. tract. 3. lib. 2.
cap. 18. num. 9. Henriq. in ſumma lib. 12. de Ma-
trim. cap. 8. nu. 3. in fine, Sanch. etiam de Matrim.
lib. 7. diſp. 95. ſub n. 11. & in præcepta Decalogi lib. 2.
cap. 41. nu. 13. Leſs. de Iuſtit. lib. 2. cap. 44. dub. 6.
num. 46.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc text. ſcribentes.*

2 *Reſtitutio rei inuentæ fieri debet pauperibus, ſi dominus facta diligenti inquiſitione incertus eſt.*

3 *Acquiſita per vſuras tenetur vſurarius ſemper reſtituere, niſi veniat in extremam neceſſitatem, quia tunc ſibi, & ſuis ſeruare poteſt, vt parce viuat.*

4 *Poſſeſſio aliquando pro iure proprio rei, & ſic pro dominio, & re poſſeſſa accipitur.*

5 *Vſurarum dominium non tranſit in vſurarium.*

6 *Vſurarij bona an ſint tacite hypothecata pro reſtituendis rebus per vſuras male acquiſitis, oſtenditur.*

7 *Lex omnis pœnalis vtens verbo, aut participio ſignificante actionem futuri temporis ſententiam ferendam à iudice continet.*

8 *Conſtitutiones odioſæ editæ in vſurarios, ceſſant vſuris ceſſantibus.*

9 *Declaratio retrotrahitur ad tempus factæ diſpoſitionis.*

10 *Lex declaratoria trahitur ad præterita.*

11 *Reſtitutio facienda eſt expenſis creditoris abſentis, quoties longè abeſt à loco, vbi debitor habitat.*

12 *Vſurarius, qui poſt ceſſionem deuenit ad meliorem fortunam poteſt ſibi retinere, quantum ſuffi cit pro alimentis.*

13 *Vſurarius quamuis cedat omnibus bonis, eius tamen neceſsitati non ſubuenitur beneficio talis ceſſionis.*

Cap. Cum tu. V.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarel. Io. Aud. Anania, Hoſtien. Anch. Butr. Henric. Boich, Henr Caniſ. Caſal. *in annot.* Panor. Beroi. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriuſq; Iuris cum legibus Caſtellæ par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 145. Alagona *in compendio Iuris Canonici, pag.* 684. & *vol.* 4. *repet. in iure Canonico ad lib.* 5. *Decretal.* Ioan. Crot. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 15. *c.* 5. & eſt poſt Concil. Lateraneñ ſub *Alexan. III. par.* 16. *cap.* 5.

2 *Vel his nō ſuperſtitibus pauperibus.*

Notatur ad hoc quod reſtitutio rei inuentæ fieri debet pauperibus, ſi dominus facta diligenti inquiſitione incertus eſt, vt per Cou. *in reg. peccatum par.* 3. §. 1. *nu.* 2. Salon. 2. 2. *quæſt.* 62. *art.* 5. *controu.* 5. vbi Petr. de Aragonia *in reſp. ad* 3. Gregor. de Valencia, *tom.* 3. *diſp.* 5. *q.* 6. *puncto* 4.

Petr.

Petr. Nau. *de restit. lib. 4. cap. 2. dub. 7. num. 39.* optime Sayr. *in claui Regia lib. 10. tract. 5. cap. 2. in princip.* Azori. *instit. moral. par. 3. lib. 4. cap. 26. quæst. 1.*

3 *Dummodo in facultatibus habeat.* Notatur ad hoc, quod qui per vsuras, iniustas extorsiones, & exactiones rei alienæ statum acquisiuit, tenetur statim restituere etiam cum iactura talis status, nisi veniat in extremam necessitatem, quia tunc seruare sibi potest, & suis, quæ simpliciter, & omnino videt necessaria, vt parce viuat, ita Sayr. *d. tract. 5. cap. 6. num. 36. cum seqq.*

4 *Possessiones vero, &c.* Possessio hic accipitur pro iure proprio rei, & sic pro dominio, & re possessa, vt per Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap. 1. num. 3.*

5 *Et ipsarum pretia, etc.* Ergo dominium vsurarum non transit in vsurarium, de quo vide Perez *l. 5. glos. 1. pag. 363. tit. 19. lib. 8. Ordin.* vbi ponit duas contrarias opiniones, & eas componit, late Azori. *institut. moral. par. 3. lib. 5. cap. 11. & 12.*

6 Vtrum vero bona vsurarij sint tacite hypothecata pro restituendis rebus male acquisitis per vsuras, vide late Rebell. *de obligationib. iustitia, par. 2. lib. 8. q. 14. à princip.* Cou. *lib. 3. vari. cap. 3. n. 6.* vbi resoluit generaliter bona vsurarij etiamsi sint empta ex pecunia vsuraria, non esse ipso iure tacite hypothecata realiter pro vsuris soluendis, & refert tex. in præsenti non probare id, quod ex eo deducit *glos. verbo facultates in cap. quamquam hoc tit. lib. 6.* Bald. Rip. & alij, videlicet omnia bona vsurarij generaliter esse tacite hypothecata, eo quod hic statutum sit quod bona empta ex pecunia vsuraria si sint penes tertium lucratiuo titulo deficientibus alijs vsurarij bonis vendantur pro restituendis vsuris, hoc tamen non ideo fit quia illa bona sint hypothecæ titulo subiecta, nam si ita essent vendenda forent etiam quando tertius ea possideret oneroso titulo, non dissentiunt Perez *ad tit. 5. lib. 1. Ordin. pag. 126.* Molin. *de Iustitia tract. 2. disp. 326. num. 8.* Rebell. *d. quæst. 14.* Cald. Pereira *in comment. ad l. vni. C. ex delictis defunct. par. 4. nu. 6.* & post Caiet. *in opuscul. tom. 2. tract. 8. c. 4.* Sot. *de Iust. lib. 6. q. 1. art. 4. ad 3.* & Syluest. *verbo Vsura 6. q. 5.* sequitur Azori *d lib. 5. cap. 13.* vbi in fine responsionem adducit ad hunc tex. quæ coincidit cum supradicta, nam ibi asserit Pontificem hic loqui de possessionibus acquisitis ex pecunia vsuraria, sed adhuc manentibus apud ipsum vsurarium, & ideo merito ex Iure Pontifex constituit vt vendantur, non quia sint illæ possessiones tacite hypothecatæ pro restitutione vsuræ; sed quia quandiu sunt apud vsurarium obligatione personali ipsius vsurarij sunt obligata pro restitutione vsuræ, ad quam ipse vsurarius est personaliter obligatus, & ratione ipsius omnia bona eius, & non solum possessiones ex vsuraria pecunia emptæ; & hinc fit si quod illæ possessiones transeant ad alium tertium nullam habeant hypothecam, quia personalis obligatio non transit ad tertiam personam, nisi illa sit hæres, quæ eo ipso quod repræsentat personam defuncti succedit in eius obligationibus, & Iuribus etiam personalibus. Et hæc opinio, & responsio ad tex. in præsenti veritate fulcitur, quicquid possessiones siue res emptas ex pecunia vsuraria esse tacite hypothecatas teneant Lap. *alleg. 74.* Palat. *in rep. t. rub. de donation. inter virum, §. 65. num. 23.* Tiraq *de retract. lig. §. 32. glos. 1. num. 14.*

7 In glos. [Priuandos.] Notatur ad hoc quod omnis lex pœnalis vtens verbo, aut participio significante actionem futuri temporis sententiam à iudice ferendam continet, vt per Tiraq *ad l. si vnquam ve. bo reuertatur, nu. 39. & 177.* Sayr. *in claui Regia lib. 3. cap. 8. nu. 20.* Monet. *de distribut. quotid. par. 3. quæst. 7. num. 41. & num. 28.* resoluit participium præteriti temporis regulariter importare latam sententiam.

8 In glos. [Donec.] Notatur ad hoc quod odiosæ constitutiones editæ in vsurarios cessant vsuris cessantibus, vt per Tiraq. *in tract. cessante causa, par. 1. num. 192.*

9 In glos. [Siue post] Notatur ad hoc quod declaratio retrotrahitur ad tempus factæ dispositionis, vt per Surd. *decis. 70. nu. 2.* Brunor. à Sole *in locis communib. verbo declaratio 1.* Morl. *in emporio Iuris, par. 1. tit. 1. q. 6. nu. 18. & à num. 11.*

10 Et lex declaratoria trahitur ad præterita, Don Christoph. de Pace *in scholijs ad leges styli l. 200. num. 7. & 29. vers. oritur,* Cald Pereira *de potest. elig. cap. 11. num. 30.* Henriq. *consil. 75. à num. 7.* Anton. Gabr. *tom. 3. commun. opinion. tit. de regulis Iuris concl. 3. num. 10.*

11 In glos. [Non superstitibus.] Notatur ad hoc quod restitutio, quoties creditor, cui est facienda, longe abest à loco vbi debitor habitat, facienda est expensis creditoris absentis, vt per Cou. *in r. g. peccatum, par. 1. nu. 7.*

12 In glos. [In facultatibus.] ibi, (*si tamen ad pinguiorem fortunam, &c.*) Notatur ad hoc, quod vsurarius, qui post cessionem deuenit ad meliorem fortunam, potest sibi retinere quantum sufficiat pro alimentis, vt per Cou. *lib. 2. vari. c. 1. num. 6. & in d. reg. peccatum in princip. num. 2.* Lara *in l. si quis à liberis §. solent num. 9. ff. de liberis agnosc.* Gemin. *de vsuris commento 4. §. 4. n 64.* Surd *de alimentis, tit. 8. priuil. 28 nu. 6.*

13 In ead. glos. ibi (*nec habetur ratio ne egeat*) Notatur ad hoc quod quamuis vsurarius cedat omnibus bonis, eius tamen necessitati non subuenitur beneficio talis cessionis, vt per Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib. 23. n. 99. vers. decima.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Venditio credito maiori pretio fieri non potest, quam ea, qua agitur præsente pecunia.*

3 Cen-

3 *Cenſus rectè conſtitui, & emi poteſt ad vitam ementis.*
4 *Doctores referuntur explicantes Bullam Pij V. ſuper forma creandi cenſus.*
5 *Contractus talis præſumitur, qualis fuerit denominatus.*

Cap. In ciuitate. VI.

1 SVper hunc text. ſcripſerunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Io. Andr. Anania, Hoſtien. Ancharan. Butr. Henric. Boich. Henric. Caniſ. Petr. Binsfel. Caſal. *in annot.* Panorm. Beroi. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag.* 145. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 685. & vol. 4. repetit. in Iure Canonico ad lib. 5. Decretal.* Ioan. Croc. refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 15. cap.* 8. & eſt poſt Concil. Lateraneñ. *par. 16. cap. 2.*

2 Probat hic tex. venditionem credito maiori pretio fieri non poſſe, quàm ea, quæ agitur præſenti pecunia, niſi dubium ſit an merces venditæ plus minusve ſolutionis tempore valituræ, & venditor non erat venditurus tempore, quo vendidit, quia tamen ſuper hac re multa Doctores adducunt ad varias quæſtiones decidendas conducentia, vide Sylueſt. *in ſum. verbo Vſura 2. q. 1. & ſeq.* Angel. *eod. verbo num. 58. & 59.* Nauar. *in man. cap. 23. nu. 81. & cap. 17. num. 206. & 228.* Conrad. *de contract. q. 59.* Cou. *lib. 2. vari. cap. 8. num. 6.* Gemin. *de Vſuris comment. 3. §. 5. à num. 99.* Boninſig. *in tract. de vendit. ad tempus cap. 11.* Perez *l. 2. col. 3. & 4. tit. 2. lib. 8. Ordin. pag. 43.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 59.* Matien. *l. 22. gloſ. 9. tit. 11. lib. 5. noua recop.* Curi. Philip *par. 2. lib. 2. cap. 1. nu. 16.* Azor. *inſtit. moral. par. 3. lib. 8. cap. 8. & 9.* Ludou. Bejam *reſponſ. caſuum Conſcientiæ p. 1. caſu 6. & 24.* Rebell. *de obligat. Iuſtitiæ par. 2. lib. 9. q. 13.* Leſsi. *de Iuſtit. lib. 2. cap. 3. dubit. 3. nu. 33. verſ. neque etiam,* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 25. nu. 227. & 314. cum ſeqq.*

3 Vnde Hoſt. Innoc. Ioan. Andr. Panorm. & cæteri in præſenti, excepto Anania, docuerunt cenſum rectè & iuſte conſtitui, & emi poſſe ad vitã ementis, ac perconſequens contractum dici licitum, quia ſicut poteſt diu viuere, ita poteſt cito mori, & dubius euentus, finiſq; incertitudo contractum iuſtificat, ſequuntur Sot. *lib. 6. de Iuſtit. q. 5. art. 2.* Sylueſt. *verbo Vſura 2. q. 12.* Medin. *de rebus per Vſuram acquiſitis q. 14.* Nau. *in comment. de Vſuris ſuper Bullam Pij V. q. 45. n. 128* Viui. *tom. 1. commun. opinion. lib. 4. tit. 22. nu. 69. pag. 602.* Gemin. *d. commentò 3. §. 4. nu. 96.* Surd. *conſ. 182. nu. 36. & de alimentis tit. 9. q. 11. num. 2.* Farin. *par. 4. deciſ. 30.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 9. q. 25.* Azor. *d. par. 3. lib. 10. cap. 17. q. 7.* quod quidem aliqui extendunt quamuis tanto tempore is ſuperuixerit, quod fructus excedant pretium ſolutum ex Gemin. *loco proxime citato,* & Surd. *d. q. 11. nu. 8.* & vide caſum per Bejam *reſponſ. caſuum Conſcient. par. 3. caſu 34. & par. 4.*
4 *caſu 27.* Et pro explicatione Bullæ Pij V. ſuper forma creandi cẽſus vide Molin *de Iuſtit. tract. 2. à diſp. 389. vſque ad diſp. 395.* Azor. *d. lib. 10. c. 19.* & quod hodie non obliget dicit Praxis Epiſcop. *par. 1. verbo contractus cenſuales §. 1.* Et an in Hiſpania vide Henriq. *in ſum. lib. 7. cap. 20. §. 1. lit. I,* Fr. Emman. *in explicat. Bullæ Cruciatæ pag. mihi 218.* Valaſc. *conſ. 133. nu. 10.* Et quid apud Germanos Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 2. concl. 7. in coronide.* Et apud Belgas Leſsi. *de Iuſtit. lib. 2. cap. 25. dubit. 3. nu. 33.*

5 *Licet autem contractus, &c.* Notatur ad hoc, quod contractus talis præſumitur qualis fuit denominatus, vt per Honded. *conſ. 35. num. 4. lib. 2.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſump. 105. num. 2.* Anton. Monach. *Florent. deciſ. 51. nu. 5.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 96. num. 30.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Vſurarius monitus, & non deſiſtens, ſi clericus fuerit, ab officio & beneficio ſuſpenditur.*
3 *Vſurarius repellitur à beneficio obtinendo.*
4 *Beneficia aſſequi non poſſunt infames.*

Cap. Præterea. VII.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. And. Anania, Hoſt. Anch. Butr. Henr. Panorm. Ximen. Toletan. *in concordan. vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 146.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 685.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 15. cap. 9.* & eſt poſt Concil. Lateraneñ *par. 20. cap. 2. verſ. præterea.*

2 *Eos ab officio, beneficioq; ſuſpẽdas.* Probat hic text. vſurarium monitum non deſiſtentem, ſi clericus fuerit, ab officio & beneficio ſuſpendi, vide Couar. *lib. 3. vari. cap. 3. nu. 3.* Bernard. & Salzed. *in pract. cap. 91. nu. 2.* Gemin. *de Vſuris commento 4. in præfat. num. 6. cum ſeqq.* Farin. *in fragm. criminalib. par. 1. lit. C, verbo clericus nu. 117.* & alios citatos per Cened. *ad Decretal. collect. 7. nu. 13.*

3 In gloſ. [Suſpendas.] ibi *(& repellitur ab obtinendo multò fortius.)* Notatur ad hoc, quod vſurarius repellitur à beneficio obtinendo, vt per Cou. *d. cap. 3. nu. 3.* Nicol Garc. *de benefic. par. 7. cap. 8. num. 30.* Nec poteſt ad illud eligi, ſeu præſentari vt poſt Bertachin. *de Epiſcopo 1. par. 2. lib. q. 33.* Lambertin. *de Iurepatron. 2. lib. 1. part. princip. art. 21. q. 9.* reſoluunt Salzed. *d. cap. 91. lit. A,* & Nicol. Garc. *d. cap. 8. nu. 31.* Farin. *d. verbo clericus nu. 120. cum ſeqq.*

4 In ead. gloſ. ibi *(ſed nunquid Epiſcopus poteſt cum talibus diſpenſare? dico quod ſic.)* Intelligunt procedere quoad beneficia obtenta, non

Aa vero

vero quoad obtinenda, quæ infames assequi non possunt, Cou. & Salzed. *citatis locis*.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Fructus in quocunq; contractu pignoratitio computandi sunt in sortem, & illam extinguunt.*
3 *Feudalis rei dominus directus, qui eam à vassallo in pignus accepit, iustè potest fructus pignoris perceptos vltra sortem habere.*
4 *Dominium directum alicuius rei habens si eam tradat in pignus illi, qui vtile habet, acquirit sibi fructus rei pignoratæ.*
5 *Emptor, qui percipit fructus rei emptæ, tenetur ad vsuras pretij non soluti.*
6 *Vsura non est, quod accipitur causa interesse.*
7 *Doctores referuntur agentes de interesse lucri cessantis, & damni emergentis.*
8 *Vsura regulariter committitur in contractu mutui.*
9 *Doctores referuntur de contractu & pacto venditionis de retrò agentes.*
10 *Vsurarius an censeatur contractus data modicitate pretij iuncta cum pacto de retrouendendo, ostenditur.*
11 *Pactum de retrouendendo an minuat valorem rei, remissiuè.*

Cap. Conquestus. VIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Panor. Henr. Boich. Henric. Canis. Casal. *in annotat.* Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 146.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 685. & vol. 4. repet. in Iure Canonico ad lib. 5. Decretal.* Ioan. Crot. refertur ab Anton. Augustin. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 15. cap. 10.*

2 *Titulo pignoris.* Ergo in quocunque cõtractu pignoratitio, siue simus in pignore iudiciali, siue conuentionali, fructus sunt computandi in sortem, & illam extinguunt, vt per Surd. *cons. 194. num. 1. cum seqq. & cons. 327. nu. 29.* optime Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 14. num. 10. cum seqq.* & vide citatos Doctores *ad cap. 2. num. 3. sup. hoc tit.*

3 *Nisi terra ipsa de feudo, &c.* Notatur ad hoc, quod dominus directus rei feudalis, qui eam à vassallo in pignus accepit, iuste potest fructus pignoris perceptos vltra sortem habere, ad quod citaui plures Doctores *in cap. 1. de feudis*. Vnde colligitur habentem dominium
4 directum alicuius rei si eam tradat in pignus illi, qui vtile habet, acquirere sibi fructus rei pignoratæ, vt per Laram *in l. si quis à liberis §. si quis ex his n. 294. & 295. ff. de liberis agnosc.* vbi secus dicit si vsufructuarius rē in qua vsumfructū habet, domino in pignus daret, quia tunc ipse dominus fructus suos non faciet; nam fructus spectant ad eum, qui habet dominium. Flamin. *de resignat. benefic. lib. 1. q. 6. nu. 13. & num. 45.*

5 In glos. [De feudo.] ibi (*vt cum vendo tibi prædium, & trado, & percipis fructus, nec soluis mihi pretium ad terminum, &c.*) Notatur ad hoc, quod emptor, qui percipit fructus rei emptæ tenetur ad vsuras pretij non soluti, vide Viui. *tom. 1. commun. opinion. lib. 4. tit. 34. n. 6. pag. 641.* vbi Bellacomb. *nu. 24. pag. 643.* Anton. Gabr. *tom. 3. commun. opinion. lib. 3. tit. de empt. concl. 3. pag. 186.* Gasp. Roderic. *de annuis redditib. lib. 1. q. 7. nu. 107.* Surd. *de aliment. tit. 7. q. 17. nu. 7.* D. Barbos. *in l. de diuisione nu. 13. cum seqq. & nu. 57. & à num. 67. ff. soluto Matrimon.* Fachin. *controu. lib. 2. cap. 32.* Gam. *Lusit. decis. 71. nu. 2. & decis. 96. n. 1.* Cabed. *par. 1. decis. 166.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. par. 1. collect. 199.* Cald. Pereira *quæst. forens. cons. 35. num. 31. & de empt. cap. 23. nu. 10. cum seqq. & à nu. 14.* Gutier. *de iuram. confirm. par. 1. cap. 2. num. 3.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disput. 368. vers. secunda conclusio,* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib. 1. tit. 9. nu. 19. & lib. 4. tit. 16. num. 42. & tit. 24. num. 12. cum seq.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 3. q. 18. à princip. & q. 35. num. 5.* Farin. *in praxi crimin. par. 4. cons. 91. num. 1.* Rebell. *de obligat. Iustitia par. 2. lib. 9. q. 14. à num. 11. & q. 17. à nu. 10.*

6 In ead. glos. ibi (*quasi interesse petuntur.*) Et sic illud quod accipitur causa interesse non est vsura, Perez *ad rub. tit. 1. glos. 1. pag. 19. vers. præterea lib. 8. Ordin.* nam verum interesse siue ratione lucri cessantis, siue damni emergentis rectè peti potest Surd. *de aliment. tit. 1. q. 45. num. 28.*
7 *cum seqq.* Et de huiusmodi interesse lucri cessantis, & damni emergentis vide Tiraq. *de retractu lig. §. 1. glos. 18. nu. 71.* Menoch. *de arbitr. casu 119. cum seqq.* Mascard. *de probat. concl. 472. nu. 8. cum seqq.* Gabr. *lib. 3. commun. tit. de solut. concl. 10.* Vincent. Carot. *de locato par. 1. de lucro cessante.* Arism. Tepat. *var. lib. 1. tit. de interesse,* Seraphin. *de priuileg. Iuram. priuil. 31.* Rebello *d. par. 2. lib. 8. à q. 5.* Ludou. Beja *par. 3. casu 32.* Cald. Pereira *de empt. cap. 29.*

8 In ead. glos. ibi (*illud potest intelligi in mutuo.*) Notatur ad hoc, quod vsura regulariter committitur in contractu mutui, vt per Viui. *tom. 1. communium opin. lib. 4. tit. 22. nu. 73. pag. 604.*

9 In ead. glos. ibi (*item si vendo tibi fundum iusto pretio ea lege, &c.*) De contractu & pacto venditionis de retro, de quo *in l. 2. C. de pactis inter empt.* quam citat *glos. in præsenti,* agunt apud Lusitanos *Ordin. Regia lib. 4. tit. 4.* vbi Parens meus, & apud Castellanos *l. 4. tit. 6. lib. 8. noua recop.* vbi Azeued. Cou. *lib. 3. vari. cap. 8. nu. 4.* Nau. *in man. cap. 17. à nu. 243.* Anton. Gomez *tom. 3. vari. cap. 2. num. 27.* Afft. *decis. 85.* Thom. Boninsign. *de iustis negotiat. tract. de vendit. ad tempus c. 14.* Boer. *decis. 102. & 183.* Cassan. *in consuetud. Burgund. rub. 11. §. 1. in principio,* Cotta *in memorab. verbo pactum de retrouendendo,* Tiraquel. *de retract. tit. 2. in præfat. num. 2. & seq.* Mozzi.

de

de contract. tit. quibus modis annulletur emptio n.19.
Meno. de arbit. caſu 217. num. 1. Caballin. millc-
loq. 416. Perez l. 1. colum. 1. verſ. & hoc etiam
dignoſcitur tit. 2. lib. 8. Ordinam. Maſcard. de pro-
bat. concl. 441. nu. 3. Brunor. à Sole in locis com-
munib. verbo pactum 9. Raudenſ. de annalog. lib. 1.
cap. 30. Fachinæ. lib. 2. controuerſ. cap. 2. & 13.
cum ſeq. Felician. de cenſibus lib. 1. cap. 6. num. 8.
Morl. in emporio Iuris Ciuilis par. 1. tit. 9. q. 10.
Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. par. 1. collect. 5. Car-
din. Mantic. de tacitis, & ambiguis conuent. lib. 4.
tit. 31. à nu. 1. cum ſeq. & tit. 32. num. 105. &
lib. 8. tit. 20. nu. 3. Farinac. de falſitate, & ſimu-
lat. q. 163. à num. 20. cum ſeqq. Bernard. Græuæ.
ad practicam Cam. Imper. lib. 2. concl. 16. plures
Doctores refert Caſtill. lib. 2. quotid. quæſt. c. 25.
nu. 5. cum ſeq. alios ex antiquioribus citat Ce-
ned. ad Decretal. collect. 28. Ex noſtris Luſitan.
vide Gam. deciſ. 28. 128. 138. & 178. Cald. Pereira
in l. ſi curatorem verbo ſua facilitate nu. 67. Valaſc.
conſult. 70. & 154. Ex ſummiſtis Angel. verbo
vſura 1. §. 66. & aliquot ſeqq. Sylueſt. vſura 2.
q. 15. Roſella vſura 1. q. 45. & 46. Ex Theolo-
gis Conrad. de contract. q. 83. Sot. lib. 6. de iuſtit.
q. 5. art. 3. Ludou. Beia reſponſ. caſuum Conſcien-
tiæ par. 1. caſu 7. Molin. de iuſt. tract. 2. diſp. 320.
& diſp. 374. cum ſeq. Azor. inſtit. moral. par. 3.
lib. 8. cap. 12. Leſsi. de Iuſtit. lib. 2. cap. 20. dub. 16.
num. 138. Valer. Reginal. in praxi fori pœniten.
lib. 25. à nu. 291.

10. In ead. gloſ. ibi (aliàs ſi modicum eſſet pretium
præſumitur contractus in fraudem vſurarum.) Tenet
hæc gloſ. data modicitate pretij iuncta cum
pacto de retrouendendo cõtractum cenſeri vſu-
rarium, præcipuè ſi emptor fuerit per prius ſo-
litus fœnerari, de quo an verum ſit, vide Couar.
d. cap. 8. nu. 3. Tiraquel. in d. præfat. nu. 5. cum
ſeq. Afll. Neap. deciſ. 65. Gramm. deciſ. 76. Ozaſ.
Pedam. deciſ. 41. Franc. Marc. Delphin. deciſ. 484.
par. 1. Boer. deciſ. 102. Miſyng. centur. 3. obſer. 62.
Anton. Fab. in ſuo C. ſub tit. plus valere, quod
agitur, definit. 7. Gam. Luſitaniæ deciſ. 138. nu. 1.
Mart. in votis nouiſſimarum deciſ. voto 54. à princ.
Kirchou. tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 5. de obli-
gat. & actionibus num. 36. pag. 468. Mich. Craſſ.
tom. 2. lib. 8. tit. 28. de euictionibus nu. 14. pag. 398.
Viui. d. lib. 4. tit. 26. de contrahen. emp. num. 142.
pag. 618. Menoch. de præſump. lib. 3. q. 122. n. 30.
& conſ. 343. nu. 20. Felician. de cenſib. lib. 1. c. 6.
à nu. 12. cum ſeqq. & cap. 7. nu. 7. Mozzi de con-
tract. tit. ex quibus cauſis annulletur emptio num. 31.
Achil. Pedroch. conſil. 36. num. 82. Fachin. lib. 2.
controuerſ. cap. 12. Maſcard. de probationib. con-
cluſ. 447. Molina d. tract. 2. diſput. 375. verſ. hoc
loco, Ceual. communium contra communes q. 224.
Card. Mantic. d. tit. 20. nu. 5. cum ſeqq. latè Ga-
ſpar. Roder. de annuis redditib. lib. 2. q. 3. num. 8.
cum ſeqq. Stephan. Gratian. diſcep. forenſ. cap. 258.
num. 1. Farin. de falſitate, & ſimulat. q. 163. à
nu. 40. Cardoſo in praxi iudicum, & aduoc. verbo
emptio nu. 56. & verbo vſura num. 10. Valaſc. con-
ſult. 70. nu. 3. & 9. Cald. Pereira in l. ſi curatorē
verbo ſua facilitate num. 58. cum ſeq. & de reſolut.
emphyt. cap. 13. nu. 26. & de emptione cap. 8. nu. 25.
Quid in ruſtico emente cum prædicto pacto, &
pretij modicitate, vide Tiraquell. in d. præfatio-
ne nu. 34. & 35. Menoch. d. lib. 3. de præſumpt.
q. 122. nu. 40. & de arbitrarijs caſu 194. num. 47.
& conſ. 343. num. 17. Cardin. Mantic. d. lib. 8.
tit. 25. num. 13. vbi nu. 14. de minoribus, mulie-
ribus, & militibus.

11 Vtrum autem pactum de retro minuat va-
lorem rei, vide Couar. d. lib. 3. cap. 10. num. 1.
Tiraquell. in d. præfat. nu. 20. Pinell. in l. 2. Cod. de
reſcind. vendit. par. 3. cap. fin. nu. 19. Ioſeph. Lu-
dou. Peruſ. deciſ. 97. num. 6. Maſcard. de probat.
concluſ. 960. nu. 13. Menoch. conſ. 358. num. 26.
Gemin. de vſuris commento 2. §. 1. num. 129. plu-
res ex antiquioribus refert Cened. ad Decretal.
collect. 28. nu. 4. Card. Mantic. d. tit. 20. nu. 41.
Molin. d. diſput. 375. verſ. rem venditam, Azor.
inſtit. moral. par. 3. lib. 8. cap. 12. q. 3. Valer. Re-
ginal. in praxi fori pœniten. lib. 25. num. 293.
Gam. deciſ. 138. nu. 2. & deciſ. 168. nu. 8. Cald.
Pereira ad l. ſi curatorem verbo ſua facilitate n. 83.
Valaſc. de iure emphit. q. 10. num. 6. ad finem,
& d. conſ. 60. nu. 10.

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Vſurarij hæredes compellendi ſunt reſtituere vſuras per vſurarium extortas.*
3 *Res tranſit ad ſucceſſorem cum ſuo onere.*

Cap. Tua nos. IX.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Inno-
cen. Collect. Zabarel. Ioan. And. Anania,
Hoſtien. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Caſal.
in annot. Ximen. Toletan. in concordantijs vtriuſq;
Iuris cum legibus Caſtell. p. 1. Viuian. in rationali
lib. 5. Iuris Pontif. pag. 147. Alagona in compen-
dio Iuris Canonic. pag. 685. refertur ab Anton.
Auguſtin. collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 15.
cap. 11.

2 Probat hic tex. hæredes vſurarij compellen-
dos eſſe reſtituere vſuras per eum extortas, vt
per Cou. lib. 3. vari. cap. 3. num. 7. Anton. Gom.
vari. tom. 2. c. 10 num. 4. col. 2. in princip. Neguzant.
de pignorib. par. 2. memb. 4. num. 155. Salon. 2. 2.
q. 78. art. 3. controu. 8. vbi Bann. dub. 4. Cald. Pe-
reira in comment. ad l. vni. Cod. ex delictis de-
funct. par. 4. nu. 4. Ioan. de Salas de contract. tit. de
vſuris dub. 43. num. 2. Bonacin. eod. tract. diſp. 3.
3 q. 3. puncto 9. num. 14. Res enim tranſit ad ſucceſ-
ſorem cum ſuo onere, vt habetur hic in poſitio-
ne caſus, de quo Tiraq. de retractu lig. §. 1. gloſ. 9.
num. 102. Menoch. conſ. 2. num. 31. & conſ. 63.
num. 11. & conſ. 80. num. 79. Cabed. Luſit. de-
ciſ. 52. num. 1. par. 2. D. Barboſ. in l. poſt dotem
nu. 5. ff. ſoluto matrim. Cald. Pereira de extinct.
emphyt. cap. 3. num. 33. & de empt. & vend. cap. 10.
num. 10. & cap. 27. num. 79. Ioan. Martins à Co-

sta in addit. ad tractat. libellorum annotat. 6.

4 *Succedunt.* Secus si abstinuerint ab hæreditate paterna, nolentes se negotijs hæreditarijs implicari, vt per Duen. reg. 277. ver. fin.

5 *Cogerentur.* Etiam de iure Ciuili, vt per Duen. reg. 13. limit. 11.

6 In glos. [Cogendi] ibi (*quia omnia bona defuncti erant illi obligata*) De hoc vide quæ dixi *ad cap. cum tu, sup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Vsurarius mentalis an, & quando teneatur restituere, ostenditur.*
3 *Vsurarium in foro Conscientiæ facit quem sola intentio, & spes.*
4 *Vsurarius mentalis cur teneatur ad restitutionem, non ita simoniacus mentalis, ostenditur.*
5 *Emens rem viliori pretio ob anticipatam solutionem, vel vendens cariori ob dilatam, an committat vsuram, ostenditur.*
6 *Vsurarium facit quem mentalis intentio, & spes lucri, quando est principalis, & primaria.*

Cap. Consuluit. X. *Vrb. iij.*

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Io. Andr. Anania, Hostien. Butr. Anchar. Henric. Panorm. Casal. *in annot.* Laurent. de Rodulphis, Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian.. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 147.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 686.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 15. cap. 12.*

2 Hic sedet materia vsurarij mentalis, de quo an, & quando teneatur restituere, vide Caiet. *in sum. verbo vsura mentalis,* Syluest. *eod. verb. 6. q. 3.* Armil. *eod. verbo num. 35.* Sot. *de Iustit. lib. 6. q. 1. art. 4.* Cou. *in reg. peccatum, par. 2. in initio à num. 4.* Caballin. *de vsuris num. 7. & 8.* Ludou. Carbo. *de restit. q. 57. concl. 11.* Ludou. Lopez *in instruct. conscien. tom. 1. cap. 205.* Aragon. 2. 2. *q. 78. art. 1.* vbi Ban. *art. 3.* & Salon. *contron. 10.* Gemin. *de vsuris commento 4. §. 2. num. 49. cum seqq.* Lancellot. Conrad. *in templo omnium iudicum, lib. 1. cap. 1. §. 3. vers. quarto decimo,* Ceuall. *communium contra commun. q. 483.* Perez *l. fin. glos. pag. 55. tit. 21. lib. 8. Ordin.* Gutier. *canonic. lib. 1. cap. 39.* Petr. Nauar. *de restit. lib. 3. cap. 2. num. 172. cum seqq.* Solis *de censib. lib. 1. cap. 5. num. 13.* Gasp. Roderic. *de annuis redditib. lib. 1. q. 3. nu. 23.* Soar. *de relig. tom. 1. tract. 3. lib. 4. de simonia cap. 59. n. 45. cum seqq.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 3. q. 34.* Azori. *instit. moral. par. 3. lib. 5. sub tit. de vsura cap. 16. de vsurario mentali,* Nicol. Garc. *de benefic. par. 8. cap. 1. num. 47. cum seqq.* quorum est recepta, & communis opinio per tex. in præsenti, vsurarium mentatalem teneri ad restitutionem quando mutuatarius coactè dat vltra sortem ratione mutui, secus vero quando libere, & sponte, & gratiose dat, licet mutuans iniquam habeat intentionem, & prauum animum, nempe accipiendi ratione, & vi mutui: & ideo cessante vsura mentali posse capere à sponte dante tenent Surd. *de aliment. tit. 8. priuil. 29. num. 9.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 141. num. 16.*

3 Nam sola intentio, & spes facit quem vsurarium in foro conscientiæ, vt per Menoch. *de arbit. casu 360. num. 83.* Decian. *tract. crimin. lib. 9. cap. 28. sub nu. 9.* Farinac. *in praxi crimin. par. 5. q. 124. nu. 108.*

4 Plures à Doctoribus assignantur differentiæ rationes inter vsuram, & simoniam, cur scilicet vsurarius mentalis teneatur ad restitutionem, vt probat tex. in præsenti, non autem simoniacus mentalis, vt habetur *in cap. fin. sup. de simonia,* quas adducunt Nau. *in man. cap. 23. nu. 102. vers. cum quia,* Flamin *de confident. q. 26. num. 40.* Vgolin. *de simon. tab. 2. de simonia mentali cap. 3.* Veg. *in sum. par. 2. cap. 103. casu 7.* Gutier. *canonic. lib. 2. cap. 23. num. 46.* Fr. Emman. *in sum. tom. 2. cap. 66.* Valent. *tom. 3. disp. 6. q. 16. puncto 6.* Lorencana *in compendio casuum conscientiæ, tit. de simonia cap. 114.* & alij, ex quorum dictis verior videtur ratio illa, nempe quod id, quod datur vsurario non datur sponte, sed inuoluntariè; quod autem datur simoniaco datur voluntariè per viam contractus voluntarij emptionis, & venditionis, seu commutationis, &c. Nec etiam displicet ratio, quod in vsura afficitur iniuria ille à quo ea exigitur, & ideo illi restituenda est; sed in simonia non fit iniuria illi, qui libenter dedit pecuniam, sed iniuria facta est rebus sacris, & spiritualibus, & ideo nulla restitutio est illi facienda de iure Diuino, &c.

5 *Et an negotiator, &c.* Vide Doctores, quos citaui *ad c. in ciuitate sup. hoc tit.* quibus adde Ceued. *ad Decretal. collect. 47. n. 3.* qui in hæc verba eleganter prorupit. Ego tamen aduertendum censeo in hac materia, quæ valde difficilis est, pro eius summa intelligentia, & ornatu in foro exteriori minimè iudicari debere contractum vsurarium illum, in quo & vera pretij anticipatio, & eiusdem pretij diminutio, aut in iustitia interuenerit, si de alio tertio requisito non constiterit, scilicet secundum propter primum interuenisse, idest iniustitiam, & diminutionem pretij propter ipsius anticipationem contigisse; Illud quippe, quod dici solet ementem rem viliori pretio ob anticipatam solutionem, vel vendentem cariori ob dilatam committere vsuram, intelligendum est dummodo de ea intentione Iudici constet. Nec enim ad conuincendum vsuram in foro exteriori sufficit, & pretium anticipari, & iniustitiam casualiter adesse. Cum bene stet emptorem pecuniam anticipantem, non ideo exiguum, & iniustum pro re empta pretium obtulisse, quia illud anticipabat, sed quia mercem (ita pecunia præsenti sicut ad terminum emendo) pluris non æstimabat

bat, licet minus iustè æstimet, & sic venditorem in pretio decipiat, sed necesse est in exteriori foro de hac praua intentione constare ementem ideò vilius iusto pretio emisse, quia illud statim anticipabat, mercem expectaturus: vel etiam vendentem ideò carius iusto pretio vendidisse, quia eius solutionem expectabat mercem illicò traditurus; & sic quod in primo casu diminuatur de pretio propter eius anticipationem, in secundo vero augeatur propter dilationem datam ad soluendum, & quod vtroque casu tam diminutio, quam excessus iusti pretij propter temporis dilationem, quæ hos contractus vsurarios reddit, contingat; licet in interiori foro, quomodocunque id contigerit, obliget decipientem ad obligationem restituendi, prout aperte probat textus in præsenti, vbi sic distinguit *glos. fin.* ita concilians hunc textum cum *cap. in Ciuitate supra hoc titulo*. Hæc Ced. *d. loco*, & in terminis ita Gutierez *canon. lib. 1. cap. 39. nu. 11. cum seqq.* vbi *nu. 14.* affirmat sæpissime in foro Ecclesiastico se ita obtinuisse.

6 In glos. [Sperantes] ibi (*spe lucri principaliter posita.*) Notatur ad hoc, quod non peccat, qui principaliter mutuat pecuniam, vt iuuet consanguineum, amicum, & proximum, quamuis minus principaliter & secundario ab eis ex hoc speret, vt per Nau. *in man. cap. 17. nu. 209. & cons. 51. sub tit. de simon.* & alios, quos refert Flamin. *de confid. q. 1. nu. 42.* Vnde notatur etiam ad hoc quod mentalis intentio, & spes lucri facit quem vsurarium quando est principalis, & primaria, de quo an verum sit vide Caiet. *2. 2. q. 78. art. 1. ad 4.* Sot. *lib. 6. de Iustit. q. 1. art. 2.* Medina *de Vsura q. 1.* Azori. *d. cap. 16. de Vsurario mentali, q. 3.* Nau. *in comment. de Vsuris num. 19. & in tract. de finib. human. act. num. 39.* Farin. *cons. 75. num. 84.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Vsurarius manifestus appellans ad subterfugiendum restitutionem, audiendus non est.*
3 *Appellatio non datur in notorijs.*

Cap. Quam perniciosum. XI.

1 Super hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collectar. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Panorm. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 148.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 686.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 10. cap. 1.*

2 Probat hic tex. manifestum vsurarium appellantem ad subterfugiendum restitutionem audiendum non esse, vt per Perez *ad rub. tit. 2. glos. 1. pag. 26. col. 1. vers. praterea, lib. 8. Ordin.*

3 Nam in notorijs non datur appellatio tam in ciuilibus, quam in criminalibus, in quibus non obstante appellatione potest iudex ad exequutionem suæ sententiæ deuenire, vt probat *cap. cum sit Romana 5. §. præterea, sup. de appellat.* per quod ita resoluunt Balb. *tom. 2. communium opinion. lib. 7. tit. 14. num. 10. pag. 321.* Anton. Gom. *tom. 3. Vari. cap. 1. num. 47.* Farin *in praxi crimin. par. 1. q. 21. nu. 117.* Sigismund. Scaccia *de appellat. q. 17. limit. 4. à nu. 13.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Iudæis Vsuras exercere non licet.*
3 *Vsura ita sunt probibitæ Iudæis, sicut Christianis.*
4 *Iudex secularis in causis Vsurarum an iudex esse possit, remissiuè.*
5 *Commercium cum Iudæis nobis est licitum.*
6 *Iudæus potest puniri per indirectum pœnis ecclesiast. si fœnus exerceat.*

Cap. Post miserabilem. XII.

1 Super hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania. Hostien. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castella par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 148.* Alagona *in compendio Iur. Canonici pag. 686.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 10. cap. 2.*

2 *Iudæos ad remittendas, &c.* Notatur ad hoc quod Iudæis vsuras exercere non licet, vt per Gregor. Lop. *l. 22. verbo à alguno Iudio, tit. 12. par. 5.* Tiraq. *de Iure primog. q. 66. num. 5.* Azeued. *l. 1. num. 185. tit. 21 lib. 4. noua recop.* D. Barbos. *in l. Titia, num. 53. ff. soluto Matrim.* plures per Cened. *ad Decretal. collect. 30. num. 1.*

3 Nam vsuræ ita sunt prohibitæ Hebræis, sicut Christianis Anton. Ricciul. *in tract. de Iure personarum extra gremium Ecclesiæ exist. lib. 2. cap. 19. num. 2.*

4 *Per Principes, et potestates, etc.* Ergo secularis in causis vsurarum iudex esse potest, de quo an, & quando verum sit ागam Doctores citati per Cened *d. collect. 30. nu. 2.* quibus adde Bellet. *disquisit. cleric. tit. de fanore cleric. reali, §. 4. num. 130.* Anastas. Germon. *de sacrorum immunit. lib. 3. cap. 12. n. 51.* Soarez de Pace *in pract. tom. 2. prælud. 2. num. 26.* Salzed. ad Bernard. *cap. 88. lit. C.* Pradil. *in summa legum pœnalium, par. 1. cap. 30.* Modern. *de Iurisdict. par. 2. cap. 7.* Gaspar Roder. *de annuis redditib. lib. 3. q. 4. à nu. 122.* Bobadil. *in sua politica, lib. 2. cap. 17. n. 40.* Molina *de Iustitia tract. 2. disp. 333. à princip.* D. Barbosa *in l. Titia, nu 46. ff. soluto Matrim.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 23. à num. 93.* Stephan. Gratian. *disceptation. forens. cap. 14. nu. 23.* Camill. Borrell. *in summa omnium decis. tit. 43. de foro comp. à nu. 135. & de compromis-*

 sis,

fis,3.*glos.*1.*à num.* 100. latè Sesse *decis.* 148.

5 *Tam in mercimonijs, etc.* Ergo cū in hoc tex. propter delictum Hebræis in pœnam interdicatur commercium Christianorum, absque difficultate supponit commercium cum eis esse nobis licitum ex reg. quod priuatio præsupponit habitum, *l. decem ff. de verb. obligat.* atque ita resoluunt Marquar. *in tract. de Iudæis*, *p.* 1. *c.* 5. Corset. *in sing. Societas* il 1. Cornaz. Lucensi *decis.* 127. *num.* 3. Anton. Hering. *de fideiuss. c.* 8. *nu.* 116. *cum seqq.* Azori. *institut. moral. p.* 1.*lib.* 8. *cap.*22. *q.*4.Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 2. *cap.*31. *nu.* 23. latè Anton. Ricciul. *d. lib.* 2.*cap.*42. vbi multipliciter ampliat.

6 *Per excommunicationis sententiam, etc.* Ergo Iudæus potest puniri per indirectum pœnis Ecclesiasticis si fœnum exerceat, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 449.*nu.* 17.

7 In glos. [Principes] ibi *(quorum legibus in temporalibus subijciuntur Iudei.)* Notatur ad hoc, quod Iudæi ligantur statutis locorum,quæ habitant, vt per Roland. *cons.*25.*nu.*25. *lib.* 2. Tiraq. *de Iure primog. q.* 66. *nu.*19. Becc. *cons.* 84. *nu.* 7.

8 quia sunt de populo ciuitatis quamuis non sint de populo Ecclesiæ, Socin. *cons.*70. *num.* 3. *lib.* 1. Becc. *d. cons* 84. *nu.* 6. Anton. Ricciul, *d. lib.* 2. *c.* 14.*nu.*4.quod quidem extendunt, vt procedat non solum in lege scripta, sed etiam in consuetudine Tiraq. *d q.* 66.*nu.*1.& 2. Roch. de Curte *in cap. fin. de consuetud. à nu.* 752. Anton. Piagg. *in eod. tract. q.* 8. *nu.* 106. Molfes. *ad. consuetud. Neapol. par.* 2. *q.* 32. Rota in Romana *alimentorum* 2. *Ianuarij* 1621. *coram Illustrissimo Manzanedo.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Declaratur tex. in præsenti.*
3 *Iudex secularis an possit esse competens ad compellendos laicos creditores ad remittendas vsuras, remissiue.*

Cap. Tuas dudum. XIII.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq Innocen. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anch. Butr. Henric. Panorm. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 148. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 686.refertur ab Anton. Augustin, *collect.* 3. *Decretal.lib.* 5. *tit.* 10.*cap.*3.

2 *Ab earum exactione desistere.* Ergo ex iuramento de soluendis vsuris videtur ad illas petendas ipsis creditoribus actionem competere, iuuat tex. *in cap.debitores vers. cogendi sunt,&c. sup.de iureiurando*, dum significare videtur hanc coactionem esse faciendam ad instantiam creditorum, ac perconsequens ipsis actionem competere, quod quidem intelligendum est quando vsuræ non petuntur ex contractu euidenter vsurario, sed sub forma contractus apparenter liciti,v. g emptionis,& venditionis,vel similis cum teneamur in dubio eam facere interpretationem, vt dolus non præsumatur,*l.merito,ff. pro socio*, cum similibus : at vero quando petuntur vsuræ concipiendo libellum sub ea forma, quod vsurę soluantur ex vi iuramenti, & constat euidenter de iniquitate contractus, & creditoris vsuras petentis, tunc in hoc casu dicendum est nullam actionem competere creditoribus vsurarijs aduersus debitores, qui iurarunt vsuras soluere,iuxta *l. licet*, §. *hæc obligatio iuncta glos. verbo partis,ff. de procurat. Princip. inst. de action.* Colliguntur hæc ex Bald. *in cap.* 1. *num,* 6. vbi Abb. *col. vlt. de iureiur.* Bellemer. *in d. cap. debitores,num.*27.Soar.*de relig.tom.*2.*tract.*3, *lib.* 2. *de Iuram.cap.*27.*nu.*5. Cætera quæ facere possunt ad intellectum huius tex. inuenies *ad d. cap. debitores.*

3 *Per censuram Ecclesiasticā, &c.* Vtrum Iudex secularis possit esse competens ad compellendos laicos creditores ad remittendas vsuras, & an ad absolutionem ab huiusmodi iuramento de soluendis vsuris sit necessaria partis citatio,vide Cou. *lib.* 1. *vari. cap.* 4. *num.*5. *cum seqq*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Legis auxilium frustra inuocat, qui committit in legem.*
3 *Vsurarius repetens vsuras sibi debitas non auditur nisi prius restituerit quas ab alijs apparebit extorsisse.*
4 *Dictio, nullatenus,negat omnes casus,& omnem potentiam.*

Cap. Quia frustra. XIIII.

1 Super hunc tex.scripserunt Abb.antiq. Innoc, Collect. Zabarel. Catal. *in annot.*Ioan. Andr, Anania, Host. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.*1.Viuian. *in rationali lib.*5. *Iuris Pontif. pag.* 149. Alagona *in compendio Iuris Canon.pag.* 687.refertur ab Ant. Augustt,*collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 10, *cap.* 4.

2 *Frustra legis auxilium inuocat, qui committit, &c.* De hoc principio vide plures Doctores citatos *in libello de principijs vtriusque Iuris lit. F, nu.* 56. Intellige, quando deliquit in eandem legem, cuius auxilium implorat, secus si delinquat in aliam diuersam, vt per D. Barbos. *in l. viro atque vxore, num.* 20. *ff. soluto Matrimon.*

3 Nisi

3 *Nisi prius ipse restituerit vsuras.* Notatur ad hoc, quod vsurarius repetens vsuras sibi debitas, vel agens, vt fructus computentur in sortem, non auditur nisi prius restitueret vsuras, quas ab alijs apparebit extorsisse per se, per patrem, vel defunctum, cuius sit hæres, quæ exceptio admitti debet in quocunque iudicio, tàm Ordinario, quàm delegato, vt per Gemin. *de Vsuris commento* 4. *in præfat. num.* 14. Fulu. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 59. *num.* 54. vbi tenet quod est iste casus specialis in quo ratione doli fit compensatio circa diuersa, D. Barbos. *d. l. viro atque vxore, num.* 17. Farin. *fragm. crimin. par.* 1. *lit. D, verbo delicta, num.* 119. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 23. *num.* 99. vbi etiam dicit quod hoc fallit in clerico, vel procuratore repetente vsuras à se solutas nomine Ecclesiæ, auditur enim sic repetens quantumuis & ipse sit vsurarius.

4 *Nullatenus.* Dictio hæc negat omnes casus, & omnem potentiam, vt per Menoch. *conf.* 383. *num.* 14. Modern. *de Iurisdict. par.* 4. *casu* 153. *num.* 10. Cened. *practic. sing.* 69. *num.* 3. Et habet vim præcisæ prohibitionis, Stephan Gratian. *Marchisa decis.* 51. *num.* 18. Ego ipse *in remiss. de dictionibus, & clausul. in dict. Nullatenus.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Vsurarius manifestus quis dicatur remissiuè.*
3 *Vsura indicijs, & coniecturis probatur.*
4 *Vsura est difficilis probationis.*
5 *Contractus in dubio fauore animæ in materia, quæ sapit vsuram, præsumi debet fœneratitius.*
6 *Doctoribus Iuris Canonici an vero Magistris in Theologia sit potius adhærendum in iudicando, quando actus continet vsuram, remissiuè.*

Cap. Cum in diœcesi, XV.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Butr. Anchar. Henric, Panor. Petr. Binsfeld. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 149. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 687. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 10. *c.* 5.

2 *Vsurarij manifesti.* Qui sint dixi *ad cap. quia in omnibus,* 3. *num.* 2. *sup. hoc tit.*

3 *Si tamen alijs argumentis, &c.* Notatur ad hoc, quod vsura indicijs, & coniecturis probatur, ex eo quia fœneratores tam occulte, & fraudulenter suos ineunt contractus, vt de prauitate fœnoris vix conuinci possint, de quo vide Tiraq. *de retractu conuent. in præfat. nu.* 36. *&* 37. Auendan. *de exequendis mand. p.* 2. *cap.* 29. *nu.* 1. Menoch. *de arbitr. casu* 235. Perez *ad lib.* 8. *Ordin. pag.* 42. Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. lib.* 8. *tit.* 17. *num.* 6. Pradil. *in summa legum pœnalium, p.* 1. *c.* 30. *num.* 4. Valasc. *consult.* 56. *num.* 2. Cardos. *in praxi iudicum, & aduocat. verbo vsura num.* 19. Mendez à Castro *in praxi*
4 *Lusit. lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 39. Est enim vsura difficilis probationis Auendan. *d. tract. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 18. Mascar. *de probat. conclus.* 1417. *num.* 3. *cum seqq.*

5 In dubio fauore animæ in materia, quæ sapit vsurã contractus præsumi debet fœneratitius, vt per Tiraquell. *de retract. conuent. num.* 128. Menoch. *conf.* 109. *nu.* 3. Mascard. *de probation. concl.* 1398. *num.* 1. Valasc. *conf.* 154. *num.* 16. Modern. *de iurisdict. par.* 2. *cap.* 7. *num.* 23. Card. Mantic. *d. lib.* 8. *tit.* 17. *nu.* 9. *&* 10. An vero in
6 iudicando quando actus contineat vsuram sit potius adhærendum Doctoribus Iuris Pontificij, quàm Magistris in Theologia, vide Fr. Emman. *quæst. regul tom.* 1. *q.* 11. *art.* 4. Gasp. Roderic. *de annuis redditib. lib.* 3. *q.* 4. *à n.* 64. Azor. *instit. moral. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *post princip. & par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 28. Modern *d. cap.* 7. *nu.* 13. *& in votis nouiss. decis. voto* 14. *nu.* 5. Card. Mantic. *d. tract. de tacitis & ambig. conuent. lib.* 2. *tit.* 1. *n.* 58. Surd. *de alimen. tit.* 8. *priuileg.* 29. *nu.* 8.

7 In glos. [Manifestos.] ibi (*& ideo per famam & alia argumenta puniuntur, &c*) vide Mascard. *de probation. concl.* 446. *num.* 14. *& conclus.* 1103. *nu.* 14. *& concl.* 1223. *nu.* 22.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Maritus non tenetur fructus sibi pignori datos pro solutione dotis in sortem computare.*
3 *Maritus, & gener possunt inuicem pacisci, vt quid certum interim detur, donec dos soluatur.*
4 *Gener non solum potest à socero suo fructus pignoris dotalis accipere, quandiu ei dos non soluitur, sed etiam ab alio quocunque extraneo.*
5 *Maritus mercator solitus negotiari in pactum potest deducere interesse interim dum dos ei non soluitur, siuè fuerit promissa à patre, siuè ab extraneo, qui dotare non tenetur.*
6 *Abbatissa potest recipere certam pecuniæ quantitatem donec conuentus dos promissa pro nouitia profitente soluatur.*
7 *Maritus per decennium tacens non petendo interesse dotis adhuc illud petere potest.*
8 *Matrimonio soluto non potest maritus interesse dotis non solutæ petere.*
9 *Mulier non potest in contractu Matrimonij conuenire, vt eo soluto morte viri, donec dos sibi soluatur, quid certum detur loco interesse.*
10 *Maritus, qui non sustinet onera Matrimonij non potest vsuras dotis consequi.*
11 *Maritus non potest vsuras dotis consequi data ab eo dilatione ad illius solutionem.*
12 *Pactum excedens interesse certũ à Lege, aut Statuto, vel consuetudine taxatum est nullum.*

SVM-

Cap. Salubriter. XVI.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb.antiq.Innoc. Collect. Zabar.Ioan. And. Anania, Hostien. Anchar.Butr. Vignate, Panorm.Cened. collect. 14. Casal. in annot. Ximen. Tolet. in concord. vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2. Viuian. in ration. lib. 5. Iuris Pontificij pag. 150. Alagona in compendio Iuris Canonici pag. 687. & vol. 4. repet. in Iure Canonico ad lib. 5. Decretal. Ioan. Crot. refertur ab Anton. August. collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 7. cap. 1.

2 Probat hic tex. maritum non teneri fructus rei sibi pignori datæ pro solutione dotis in sortem computare, circa cuius conclusionis, & huius tex. intellectum, vide Cou. lib. 3. vari. cap. 1. nu. 3. cum seqq. Palat. in repet. c. per vestras, de donation. inter virum notab. 6. §. 8. Sot. de Iustit. lib. 6. q. 1. sub finem art. 2. Neguzan. de pignorib. par. 4. nu. 7. vers. tamen, & p. 5. memb. 5. nu. 16. cum seqq. Anton. Gomez vari. tom. 2. c. 11. num. 42 ad fin. & l. 50. Tauri nu. 30. vol. 1. & 2. Capic. decis. 65. à nu. 4. & decis. 183. nu. 2. Gasp. Gaballin. in milleloquio Iuris, p. 1. milleloq. 426. & 432. & 434. Alphons. à Neapoli in tract. de vsuris q. 22. Nau. in repet. c. 1. 14. q. 3. n. 71. cum seqq. Thesaur. Pedem. decis. 43. & 45. Petr. à Nauarra lib. 3. de restit. cap. 2. à nu. 352. tom. 2. Mich. Palat. de contract. lib. 4. c. 5. vers. de pignoribus autem dotalibus, Medin. in codice de acquisitis per vsuram q. 2. vers. ad c. salubriter, Mozz. de contractib. tit. de pignore, §. de naturalibus pignoris hypotheca, n. 9. Laram in l. si quis à liberis §. si quis ex his nu. 56. cum seqq. ff. de liberis agnosc. Mexi. in tract. tassæ panis concl. 2. nu. 77. cum seqq. Gemin. de vsuris commento 1. §. 4. n. 74. cum seqq. Spin. in speculo testam. in glos. 13. rub. à n. 44. Salon. in 2. 2. q. 78. art. 2. controu. 14. Perez in rub. tit. 2. glos. 1. vers. ex eadem ratione infertur, pag. 20. lib. 8. Ordin. Azeued. l. 1. nu. 40. tit. 6. lib. 8. noua recopil. Menoch. de arbitr. casu 194. nu. 56. & cons. 7. nu. 12. cum seqq. & cons. 110. nu. 57. Surd. de aliment. tit. 1. q. 42. & 43. & q. 45. à nu. 31. Cened. ad Decretal. collect. 14. num. 1. Felician. Solis de censib. lib. 2. cap. 5. nu. 20. cum seqq. Petr. de Ledesm. in sum. p. 2. tract. 8. de Iustit. commut. cap. 33. concl. 13. dub. 1. Ludou. Beja responsorum casuum Conscientia, p. 1. casu 56. à princ. Valasc. cons. 8. Ceuall. communium contra communes, q. 394. à princip. Gaspar Roderic. de annuis redditibus, lib. 3. q. 7. nu. 49. cum seqq. Pereg. cons. 100. ex nu. 5. lib. 1. & cons. 9. & 88. lib. 2. & cons. 74. & 98. lib. 3. D. Barbos. in l. de diuisione n. 1. cum seqq. & in l. post dotem n. 64. ff. soluto Matr. Alex. Trentacinq. variarum tit. de pignorib. & hypothecis resolut. 2. ex nu. 13. & tit. de Iure dotium resolut. 6. Card. Mantic. de tacitis, & ambiguis conuention. lib. 11. tit. 10. num. 39. cum seqq. Nicol. Garcia de benef. par. 5. cap. 5. num. 13. Castill. lib. 3. quotidianarum cap. 23. num. 8. Curiã Philip. p. 2. lib. 2. c. 1. n. 8. Frãc. Molin. de ritu nuptiarum lib. 3. q. 39. Molina de iustitia tract. 2. disp. 321. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitentialis lib. 25. nu. 222. cum seqq. Cald. Pereira quæstionum forensium, cons. 14. nu. 15. Rebel. de obligationib. Iustitiæ par. 2. lib. 8. q. 12. Azor. insti. moral. par. 3. lib. 7. c. 9. Bonacinã de contract. disp. 3. q. 3. punc. 9. à prin.

3 Amplia primo principalem huius textus conclusionem procedere etiam illo casu, quo maritus, & gener paciscuntur inuicem, vt quid certum interim detur donec dos soluatur pro oneribus matrimonij sustinendis; nam si conceditur marito pacisci, vt ei liceat rei pignoratæ fructus lucrari, donec soluatur dos, vt hic textus habet, idem ex identitate rationis licebit in hoc casu, cum nulla exacta differentiæ ratio inter vtrumque dari possit, quinimmo eadem pro supportandis matrimonij oneribus, quæ sic in vno, ac in alio casu militat; quare ampliationem sequuntur Anania, & Abb. hic nu. 3. Alex. cons. 31. colum. 2. lib. 6. Corn. cons. vlt. colum. 4. lib. 2. Bald. Nouell. tract. de dote, p. 7. special. 3. post princip. Campeg. eodem tract. part. 2. q. 6. col. 2. Ruin. cons. 124. nu. 14. lib. 1. Gemin. de vsuris commen. 1. §. 4. nu. 75. Roman. cons. 517. nu. 4. Anch. Regien. q. 33. nu. 4. & 5. Couar. lib. 3. variarum, c. 1. nu. 3. vers. 4. Syluest. in summa verbo vsura 3. §. 3. Nauarr. in man. cap. 17. nu. 213. vers. secundum posse maritum, Siluan. cons. 10. num. 46. Caball. de commer. & vsur. q. 74. n. 523. Neguzant. de pignorib. p. 5. memb. 5. nu. 16. Viuius opin. 1048. Ioseph. Ludouic. Lucan. decis. 21. n. 37. Villag. tract. de vsur. quæst. 32. concl. 9. Capic. decis. 65. Caual. decis. 35. nu. 21. p. 1. Iacob. de Graff. in decis. aureis p. 1. lib. 2. cap. 106. nu. 3. Ranch. par. 5. concl. 377. Mex. in tract. tassæ panis, conclus. 2. n. 76. Surd. de alimentis tit. 1. q. 42. n. 23. cum seqq. Felic. Solis de censib. lib. 2. cap. 1. num. 19. Ceual. dicta quæst. 394. Ludouic. Beja d. casu 56. Gaspar Roder. d. q. 7. à nu. 43. cum seqq. & præcipuè nu. 60. Cald. Pereira de empt. cap. 23. nu. 24. Petr. de Ledesma d. concl. 13. dub. 1. dist. 3. Rebell. d. q. 12. nu. 7. Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 2. q. 48. art. 7. vers. pro huius, Bonacin. d. puncto 9. num. 3. vers. secundo, Azori. d. c. 9. vers. cæterum Quamuis pactionem hanc illicitam, & vsurariam fore crediderint minus benè Ioan. Andr. Butr. Zabarel. Ioan. de Lign. & Ambros. de Vignate in presenti, Cotta in memorabilibus verbo dos soluto Matrimonio, Alex. cons. 27. lib. 4. & consil. 74. & cons. 141. nu. 6. lib. 5. S. Antoninus in summa, p. 2. tit. 1. §. 7. nu. 27. Laurent. de Rodulph. in tract. de vsuris, par. 2. q. 53. & alij relati per Caualc. d. decis. 25. nu. 421.

4 Secundo amplia generum non solum posse à socero suo fructus pignoris dotalis accipere quandiu ei dos non soluitur, sed etiam ab alio quocunque extraneo, vt per Nauar. in cap. si fœneraberis 14. q. 3. num. 65. & 66. Valasc. consult. 8. num. 2. Surd. cons. 269. num. 10. Gaspar. Roder. d. q. 7. nu. 52. Molina d. disputatione 321. vers. huic 1. Valer. Reginald. d. lib. 25. num. 223. vers. sequitur secundo Rebel. d. disput. 12. nu. 4

5 Immo & potest maritus mercator solitus negotia-

gotia-

gotiari in pactum huiusmodi interesse deducere, siue dos fuerit à patre promissa, siue ab extraneo, qui dotare non tenetur, ita Couar. *d. cap.* 1. *num.* 3. *vers. hinc primo apparet*, Ioseph. Ludou. *d. decis.* 21. *nu.* 41. Surd. *d. q.* 41. *nu.* 30. quos refert, & sequitur Franc. Molin. *d. q.* 39. *nu.* 13. vbi *nu.* 12. extendit siue gener, qui in pactum deducit hoc interesse sit mercator solitus negotiari, aut non sit, nihil enim refert, cum Matrimonij onera sic sustineat is, qui non est mercator, sicut qui solitus est mercari.

6 Tertio amplia in Matrimonio spirituali, quod contrahitur à Moniali per professionem religionis, Abbatissa enim potest recipere certam pecuniæ quantitatem, donec Conuentui dos promissa pro nouitia profitente soluatur, vt per Fr. Emman. *quæst. regularium tom.* 2. *quæst.* 48. *artic.* 7.

7 Quarto amplia quamuis maritus per decennium tacuerit interesse dotis non petendo, adhuc enim illud petere posse cum non censeatur remisisse resoluunt, Ozasc. *decis.* 132. Mascard. *de probat. concl.* 1372. *n.* 98. Surd. *consi.* 290. *n.* 12. Menoch. *de præsump. lib.* 3. *præsumpt.* 25. *num.* 2. & 3. Valasc. *consult.* 8. *nu.* 9. D. Barbos *in l. quæ dotis n.* 46. *ff. soluto Matrimonio*, Gaspar Roder. *d. q.* 7. *n.* 65. vbi *nu.* 66. dicit procedere, quamuis dum vixerit, non petierit sibi solui, & *n.* 69. quamuis maritus receperit dotem ipsam nulla adhibita protestatione de petendis vsuris, si vsuræ debeantur iure actionis, quia promissæ fuerunt.

8 Limita primo supradictam huius text. conclusionem non procedere soluto Matrimonio, de quo vide Couar. *d. cap.* 1. *n.* 3. *vers.* 6. Gaspar. Roder. *d. q.* 7. *nu.* 53. Valasc. *consult.* 8. *n.* 4. *vers.* 4. & de *partit. cap.* 6. *num.* 31. Sanch. *de Matrimonio lib.* 7. *disp.* 87. *nu.* 30. D. Barbos. *in l.* 2. *num.* 40. *in principio ff. soluto Matrimon.* Gratian. *Marchiæ decis.* 126. & *discep. forensium cap.* 240. *num.* 3. & 4.

9 Bonacina *d. punct.* 9. *n.* 3. *vers. ex quo.* Vnde non posse mulierem in contractu Matrimonij conuenire, vt soluto Matrimonio morte viri donec dos sibi soluatur, quid certum detur loco interesse, contra Laurentium Rodolph. *de vsuris q.* 65. tenuerunt Ceph. *consi.* 133. *nu.* 130. *lib.* 1. Surd. *consi.* 194. *nu.* 14. & 15. & *de alimentis tit.* 1. *q.* 45. *nu.* 17. quos refert, & sequitur Franc. Molin. *d. q.* 39. *nu.* 28. *cum seqq.* vbi *nu.* 39. *cum seqq.* resoluit non valere conuentionem factam per mulierem de ingrediēdo post mortem viri propria auctoritate bona illius sibi pro dote hypothecata, & eadem ipsa retinendi pro securitate sua, percipiendo fructus, suosq; faciendo, interim dum dos ei non soluitur, & *nu.* 69. *cum seqq.* resoluit posse mulierem pacisci cum hæredibus mariti occasione dilatæ solutionis ab ea, vt interim sibi aliquid annuum soluatur pro alimentis, dum id fiet in casibus, in quibus potest vidua post annum consequi interesse dotis non solutæ, quos refert Surd. *d. tit.* 1. *quæst.* 45. *à principio*, & in hanc sententiam citat Couar. *d. cap.* 1. *nu.* 4. Gemin. *de vsuris commen.* 1. §. 4. *num.* 91. Nauar. *in man. cap.* 15. *n.* 213. Iacob. de Graffijs *in aureis decisionibus par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 106. *n.* 4. Surd. *d. quæst.* 45. *nu.* 74. 75. & 76. Atque etiam procedit superior traditio vbicumque est Statutum, vel consuetudo aliquid certū taxaret vxori pro alimentis, interim dum dos ei soluitur, valeret enim pactum, quo idem deducitur in conuentionem, quod à lege municipali, vel consuetudine taxatur, nam & Statutum huiusmodi, siue talis consuetudo valet, vt tenent plures, quos recensent Couar. *d. c.* 1. *nu.* 4. *vers.* 8. Nau. *in comment. de vsuris num.* 68. Caual. *d. par.* 1. *decis.* 25. *nu.* 27. Iacob. de Grassijs *d. nu.* 4. Palat. *in repet. cap. per vestras de donat. inter virum* §. 24. *num.* 3. Menoch. *remed.* 3. *retinenda num.* 179. Surd. *d. tit.* 1. *quæst.* 42. *nu.* 45. qui contrarium sequitur, immo talem consuetudinem, vel Statutum non valere.

10 Secundo limita si non maritus, qui sustinet onera Matrimonij, sed socer, aut extraneus ea supportaret, tunc enim maritum non posse dotis vsuras consequi, qui vxorem non alit, tenuerunt Palat. Lara, & alij, quos refert, & sequitur Surd. *d. quæst.* 42. *nu.* 30. *cum seqq.*

11 Tertio limita, quando post pactum initum de recipiendo aliquid pro interesse, maritus dilationem soluendæ dotis dedisset, quoniam data dilatione, in consequentiam videtur voluisse, vt interim interesse conquiesceret, vt per Cou. *d. cap.* 1. *num.* 3. *vers.* 5. Palat. *in repet. d. cap. per vestras notab.* 6. §. 8. *nu.* 3. *vers.* 8. Nau. *d. cap.* 17. *num.* 213. Ioseph. Ludou. *d. decis.* 21. *n.* 44. & 45. Surd. *d. quæst.* 41. *num.* 53. *cum seqq.* Quamquam secus foret vbi gener promissa dote liberè dilationem dedisset socero, hoc expressim pacto, vt interim pendente dilatione sibi certum interesse daretur, & licet aliqui dissentiant, existimantes id fieri non posse, quales sunt, Rubeus *consi.* 108. *à principio*, Crauet. *consi.* 1089. *num.* 7. contraria tamen opinio verior est, cum, vt animaduertit Couar. *loco proximè cit.* iustiori de causa habet locū perceptio fructuum, alteriusvè quantitatis loco interesse, quando libera ex pacto facultas datur debitori fruendæ dotis, quam si creditori licitum foret eam quocunque die petere, sequuntur Gemin. *comment.* 1. *de vsuris* §. 4. *nu.* 75. Caual. *d. part.* 1. *decis.* 35. *num.* 21. Ioseph. Ludouic. *d. decis.* 21. *num.* 42. Cancer. *variarum resolut. lib.* 3. *cap.* 7. *nu.* 58. & 59.

12 Quarto limita in pacto excedente interesse certum à lege, aut Statuto, vel consuetudine taxatum, quoniam esset nullum, & vsurarium, licet verè maritus sublato pacto posset agere via ordinaria ad id, quod plus sibi interest ratione damni emergentis, vel lucri cessantis, si pecunias ad manum habuisset, & foret mercator, & talis persona, quæ solita erat negotiari, ità concludunt Caualc. *d. decis.* 35. *n.* 23. Surd. *d. quæst.* 42. *nu.* 8. & 9.

SVM-

Cap. Michael. XVII.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb antiq Innocen. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anch. Butr., Henric. Panorm. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 150. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 687. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 7. *cap.* 2.

Vide posita *ad cap. quia frustra* 15. *nu.* 3. *supra hoc tit.*

In glos. [Pater, vlt.] ibi (*sed nunquid repelli potest ab agendo, &c.*) Ex his verbis colligit Zabarel. *hic ante fin. vers. tu autem dic*, proxenetā seu mediatorem in contractu vsurario ad restitutionem vsurarum non teneri. Verum contrarium docuerunt in præsenti Host. *ad fin. vers. sed numquid*, Anan. *colum.* 4. *num.* 10. *vers. in considera*, Lap. *alleg.* 93. *num.* 4. *colum.* 4. Crebrior tamen est opinio existimantium proxenetam ad vsurarum restitutionem minime adstringi, nisi in subsidium principali non existente soluendo, alias secus, ita hic Ioan. Andr. *ad fin.* Anchar. *num.* 6. *vers. quæris vltimo*, Butr. *nu.* 7. *vers. vltimo*, Panorm. *nu.* 6. Quintil. Mandos. *in addit. ad Lap. d. alleg.* 93. *lit. H*, Mascard. *de probat. concl.* 1040. *num.* 24. *vers. limitatur duodecimo*, quos refert, & sequitur Rendina *in promptuario receptarum sententiarum, tom.* 1. *tit.* 127. *de Vsuris nu.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Per vsuram homines nimis grauantur.*
3 *Iudæus potest puniri per indirectum pœnis Ecclesiasticis si fœnus exerceat.*
4 *Princeps secularis an possit concedere facultatem Iudæis fœnerandi, remissiue.*
5 *Decima an debeatur ex ijs prædijs ex quibus Ecclesia non erat solita percipere, remissiue.*
6 *Onus adiectum rei facit vt res transeat cum illo.*

Cap. Quanto. XVIII.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq Innoc. Collect. Zabarel. Anania, Host. Anch. Butr. Henric. Panorm. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 150. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 688. desumitur ex Concil. general. Lateranensi *sub Alexan. III. cap.* 67. refertur ab Anton. August. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 7. *cap.* 3.

2 *Aggrauentur*. Ergo per vsuram homines nimis grauantur, vt per Perez *ad rub. tit.* 2. *glos.* 1. *vers. quæri potest pag.* 24. *lib.* 8. *Ordin.* Mol. *in emporio Iuris par.* 1. *tit.* 2. *in prælud. nu.* 128.

Per censuram ecclesiasticam, &c.

3 Notatur ad hoc, quod Iudæus potest puniri per indirectum pœnis Ecclesiasticis si fœnus exerceat, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 489. *nu.* 17.

4 *Principibus autē iniungimus, &c.*

An Princeps secularis possit concedere Iudæis facultatem fœnerandi consule Thesaur. *decis.* 57. Alexan. de Neuo *cons.* 100. quos refert Anton. Ricciul. *in tract. de Iure personarum extra gremium Ecclesiæ existen. lib.* 2. *cap.* 19. *nu.* 10.

5 *Antequam ad Iudæos quocunque titulo deuenissent*. Ergo à contrario ex ijs prædijs ex quibus Ecclesia solita non erat percipere, decima minimè debetur, de quo tamen vide Azor. *institut. moral. par.* 1. *lib.* 7. *c.* 25. *post princ.* Soar. *de relig. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 6. *nu.* 12.

6 In glos. [Deuenissent.] ibi (*& ita res transit cum suo onere.*) Notatur ad hoc, quod onus adiectum rei facit vt res transeat cum illo, vide *l. is, cui opus*, vbi latè Ias. *nu.* 6. *ff. de noui operis nunc.* Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *glos.* 9. *n.* 102. Menoch. *cons.* 2. *nu.* 31. & *cons.* 63. *n.* 11. & *cons.* 80. *n.* 79. Cabed. Lusit. *decis.* 52. *nu.* 1. *par.* 2. D. Barbos. *in l. post dotem nu.* 5. *ff. soluto Matrim.* Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap.* 3. *num.* 33. & *de emptione & vend. cap.* 10. *num.* 10. & *cap.* 27. *num.* 79. Ioan. Martins à Costa *in addit. ad tract. libellorum annot.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Declaratur tex. in præsenti, pluresq; Doctores referuntur de eius intellectu agentes.*
3 *Vsura committitur quantumcunque minimum sit lucrum.*

Cap. Nauiganti XIX. & fin. Greg. ix.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarel. Io. And. Anania, Hostien. Anch. Butr. Henric. Boich, Henr. Canis. Casal. *in annot.* Panor. Beroi. Cened. *collect.* 47. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 151. Alagona *in compendio Iuris Canonici, pag.* 688. & *tom.* 4. *repet. in iure Canonico ad* 5. *Decretal. librum* Ioan. Crot.

2 Plura circa intellectum huius text. & an, & quando suscipiens in se periculum pecuniæ mutuatæ ratione assecurationis mutui, possit aliquid à mercatoribus, vel venditoribus ad creditum exigere, vide Cou. *vari. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 5. Medin. *in codice de restitut. q.* 38. *in* 3. *causa col.* 4. Gasp. Caballin. *in milleloquio Iuris par.* 1. *milleloq.* 299. Gasp. Roder. *de annuis redditib. lib.* 3. *q.* 5. *num.* 55. *cum seqq.* Mol. *in emporio Iuris par.* 1. *tit.* 8.

tit. 8. q. 25. Sot. *de Iustit. lib. 6. q. 7. artic. vnic.* Angl. *in floribus Theologicis in quæst. de contractu mutui art. 2. concl. 1. & 2.* Strach. *de assecurat. in præfat. nu. 26. cum seqq.* Villag. *in tract. de vsuris q. 26.* Geminian. *eod. tract. commento 3. à princip.* Paul. Comitol. *respons. moralium lib. 3. q. 25. nu. 5.* Azor. *institut. moral. par. 3. lib. 7. cap. 7. quæst. 8.* Curi. *Philip. par. 2. lib. 2. cap. 1. à num. 18.* Salas *de contract. tit. de vsuris dub. 23. num. 3.* Bonacin. *eod. tract. disp. 3. q. 3. puncto 5. nu. 1.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœniten. lib. 25. num. 211.* Valasc. *cons. 18. num. 4.* vbi refert ideo in præsenti censeri vsurarium, qui mutuat nauiganti, vel eunti ad nundinas, licet suscipiat in se periculum, si aliquid inde percipiat vltra sortem, quia mutuum factum, & id quod datum est vltra sortem, non fuit expresse pro susceptione periculi, sed simpliciter, & ideo præsumitur vsura, & hæc videtur intentio & mens huius tex. vt quãdo datur simpliciter pecunia mutua ituro per loca periculosa, vel aliàs, & mutuans eam simpliciter suscipit ipsius pecuniæ periculum, & pactus est sibi dari aliquid vltra sortem, non exprimens an recipiat pro assecuratione, & & susceptione periculi, vel ratione mutui, præsumit vehementer lex Canonica in præsenti, quod pro mutuo, & quod assecuratio, seu periculi susceptio fuit interposita ad palliandam vsuram, & sic ad tollendam istam palliationem vsuræ sub calore assecurationis, & ad hoc est lata constitutio huius tex.

3 ***Recepturus aliquid.*** Ergo vsura committitur quantũcunque minimum sit lucrum, quod ratione mutui vltra sortem percipitur, quæ nec etiam in minimo permitti potest, vt per Tiraq. *de iudicio in rebus exiguis vers. 24. fol. mihi 52.* Melch. Phæbos *Lusitana decis. 7. nu. 6.*

De Crimine falsi. Tit. XX.

1 SVPER hanc rub. scripserunt Zabarel. Io. And. Anchar. Butr. Panorm. Mari. Socin. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo Iuris Canonici, fol. 144. verso.* Ioan. de Londris *in breuiario Sanct. Canonum fol. 181.* Petr. de Rauenna *in compendio Iuris Canon.* Martinus Mesnart. *in epitome Decretal. fol. 188.* Dan. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontif. à pag. 668.* Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alexand. Cassan. & Anastasi. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. sub hoc tit.*

2 De materia tit. vide apud Lusitanos Ordin. Regiam *lib. 5. tit. 52 cum seqq.* vbi Parens meus notat, & apud Castellanos *l. 57. tit. 6. part. 1.* vbi Greg. Lop. & *tit. 12. lib. 4. for. leg. & tit. 6. lib. 8. Ord.* vbi Perez, Velam. de *delictis, c. 10.* Clar. *lib. 5. §. falsum*, Farin. *in praxi crimin. p. 6. de falsitate, & simulat.* Bonacos. *commun. crimin. verbo falsum*, Prax. Episcop. *p. 1. verbo falsarij*, Bernard. & Salzed. *in pract. cap. 119. in nouiss. impress.*

3 De falsificantibus signum, aut sigillum Regis agunt Ordin. Regia Lusitan. *lib. 5. tit. 52.* vbi Parens meus, & apud Castellanos, *l. 3. tit. 6. lib. 8. Ordin.* vbi Perez, & *l. 3. tit. 17. lib. 8. noua recop.* vbi Azeued. Pradil. *in summa legum pœnalium, par. 1. cap. 21.* Castill. *lib. 3. quotidian. cap. 20. n. 8. cum seqq.*

4 De facientibus falsas scripturas, aut illis vtentibus vide Ordin. Regiam Lusit. *d. lib. 5. tit. 53.* vbi Parens meus notat, & apud Castellanos *tit. 7. part. 7.* vbi Greg. Lop. Farin. *in praxi crimin. q. 155. à princip.* Card. Tusch. *lit. F, conclus. 41.* Molin. *de Iustit. tom. 3. tract. 2. disp. 700.* Et de pœnis falsarij tabellionis, vide Velam. *de delictis cap. 24.* Clar. *in §. falsum nu. 16.*

5 De teste falsum deponente agunt Ordin. Regia Lusit. *d. lib. 5. tit. 54.* vbi notat Parens meus, & apud Castellanos *l. 26. tit. 11. part. 3.* vbi Greg. Lop. & *l. 4. & 7. tit. 17. lib. 8. noua recop.* vbi Azeued. Orozc. *in emblem. moralib. lib. 3. embl. 47.* Anton. Gabri. *commun. lib. 2. sub tit. de Iureiur. concl. 6.* Ioseph. Ludou. *lib. 3. sub eod. tit. concl. 1.* Perez *tit. 6. lib. 8. Ordin. pag. 188. cum seq.* Auendan. *de exequendis mand. par. 2. cap. 27.* Mascard. *de probation. concl. 955. n. 19.* Fachin. *controuers. lib. 1. cap. 14.* Seraphin. *de priuilegijs Iuram. priuil. 64.* Surd. *cons. 37.* Decian. *tract. crimin. lib. 6. cap. 10. cum seqq.* Vela *de delictis, cap. 37.* Farin. *in d. p. 6. q. 160. à princip.* Galganet. *de Iure publico, lib. 1. tit. 38.*

6 De falsitate commissa in supponendis partibus agunt Doctores *in l. 1. & l. supposito C. ad legem Cornel. de falsis*, nostri in Ordin. Regia *d. lib. 5. tit. 55.* Castellani *l. 3. tit. 7. part. 7.* vbi Greg. Lopez, Boss. *de delictis, tit. de partus suppositione*, Anton. Gom. *l. vlt. Tauri nu. 12.* Menoch. *de arbitr. casu 306. num. 3. & de præsumpt. lib. 5. præs. 24.* Quanter. *in quæst. crimin. cap. 77. à nu. 33.* Vincent. de Franch. *decis. 332.* Mascard. *de probat. conclus. 1147.* Molin. *de Iustit. tom. 3. tract. 2. disp. 701.* Thom. Valasc. *allegationum Iuris tom. 1. alleg. 13. nu. 50. cum seqq.* Farin. *d. par. 6. q. 150. nu. 239. cum multis seqq.* Galganet. *de Iure publico, lib. 1. tit. 41. nu. 9. & 15.*

7 De aurifice adulterinas gemmas, seu lapillos illigante agunt Ordin. Regia Lusit. *d. lib. 5. tit. 56.* Auendan. *de exequendis mand. par. 1. cap. 19. num. 30.* Pradil. *d. par. 2. casu 7.* Farinac. *d. praxi crimin. tit. de furtis, q. 166. n. 44.*

8 De pharmacopolis vendentibus medicinas adulteratas, vide Luc. de Peña *in constit. Neapol. lib. 3. tit. 49. fol. mihi 101.* Bellac. *tom. 2. communium opinion. lib. 9. tit. 17. nu. 12. pag. 505.* Mascard. *concl. 5. nu. 32.*

9 De vendentibus vinum limphatum, vide apud Castellanos *l. 8. & 9. tit. 17. part. 7.* vbi Greg. Lopez, Rebuff. *tom. 2. ad leges Galliæ, tit. de hospitibus vers. duodecima conclusio*, Azeued. *l. 5. tit. 11. lib. 5. noua recop.* Sebast. Neui. *in remiss. ad l. si, quis in puteum, 11. ff. quod vi, aut clam.* Bobadil. *in sua politi-*

politica, lib. 3. cap. 4. n. 90. Auendan. *d. cap. 19. n. 30. vers. quinto*, vbi de admiscentibus vinum vetus cum musto.

10 De portantibus in saccis merces desuper bonas, & inferius corruptas, ac de illis, qui in principio canistri ponunt poma meliora, vide Azeued. *l. 3. num. 4. cum seqq. tit. 5. lib. 1. noua recop.* Matien. *l. 1. glos. 9. nu. 11. tit. 14. lib. 5. eiusdem noua recop.*

11 De vtentibus falsis ponderibus, & mensuris, vide Ordin. Regiam Lusit. *lib. 5. tit. 58.* vbi notat Parens meus, & apud Castellanos *l. 7. & 8. tit. 7. part. 7.* vbi Greg. Mexi. *in tract. tassa panis, concl. 5. nu. 30. cum seqq.* Matien. *l. 2. glos. 5. & 6. tit. 13. lib. 5. noua recop. & l. 1. glos. 9. tit. 14. eod. lib.* Modern. *de Iurisd. par. 4. cent. 1. casu 3. n. 16. cum seqq.* Hortens. Caualcan. *de brachio Regio, p. 6. nu. 354. cum seqq.* Ludou. Rodolphin. *vari. quaest. lib. 2. q. 40. n. 13.* Galganet. *de Iure publico lib. 1. tit. 40.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Interpretatio in dubio fieri debet, vt excusetur quis à periurio.*
3 *Testis falsi crimen in eo cognoscitur, quam detestabile sit, quia Deo, iudici, & hominibus obnoxius est.*
4 *Iudex secularis testem in testimonio coram se ferendo delinquentem punire non potest.*
5 *Falsitas nemini nocina non punitur pœna ordinaria.*
6 *Falsum deponere dicitur, qui tacet veritatem.*
7 *Sententia potest allegari nulla vsque ad triginta annos.*

Cap. Falsidicus. I. *D. August.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Mar. Socin. Cened. *collect. 139.* Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellae par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 156.* Alagona *in compend. Iuris Canonici pag. 690.* Verba huius tex. non sunt Augustini, sed Isidori *lib. 3. de summo bono, cap. 59.* refert Burchard. *lib. 50. Decret. cap. 11.* habetur apud Ant. Aug. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 16. cap. 2.*

2 *Falsidicus testis.* Aduerte, quod in dubio semper fieri debet interpretatio, vt excusetur quis à periurio, ex Decian. *tract. crimin. lib. 6. cap. 11. nu. 58. & c. 12. nu. 20.* Et ad euitandam falsitatem testium dicta sunt improprie intelligenda, vt per Rebuff. *de reprobat. testium, n. 100.* Surd. *decis. 263. n. 9. & decis. 282. nu. 11. cum seqq.* dummodo non sequatur absonus intellectus, Hortens. Caualcan. *in pract. de testib. p. 3. n. 67. & 68.*

3 *Tribus personis est obnoxius, &c.* In eo potissimum dignoscitur, quam detestabile sit falsi testis crimen, quia Deo, iudici, & hominibus obnoxius est, vt per Farin. *in praxi crimin. p. 2. q. 67. nu. 1. & n. 8.*

4 *Deinde iudici, quem mentiendo fallit.* Intellige quando est competens falsidici testis; nam secularis iudex nec ex officio, nec ad partis instantiam, nec in bonis, nec in corpore, nec principaliter, nec incidenter iudicare potest, aut punire clericum in testimonio coram se ferendo delinquentem, vt per Cou. *pract. cap. 18. n. 8.* Marant. *de ordine iudic. p. 6. cap. de inquisit. n. 150. & actu. 12. à nu. 1.* Clar. *§. fin. q. 38. nu. 14. vers. hinc quaero*, Crass. *tom. 2. commun. opinion. lib. 9. tit. 17. num. 138. pag. 511.* Rebuff. *in tract. quando seculares, nu. 88.* Bernard. *in pract. cap. 96. nu. 2.* vbi Salzed. *in addit. verbo non potest puniri*, refert plures Doctores, Mexi. *in tract. tassa panis, concl. 5. n. 34.* Fachin. *lib. 9. controuers. cap. 27. vers. tertia verior.* Perez *l. 1. vers. sed dubitari potest, tit. 6. lib. 8. Ordin. pag. 189.* Azeued. *l. 1. nu. 97. cum seqq. tit. 16. lib. 8. noua recop.* Prax. Episcop. *p. 1. verbo rasus, pag. 79.* Mort. *in emporio Iuris, p. 1. tit. 2. in prelud. n. 153.* Modern. *de Iurisdict. p. 4. casu 128. num. 7. cum seqq.* Azori. *institut. moral. par. 1. lib. 5. cap. 13. q. 2.* Pradil. *in summa legum pœnalium, p. 1. c. 22. n. 8.* Farin. *in praxi crimin. p. 1. q. 8. nu. 26.* Hortens. Caualcan. *in pract. de testibus, par. 5. nu. 418.* plures alios ex antiquioribus refert Cened. *ad Decretum collect. 37. nu. 10. & ad Decretal. collect. 139. nu. 2.*

5 *Quem falso testimonio laedit.* Hinc falsitatem nemini nocitam non puniri pœna ordinaria tennerunt Felin. *in tract. quando conatus puniatur, vers. fallit secundo*, Cou. *in cap. quamuis pactum, p. 1. §. 7. nu. 6. in fine*, Clar. *lib. 5. §. falsum, n. 35. & §. periurium, nu. 11.* Bonacos. *commun. crimin. p. 2. verbo falsitas fol. mihi 28.* Menoch. *de arbitr. casu 306. nu. 14. 23. & 30. cum seqq.* Surd. *decis. 282. nu. 18.* Flores de Mena. *vari. lib. 1. q. 20. nu. 81.* Farin. *in praxi crimin. p. 6. sub tit. de falsit. q. 150. num. 291.* Et falsitatem commissam in re modica leuius esse puniendam resoluunt Tiraq. *de iudicio in rebus exig. pag. mihi 49.* Menoch. *de arbitr. casu 306. nu. 36.* Farin. *d. p. 6. quaest. 150. nu. 112. & 292.*

6 *Et qui veritatem occultat.* Notatur ad hoc, quod testis, qui tacet veritatem dicitur falsum deponere, vt per Tiraq. *de pœnis temp. causa 44. nu. 15. cum seqq.* Zachin. *de haeret. col. 14. nu. 2.* Peña *in direct. Inquisit. par. 3. q. 73. commento 122. vers. falsum autem testem*, Mascard. *de probat. conclus. 743. nu. 12. & in praefat. q. 5. à nu. 70.* Decian. *tract. crimin. tom. 2. lib. 6. cap. 10. nu. 30.* Farin. *d. q. 67. à n. 220.* vbi *n. 223.* ampliat etiam ad illum testem, qui dicit se non recordari de eo, quod vel certum est ipsum recordari, vel saltem debet verisimilter recordari, & *nu. 225.* ampliat ad testem, qui deponit obscure versutè, vel per malitiam, ad hoc vt eius depositio producenti

ducenti non prosit. Adnerte tamen tacentem verum non peccare nisi quando productus est vt testis, Flamin. *de resignat. benefic. lib. 9. quast. 27. num. 5.*

7 In glos. [Iudici.] ibi (*vsque ad 20. annos*) Immo vsque ad 30. potest sententia allegari nulla *glos. inc. vnde quaeritur 35. q. 9.* Viui. & Bellac. *tom. 2. commun. opin. lib. 7. tit. 15. n. 131. cum seqq.* Pinel. *in l. 1. C. de bonis mat. p. 3. n. 50. & in auth. nisi num. 21. eod. tit.* Perez *ad tit. 15. lib. 3. Ordin. pag. 738.* Tiraq. *de retractu lig. §. 36. glos. 2. num. 38.*

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Sententia falsa non est exequenda.*
3 *Sententia ex falsis instrumentis nunquam transit in rem iudicatam.*
4 *Falsitatis sola suspicio in litteris Apost. fidem eis tollit.*
5 *Nullitates ex defectu iurisdictionis emanantes summè attendenda sunt.*
6 *Iurisdictionis defectus dicitur insanabilis.*

Cap. Super eo. II. *Luc. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Panorm. Mari. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantys vtriusq; Iuris cum legibus Castellae par. 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificy pag. 157.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 691.* refertur ab Anton. August. *collect. 2. Decretal. sub tit. de re iudic. cap. 4.*

2 Probat hic tex. falsam sententiam non esse exequendam, vt per Rebuff. *tom. 1. ad leges Galliae, tract. de sentent. execut. art. vlt. n. 10. pag. mihi 256.* sicut & illam, quae ex falsis probationibus lata fuit, vt probant Ordin. Regia Lusitan. *lib. 3. tit. 75. in princip. & tit. 87. §. 1.* vbi Parens meus, & apud Castellanos *l. 13. tit. 22. part. 3.* vbi Greg. Mench. *vsufreq. c. 36.* Amat. Roderic. *in pract. cap. 9. nu. 9. & 10.* Alexan. Trentasinq. *vari. lib. 2. tit. de sentent. resol. 3. nu. 13.* Curi. Philip. *p. 1. §. 18. n. 12.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. collect. 1502.* Nam sententia ex falsis instrumentis nunquam
3 transit in rem iudicatam Cald. Pereira *consil. 36. à princip.* vbi n. 12. declarat si is pro quo lata fuit sententia sciat falsas esse probationes.

4 *Redarguenda videris falsitatis.* Ergo sola suspicio falsitatis in litteris Apostolicis fidem eis tollit, & earum impedit executionem, vt per Farin. *in praxi crimin. p. 6. q. 151. num. 33.*

5 In glos. [Falsarum. 1.] ibi (*quia defectus est in iurisdictione.*) Aduerte nullitates ex defectu iurisdictionis manentes summe attendendas esse, vt per Ioan. Bauman. *de sequest. c. 16. n. 1. & 4. cum seqq.* Azin. *in praxi Florent. §. 31. cap. 32.*

6 Caualcan. *decis. 28. n. 46. cum seqq. vol. 1.* Nam defectus iurisdictionis dicitur insanabilis Aemil. Verall. *decis. 38. nu. 2. lib. 3.* Thom Triuis. *Veneta decis. 11. nu. 2. lib. 2.* Camill. Borrel. *in summa omnium decis. tit. 41. nu. 124.* & est legibus adeo exosus, vt quamuis se de nullitate non oppositurum quis iurasset, tamen hanc nullitatem ex defectu iurisdictionis opponere poterit, vt ex Felin. Ruin. & alijs colligit Crauet. *consil. 383. nu. 16.* & resoluit Anton. Gabr. *tom. 3. communium opin. lib. 6. tit. de statutis concl. 3. n. 7. pag. mihi 355.*

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Sigillum Principis clericus, qui falsauit est deponendus.*
3 *Delinquentibus signum an fas sit imponere, ostenditur.*

Cap. Ad audientiam. III. *Vrb. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Host. Anchar. Butr. Panorm. Henric. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantys vtriusque Iuris cum legibus Castellae, par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 157.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 691.* refertur ab Anton. August. *collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. 9. cap. 2.*

2 Probat hic tex. clericum, qui falsauit sigillum Principis, aut alicuius Regis esse deponendum, sibique characterem imprimendum, ac in exilium mittendum, vt per Duen. *reg. 290. limit. 1.* Boer. *decis. 82. col. 1.* Perez *l. 1. tit. 8. lib. 2. Ordin. pag. 281.* Cardos. *in praxi iudicum, & aduocat. verbo clericus, nu. 86.* Aldrete *de religiosa disciplina tuenda lib. 2. c. 17. §. 3. n. 22.* Galganet. *de iure publico, lib. 1. tit. 41. nu. 24.*

3 *In signũ maleficij characterẽ, &c.* Olim apud nostros Lusitanos in antiqua Ordin. *lib. 5. tit. 37. §. 2.* furibus auriculas abscindi iubebatur, quia tamen hęc inscriptio, seu potius maleficij signum faciebat vt aliqui longis capillis, aut auritis pileis mutilatas aures occultarẽt, nec cõueniebat tam patenti signo turpitudinẽ ostendere, ob quod Imperator Cõstantinus vultus deturpationem lege vetuit, sic rescribẽs ad Eumelium. Si quis in ludum fuerit, vel in metallum pro criminum deprehensorum qualitate damnatus minime in eius facie scribatur, dum in eius manibus, & in suris possit poena damnationis vna scriptione comprehendi, refert Cardin. Caesar Baron. *in addit. ad martyrologium Romanum die 22. Decembris,* ideo in nouissima iustitiae reformatione praedicta aurium abscisio sublata fuit, & illius loco iubetur, vt pro primo furto prima littera territorij, vbi inuenitur, pro secundo vero furcae signum in humero eandenti

ferro imprimatur, & de hac bullatione agit Fari. *d. p.6.q.170.n.94.* apud Castellanos vero per *l.5. tit. 1. lib.5. noua recop.* vbi Azeued. *n.* 12. character imprimi iubetur ei, qui duas vxores simul duxit, & idem Azeued. *l. 3. nu. 22. tit. 17. lib. 8. eiusdem noua recopil.* agit de charactere imprimendo falsanti sigillum Regis.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Apostolicas litteras recipientes in Curia de manu alterius quam Summi Pontif. vel deputatorum sunt excommunicati.*
3 *Verbum, subiaceat, non est lata sententia.*
4 *Verbum præsentis temporis imperatiui modi, quod ad Iudicem dirigitur, importat sententiam ferendam.*

Cap. Dura: IV. *Innoc. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Coll. Zabar. Io. Andr. Anania, Host. Ancharan. Butr. Panor. Henric. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concord. vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viu. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag.* 158. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 691. refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. sub tit. 11. de falsarijs cap. 1.*

2 Probat hic tex. recipientes litteras Apost. dum ipsi sunt apud Sedem Apost. de manu alterius, quàm Summi Pont. vel deputatorum ad illud officium, esse excommunicatos, vt per Clar. *in pract. lib. 5. §. fin. q. 77. num. 17.* Mari. Alteri. *de censur. tom. 1. de excom. lib. 5. c. 5. disp. 7. vers. rursus*, vbi latè, *& in vers. quamobrem*, aduertit quod in hoc tex. duplex continetur excommunicatio, alia latæ sententiæ, quam incurrunt ipso iure illi, qui litteras Apost. accipiunt ab alio, quàm de manibus Papæ, vel officialium, aut Bullatorum, nisi sint personæ insignes, alia est sententiæ ferendæ, qua excommunicandi sunt per Ordinarium illi, qui habent litteras falsas, si postquam sciuerint eas esse falsas, infra viginti dies non lacerauerint, aut resignauerint, & semel excommunicati non possunt ab alio absolui (præterquam in mortis articulo) nisi à Papa, *& in vers. secundo*, circa eandem excommunicationem prolatam in eos, qui litteras Apost. accipiunt ab alio, quam ab ipso Papa, vel officialibus, notat hanc excommunicationem afficere illos tantum, qui apud Sedem Apost. commorantur, vt habetur in textu, *& in vers. tertio*, notat Doctores communi consensu asserere hanc excommunicationem abijsse in desuetudinem, & hodie non seruari in Curia.

3 In glos. [Subiaceat.] ibi *(sed non credo, &c.)* Notatur ad hoc, quod verbum, subiaceat, non est latæ sententiæ, vt per Tiraq. *in l. si vnquã C. de reuocandis donat. verbo reuertatur nu.* 149. Nam ver-4 bum præsentis tẽporis imperatiui modi, quod ad iudicem dirigitur, importat sententiam ferendam, vt per Vgolin. *de censuris, tab. 1. c. 9. §. 6. nu. 7.* Carbon. *tract. de legibus lib. 8. disp. 6. vers. tertia regula*, quos refert, & sequitur Moner. *de distrib. quotid. p. 3. q. 7. n. 21.* & in terminis huius tex. Mari. Alter. *d. disp. 7. c. 5. col. 3. lit. D, & E.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Scriptura rasa falsa præsumitur.*
3 *Falsitas præsumitur ex cancellatione in aliqua scriptura reperta.*
4 *Falsitatem arguit abrasio reperta in aliqua scriptura.*
5 *Diuersitas manus in scriptura falsitatem arguit.*
6 *Falsitas arguitur ex apostillis, seu addictionibus, præsertim in instrumentis, seu in aliqua scriptura repertis.*
7 *Instrumentum interlineatum, seu reseruatum si redigatur in publicam formam debet notarius in transumpto mentionem facere de illis interlineamentis, seu rasuris, alias manet suspectum.*
8 *Mutans in litteris Apost. postquam eas receperit ab officiali, aliquid etiam minimum vere falsat illas.*

Cap. Licet. V.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Ancharan. Butr. Henric. Marian. Socin. Casal. *in annot.* Ximen. Toletan. *in concordant. vtriusque Iuris cũ legibus Castellæ, par. 1. & 2.* Viuian. *in ration. lib. 5. Iuris Pontificij pag.* 159. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 692. refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 11. cap. 2.*

2 *In eis aliquid per rasuram, &c.* Notatur ad hoc, quod rasa scriptura falsa præsumitur, & tanquam falsa reijcitur, vt per Mascard. *de probat. concl. 1254. à princip.*

3 *Totaliter abolita.* Notatur ad hoc, quod ex cancellatione in aliqua scriptura reperta præsumitur falsitas, vt per Baiard. ad Clar. *§. falsum n.* 197. Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præs. 99. nu. 3. cum seqq. & de arbitr. casu 187. à n.* 34. Anton. Gom. *l. 3. Tauri, n. 91. & l. 45. n. 145. ad fin. & n.* 146. Brunor. à Sole *in locis comm. verbo Apostilla, n. 1.* Surd. *cons.* 16. Farin. *in prax. crim. p. 6. q. 151. n. 31. cũ seqq.*

4 *Vel abrasæ.* Notatur ad hoc, quod abrasiò reperta in aliqua scriptura falsitatem arguit, vt per Menoch. *d. præs. 99 n. 3. cum seq. & de arbitr. casu 187. n. 41.* Mascard. *concl.* 1254. Farin. *d. q. 151. à n. 64.*

5 *Falsis litteris imitatur.* Nam diuersitas manus in scriptura falsitatem arguit, vide Menoch. *cons. 199. n. 7. vers. tertio arguitur, & de præsumpt. lib. 5.*

lib.5.præf.20.n. 9. 18. *&* 19. Mascard. *concl.* 740.
n. 11. Farin. *d. q.* 151. *à n.* 112. Ex apostillis
6 etiam, seu additionibus præsertim in margine
alicuius instrumenti, seu scripturæ repertis, ar-
guitur falsitas, vt per Franc. Marc. *decis.* 243.
num. 4. *&* *decis.* 702. *n.* 1. *par.* 1. Ba'ard. *d.*§. *falsum,*
n. 197. *vers. item si scripturæ,* Farin. *d.q.*151. *à princ.*
Et de interlineaturis vide Menoch. *d. casu* 187.
7 *nu.* 40. & Mascard. *d. concl.*1254. *nu.*8. Et in hoc
aduerte quod si instrumentum interlineatum,
seu reseruatum redigatur in publicam formam,
debet notarius in transumpto mentionem face-
re de illis interlineamentis, seu rasuris, aliàs
manet suspectum, Bonacos. *commun. crimin. p.* 1.
verbo falsam fol. 65. *in fine.* Bellacomb. *tom.* 1.
commun. opin. lib. 4. *tit.* 11. *num.* 241. *pag.* 582.
Azeued. *l.* 13. *num.* 49. *tit.* 25. *lib.* 4. *nouæ recop.*
Menoch. *cons.* 395. *num.* 57. Mascard. *d. conclus.*
1254. *num.* 16.
8 In glos. [Tenuem.] ibi (*quicunque radit, vel*
immutat rescriptum D. Papæ sibi assignatum, ex-
communicatus est, & falsarius) Notatur ad hoc,
quod etiam ille, qui in litteris Apost. postquam
eas recepit ab officiali, mutat aliquid etiam
minimum, vere fallit illas, vt per Mari. Alter.
*de censuris tom.*1.*lib.*5.*disp.*7.*c.*2.*col.*3.*lit.D.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc text. scribentes.*
2 *Papa fratres vocat Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, cæteros autem Reges, & Principes filios.*
3 *Falsitas arguitur ex diuersitate styli.*
4 *Stylus seruatur pro lege.*
5 *Stylus in dubio non præsumitur.*
6 *Stylum introducere solis supremis iudicibus permittitur.*
7 *Stylus contra Ius non est obseruandus.*

Cap. Quam graui. VI.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc.
Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostien.
Anchar. Butr. Henr. Panorm. Mar. Socin. Ximen.
Toletan. *in concordant. vtriusque Iuris cum legibus*
Castellæ par. 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.*5. *Iuris*
Pontif. pag. 159. Alagona *in compendio Iuris Ca-*
nonici pag. 693. refertur ab Anton. Augnst. *col-*
lect. 3. *Decretal. lib.*5. *tit.*11.*c.*3.
2 *Vt Patriarchas, &c.* Notatur ad hoc quod Papa
fratres vocat Patriarchas, Archiepiscopos, &
Episcopos, cæteros autem Reges, & Principes
filios, vt per Deci. *in c. venerabilis, n.* 2 *de except.*
Cosm. *in pragmat. Sanctionum, tit. de numero Car-*
dinalium, glos. Cardinales.
3 *Quam in stylo.* Notatur ad hoc; quod falsitas arguitur ex di-
uersitate styli, Menoch. *cons.* 199. *n.* 9. *&* 10.
4 Mascard. *de probation. concl.* 1269. *nu.* 4. Stylus
enim seruatur pro lege, itaut iudex contra sty-
lum iudicans, faciat litem suam, acsi faceret,
& iudicaret contra legem, vt per Doctores ci-
tatos ad *c. ex litteris* 11. *à n.* 3. *sup. de constitut.*
Multa de stylo, & quod ad vnguem debeat ob-
seruari congerunt Cardin. Pute. *decis.*353.*lib.*3. *in*
antiq. Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. vendit. p.* 2. *c.*4.
n. 2. Rot. Genuens. *decis.*206. & cæteri citati ad
5 *d. c. ex litteris, n.* 7. In dubio stylus non præsu-
mitur quamuis sit iudiciorum ex Mascard. *de*
probationib. concl. 258. *sub n.* 1. *& concl.*1338.*n.*1.
Menoch. *de præsump. lib.*2.*præs.*8.*n.*7. *& cons.* 717.
*n.*6. *vers. respondetur primo,* Peregr. Iannin. *de rea-*
*litat. lib.*1.*c.*1.*n* 72. Sed alleganti eius proba-
tio incumbit ex Mascard. *d. concl.* 1338. *n.* 2.
Farin. *par.* 4. *cons.* 59. *n.* 12. excepto stylo no-
torio Curiæ, cuius nec allegatio, nec probatio
requiritur, sed iudex supplere in eo debet, vt
6 per Viui. *decis.*297. *n.* 6. quem quidem stylum
introducere solis supremis iudicibus permitti-
tur, Bart. *in l. de quibus, n.*10. *ff. de legibus,* Menoch.
7 *cons.*187.*n.*56 Farin. *cons.*85.*nu.* 17. Stylum ta-
men contra Ius non esse obseruandum annota-
runt Perez *l.* 4. *vers. non obstat etiam, tit.* 4. *lib.* 2.
*Ordin. pag.*240. Farin. *cons.*85. *nu.*18. D. Barbos.
in l. cum prætor, §. 1.*n.* 285.*cum seqq. ff. de iudic.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Falsificantes litteras Papæ ipso iure excommunicationem incurrunt cum suis fautoribus, & defensoribus.*
3 *Papæ litteras falsificantes excommunicantur in Bulla Cœnæ Domini clausul.* 6. *de qua referuntur DD. agentes.*
4 *Excommunicatio, quam incurrunt falsificantes litteras Papæ in hoc tex. in quo differat ab illa Bullæ Cœnæ, ostenditur.*
5 *Surreptitias, vel obreptitias litteras impetrantes non incurrunt excommunicationem huius tex. & Bullæ in Cœna Domini.*
6 *Excommunicationis pœnam non incurrunt; qui in litteris Apost. aliquid modicum mutant, vel corrigunt, quando non fit mutatio in substantia.*
7 *Falsificatio vna sufficit, vt quis puniatur pœna huius tex.*
8 *Beneficium ipso iure vacat propter falsitatem litterarum Apost.*
9 *Falsificans litteras Papæ degradatur, & traditur Curiæ seculari puniendus pœnis legalibus.*
10 *Clericus fabricans falsam monetam Papæ an actualiter sit degradandus, remissiuè.*
11 *Falsum dicens non excusatur prætextu ignorantiæ.*
12 *Clerici vtentes falsis dimissorijs ignoranter, qua pœna puniantur, remissiuè.*
13 *Pœna mitior imponenda est reo cum agitur ciuiliter, quàm cum agitur criminaliter.*
14 *Clerico Curiæ seculari tradito pœna imponenda debet esse vltimi supplicij.*
15 *Pœna vltimi supplicij, & degradationis locum habet in mandantibus falsificare litteras Papæ.*

16 *Papa litteris falsis vtens mitius punitur, quam illas falsificans.*

17 *Negligentia quandoque dolo comparatur.*

Cap. Ad falsariorum. VII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarel. Io. And. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Mar. Socin. Casal. *in annot.* Ximen. Tolet. *in concordant. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag.* 160. Alagona *in compendio Iuris Canonici, pag.* 693. refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. sub titulo de falsitate cap.* 4.

2 *Anathematis vinculo, &c.*

Notatur ad hoc, quod falsificantes litteras Papæ ipso iure excommunicationem incurrunt cũ suis fautoribus, & defensoribus, vt per Card. Tolet. *in instruct. Sacerd. lib. 1. cap.* 22. Sayr. *de censuris lib. 3. cap.* 10. *num. 4. cum seqq.* Farin. *in praxi crimin. par. 6. de falsitate quæst.* 151. *nu.* 7. Fr. Anton. de Sousa *in relect. de censuris Bullæ in Cœna Domini cap. 7. disput.* 45. *num.* 2. Aloys. Ricci. *in decisionibus Curiæ Archiepiscop. Neapolit. par. 1. decis.* 36. *num.* 1. vbi *num.* 3. tenet falsificantem litteras Cardinalis scribentis nomine Sanctissimi non incurrere pœnas huius text. cum vere non dicatur falsare litteras Papæ.

3 Excommunicantur etiam huius criminis Rei per Bullam in Cœna Domini excom. 6. his verbis. *Item excommunicamus, & anathematizamus* omnes falsarios litterarum Apost. etiã in forma Breuis, ac supplicationum gratiam vel iustitiam concernentium per Romanum Pontif. vel S. R. E. Vicecancellarium, aut gerentes vices eorum, aut de mandato eiusdem Romani Pontif. signatarum: necnon falso fabricantes litteras Apost. etiam in forma Breuis, ac etiam falso signantes supplicationes huiusmodi sub nomine Romani Pontif. seu Vicecancellarij, aut gerentium vices prædictorum, quam commentantur, & explicant Salzed. *ad Bernard. in pract. cap.* 119. Rebuff. *post prax. benefic. in Bulla Cœnæ Domini*, Viuald. *in candelabro aureo in explicat. Bullæ num.* 46. *cum seqq.* Iacob. de Graffis *in aureis decis. par. 1. lib. 4. cap.* 18. *nu.* 87. *cum seqq.* Sayr. *d. lib. 3. c.* 10. Vgolin. *de censuris Bullæ Cœnæ p. 1. c.* 6. Soar. *tom. 5. disp.* 21. *sect. 2. n.* 44. *cum seqq.* Coriolan. Capuccin. *post suum tractat. de casibus reseruat. in explicat. Bullæ in Cœna Domini, excommun.* 6. latè Fr. Anton. à Sousa *d. cap. 7. per totum*. latissimè Mari. Alter. *de censuris tom. 1. lib. 5. disput.* 7. & nouissimè Bonacin. *de censuris Bullæ in Cœna Domini*, ac Leonard. Oduard. *in comment. ad Bullam Cœnæ Domini*.

4 In hoc differt excommunicatio de qua in hoc tex. ab illa, quæ habetur in supradicta sexta excommun. Bullæ in Cœna Domini, quia sub illa includuntur qui per alios falsificant litteras Apost. omnes fautores, & defensores falsariorũ, vt tex. dicit, & ex eo deducũt Farin. *d. q.* 151. *n.* 9. & Fr. Anton. de Sousa *d. cap. 7. disp.* 45. *n.* 2. sub hac vero minime vt per Iacob. de Graffijs *d. cap.* 18. *nu.* 93. *&* 95. Soar. *d. disput.* 21. *sect.* 2. *num.* 48. Fr. Anton. de Sousa *d. disp.* 45. *num.* 1. Coriolan. *in explicat. sexta excommunic. Bullæ in Cœna Domini vers. qui vero*, Mari. Alter. *d. disp.* 7. *cap.* 5. Sic etiam in altero differt, quia sub illa hius tex. includuntur vtentes litteris falsis Papæ, sub hac vero Bullæ in Cœna Domini minimè, Nau. *in man. cap.* 27. *num.* 62. Iacob. de Graffijs *d. loco nu.* 99. Viuald. *vbi supra num.* 50. Vgolin. *§. 3. vers. octauo*, Soar. *d. sect.* 2. *num.* 48. Coriolan. *loco proxime citato*.

5 Illud in præsentiarum aduertendum duxi impetrantes litteras subreptitias, vel obreptitias, non ligari excommunicatione, de qua in hoc tex. vt per S. Antonin. *par. 3. tit. 25. cap.* 13. Syluest. *verbo excommunicatio 7. nu. 8. excommunic. 4. vers. & secundo*, Caiet. *eod. verbo cap.* 26. quos refert, & sequitur Coriol. *loco citato, vers. dubitatur*. Prout etiam non ligantur prædicta sexta excommun. Bullæ in Cœna Domini, vt per Viuald. *d. num.* 51. Iacob. de Graffijs *d. nu.* 95. Vgolin. *d. §. 3. vers. quarto*, Soar. *d. sect.* 2. *nu.* 50. Gonzal. *ad reg. 8. Cancellariæ, glos.* 57. *num.* 45.

6 Salzed. *d. cap.* 119. *lit. A. vers. nec incurrit*. A qua excommunicationis pœna immunes etiam sunt, qui in litteris Apost. aliquid modicum mutant, vel corrigunt, quando non mutatur substantia, Nau. *d. cap.* 27. *n.* 61. *vers. sexta*, Vgolin. *d. §. 3. vers. secundo*, Soar. *d. sect.* 2. *n.* 46. *&* 47. Sayr. *d. lib. 3. cap.* 10. *num.* 11. Salzed. *d. cap.* 119. *vers. erit autem*, Coriolan. *d. excom.* 6. *vers. interrogabis*.

7 *Exercent.* Aduerte quod quamuis propter huiusmodi verbum requiri videatur iterationem delicti, tamen in dispositione pœnali vnica tantum vice verificatur, & sic pro vnica falsificatione pœna de qua in hoc tex. locũ habet, vt per Farin. *d. q.* 151. *n.* 31.

8 *Perpetuò sint priuati.* Ergo propter crimen falsitatis litterarum Apost. vacat beneficium ipso iure, vt per Petr. Gregor. *de benefic. cap.* 26. *n.* 12. Rebuff. *de pacificis possess. nu.* 204. *& in praxi benefic. tit. de modis amittendi beneficia nu.* 43. Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos.* 15. *nu.* 78. Nicol. Garc. *de benefic. par. 11. cap. 10. n.* 170. quos refero Ego ipse *de officio & potest. Episcopi p. 3. alleg.* 57. *n.* 234.

9 *Seculari tradantur potestati.*

Notatur ad hoc, quod falsificans litteras Papæ degradatur & traditur Curiæ seculari puniendus pœnis legalibus, quibus laici puniuntur, vt per Clar. *in pract. lib. 5. §. fin. quæst.* 36. *num.* 39. Boer. *decis.* 82. *à num.* 3. Gregor. Lop. *l. 60. tit. 6. part. 1. & l. 6. in glos. de Papa, ò de Rey tit. 7. par.* 7. Afflict. *decis.* 22. *num.* 2. Bernard. *d. cap.* 119. vbi Salzed. *in addit. lit. A*, Petr. Greg. *Syntagm. Iuris lib. 36. cap. 5. num.* 8. Perez. *l. 93. in glos. falsa nuestro*

nostro sesto tit. 19. lib. 8. Ordin. Concord. ad Decretal. collect. 26. nu. 1. late Farin. d. q. 151. à princ. Prax. Episcop. par. 1. verbo falsary, Bobadil. in sua politica lib. 2. cap. 17. num. 95. Modern. de iurisdict. par. 2. cap. 28. num. 14. Aldrete de religiosa disciplina tuenda lib. 1. cap. 17. à num. 21. An clericus fabricans falsam monetam Papæ sit de-
10 gradandus actualiter vide Perez l. 23. vers. quarto principaliter tit. 19. lib. 8. Ordin. Salzed. ad Bernard. d. cap. 119. vers. sed an puniatur, Christoph. de Pace in scholiys ad leges stylı l. 78. num. 97. cum seqq. Farin. in praxi crimin. q. 151. nu. 33.

11 In glos. [Dixerint .] Notatur ad hoc quod in dicente falsum nō admittitur excusatio ignorantiæ, vt per Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 2. q. 14. art. 1. Qua vero pœna puniantur clerici vtentes falsis dimissorijs ignorantes esse falsas
12 vide Aloys. Ricc. in decision. Curia Archiepisc. Neapol. decis. 89. par. 1.

13 In glos. [Deprehensi] ibi (vbi ciuiliter agitur mitius est agendum .) Notatur ad hoc, quod mitior pœna imponenda est reo, cum agitur ciuiliter, quam cum agitur criminaliter, vt per Tiraquel. in l. si vnquam verbo reuertatur nu. 315. Perez tit. 12. lib. 3. Ordin. pag. 696. & ideo mitius est agendum cum clerico de falsitate ciuiliter conuicto, vt per Farin. d. q. 151. nu. 28. vbi nu. 29. refert opinionem huius glosæ procedere in pœnis, quæ ipso facto non infliguntur, sed per Iudicem sunt infligendæ, asserens pœnas, quæ à Iure imponuntur falsantibus litteras Papæ ipso facto, vbicunque constat de delicto siue criminaliter siue ciuiliter agatur, eo ipso locum habere.

14 In glos. [Legitimas .] ibi (vltimo supplicio puniatur .) Notatur ad hoc, quod clerico curiæ seculari tradito pœna imponenda debet esse vltimi supplicij, vt per Duenh. reg. 290. vers. limita primo ad fin. Boer. decis. 82. nu. 6. Farin. d. q. 151. nu. 4.

15 In ead. glos. ibi (& hæc pœna imponitur, &c.) Notatur ad hoc quod pœna vltimi supplicij, & degradationis locum habet in mandantibus falsificare litteras Papæ, vt per Farin. d. quæst. 151. num. 12.

16 In glos. [Sub nomine nostro.] Notatur ad hoc, quod vtens falsis litteris Papæ mitius punitur, quam illas falsificans, vt per Farin. d. q. 151. n. 65 cum seqq.

17 In glos. [Negligentia fin.] ibi (hæc tamen quandoque dolo comparatur.) vide D. Barbos. in prælud. ad l. si mora num. 9. ff. soluto Matrimon.

SVMMARIVM.

1 Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.
2 Supplicationes concernentes iustitiam, quæ dicantur, ostenditur.
3 Falsitas in dubio non præsumitur.
4 Falsarius nemo præsumitur.
5 Testis in dubio non præsumitur falsus.
6 Error in dubio potius præsumitur, quam falsitas.
7 Falsitas in ciuilibus probatur præsumptionibus.
8 Falsum iudicatur, quod affirmatur impossibile scitu.
9 Dolus ex perspicuis indiciys probari debet.
10 Dolus in dubio non præsumitur.

Cap. Accedens. VIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collectar. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Host. Anch. But. Henr. Panor. Marian. Socin. Ximen. Toletan. in concordantys vtriusque Iuris cum legibus Castellæ p. 2. Viuian. in rationali lib. 5. Iuris Pontificy pag. 169. Alagona in compendio Iuris Canonic. pag. 693. refertur ab Anton. August. collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 8. cap. 1.

2 *De simplici iustitia.* Aduerte supplicationes iustitiam concernentes illas dici, quibus quis petit id quod Ius concedit, sed alio modo, vtpote, vt detur sibi Iudex, & vt causa alicui committatur, dicuntur enim de iustitia, quia vult vt Iudex datus secundum iustitiam causam definiat, ita Fr. Anton. de Sousa in relect. de censuris Bullæ in Cœna Domini cap. 7. disp. 41. nu. 4.

3 *Cum præsumi non debeat, &c.* Notatur ad hoc, quod falsitas in dubio non præsumitur, vt per Perez l. 3. in med. vers. falsitas ergo tit. 6. lib. 8. Ordin. & l. 5. glos. 1. pag. 691. vers. quaro 11. tit. 12. lib. 3. eiusdem Ordin. Valasc. consult. 181. nu. 10. Farin. in praxi crimin. par. 4. decis. 49. nu. 5. & Centol. ad eund. decis. 70. lit. B.
4 Et nemo præsumitur falsarius, Mascard. de probat. concl. 745. nec in dubio testis præsumitur
5 falsus, Mascard. concl. 1003. num. 29. Menoch. de arbitr. casu 309. num. 8. & 9. Farin. in d. praxi
6 crimin. par. 2. q. 67. nu. 103. Immo in dubio potius præsumitur error quam falsitas Perez in d. vers. falsitas ergo, Menoch. d. casu 309. num. 8. Farin. in d. praxi par. 6. de falsitate q. 150. n. 274. & Centol. ad eund. par. 4. decis. 74. In ciuilibus
7 falsitas præsumptionibus probatur, nam sola suspitio falsitatis habetur pro falsitate ne instrumento fides detur, vide Syluan. cons. 7. n. 16. cum seqq. & cons. 68. nu. 9. Clar. lib. 5. §. falsum num. 30. Capyc. decis. 30. Bonacos. commun. crimin. par. 1. verbo falsum fol. 66. & par. 2. verbo falsitio fol. 77. Menoch. remed. 4. adipisc. nu. 700. & cons. 23. nu. 17. & cons. 42. nu. 33. & cons. 45. num. 16. Mascard. de probat. concl. 739. num. 4. Parlad. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. par. 5. §. 11. num. 37. Vbi vero criminaliter agitur debet falsitas concludenter & euidentissime probari ex Ioseph. Sessè Arag. decis. 109. nu. 19. & 20.

8 *Qua possunt facile obtineri.* Vnde falsū iudicari, quod affirmatur impossibile scitu refert Farin. in praxi crimin. par. 2. q. 65. n. 149. Idē est quando quis vult affirmare illud, quod quilibet in voluntate habet, cum solus Deus sit scrutator cordium Oldrad. consil. 210. num. 9. & alij

& alij per Menoch. *consil.* 149. *num.* 26.

9 In glos. [Præsumi .] ibi (*sed dolus ex perspicuis indicijs probari debet* .) Vide Mascard. *conclus.* 530. Pute. *decis.* 18. *num.* 53. *in antiq.* Flam. *de resignat. benefic. lib.* 13. *q.* 1. *num.* 101. *cum seqq. & quæst.* 3. *num.* 16. & *à num.* 20. Farin. *in d. praxi quæst.* 89. *num.* 16. Valasc. *consul.* 56. *num.* 2. Cardos. *in praxi Iudicum verbo dolus num.* 12. Ioseph. Sesse *Aragonia decis.* 211.

10 *num.* 19. In dubio enim non præsumitur Tiraq. *de retractu lign.* §. 26. *glos.* 1. *num.* 35. Mascard. *conclus.* 531. & 814. *cum seq.* Card. Tusch. *lit. D, conclus.* 573. Farin. *d. quæst.* 89. *à nu.* 2. Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præsump.* 3. *num.* 42. Surd. *de alimentis tit.* 4. *quæst.* 15. *num.* 51. Ioseph. Sesse *d. decis.* 109. *nu.* 8.

SUMMARIUM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Falsitas non dicitur fieri per rasuram Bullæ in loco non suspecto.*

3 *Rasura facit instrumentum suspectum de falsitate.*

4 *Renuntiare Iuri suo cuilibet permittitur.*

Cap. Ex conscientia. IX. & fin.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Mari. Socin. Ximen. Toletan. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 2. Viuian. *in rationali. lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 161. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 693. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 8. *cap.* 2.

2 ***Nisi paucarum litterarum rasuras, &c.*** Notatur ad hoc, quod per rasuram Bullæ in loco non suspecto falsitas

3 non dicitur fieri, vt per Fr. Anton. de Sousa *in relect. de censuris Bullæ in Cœna Domini cap.* 7. *disput.* 42. *num.* 7. Nam rasura in loco suspecto facit instrumentum suspectum de falsitate Menoch. *de arbitr. casu* 187. *num.* 34. *cum seqq.* Brunor. à Sole *in locis communib. verbo apostilla* 1. Ordin. Reg. Lusitan. *lib.* 1. *tit.* 78. §. 4.

4 ***Cum quilibet ad renuntiandum Iuri suo, &c.*** Concordat *l. si quis in conscribendo C. de pactis, ibi,* omnes licentiam habere his, quæ pro se introducta sunt, renuntiare, cum alijs citatis à Socin. *regul.* 339. Alphan. *collect.* 447. Tiraq. *de iure primogen. q.* 24. *à num.* 4. Gail. *lib.* 1. *obseruat.* 40. Butrig. *de renunciat. Iuris Ciuilis benef.* 4. Mascard. *de probat. concl.* 1269. Menoch. *de præsump. lib.* 6. *præsumpt.* 41. & *consil.* 910. *num.* 1. Surd. *consil.* 198. *num.* 2. Donel. *comment. Iuris Ciuilis lib.* 18. *cap.* 3. *colum.* 9. *vers. deinde*, Morl. *in emporio Iuris Ciuilis par.* 1. *tit.* 1. *in prælud. nu.* 19. & *tit.* 10. *de locato quæst.* 2. *num.* 12. Azor. *institut. moral. par.* 3. *lib.* 5. *cap.* 22. *q.* 10. Cardin. Tusch. *tom.* 6. *lit. R, concl.* 170. *cum seq.* Soar. *de legibus lib.* 8. *cap.* 33. D. Barbos. *in l. alia* §. *eleganter à nu.* 12. *ff. solut. Matrimon.*

De Sortilegijs. Tit. XXI.

1 SVper hanc rubr. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Gulielm Durand. *in breuiario aureo Iuris Canon. fol.* 145. Petr. de Rauenna *in compendio Iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decretal. fol.* 189. *verso*, Daniel Venator. *in analysi methodica Iuris Pontificij à pag.* 676. Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alexan. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretalium sub hoc tit.*

2 De materia tituli vide Syluest. Tabien. Angel. & ceteros summistas *verbo sortilegium*, Velam. *de delictis cap.* 34. Lancel. Conrad. *in templo omnium iudicum lib.* 1. *cap.* 3. §. 3. *vers. vigesimoquarto* Gasp. Caballin. *in milleloq. Iuris p.* 1. *milleloq.* 78. Azeu. per tex. ibi *in l.* 12. *tit.* 14. *lib.* 5. *nouæ recop. et l.* 5. *tit.* 1. *lib.* 8. *eiusd. nouæ recop.* Griland *in tract. de sortileg.* Bernard. Comens. *in lucerna Inquisitorum in verbo sortilegi*, Simanch. *de Catholicis institut. cap.* 62. Eymeric. *ad direct. Inquisit. par.* 2. *cap.* 42. & ibi Peña *commento* 67. Cardos. *in praxi iudicum verbo sortilegium*. Petr. Gregor. *syntagm. Iuris lib.* 34. *cap.* 1. *cum seqq.* Martin. Delri. *disquisit. magic. lib.* 3. *par.* 1. *quæst.* 1. *cum seq.* & *lib.* 4. *cap.* 4. *quæst.* 1. Azor. *institut. moral. par.* 1. *lib.* 9. *cap.* 21. Soar. *de relig. tom.* 1. *lib.* 2. *de superstit. cap.* 38. *à num.* 56. Lessi. *de Iustit. lib.* 2. *cap.* 43. *dub.* 9. Raph. de la Torre *in* 2. 2. *D. Thomæ tom.* 2. *quæst.* 95. *artic.* 8. *pag. mihi* 330. Sanch. *in præcepta Decalogi lib.* 2. *cap.* 38. *à num.* 56. Farinac. *in praxi crimin. quæst.* 20. *à num.* 72. & *de hæresi quæst.* 181. Ioan. Francis. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. par.* 3. *cap.* 5. Sayr. *in claui Regia lib.* 4. *cap.* 5. *à num.* 14. Aldrete *de religiosa disciplina tuenda lib.* 2. *cap.* 22. Emman. do Valle *de incantation. & ensalmis sect.* 3. *cap.* 6. *num.* 31. *cum seqq.* Bernard. & Salzed. *in pract. cap.* 110. *secundum nonsit. impressi.* Modern. *de Iurisd. par.* 2. *cap.* 12.

3 De auguribus, vide repert. Inquisit. *verbo hæreticus vers. an intendens augurijs*, & *verbo augurium*, Decian. *tractat. crimin. lib.* 5. *cap.* 17. *vers. item obseruantes auguria*, Lessi. *d. cap.* 43. *dub.* 7. Iacob. de Graffijs *in decis. aureis lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 20. Martin. Delri. *d. lib.* 4. *cap.* 2. *quæst.* 7. *sect.* 1. *artic.* 2. Sanch. *d. lib.* 2. *cap.* 38. *à nu.* 38.

4 De strigibus vide Carrer. *in tractat. de strigibus*, Bonacos. *commun. crimin. par.* 2. *verbo paruulis fol. mihi* 65. & Inquisitores Hispaniæ con-

contra eas procedunt teste Emman. do Valle d. sect. 3. cap. 5. nu. 16.

5 De maleficio ligaminis vide Spranger par. 1. males quæst. 7. & 8. Nicol. Remig. lib. 2. de monolatria cap. 5. Petr. Gregor. syntagm. Iuris lib. 34. cap. 9. num. 3. cum seqq. Martin. Delri. lib. 3. par. 3. quæst. 4. sect. 8. tit. de maleficio ligaminis, Rebello de obligat. Iustitia par. 2. lib. 3. quæst. 6. à num. 19. Raph. de la Torre d. tom. 2. quæst. 96. art. 2. disput. 10. pag. 414. cum seqq. Farin. de heresi q. 181. nu. 50.

6 De Astronomia vide Blas. Aluarez Mirabal de la conseruacion de la salud cap. 82. Barthol. Valentin. en el repertorio del mundo lib. 2. cap. de Astrolog. Stephan. Quaranta in summa Bullarij verbo Astrologia. Fr. Emman. in sum. tom. 1. cap. 7. num. 3. Sayr. in claui Regia lib. 4. cap. 5. num. 2. Benedict. Pereira de Magia lib. 3. cap. 1. cum multis seqq. Soar. tom. 1. de religione lib. 2. de superstit. cap. 11. num. 8. Azor. d. par. 1. lib. 9. cap. 13. Ioan. de Torres de la philosophia moral de Principes lib. 6. cap. 6. Salas 1. 2. quæst. 9. art. 5. dispu. 2. sect. 8. num. 79. Leonard. Lessi. de instit. lib. 2. cap. 43. dub. 6. à num. 32. Martin. Delri. d. lib. 4. cap. 3. quæst. 1. Fr. Raphael de la Torre in 2. 2. D. Thoma tom. 2. quæst. 95. art. 5. pag. 231. cum seqq. Farin. in praxi crimin. quæst. 20. num. 111. & nouissime de hæresi. quæst. 181. num. 55. Sanch. in precepta Decalogi. lib. 2. cap. 38. à num. 27. Circa Motum Sixti V. contra exercentes indiciariam artem, vide Sayr. d. cap. 5. num. 2. Soar. dicto lib. 2. cap. 11. n. 5. Bobadil. in sua politica lib. 2. cap. 17. num. 73. Sanch. d. cap. 38. num. 34. Aloys. Ricc. in praxi aurea resol. 186.

7 De Chiromantia vide Vgolin. de censuris Pontifici reseruatis par. 2. §. 2. num. 10. Raph. de la Torre d. tom. 2. quæst. 95. art. 7. disput. 3. de chiromantia pag. 326. Farin. in praxi crimin. quæst. 20. nu. 112. & in tract. de heresi quæst. 181. num. 56. Hortens. Caualcan. de brachio Regio par. 3. num. 84. Sanch. d. lib. 2. cap. 38. num. 47. vbi resoluit superstitiosum esse per manuum lineas bonam vel malam fortunam indicare, secus si complexiones, humores, & aptitudinem, & num. 48. asserit mortale esse peccatum interrogare Aegyptianam de bona vel mala fortuna, si fiat animo firmiter credendi illius dictis; vel etiam animo ridendi dummodo notabile detur scandalum.

8 De Somnijs, & quod sit superstitiosum & impium illis credere, quia aut ex repletione, aut vacuitate, aut ægritudine, aut illusione dæmonum, aut ex causis naturalibus eorum imagines & phantasmata prouenire solent. vide Iacob. de Graffis in decis. aureis lib. 2. cap. 3. num. 16. Petr. Binsfeld. in comment. ad l. 3. Cod. de maleficis & mathem. quæst. 2. Gregor. de Valentia 2. 2. quæst. 95. artic. 6. quæst. 12. disput. 6. puncto 3. vers. tertio quoad somnia. Benedict. Pereira de magia lib. 2. cap. 1. cum seqq. Soar. de relig. tom. 1. lib. 2. de superstit. cap. 13. Martin. Delri. disquisit. magic. lib. 4. cap. 3. quæst. 6. de coniectatione ex somnijs, Azor. institut. moral. par. 1. lib. 9. cap. 17. Lessi. de Iustic. lib. 2. cap. 43. dub. 8. Sanch. in precepta Decalogi lib. 2. cap. 38. num. 49. cum seqq. Fr. Raph. de la Torre in 2. 2. D. Thoma tom. 2. q. 95. art. 6. pag. 272. cum seqq.

9 De Necromantia vide Lælium Zecchium in summ. tit. de Fide cap. 19. de necromanticis. Repert. Inquisit. verbo Necromantia. Tolet. in instruct. Sacerdot. lib. 4. cap. 15. num. 15. vers. aliquando. Benedict. Pereira de Magia lib. 1. cap. 11. de Necromantia. Martin. Delri. lib. 2. quæst. 26. sect. 1. cum multis seqq. & lib. 4. cap. 1. q. 6. sect. 2. Azor. d. par. 1. lib. 9. cap. 20. de diuinatione, quæ ducitur ex mortuorum vmbris, & cadaueribus. Fr. Raph. de la Torre in 2. 2. D. Thoma tom. 2. q. 95. art. 3. disp. 3. de Necromantia pag. 195. cum sequentib.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Sorte furta inuestigare prohibitum est.*
3 *Sortilegi Clerici, & Laici pœna quæ sit, remissiue.*
4 *Sortilegij crimen perpetrantes quando Inquisitorum hæreticæ prauitatis iudicio subiaceant, remissiuè.*

Cap. In tabulis. I.
Ex Pœnit. Theod.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collectar. Zabarel. Io. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 2. Vinian. in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 163. Alagona in compend. Iuris Canonici pag. 694. referunt Bruchard. lib. 11. Decretor. cap. 19. Iuo par. 11. cap. 52. Anton. August. collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. 17. cap. 1.

2 Probat hic tex. prohibitum esse sorte furta inuestigare cum incantationibus, & malis artibus, vt per Farin. in praxi crimin. p. 6. q. 176. num. 95. Perez l. 9. glos. 1. pag. 10. tit. 1. lib. 8. Ordin.

3 *Quadraginta dies pœniteat.* Pœna clerici sortilegi qualis sit, vide apud Bernard. in pract. cap. 110. n. 2. vbi Salzed. in addit. lit. B, ponit qua pœna à iudice ecclesiastico puniatur laicus sortilegus, vide Aldret. de religiosa disciplina tuenda, lib. 2. c. 22. n. 5. cum seqq. Soar. tom. 1. de relig. lib. 2. de superstit. c. 19. à n. 12. Emamn. do Valle, de insalmis, & incantat. sect. 3. c. 6. n. 34. Et generaliter quando crimen sortilegij perpetrantes Inquisitorum hæreticæ prauitatis iudicio subiaceant, vide Alphons. de Castro de iusta hæreticorum punit. lib. 1. c. 13. Eymer. p. 2. direct. Inquisit. q. 42. num. 4.

n. 4. Baiard. ad Clar. *verbo haeresis, n. vlt.* & plures alios, quos referunt Salzed. *loco proxime citato,* & Emman. do Valle, *d. c. 6. n. 32.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Clericus, qui bono zelo, & simplicitate sortilegio vsus fuit, suspenditur à Diuinis, &c. per annum.*
3 *Mala non sunt facienda, vt inde eueniant bona.*
4 *Simplicitati ignoscitur.*
5 *Astrologia res occultas inuestigans est superstitiosa.*
6 *Sortil go clerico Episcopus debet imponere annuam suspensionem, & amplius spatium annuo relinquitur eius arbitrio.*

Cap. Ex tuarum. II. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Io. And. Anania, Host. Anch. Butr. Henr. Panor. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellae par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 165.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 694.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 17. cap. 3.* &, est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *par. 50. cap. 6.*

2 Probat hic tex. clericum, qui bono zelo, & simplicitate cordis ductus sortilegio vsus fuit, suspendi à Diuinis, & ministerio Altaris per annum, & amplius prout Iudex arbitratus fuerit, vt per Martin. Delri. *disquisit. magic. lib. 5. sect. 16.* Menoch. *de arbitr. casu 388. n. 6.* Soar. *de relig. tom. 1. lib. 2. de superstit. c. 18. n. 13.* Aldrete *de religiosa disciplina tuenda, lib. 2. c. 22. n. 4.*

3 *Furtum cuiusdam Ecclesiae, etc.* Notatur ad hoc, quod non sunt facienda mala, vt inde bona proueniant, vt per Palat. *in repet. cap. per vestras, sup. de donation. inter virum, & vx. notab. 6. n. 2. & 3.* Tiraq. *de poenis temper. causa 52. num. 8.*

4 *Et simplicitate.* Ergo simplicitati ignoscitur, vt per Tiraq. *de poenis temper. causa 11. n. 2. cum seqq.*

5 *Id tam grauissimum fuit, &c.* Notatur ad hoc, quod astrologia res occultas, siue praeteritas, siue praesentes, vt furtum occultum, thesaurum, virginitatem, &c. inuestigans, est superstitiosa, & omni iure interdicta, vt per Fr. Emman. *in sum. tom. 1. c. 7. n. 4.* Sot. *lib. 8. de Iustit. q. 3. art. 2. circa solut. ad 3. vers. in his autem astrologis,* Salas *1. 2. quaest. 9. art. 5. tract. 5. disp. 2. sect. 8. n. 79. in fine,* Soar. *d. lib. 2. c. 11. n. 27. & c. 19. n. 12.* Martin. Delri. *lib. 4. c. 2. q. 7. sect. 4.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 95. nu. 1. & in praecepta Decalogi, lib. 2. c. 38. n. 36.* Emman. do Valle, *de incantation. & ensalmis, sect. 3. c. 5. n. 24.*

6 In glos. [Si tibi visum] ibi (*sed minorem poenitentiam anno non posset, &c.*) Notatur ad hoc, quod Episcopus annuam suspensionem tenetur imponere clerico sacrilego, & solum amplius spatium annuo relinquitur eius arbitrio, vt per Sanch. *d. tract. de Matrimon. lib. 8. disp. 34. num. 32.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Sortis vsus in Ecclesiast. electionibus non probatur.*
3 *Sorte qui eligitur humano iudicio non comprehenditur.*
4 *Sorte an sit dirimenda quaest. illa de duobus fratribus, qui ex vno pariter nascuntur partu, si cognosci non possit quisnam prius editus sit in lucem, remissiue.*
5 *Sortium trimembris distinctio declaratur, & respondetur aliquibus obiectionibus.*

Cap. Ecclesia. III. & fin. *Honor. iij.*

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Io. Andr. Anania, Host. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellae par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 167.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 695.*

2 *Sortis vsum in electionibus, &c.* Probat hic tex. sortis vsum in ecclesiasticis electionibus improbari, vt per D. Thom. *2. 2. q. 95. art. 8. in corpore, vers. quarto* Troil. Maluas. *de sortibus par. 3. nu. 7.* Nau. *in manu. cap. 11. n. 38. ad fin.* Petr. Gregor. *ad tit. de elect. cap. 3. nu. 19.* Azor. *instit. moral. par. 1. lib. 9. cap. 12. q. vnic. vers. at vero in electionibus,* Sayr. *in claui Regia lib. 4. cap. 5. nu. 20. & 21.* Marti. Delri. *disquisit. magic. lib. 4. cap. 4. q. 1.* Lessi. *de Iustit. lib. 2. cap. 43. dub. 9. nu. 58. cum seqq.* Soar. *de religion. tom. 1. lib. 2. de superst. cap. 12. a num. 5.* Emman. Sa *in aphorismis verbo sortes,* Mathi. Feliciũ *in elucidat. Decalogi cap. 55. vers. tertium genus,* Sanch. *in praecepta Decalogi lib. 2. cap. 38. num. 71.* ampliantes non solum ad electionem ad beneficium, sed etiam ad officia Ecclesiastica. Tiraq. *de Iure primog. cap. 17. opin. 1. nu. 15. cum seqq.* Et iustissimis rationibus comprobatur, oportet enim dignos eligi ad Episcopatus, & alias Ecclesiasticas dignitates, cum nihil vtilius ad Dei gloriam, & populorum salutem fieri possit quàm bonos pastores, & Ecclesiae gubernandae idoneos promoueri, & nihil per contrarium magis perniciosum possit contingere, quam si promoueantur indigni moribus, scientia, & alijs qualitatibus, quos D. Paulus Concilium Triden. Summi Pontif. Sanctiq; Patres in Episcopis, & alijs, quibus Ecclesiarum creditur regimen, praerequiruntur, quas latè prosequuti fuimus

in

In meo *tract. de officio, & potest. Episcopi, p.1. tit.2. de munere Episcopali*, quod sane iudicium, & qualitatum, ac meritorum examen, quod Spiritus Sancti inspiratione fieri debet, vt ex Beda notauit D. Thom. *vers. quarto*, & deducitur ex tex. *in cap. cum Ecclesia 3. in princip. de causa possess. & propr.* fortunæ, idest sortis temerario, & incerto euentui committi non debuit, quia vt ait
3 D. Ambros. qui sorte eligitur humano iudicio non comprehenditur, & quia cæca res est sors, & fortuna, quæ sæpe indignos promouet, dignos premit, vt eleganti carmine de fortuna cecinit ille.

O fortuna potens quam variabilis,
Euertisq; bonos, eligis improbos,
Fortuna immeritos auget honoribus.

Breuius Seneca in Hercule furente,

Fortuna viris inuida fortibus
Quam non æqua bonis præmia diuidis.

Cum multis, quæ ex ipso, alijsque Poeris, Philosophis, & Patribus prosequitur Nanius *in polianthea verbo fortuna*.

4 Verum in contrarium vrget, quia sors nihil mali est, sed res in humana dubietate diuinam indicans voluntatem, vt ait D. August. relatus à Gratiano *in cap. sors 26. q. 2.* ideoque licitum esse, & laudabile quoties de honore, dignitate, vel alijs similibus dubium est, aut inter plures contentio sorte eam dirimere probat tex. *in l. sed cum ambo 14. ff. de iudic.* tex. opt. *in l. fin. in princip. C. communia de legatis*, latissimè Ceriel. *de Primogenitura, q. 9. per totam*, Tiraq. *de Primogenijs, q. 17. opin. 1.* Gom. *l. 40. Tauri nu. 68. vers. quinta*, Ceuall. *communium contra commun. tom. 1. q. 248. à n. 19.* disputantes latissimè illam controuersam quæstionem de duobus fratribus, qui ex vno pariter nascuntur partu, si cognosci non possit quisnam prior editus sit in lucem, quam quæstionem sorte dirimendam resoluunt plures, quos isti referunt. Hinc etiam licitum esse contractum sortium apud nostrates satis vsitatum, quando scilicet plures contribuunt ad res aliquas preriosas, vel supellectilia emenda, & deinde inter omnes mittitur sors, notant omnes, & ex professo omnium latissime contra Conrad. explicant Martin. Delri. *d. cap. 4. q. 2.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 509.* Lessi. *d. cap. 43. nu. 58.* Et generaliter ex eisdem rationibus licitas esse sortes diuisorias, in quibus agitur quid cui sit adhibendum, siue sit honor, vt in magistratibus sortiendis frequens erat Romanorum vsus, constat ex *auth. de consulibus*, & multis. alijs, ex quibus etiam hodie inter seculares hoc licitum post multos, quos refert, comprobat Sanch. vbi *sup. nu 58.* siue etiam pœna sit, vt inter milites fieri solet, quod ex bonis auctoribus comprobat Claud. Cotor. *de iure militum, lib. 3. c. 8.* siue etiam actio sit, veluti quando inter plures mittitur sors ad iter peragendum, vel aliud simile, vt de omnibus notat D. Thom. *d. art. 8.* quem sequuntur reliqui omnes, Malust. *d. p. 3. à nu. 20.* Nau. Azori. Less. Soar. *à n. 16.* Sanch. *à n. 57.* dictis locis. Tandem hoc ipsum comprobatur ex ipsa Sacra Pagina vtriusque Testamenti, ex qua satis electionis vsus videtur per sortes comprobatus, nam per sortem terra promissionis diuisa est, *Deut. c. 1.* Sorte Saul electus, fuit *1. Reg. cap 1.* & Matthias in Apostolum *Act. c. 1.* atque etiam Zacharias, vt incensum poneret, *Luca 1.* Ionas à facie Domini fugiens sorte deprehensus, & in mare deiectus est, *Iona cap. 1.*

5 Pro resolutione tamen omissa distinctione trimembri sortium, in diuinatorias, quibus quæritur, quid sit futurum, consulatorias, quibus quæritur quid agere oporteat, & diuisorias, quibus quæritur, quid cui sit tribuendum, quas latè explicat D. Thom. *d. art. 8. in corpore*, & ab omnibus receptum testatur Sanch. *n. 56.* & sequuntur reliqui omnes supracitati, & ad duas species reducere nititur Soar. *d. c. 12. à nu. 2.* certum est inter duas illas priores, & vltimas maximum interesse discrimen, nam diuinatoriæ semper illicitæ sunt, *c. 1. 16. q. 1. c. 1. sup. hoc tit. & tex. in præsenti*. Consultoriæ rarò sunt licitæ, quia non vult Deus voluntatem suam sortibus indagari, sed Sanctorum precibus, & orationibus, explicant post Syluestr. Azor. & alios Sanch. *n. 85.* & latè post Abulens. *1. Reg. c. 14. q. 20.* Soar. *n. 18.* vtranque speciem sortium consultorias, scilicet, & diuinatorias sub vnica conclusione eademque ratione comprehendens; vltimas verò diuisorias regulariter, & natura sua, si ratione alicuius circunstantiæ aliquid mali non accedat, licitas esse probatur ex prædicta D. Augustini auctoritate in *c. sors, 26. q. 2.* & ex dictis Iuris Ciuilis auctoritatibus *in l. sed cum ambo*, & alijs, de quibus supra; sciendum in electionibus secularibus sortes licitas esse vsu, & experientia rerum omnium magistra iuxta *in c. quam sit 6. in principio de electionibus, in 6.* doceri, & iure probari *in d. Auth. de consulibus*, iunctis alijs, quæ supra adduximus, in sola autem electione ad Ecclesiasticas dignitates specialiter hoc esse prohibitum per textum in præsenti resoluit S. Tho. & reliqui omnes, post ipsum supra citati. De specialitatis ratione non ita constat. S. Tho. & alij communiter prędictam assignant, quod electiones ecclesiasticæ Spiritu Sancti inspiratione fieri debent, vt scilicet digni ad ecclesiasticas dignitates assumantur, & ideo ex Beda respondent electionem Matthię factam fuisse ante Penthecostem, quando nondum plenitudo Spiritus sancti in Ecclesiã aduenerat, septẽ verò Diaconos postea non sorte, sed discipulorum electione fuisse ordinatos Act. 6. eandem responsionem adducunt Alex. de Ales, & post eum Sayr. *n. 20.* ad finem, Soarez *n. 20.* & Delri. locis proximè citatis: indeque similiter respondent ad omnia exempla veteris Legis, in quibus Saul, & alios sorte electos legimus, quia nondum Spiritus Sancti plenitudo effusa erat, quo inspirante in Lege Euangelica electiones Ecclesiasticas oportet fieri. Vera tamen, & specialitatis

tatis

tatis ratio melius deducitur ex forma in electionibus lege Canon. requisita in *c. quia propter, & in cap. cum terra*, cũ similibus *de elect.* quæ non reperitur, nec seruatur in sortibus, vt notant glos. & DD. communiter hic; Indeque facilis solutio apparet ad omnia exempla Legis veteris, & Actuũ Apostolorum in electione Matthiæ, quod scilicet, seclusa prohibitione positiua iuris Ecclesiastici, quæ illis temporibus non vigebat, licitè ità eligere potuerunt, vt multis latè comprobat, & explicat Suarez, *d. c. 12. n. 20. & 21.* Neque obstat si dixeris semota omni Iuris Ecclesiastici prohibitione videri ex ipsa lege naturali in quibuscunque electionibus, etiam ad secularia officia prohibitum esse sortis vsum, quia id concludit ratio de periculo assumendi indignos in graue damnum ipsius Reipub. Respondetur enim hoc, quod dicimus, quod electio secularium dignitatum, vel etiam Ecclesiasticarum ante Canonicam prohibitionem sorte fieri posse, intelligendum esse debitis seruatis circunstantijs, & imprimis ne fiat stultè, & promiscuè inter dignos, & indignos, ita ut boni, & mali sorti subijciantur, eaque cadere possit super indigno, sed tunc demum licita censebitur, si sors mittatur inter personas, quas dignas esse constat, vt factum fuit ab Apostolis in electione Matthiæ, non enim promiscue inter omnes discipulos miserunt sortem, sed inter Matthiam, & Barnabã, quos dignissimos inter omnes iudicarunt, vt cognoscerent cuiusnam electio Deo esset acceptior, atque ita bene explicant Caiet. 2. 2. *q. 95. art. 8. dubio* 1. Nauarr. Azor. Lessius, Delr. Suarez *n. 6. & 15. ad finem*, & Sanchez *n. 67.* dictis locis. Quod si instes hoc casu etiam in electionibus ecclesiasticis licitam, & minimè prohibitam videri electionem hoc modo factam, respondebitur in terminis legis naturalis semota Ecclesiastica prohibitione veram esse consequentiam ex dictis, sed illicitam reddi ex ecclesiastica prohibitione, vt explicat Suarez *d. n. 6. cum seqq.*

De Collusione detegenda. Tit. XXII.

SVper hanc rub. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Anania, Panor. Mar. Socin. Guillelm. Duran. *in Breuiar. aureo Iur. Canon. fol. 143.* Ioan. de Londris *in breuiario Sanctorum Canonum, fol. 181. verso* Petr. de Rauen. *in compendio Iur. Canon.* Mart. Mesnart. *in epithome Decretal. fol. 189.* Dani. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontificij à pag. 684.* Goffred. & Hostien. *in summa huius tit.* Alexand. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. sub hoc titulo.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Iudex quando videt accusationem esse suspectam de collusione non debet cessare ab inquisitione.*
3 *Absolutus à iudice per sententiam diffinitiuã, an possit iterum accusari, vel inquiri de eodem crimine, ostenditur.*
4 *Contraria duo possunt procedere diuersis respectibus.*

Cap. Scripta. I. Greg.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anch. Butr. Henric. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantys vtriusque Iuris cum legibus Castellæ, p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 167.* Alagoñ *in compendio Iuris Canonici pag. 693.* Desumitur ex D. Greg. *lib. 2. registri epist. 38. cap. 77.* apud Ioan. Diacon. *lib. 4. cap. 32. de vita B. Gregorij*, refertur ab Anton. Augustin. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 18. cap. 1.* & est post Concil. Lateranẽ *sub Alex. III. p. 48. cap. 2.*

2 *Vt ea, quæ audiuimus, &c.* Notatur ad hoc, quod quando Iudex videt accusationem esse suspectam de collusione, non debet cessare ab inquisitione, vt per Maranc. *de ordine iudic. p. 6. in princ. n. 45.*

3 *Hoc necesse est subtilius perscrutari.* Notatur ad hoc, quod postquam quis absolutus est à Iudice per sententiam diffinitiuam nullo modo potest accusari ab extraneo, vel à Iudice inquiri super eodem delicto, nisi prius doceat de præuaricatione primi accusatoris, vel iudicis, vel testium, vel cabellionis, vt per Anton. Gom. *vari. tom. 3. cap. 1. num. 26.*

4 In glos. [Qualitas.] Notatur ad hoc, quod duo contraria possunt procedere diuersis respectibus, vt per Tiraq. *de nobilit. cap. 28. n. 13.* Thom. de Thomassettis *in floribus legum reg. 101.* Farin. *in praxi crimin. par. 4. consi. 30. nu. 62.* asserit quod malum sub specie boni nequaquam admitti debet exemplo Iudæorum, qui Christũ D. N. crucifixerunt, licet bonum, & vtile fuerit, quia fuimus redempti, tamen puniti fuerunt, quia malo animo, & malo modo fecerunt.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Iudex intermissam quotunque modo accusationem suscipere, & ad sententiam vsque prosequi potest.*
3 *Fiscus prosequitur, accusationem desistente accusatore & accusato.*

Cap.

Cap. Crimina. II.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. And. Anania, Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Soc. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castella p.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 168. Alagona *in compendio Iuris Canonic. pag.* 695. Sunt verba Ioan. Diaconi in vita B. Greg. *lib.* 4. *cap.* 32. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 18. *cap.* 2.

2 Probat hic tex. posse iudicem intermissam quocunque modo accusationem suscipere, & ad sententiam vsque prosequi, vt per Corream de Sa *in fragmentis ad lib.* 5. *Ordinat. Regia Lusitan. verbo crimes nu.* 51. *fol.* 20. Desistente enim accusatore, & accusato fiscus prosequitur Aloys. Ricci. *in collect. decis. par.* 5. *collect.* 1813. & in crimine vsuræ, Minal. *decis.* 39. Vincent. de Franch. *decis.* 552. In quibus vero casibus apud nostros Lusitanos possit iudex intermissam accusationem prosequi declarat Ordin. Reg. *lib.* 5. *tit.* 122. & faciunt quæ ad illius intellectum tradit Cald. Pereira *quæstion. forens. in comment. ad l. vni. Cod. ex delictis defunct. p.* 1. *n.* 73.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Collusio inter crimina, & delicta connumeratur.*
3 *Clericus colludens in causa beneficiali debet beneficio priuari.*
4 *Collusio quid sit, & ex quibus actibus indicatur, ostenditur.*
5 *Vnica suspicio non sufficit ad collusionem probandam.*
6 *Collusio non præsumitur ex amicitia.*
7 *Episcopus quibus casibus possit in beneficijs pensionem imponere, remissiuè.*

Cap. Audiuimus. III. *Alex iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Io. Andr. Anania, Hostien. Butr. Anchar. Henric. Panorm. Mar. Soc. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castella par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 166. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 695. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 18. *cap.* 3. & est post Concil. Lateranen. sub *Alexan. III. par.* 28. *cap.* 12.

2 *Per collusionem huiusmodi, &c.* Notatur ad hoc, quod collusio inter crimina, & delicta numeratur, vt per Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præs.* 26. *n.* 1.

3 *Non differas perpetuò spoliare.* Ergo clericus colludens in causa beneficiali debet beneficio priuari, vt per Clar. *lib.* 5. §. *fin. q.* 73. *n.* 7.

4 In glos. [Collusione.] ibi (*collusio est inter actorem, &c.*) Collusio nihil aliud est quam quædam fraudulenta conuentio inter actorem, & reum, qua interueniente quandoque delicta manent impunita, vt per Menoch. *cons.* 175. *nu.* 17. Et præsumitur in negligenter se in causa gerente, omittente interrogare, probare, appellare, &c. Anton. Monach. *Florent. decis.* 17. *nu.* 11. *cum seqq.* Vel si cura non fuit de suo Iure docere, Anton. Monach. *d. decis.* 17. *n.* 14. Et denique colludere duos litigantes quibus detegatur coniecturis, agit late Menoch. *de præsumpt.*

5 *lib.* 5. *præs.* 26. Et vnica suspicio sufficit ad collusionem probandam Crauet. *cons.* 997. *nu.* 17.

6 Anton. Monach. *d. decis.* 17. *n.* 15. Ex amicitia tamen non præsumitur, vt per Salicet. *in l.* 2. *C. de collus. deteg.* Mascard. *de probat. concl.* 322. *nu.* 6. quos refert, & sequitur Flamin. *de confident. q.* 75. *nu.* 7.

7 In glos. [Pensionem.] ibi (*hæc pensio constitui non potest sine auctoritate Episcopi.*) Per hunc textenet But. Episcopum posse gratia litis, & controuersiæ componendæ pensionem imponere alteri soluendam, vt per Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 8. *c.* 6. *q.* 1. Soar. *de relig. tom.* 1. *lib.* 4. *de simonia, c.* 51. *nu.* 18. Episcopi an possint imponere pensiones, & quando vide Flamin. Paris. *de confident. benefic. q.* 28. *num.* 120. Gig. *de pension. q.* 27. *n. vn. & q.* 95. *nu.* 11.

Cap. In tantum. IV. & fin. *Greg. ix.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Anania, Hostien. Butr. Anchar. Henric. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordan. vtriusque Iuris cum legibus Castella par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iur. Pontif. pag.* 168. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 696.

Vide notata *ad cap. de his sup. de accusation.*

De Delictis puerorum: Tit. XXIII.

SVPER hanc rub. scripserunt Zabarell. Io. And. Anchar. Butr. Anan. Panorm. Mari. Socin. Durand. *in breuiario aureo Iuris Canonici, fol.* 145. Ioan. de Londris *in breuiario Sanct. Canonum, fol.* 181. *verso.* Petr. de Rauenna *in compendio Iuris Canon.* Dan. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontif. à pag.* 687. Gofred. & Host. *in summa huius tit.* Alexand. Cassan. & Anastasi. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. sub hoc tit.*

De materia huius tit. & an, & quando minores propter delicta ab eis perpetrata puniri debeane, vide apud Lusitanos Ordin. Regiam *lib.* 5. *tit.* 136. vbi notat Parens meus, & apud Castella-

tatis ratio melius deducitur ex forma in electionibus lege Canon. requisita in *c. quia propter, & in cap. cum terra*, cũ similibus *de elect.* quæ non reperitur, nec seruatur in sortibus, vt notant glos. & DD. communiter hic; Indeque facilis solutio apparet ad omnia exempla Legis veteris, & Actuũ Apostolorum in electione Matthię, quod scilicet, seclusa prohibitione positiua iuris Ecclesiastici, quæ illis temporibus non vigebat, licitè ità eligere potuerunt, vt multis latè comprobat, & explicat Suarez, *d. c. 12. n. 20. & 21.* Neque obstat si dixeris semota omni Iuris Ecclesiastici prohibitione videri ex ipsa lege naturali in quibuscunque electionibus, etiam ad secularia officia prohibitum esse sortis vsum, quia id concludit ratio de periculo assumendi indignos in graue damnum ipsius Reipub. Respondetur enim hoc, quod dicimus, quod electio secularium dignitatum, vel etiam Ecclesiasticarum ante Canonicam prohibitionem sorte fieri posse, intelligendum esse debitis seruatis circunstantijs, & imprimis ne fiat stultè, & promiscuè inter dignos, & indignos, ita ut boni, & mali sorti subijciantur, eaque cadere possit super indigno, sed tunc demum licita censebitur, si sors mittatur inter personas, quas dignas esse constat, vt factum fuit ab Apostolis in electione Matthiæ, non enim promiscue inter omnes discipulos miserunt sortem, sed inter Matthiam, & Barnabã, quos dignissimos inter omnes iudicarunt, vt cognoscerent cuiusnam electio Deo esset acceptior, atque ita bene explicant Caiet. *2. 2. q. 95. art. 8. dubio 1.* Nauarr. Azor. Lessius, Delr. Suarez *n. 6. & 15. ad finem*, & Sanchez *n. 67.* dictis locis. Quod si instes hoc casu etiam in electionibus ecclesiasticis licitam, & minimè prohibitam videri electionem hoc modo factam, respondebitur in terminis legis naturalis semota Ecclesiastica prohibitione veram esse consequentiam ex dictis, sed illicitam reddi ex ecclesiastica prohibitione, vt explicat Suarez *d. n. 6. cum seqq.*

De Collusione detegenda. Tit. XXII.

Vper hanc rub. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Anania, Panor. Mar. Socin. Guillelm. Duran. *in Breuiar. aureo Iur. Canon. fol. 145.* Ioan. de Londris *in breuiario Sanctorum Canonum, fol. 181. verso* Petr. de Rauen. *in compendio Iur. Canon.* Mart. Mesnart. *in epithome Decretal. fol. 189.* Dani. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontificij à pag. 684.* Goffred. & Hostien. *in summa huius tit.* Alexand. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. sub hoc titulo.*

SUMMARIUM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Iudex quando videt accusationem esse suspectam de collusione non debet cessare ab inquisitione.*
3 *Absolutus à iudice per sententiam diffinitiuã, an possit iterum accusari, vel inquiri de eodem crimine, ostenditur.*
4 *Contraria duo possunt procedere diuersis respectibus.*

Cap. Scripta. I. Greg.

1 Vper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anch. Butr. Henric. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ, p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 167.* Alagonã *in compendio Iuris Canonici pag. 695.* Desumitur ex D. Greg. *lib. 2. registri epist. 38. cap. 77.* apud Ioan. Diacon. *lib. 4. cap. 32. de vita B. Gregorij*, refertur ab Anton. Augustin. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 18. cap. 1.* & est post Concil. Lateranẽ *sub Alex. III. p. 48. cap. 2.*

2 *Vt ea, quæ audiuimus, &c.* Notatur ad hoc, quod quando Iudex videt accusationem esse suspectam de collusione, non debet cessare ab inquisitione, vt per Marant. *de ordine iudic. p. 6. in princ. n. 45.*

3 *Hoc necesse est subtilius perscrutari.* Notatur ad hoc, quod postquam quis absolutus est à Iudice per sententiam diffinitiuam nullo modo potest accusari ab extraneo, vel à Iudice inquiri super eodem delicto, nisi prius doceat de præuaricatione primi accusatoris, vel iudicis, vel testium, vel tabellionis, vt per Anton. Gom. *var. tom. 3. cap. 1. num. 26.*

4 In glos. [Qualitas.] Notatur ad hoc, quod duo contraria possunt procedere diuersis respectibus, vt per Tiraq. *de nobilit. cap. 28. n. 13.* Thom. de Thomassettis *in floribus legum reg. 101.* Farin. *in praxi crimin. par. 4. cons. 30. nu. 62.* asserit quod malum sub specie boni nequaquam admitti debet exemplo Iudæorum, qui Christũ D. N. crucifixerunt, licet bonum, & vtile fuerit, quia fuimus redempti, tamen puniti fuerunt, quia malo animo, & malo modo fecerunt.

SUMMARIUM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Iudex intermissam quocunque modo accusationem suscipere, & ad sententiam vsque prosequi potest.*
3 *Fiscus prosequitur, accusationem desistente accusatore & accusato.*

Cap.

Cap. Crimina. II.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. And. Anania, Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Soc. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ p.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 168. Alagona *in compendio Iuris Canonic. pag.* 695. Sunt verba Ioan. Diaconi in vita B. Greg. *lib.* 4. *cap.* 32. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 18. *cap.* 2.

2 Probat hic tex. posse iudicem intermissam quocunque modo accusationem suscipere, & ad sententiam vsque prosequi, vt per Corream de Sa *in fragmentis ad lib.* 5. *Ordinat. Regia Lusitan. verbo crimes nu.* 51. *fol.* 20. Desistente enim accusatore, & accusato fiscus prosequitur Aloys. Ricci. *in collect. decis. par.* 5. *collect.* 1813. & in crimine vsuræ, Minal. *decis.* 39. Vincent. de Franch. *decis.* 552. In quibus vero casibus apud nostros Lusitanos possit iudex intermissam accusationem prosequi declarat Ordin. Reg. *lib.* 5. *tit.* 122. & faciunt quæ ad illius intellectum tradit Cald. Pereira *quæstion. forens. in comment. ad l. vni. Cod. ex delictis defunct. p.* 1. *n.* 73.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Collusio inter crimina, & delicta connumeratur.*
3 *Clericus colludens in causa beneficiali debet beneficio priuari.*
4 *Collusio quid sit, & ex quibus actibus indicatur, ostenditur.*
5 *Vnica suspicio non sufficit ad collusionem probandam.*
6 *Collusio non præsumitur ex amicitia.*
7 *Episcopus quibus casibus possit in beneficijs pensionem imponere, remissiue.*

Cap. Audiuimus. III. *Alex iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Io. Andr. Anania, Hostien. Butr. Anchar. Henric. Panorm. Mar. Soc. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 166. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 695. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 18. *cap.* 3. & est post Concil. Lateranen. sub *Alexan.* *III. par.* 28. *cap.* 12.

2 *Per collusionem huiusmodi, &c.* Notatur ad hoc, quod collusio inter crimina, & delicta numeratur, vt per Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præs.* 26. *n.* 1.

3 *Non differas perpetuò spoliare.* Ergo clericus colludens in causa beneficiali debet beneficio priuari, vt per Clar. *lib.* 5. *§. fin. q.* 73. *n.* 7.

4 In glos. [Collusione.] ibi (*collusio est inter actorem, &c.*) Collusio nihil aliud est quam quædam fraudulenta conuentio inter actorem, & reum, qua interueniente quandoque delicta manent impunita, vt per Menoch. *cons.* 175. *nu.* 17. Et præsumitur in negligenter se in causa gerente, omittente interrogare, probare, appellare, &c. Anton. Monach. *Florent. decis.* 17. *nu.* 11. *cum seqq.* Vel si cura non fuit de suo Iure docere, Anton. Monach. *d. decis.* 17. *n.* 14. Et denique colludere duos litigantes quibus detega-
5 tur coniecturis, agit late Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præs.* 26. Et vnica suspicio sufficit ad collusionem probandam Crauet. *cons.* 997. *nu.* 17.
6 Anton. Monach. *d. decis.* 17. *n.* 15. Ex amicitia tamen non præsumitur, vt per Salicet. *in l.* 2. *C. de collus. deteg.* Mascard. *de probat. concl.* 322. *nu.* 6. quos refert, & sequitur Flamin. *de confident. q.* 75. *nu.* 7.

7 In glos. [Pensionem.] ibi (*hæc pensio constitui non potest sine auctoritate Episcopi.*) Per hunc tex. tenet Butr. Episcopum posse gratia litis, & controuersiæ componendæ pensionem imponere alteri soluendam, vt per Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 8. *c.* 6. *q.* 1. Soar. *de relig. tom.* 1. *lib.* 4. *de simonia, c.* 51. *nu.* 18. Episcopi an possint imponere pensiones, & quando vide Flamin. Paris. *de confident. benefic. q.* 28. *num.* 120. Gig. *de pension. q.* 27. *n. vni. & q.* 95. *nu.* 11.

Cap. In tantum. IV. & fin. *Greg. ix.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Anania, Hostien. Butr. Anchar. Henric. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordan. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iur. Pontif. pag.* 168. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 696.

Vide notata *ad cap. de his sup. de accusation.*

De Delictis puerorum: Tit. XXIII.

SVPER hanc rub. scripserunt Zabarell. Io. And. Anchar. Butr. Anan. Panorm. Mari. Socin. Durand. *in breuiario aureo Iuris Canonici, fol.* 145. Ioan. de Londris *in breuiario Sanct. Canonum, fol.* 181. *verso.* Petr. de Rauenna *in compendio Iuris Canon.* Dan. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontif. à pag.* 687. Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alexand. Castan. & Anastasi. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. sub hoc tit.*

De materia huius tit. & an, & quando minores propter delicta ab eis perpetrata puniri debeant, vide apud Lusitanos Ordin. Regiam *lib.* 5. *tit.* 136. vbi notat Parens meus, & apud Castella-

ſtellanos *l. 8. & 9. tit. 1. part. 7.* Doctores *in l. auxilium, §. in delictis, ff. de minorib.* Bonacoſ. *communium crimin. p. 1. verbo minor. fol. 114. verſo. & p. 2. eod. verbo. fol. 49.* Hippol. *conſ. 48. n. 54.* Anton. Gom. *tom. 3. vari. c. 1. n. 63.* Cou. *in elem. ſi furioſus, p. 3. in initio, n. 5. ad finem, verſ. hoc ipſum obtinet, & de ſponſalib. p. 2. c. 5. n. 5. in fine,* Duen. *reg. 259.* Clar. *lib. 5. §. fin. q. 60. à principio,* Grãmat. *deciſ. 23. n. 10. & 11.* Theſaur. *deciſ. 161.* Plac. *de delictis c. 32. à n. 10.* Tiraq. *de pœnis temper. cauſa 7. & 10.* Menoch. *de arbitr. caſu 329. & conſ. 100. n. 287. cum ſeq. & conſ. 102. n. 47.* Maurit. *de in integrum reſtit. cap. 153.* Donel. *comment. Iuris Ciuilis, lib. 1. c. 10. verſ. in delictis,* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem verbo, vel aduerſarij dolo, nu. 50. cum ſeqq.* Morl. *in emporio Iuris, par. 1. tit. 5. q. 7.* Fr Emman. *quæſt. Regular. tom. 3. q. 34. art. 10.* latè Farin. *in praxi crimin. p. 3. q. 92. n. 42. cum ſeqq.* Molin. *de Iuſtit. tom. 4. tract. 3. diſp. 36. n. 6.* Aloyſ. Ricci. *in collect. deciſ. par. 5. collect. 1845.* Cardoſ. *in praxi iudicum verbo homicidium, n. 31.* plures refert Cened. *ad Decretal. collect. 18. n. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Infantiæ proximus an in delictis excuſetur, oſtenditur.*
3 *Minores mitius puniuntur.*
4 *Pœna ratione minoris ætatis an & quando ſit minuenda, oſtenditur.*
5 *Minor an, & quando aduerſus confeſſionem delicti factam in iudicio reſtituatur, remiſſiue.*

Cap. Pueris. I. *Greg.*

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innoc. Collectar. Zabarel. Caſal. *in annot.* Ioan. Andr. Anania, Hoſtien. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriuſq; Iuris cum legibus Caſtellæ par. 1. & 2.* Viui. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 168.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 696.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 20. cap. 1.* vbi tribuitur Auguſtino.

2 Hunc tex. loqui de impuberibus doli capacibus, & proximis pubertati aduertit Farin. *in praxi crimin. p. 3. q. 92. n. 53.* vbi *n. 51.* reſoluit proximum infantiæ in delictis ipſo iure, & abſq; reſtitutionis ope excuſari, quod etiam tenent Anton. Gom. *tom. 3. vari. cap. 1. n. 57. verſ. & idem eſt,* Menoch. *remed. 9. recup. n. 36. & ſeq.* Sfort. *de in integrum reſtit. p. 2. q. 80. n. 44.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem verba, vel aduerſarij dolo n. 53.* Nam infantes, & infantiæ proximos etiam doli capaces excuſari in delictis tenent Anton. Gom. *d. num. 57. verſ. in tantum eſt verum,* Cald. Pereira *d. n. 53.* Farin. *d. q. 92. n. 54.* vbi *n. 57.* aduertit tex. in præſenti debere intelligi non de doli capace infante, ſeu proximo infantiæ, ſed de proximo pubertati, ante enim hoc tempus nullus in impubere conſideratur dolus, & ideo male gloſſa, & Doctores in præſenti intelligunt hunc tex. de puero in ſeptennio, quia debet intelligi de proximo pubertati, prout etiam intelligunt Cou. *de ſponſalib. p. 2. c. 5. n. 5. in fine,* Duen. *reg. 259. limit. 3. verſ. & circa,* Plac. *de delictis, c. 32. n. 4. verſ. ex his omnino falſa eſt.*

3 *Quamuis in eis non ita, vt in minoribus, etc.* Notatur ad hoc, quod minores mitius puniuntur, vt per Bonacoſ. *commun. crimin. par. 1. verbo minor non debet puniri,* Aloyſ. Ricci. *in collectan. deciſ. p. 5. collect. 1845.* Molin. *de Iuſtit. tom. 4. tract. 3.*
4 *diſp. 36. n. 6.* Farin. *d. q. 92. n. 41. cum ſeqq.* An & quando ratione minoris ætatis pœna ſit minuenda, vide Tiraq. *de pœnis temper. cauſa 7.* Duen. *reg. 259.* Menoch. *de arbitr. caſu 329.* Anton. Gom. *tom. 3. vari. c. 1. n. 62. cum ſeqq.* Morl. *in emporio Iuris, p. 1. tit. 5. q. 7. n. 7. 8. & 9.* An & quando
5 aduerſus confeſſionem delicti factam in iudicio minor reſtituatur, vide Iaſ. *in l. ſi is qui, §. 1. n. 7. de iureiur.* Hippol. *in l. 1. §. fin. n. 96. ff. de quaſt. & in l. de minore in princip. n. 57. ff. eod.* Cald. Pereira *d. l. ſi curatorem verbo vel aduerſarij dolo à n. 39.* Sfort. *de in integ. reſtit. q. 65. n. 37.* Fachinæ. *controuerſ. lib. 1. c. 72.* Morl. *d. q. 7. n. 12.* Gutier. *in auth. Sacramenta puberum, n. 131. C. ſi aduerſus vendit.* Farin. *q. 81. n. 374. cum ſeqq.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. diſp. 112. n. 17.*

6 In gloſſ. [Grandiuſculis, 1. in addit.] De illo quod ſcripſit D. Gregor. *cap. 19. lib. 4. dialog.* infantem ſcilicet quinque annorum è manibus parentum propter aſſiduas infantis blaſphemias à diabolo ereptum fuiſſe: & de illo quod aſſerit D. Auguſt. ad Rhenatum Epiſcopum puerum ſcilicet ſeptennem, & mentiri, & negare, & confiteri poſſe, vide Farin. *d. q. 92. n. 48.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Statutum imponens pœnam pecuniariam pro homicidio non valet.*
3 *Conſuetudo puniens homicidium pœna pecuniaria non valet.*
4 *Minori ſe dicenti incumbit probatio.*
5 *Pubertati proximus, etiamſi doli capax ſit, ſi delinquat mitius punitur.*
6 *Pupillus non ligatur, nec comprehenditur ſub ſtatuto generaliter loquente.*
7 *Pater pro filio non eſt conueniendus.*
8 *Lex, vel ſtatutum, quod alter pro alterius delicto puniatur, eſt odioſum, & rigore plenum.*
9 *Pater non tenetur ſoluere pœnam pecuniariam pro delicto filij, etiam ex bonis, quæ pro legitima parte filio deberentur.*
10 *Puer doli capax ex homicidio irregularitatem contrahit.*
11 *Appellandum eſt à iuriſdictione temporali Epiſcoporum ad Papam.*

Cap.

Cap. Referentẽ II. & fin. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb.antiq.Innoc. Collect. Zabarel. Caſal. *in annot.* Ioan. Andr. Anania, Hoſt. Anch. Butr. Panor. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ, par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 169.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 696.* refertur ab Anton Auguſtin. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 20. cap. 2.*

2 *Secundum conſuetudinem illius terræ.* Quæ quidem irrationabilis erat, & perconſequens non obligans, nam eodem modo ſtatutum imponens pœnam pecuniariam pro homicidio, cum occaſionem delinquendi præſtet, non valere reſoluunt Duen. *reg. 345. verſ. 14.* Cou. *vari. lib. 2. c. 9. n. 2. verſ. deinde*, Clar *§. homicidium, n. 15. verſ. ſed nunquid*, Kirchon. *tom. 2. commun. opin. lib. 9. tit. 13. n. 70. pag. 499.* Perez *ad lib. 8. Ordin. pag. 255.* latè Farin. *in praxi crimin. p. 5. q. 119 n. 27. cum*
3 *ſeqq.* vbi *n. 30.* reſoluit quod nec valet conſuetudo puniens homicidium pœna pecuniaria.

4 *Si conſtiterit, &c.* Id eſt per probationem ab ipſo minore factam, cum dicenti ſe minorem incumbat probatio, vt per Viui. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 9. de probat. n. 59. pag. 480.* Ioſeph. Ludou. Peruſ. *deciſ. 56.* Maſcard. *de probat. concl. 666. n. 2. & concl. 1059. nu. 8.* Sfort. *de in integ. reſtit. p. 1. q. 37.* Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſ. 50. n. 18.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem verbo minoribus, nu. 10.* Sanch. *de Matrim. lib. 2. diſp. 41. n. 39.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 6. c. 2. à n. 185.*

5 *Infra decimum quartum, &c.* Ergo proximus pubertati, etiamſi doli capax ſit, ſi delinquat mitius punitur, vt per Tiraq. *de pœnis temperand. cauſa 7. n. 6. ad fin.* Cou. *in clem. ſi furioſus, p. 3. in initio nu. 5. poſt verſ. quis autem dicatur*, Anton. Gom. *tom. 3. vari. cap. 1. n. 62.* Clar. *§. fin. q. 60. verſ. ſed in omnem caſum*, Menoch. *de arbitr. caſu 329. n. 2.* Sfort. *de in integ. reſtit. p. 2. q. 80. à nu. 47.* Maurit. *eod. tract. cap. 161. n. 1.* Farin *d. praxi crimin. quæſt. 92. n. 62.* vbi declarat verbum, inultum, de quo in pręſenti id eſt non perfecte vltum, & *n. 120.* reſoluit proximos pubertati, & doli capaces non in totum ſi occiderint excuſari, ſed bene mitius eſſe puniendos.

6 *Propter illam conſuetudinem non exigat, &c.* Notatur ad hoc, quod pupillus non ligatur, nec comprehenditur ſub ſtatuto generaliter loquente, vt per Tiraq. *de præſcript. fol. 105.* Bonacoſ. *tom. 2. communium opinion. lib. 9. tit. 13. num. 74. pag. 500.* Surd. *deciſ. 49. n. 9.* Farin. *in praxi crimin. p. 1. q. 15. nu. 51. & 52.*

7 In gloſ. [Inultum.] ibi *(& pater pro filio non eſt conueniendus.)* Vide Cou. *lib. 2. vari. cap. 8. n. 7. verſ. hic apparet*, Clar *lib. 5. §. fin. q. 87. n. 8.*

8 Et lex, vel ſtatutum quod alter pro alterius delicto puniatur, eſt odioſum, & rigore plenum ex Menoch. *conſ. 53. n. 10. & conſ. 119. n. 118.* vbi *n. 119.* dicit quod ſtatutum obligans patrem pro debitis filij odioſum eſt, & *nu. 120.* idem dicit de ſtatuto obligante fratrẽ pro debito fratris, & *conſ. 100. nu. 161.* aſſerit hunc tex. procedere, vbi agitur de pœna, & odio irrationali, nẽpe vt vnus pro alio, videlicet pater pro filio, puniatur, quod eſſet irrationale, & odij plenum.

9 In ead. gloſ. ibi *(ſi pecuniaria pœna eſſet ſibi impoſita)* Notatur ad hoc, quod pater non tenetur ſoluere pœnam pecuniariam pro delicto filij, etiam ex bonis, quæ pro legitima parte filio deberentur, vt per Cou. *lib. 2. vari. cap. 8. num. 7.* Perez *l. 1. col. 9. tit. 16. lib. 8. Ordin. pag. 323.* Greg. *l. 2. verbo de la pagar, tit. 19. part. 4.*

10 In ead. gloſ. ibi *(irregularis tamen non fuit effectus.)* Notatur ad hoc, quod puer doli capax ex homicidio irregularitatẽ contrahit, vt per Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 6. quæſt. 19. à num. 2.*

11 In gloſ. [Infra decimum quartum, fin.] ibi *(& poteſt ſumi arg. ex hoc quod ab Epiſcopo, &c.)* Hæc gloſſa quatenus dicere videtur à iuriſdictione temporali Epiſcoporum ad Papam, & non ad Principem ſecularem eſſe appellandum, communiter reprobatur, vt per Franc. Marc. *deciſ. 455. num. 10. & 11. par. 1.* Salzed. ad Bernard. *reg. 397.* Bobadil. *in ſua politica, lib. 2. cap. 17. nu. 197.*

De Clerico venatore. Tit. XXIV.

Vper hanc rubr. ſcripſerunt Zabarel. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Anania, Panorm. Marian. Socin. Guilelm. Durand. *in breuiario aureo Iuris Canonici fol. 145.* Petr. de Rauenna *in compendio Iuris Canon.* Martin. Meſnart. *in epithome Decretal. fol. 189. verſo*, Dan. Venat. *in analyſi methodica Iuris Pontif. à pag. 688.* Goffr. & Hoſtien. *in ſumma huius tit.* Alexand. Caſſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. ſub hoc tit.*

De materia tituli, vide Emman. Sa *in aphoriſmis verbo venatio*, Fr. Emmao. *in ſum. tom. 1. cap. 35. cum duobus ſeqq.* Bernard. & Salzed. *in pract. cap. 70. in nouiſſ. impreſſ.* Modern. *de Iuriſd. p. 4. cent. 1. caſu 57. à nu. 17.* latè Bellet. *diſquiſit. clerical. p. 1. tit. de diſciplina clericali, §. 19.* Campan. *in diuerſorio Iuris Canon. rub. 11. cap. 23. à num. 38.*

Plura de venationibus, & earum permiſſione, & prohibitione, multiplicique ſpecie refe-

runt Ordin. Reg. Lusitan. *lib. 5. tit.* 88. & apud Castellanos, *l.* 1. *cum seqq. tit.* 8. *lib.* 7. *noua recop.* Perez *l.* 1. *glos.* 1. *pag.* 422. *tit.* 22. *lib.* 2. *Ordin.* Menoch. *casu* 413. Sebast. Medices *in tract. de venat. & piscat.* plures refert Cened. *ad Decretum, collect.* 56. quibus adde Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imp. lib.* 2. *concl.* 66. Bellet. *d.* §. 19. Thom. Valasc. *alleg. Iuris, tom.* 1. *alleg.* 31. Sayr. *in claui Regia lib.* 11. *cap.* 9. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 43. Lessi. *eod. tract. lib.* 2. *cap.* 5. *dub.* 6. *cum seqq.* Azori. *instit. moral. p.* 3. *lib.* 5. *c.* 16. Rebell. *de obligat. Iustitiæ, p.* 1. *lib.* 1. *q.* 14. *à nu.* 7. *cum seqq.* Vasquez *in opere morali, tract. de restitut. cap.* 5. §. 2.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Venatio periculosa, & clamosa clericis interdicitur.*
3 *Venatio in dubio præsumitur facta causa recreationis.*
4 *Monachis nec recreationis causa venatio est licita.*
5 *Piscatio clericis est permissa.*
6 *Venationem prohibitam exercens clericus quam pœnam incurrat, ostenditur.*
7 *Princeps iustis de causis venationem prohibere potest.*
8 *Lex à Principe lata venationem prohibens an obliget ad mortale, remissiuè.*
9 *Venationis triplex species.*
10 *Subdiaconus venationem sæpius exercens in casibus sibi non permissis eadem pœna, qua Diaconus puniendus est.*

Cap. Episcopum I. *Ex Conc. Aurel.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Casal. *in annot.* Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Henric. Panor. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 170. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 696. referunt Burchard. *lib.* 1. *Decretor. c.* 213. & Iuo *p.* 5. *c.* 166. & *par.* 6. *c.* 288. & *p.* 13. *c.* 30. & Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 22. *c.* 1.

2 Probat hic tex. venationem clericis interdici, quod Doctores modo referendi intelligunt si sit periculosa, vt venatio aprorum, & clamosa, & fit cum armis, asseruntq; sanitatis, vel recreationis causa clericos venationibus vti nõ prohiberi dummodo id faciant cum silentio, & modestia, ita Bernard. *in pract. c.* 70. *per totum secundum nouissimam impress.* Guillelm. Benedict. *in c. Raynuntius de testamentis verbo, & vxorem nomine Adelasiam, n.* 875. Nau. *commento de regul. nu.* 26. Menoch. *cons.* 221. *n.* 50 Syluest. *verbo venatio circa med.* plures quos refert Cened. *ad Decretal. collect.* 56. *n.* 8. & 9. quibus adde Sebast. Naui. *in remiss. ad lib.* 2. *feudorum tit.* 56. *quæ sint regalia, num.* 273. *cum seq.* Sayr. *in claui Regia, lib.* 11. *c.* 9. *n.* 7. Bellet *disquisit. clerical. par.* 1. *tit. de disciplina cleric.* §. 19. Rebell. *de obligat. Iustitiæ, p.* 1. *lib.* 1. *q.* 14. *n.* 9. Thom. Valasc. *allegat. Iuris, tom.* 1. *alleg.* 31. *n.* 13. vbi refert ad hoc constitutiones synodales diœcesum Brachareñ, Olysiponeñ, Eboreñ, Colimbrieñ, Portugalieñ, Visen̄, & Lamaceñ, benè Modern. *de Iurisdict. p.* 4. *cent.* 1. *casu* 57. *à nu.* 17. vbi aduertit clericos per hunc tex. non esse regulariter prohibitos venerari, sed tantum si ad voluptatem

3 venati fuerint, & sæpius in ipsa voluptate detenti: in dubio tamen venationem præsumi factam causa recreationis tenent Anania hic *col.* 2. Alex. *cons.* 72. *num.* 13. *vol.* 1. Menoch *d. cons.* 221. *nu.* 51. & *de præsumpt. lib.* 5. *præs.* 3. *n.* 16. Bellet. *d.* §. 19. *num.* 7. Monachis vero, quod nec re-

4 creationis causa venatio licita sit, quamuis proprios redditus in venatione habeãt, asserit Perez *l.* 1. *tit.* 22. *lib.* 2. *Ordin.* quem refert, & sequitur Salzed. ad Bernard. *d. c.* 70. *lit. C.*

5 Piscatio autem est clericis permissa, tum quia cessant in ea illæ rationes, quibus est prohibita venatio, tum etiam quia piscatio habet exempla virorum Sanctorum, nempe Apostolorum, quos piscatores ad se Saluator noster vocauit *Matth.* 4. *Marci* 1. & *Lucæ* 5. ita Salzed. ad Bernard. *d. c.* 70. *lit. A, vers. piscatio*, Menoch. *de arbitr. casu* 413. *nu. fin.* Iacob. de Graffis *in aureis decis. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 3. *vers. sexta*, Azeued. *l.* 1. *n.* 3. *vers. nisi & piscatio, tit.* 8. *lib.* 7. *noua recop.* Bellet. *d.* §. 19. *nu.* 8. vbi intelligit dummodo non fiat in solemnitatibus maioribus, aut animo negotiandi.

6 *Si Episcopus est tribus mensibus, &c.* Nota Episcopum venationem prohibitam exercentem, idest in voluptate venandi sæpius detentum, suspendi tribus mensibus, presbyterum duobus, Diaconum vero ab omni officio, ita Bernard. *d. c.* 70. *n.* 1. vbi refert huiusmodi pœnam habuisse originem à Concilio Aurelianeñ, de quo in hoc tex. & in cap. Episcopum 34. dist. & ibi aduertit hæc Iura non inueniri in d. Concilio Aurelianeñ, sed in Concilio Agathensi *can.* 55. qui incip. *Episcopis*, additque magnam esse differentiam inter pœnam Presbyteri, & Diacõni de qua hic, eo quod cum Presbytero habente præfinitum tempus suspensionis dispensare non potest Episcopus, cum Diacono vero maxime, Illud tamen aduertere necesse est Episcopum, Presbyterum, & Diaconum antequam puniantur admonitos debere esse tribus præceptis ne venentur, Menoch. *d. cons.* 221. *nu.* 52. Bellet. *d.* §. 19. *n.* 6. *vers. verumtamen.*

7 Quamuis libertas venandi sit de Iure naturali, seu gentium *ex l.* 1. *in fine cum seq. ff. de acquirendo rerum dominio*, §. *feræ Instit. de rerum diuis.* poterit Princeps iustis de causis venationem prohibere, inferioresq; teneri ad parendum huic mandato, vt resoluunt plures, quos refert Cened.

Cened. *d. collect.* 56. *nu.* 3. quibus adde Mich. Salon. 2. 2. *q.* 62. *art.* 3. *controu.* 3. vbi Bann. *dub.* 5. & Petr. de Aragon. *dub. fin.* Greg. de Valent. *tom.* 3. *disp.* 5. *q.* 6. *puncto* 5. *dub.* 6. Fr. Emman. *in sum. p.* 1. *c.* 35. Aloyf. Ricc. *in collect. decis. p.* 4. *collect.* 1074. Ludou. Rodolphin. *de suprema, seu absoluta Principis potest. concl.* 16. *n.* 123. *cum seqq.* Bernard. Græuz. *ad practicam Cameræ Imp. lib.* 2. *concl.* 68. *consid.* 1. Modern *d. par.* 4. *casu* 57. *num.* 10. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 43. Farin. *in praxi crimin. q.* 174. *n.* 92. Sayr. *d. cap.* 9. *nu.* 6. Lessi. *de Instit. lib.* 2. *cap.* 5. *dub.* 7. Azori. *instit.*
8 *moral. par.* 3. *lib.* 5. *cap.* 16. *quæst.* 1. Vtrum autem lex à Principe lata venationem prohibens obliget ad mortale, vide Mexi. *in tract. tassa panis, concl.* 3. *n.* 29. & per citatos à Cened. *d. collect.* 56. *num.* 6. quibus adde Azori. *d. cap.* 16. *quæst.* 5. Lessi. *d. cap.* 5. *dub.* 9. Rebell. *d. quæst.* 14. *num.* 15. Vasquez *in opere morali, tract. de restit. cap.* 3. §. 2. *dub.* 5. Et an liget clericos, vide Salzed. ad Bernar. *d. cap.* 70. *vers. sed quid*, Modern. *loco proxime citato.*

9 In glos. [Voluptate.] ibi (*quadam enim venatio dicitur oppressiua, &c.*) De multiplici venationis specie, oppressiua scilicet, arenosa, & falcuosa, vide Menoch. *d. casu* 413. *num.* 3. Iacob. de Graffijs, *d. cap.* 3. *num.* 1. Cened. *d. collect.* 56. *num.* 1.

10 In glos. [Officio.] ibi (*vel subdiacono*) Notatur ad hoc, quod subdiaconus venationem sæpius exercens in casibus sibi non permissis, vt supra, eadem pœna, qua & Diaconus puniendus est, vt per Bernard. *d. c.* 70. *n.* 2. vbi *n.* 3. resoluit cæteros clericos in minoribus arbitrarie esse puniendos, ex quo pœna non est statuta, vide ibi Salzed. *lit. B.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Venationes, & syluaticæ fatigationes cum canibus, & accipitre omnibus religiosis interdicuntur.*
3 *Canes, accipitres, & falcones pro venatione, & aucupio tenere prohibitum est clericis.*

Cap. Omnibus. II. & fin.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collectar. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ, par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 170. Alagona *in compend. Iuris Canonici pag.* 697. referunt Burchard. *lib.* 2. *Decretor. cap.* 114. Iuo *par.* 6. *cap.* 289. & *p.* 12. *c.* 29. & Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 22. *cap.* 2.

2 Probat hic tex. omnibus religiosis interdici venationes, & syluaticas fatigationes cum canibus, & accipitre, aut falcone, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 18. *n.* 407. Monachis autem nec recreationis causa venatio licita est, etiamsi proprios redditus in venatione habeant, vt per Salzed. ad Bernard. *in pract. c.* 70. *lit.* C.

3 *Et accipitres, & falcones, etc.* Notatur ad hoc, quod canes, accipitres, & falcones pro venatione, & aucupio tenere clericis prohibitum est, vt per Franc. Marc. *decis.* 529. *n.* 5. Camil. Borrel. *de Magist. edictis lib.* 4. *cap.* 3. *nu.* 58. & *in summa omnium decis. tit.* 11. *num.* 42.

De Clerico percussore. Tit. XXV.

SVper hanc rubr. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Anch. Butr. Anania, Panorm. Mar. Socin. Petr. de Rauenna *in compēdio Iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decretal. fol.* 189. *verso*, Daniel. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontificij à pag.* 692. Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alexan Cassan. & Alex. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretalium sub hoc tit.*

Cap. Si quis. I. *Ex Conc. Agathen.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Anania, Hostien. Butr. Anchar. Henric. Panorm. Mari. Socin. Ximen. Toletan. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif pag.* 170. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 697. referunt Burchard. *lib.* 2. *Decret. cap.* 190. & Iuo *par.* 6. *c.* 215. & Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 21. *tit.* 8. *cap.* 1.

2 Notatur hic tex. ad hoc quod clerici ob status decentiam ab omni debent se abstinere percussione tàm priuata, quàm publica auctoritate facta, vt per Sayr. *in Claui Regia, lib.* 7. *c.* 15. *n.* 2. Filij Aaron Sacerdotes clangent tubis, vt est *Num.* 10. *vers.* 8. non pulsabunt hostem manibus, increpuitque Petrum quantumuis pro se pugnantem, Christus *Matth.* 26. Clericum etenim non esse percussorem exigit *Apost.* 1. *ad Timoth.* 3. & *ad Titum* 1. Neque solum exemplo, sed & verbo percussorem condemnat dominus *Math.* 24. de hac re Conc. Trid. *sess.* 13. *de reform. c.* 1. Sũt tamen & Ecclesiasticis sua arma, sed spiritualia Apost. 2. *ad Corinth.* 10. & arma lucis ad *Roman.* 13. quæ arma sunt lectio, & oratio, his diabolus expugnatur, vitia reprimuntur, virtutes nutriuntur, æterna beatitudo acquiritur, vt ex S. August. referunt Burchar. *lib.* 2. *Decret. cap.* 10. Iuo *par.* 6. *cap.* 177.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Episcopus, qui crudeliter aliquem fustigare facit duobus mensibus à Missarum administratione suspendendus.*
3 *Vulneratus ex longo interuallo non præsumitur ex vulnere decessisse.*

Cap. Præterea. II. Greg.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordant. vtriusque Iuris cum legibus Castella par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 171. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 697. desumitur ex D. Greg. *lib.* 2. *registri epist.* 44. *cap.* 83. *indict.* 11. referunt Burchard. *lib.* 1. *Decret. cap.* 195. & Iuo *par.* 5. *cap.* 310. & Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 21. *cap.* 2.

2 Probat hic tex. duobus mensibus à Missarum celebratione suspendendum Episcopum, qui crudeliter aliquem fustigare fecit; oportet enim Episcopum non esse percussorem, id est nō ad venditam facilē Greg. *lib.* 11. *epist.* 49. relatus *in c. si quid 86. dist.* Octauus canon, qui Apostolorum est, hunc in modum habet. Episcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum percutientem fideles delinquentes, aut infideles iniqua agentes, & per huiusmodi volentem timeri, deijci ab officio suo præcipimus; quia nunquam nos docuit hoc Dominus, sed è contrario ipse cum percuteretur non repercutiebat, cum malediceretur non maledicebat, cum peteretur non comminabatur. Clericum profectò summopere dedecet, vt eas violenter manus alicui iniiciat, quæ Deo solemni ritu consecratæ sunt, quæ extensæ pro omnibus numini supplicant, quæ in eius honorem tremenda corporis, & sanguinis Christi mysteria peragunt. Multa ad hoc propositum cumulaui *in meo tract. de officio, & potestate Episcopi, p.* 1. *tit.* 2. *glos.* 12.

3 ***Cū post octo menses decesserit, &c.*** Ergo ex diuturnitate temporis, & ex longo interuallo vulneratus non præsumitur decessisse ex vulnere, de quo, & an verum sit, & quomodo intelligendum, vide Doctores per me citatos *ad cap. presbyterum* 7. *n.* 4. *&* 5. *sup. de homicid.* quibus adde *Ayrer. in tract. de homicidio, par.* 2. *nu.* 51. *& nu.* 64. *vers. primum itaque*, Farin. *in praxi crimin. par.* 5. *q.* 127 *nu.* 31. *&* 40. Mascard. *de probat. concl.* 1073. *num.* 4. Bajard. *ad Clar. §. homicidium post n.* 166. vbi tenet posse iudicem arbitrari vulneratum ex vulnere decessisse etiam post octo menses quando vulnus est mortale.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Prohibitum ad tempus post illud censetur permissū.*

Cap. Præsentium. III. Alex. iij.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Butr. Anchat. Panormit. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castella, par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 171. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 697. refertur ab Ant. Augustin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 21. *cap.* 3. & est post Concil. Lateraneñ. *par.* 26. *cap.* 11.

2 ***Decursō huiusmodi temporis spatio, etc.*** Notatur ad hoc, quod prohibitum ad tempus post illud censetur permissum, vt per Tiraq. *de retractu conuent.* §. 1. *glos.* 2. *num.* 48. Surd. *decis.* 75. *nu.* 1. *& cons.* 247. *nu.* 18. *& cons.* 294. *num.* 6. D. Barbos. *in l. cum prætor in princip. num.* 45. *ff. de iudic.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 65. *num.* 8. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo prohibitio* 16. Et limitatum ad tempus non extenditur vltra illud tempus Menoch. *cons.* 151. *nu.* 46.

Cap. Continentia. IV. & fin. Celest. iij.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Io. Andr. Anania. Host. Butr. Anchar. Henric. Panorm. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castella par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 171. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 698. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 10. *cap. vnic.*

Vide quæ dixi *ad cap. petens* 17. *sup. de homicid. pag.* 243.

De Maledicis. Tit. XXVI.

SVper hanc rub. scripserunt Zabarell. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Anania, Panor. Mar. Socin. Petr. de Rauenna *in compendio Iuris Canonici.* Marc. Mesnart. *in epith. Decretal. fol.* 190. Dani. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontificij à pag.* 694. Goffr. & Hostien. *in summa huius tit.* Alexand. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. sub hoc titulo.*

De materia huius tit. vide Bernard. *in pract. cap.* 69. *in nouiss. impressi.* Decian. *tractat. crimin. lib.* 7. *cap.* 50. Bernard. Muscatell. *in pract. crimin. tit. si quis Imperatori maledixerit*, Cassan. *in cata-*

*catalogo gloriæ mundi par. 5. consider.*6.Menoch. *de arbitr. casu* 377. Perez *l.* 34. *vers. vtrum autem liceat, tit.* 3. *lib.* 8. *Ordinamen. pag.*75.*& l.*1.*vers. est præterea adnotandum tit.*7. *eodem lib.*8. *pag.*197. plures Doctores, quos refert Cened. *ad Decretal. collect.* 146. *num.* 1. quibus adde Molin. *de Iustitia tract.* 2. *disp.* 688. *vers. qui autem Principi,* Fr. Emman. *quæst. regular. tom.* 2. *quæst.* 32.*art.*4. Cardos. *in praxi iudicum, verbo maledictio, nu.* 4. Farinac. *in praxi crimin. par.* 3. *q.*105. *inspect,* 10. *& par.* 4. *q.* 113. *inspect.* 1. *nu.* 1. *in fine,* Pradil. *in summa legum pœnal. p.* 1. *cap.* 4. & agit apud Lusitanos Ordin. Regia *lib.* 5. *tit.*7. & apud Castellanos, *l. final. tit.* 2. *part.* 7.*& l.*3. *tit.*8. *lib.*8. *Ordinam. & l.* 3. *tit.* 4. *lib.* 8. *nouæ recopil. & l.*11. *tit.*26. *eodem libro.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Papa maledicens est puniendus.*
3 *Papatus dicitur beneficium.*
4 *Iniuria dicitur grauis illa, quæ multis adstantibus, videntibus, & audientibus facta est.*
5 *Maledicentes contra Romanam Ecclesiam puniuntur.*
6 *Iniuria non censetur remissa in foro fori per confessionem pecatorum.*

Cap. Innotuit. I. *Clem. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Host. Butr. Anch. Henric. Panor. Marian. Socin. Cened. *collect.*146. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.*1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.*5. *Iuris Pontificij pag.*172. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 698. refertur ab Anton. August. *collect.*2. *Decretal. sub tit.* 11. *de clerico maledico, cap. vni.*

2 Probat hic tex. maladicentem Papæ esse puniendum, vt per Bernard. *in pract. cap.* 69. *in nouissima edit* Plac. *de delictis, lib.* 1. *cap.* 4. *nu.* 2. *in fine,* Farinac. *in praxi criminal. par.* 3. *q.*105. *n.* 394. *cum seqq.*

3 *Beneficij nostri.* Ergo Papatus dicitur beneficium, vt per Corras. *par.*1. *parap. cap.*1 *num.*3. Selua *de beneficijs, p.* 1. *q.* 2. *nu.* 8. Rebuff. *in praxi benef. p.* 1. *tit. seculare beneficium, quotuplex sit. n.*3. Cened. *ad Decretal. collect.* 146. *num.* 5. Gonzal *ad reg.* 8. *Cancellariæ glos.*4. *nu.*61. vbi *num.*62. tenet, quod Papa debet habere maiorem scientiam reliquis omnibus, cum sit Præpositus curæ totius Christianitatis.

4 *Multis coram adstantibus.* Notatur ad hoc, quod illa iniuria dicitur grauis, quæ multis adstantibus, videntibus, & audientibus facta est, vt per Nical. *in §. atrox num.* 3. *Inst. de iniur.* Anton. Gomez *variar. tom.* 3. *cap.* 6. *sub num.* 4. Menoch. *de arbitr. casu* 263. *nu.* 24. Farinac. *in praxi crimin. par.* 3. *quæst.* 105. *num.* 189. *& cons.* 30. *num.* 28. *lib.* 1.

5 In glos. [A temeritate.] ibi (*sed quatenus contingit Romanam Ecclesiam.*) Notatur ad hoc, quod maledicentes contra Romanam Ecclesiam puniuntur, vt per Farin. *d. q.*105. *n.* 397.

6 In ead. glos. ibi (*sed rancorem sic.*) Notatur ad hoc, quod iniuria non censetur remissa per confessionem peccatorum, dum pœnitens in manibus sacerdotis illam iniurianti remittit, talis enim remissio intelligitur facta quo ad rancorem, & odium, non autem quo ad satisfactionem, & in foro fori, vt per Couar. *variar. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 7. *in princip. & vers.* 3. *constat* Clar. *in pract.* §. *fin. q.* 58. *vers. sed in proposito,* Iacob. de Grassijs *in aureis decisionibus, p.* 1. *lib.*1. *cap.* 137. *num.* 4. *in fine,* Mascard. *de probat. conclus.* 902. *nu.* 3. *& concl.* 1156. *à num.* 25. Farin. *d. quæst.*105. *num.*376. vbi *num.*377. limitat nisi in manibus Sacerdotis sit per pœnitentem facta plenè remissio, tunc enim censetur etiam remissa iniuria in foro contentioso.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Doctores referuntur de blasphemijs, & blasphemantibus agentes.*
3 *Blasphemans calore iracundiæ an mitius sit puniendus, remissiuè.*
4 *Blasphemantes ebrij, minores, mulieres, & rustici, quibus pœnis puniantur, remissiuè.*
5 *Blasphemantes contra aliquem Sanctorum, quas pœnas incurrat, remissiuè.*
6 *Blasphemia crimen est mixti fori.*
7 *Iudex ecclesiast. pro executione suæ sententiæ potest implorare brachium iudicis secularis.*
8 *Iudex secularis sub pœna excommunicationis potest cogi ad præstandum brachium suum Ecclesiastico.*
9 *Nobiles mitius puniuntur.*
10 *Moneta debet solui vsualis, & in loco frequentata.*
11 *Debitor tenetur recipere suum debitum, vel condemnationem in suum fauorem factam in moneta quantumcunque minutissima.*
12 *Aureos auri, qui tenetur soluere non potest soluere nisi aurum.*
13 *Monetam sciens esse mutandam si soluat, mutuet, vel det illam ante legem, an teneatur ad restitutionem, remissiuè.*

Cap. Statuimus. II. & fin. *Greg. ix.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Collect. Zabarel. Io. And. Anania, Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Henric. Marian. Socin. Cened. *collect.*126. Casal. *in annot.* Ximen. Tolet. *in concordant. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij*

tificij, pag. 173. Alagona *in compendio Iuris Canonici*, pag. 698.

2 Hic ponitur pœna blasphemantibus Deum, aut aliquem Sanctum, de qua etiam habetur apud Lusitanos in Ordin. Regia *lib.* 5. *tit.* 2. vbi Parens meus, & apud Castellanos, *l.* 1. *tit.* 28. *part.* 7. vbi Greg. & *l.* 5. *tit.* 4. *lib.* 8. *nouæ recopil.* vbi Azeued. agunt etiam Clar. *in pract.* §. *blasphemia*, Bonacos. *commun. crimin. par.* 1. *verbo blasphemia*, *fol.* 16. Menoch. *de arbitr. casu* 319. *num.* 16. *cum seqq.* & *casu* 375. & *seq.* & *de præsump. lib.* 5. *præsump.* 6. *n.* 29. Mascard. *de probat. concl.* 194. *cum seqq.* Perez *ad lib.* 8. *Ordin. pag.* 137. & *pag.* 203. Rebuf. *de reprobat. test. nu.* 55. Azeued. *l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 8. *noua recopil.* Auend. *de exequendis mandatis*, *par.* 2. *cap.* 5. *à princip.* Flamin. *de resignat. lib.* 5. *q.* 6. *n.* 65. Decian. *in tract. crimin. tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 1. *cum seqq.* Bernard. & Salzed. *in pract. c.* 113. *in nouiss. edit.* Vincent. de Franch. *decis.* 504. Thesaur. Pedamon. *decis.* 241. Franc. Marc. *decis.* 569. plures, quos refert Cened. ad Decretal. *collectan.* 126. quibus adde Steph. Quarant. *in summa Bullarij verbo blasphemi*, Prax. Episcop. *par.* 1. *verbo casus*, Farin. *in praxi crimin. par.* 1. *quæst.* 20. Sayr. *in claui Regia lib.* 6. *cap.* 13. *nu.* 13. *cum seqq.* Paul. Comitol. *responsor. moral. lib.* 4. *q.* 9. Bernard. Muscatel. *in pract. crimin. tit. de blasphemia*. Modern. *de iurisdict. par.* 2. *cap.* 13. Azor. *institut. moral. par.* 1. *lib.* 11. *cap.* 3. *q.* 2. Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.* 2. *c.* 32. Valer. Reginald. *in prax. fori pœnitent. lib.* 18. *nu.* 195. *cum seqq.* Campan. *in diuers. Iuris Canon rub.* 11. *cap.* 24. *à n.* 66.

3 Vtrum verò ille, qui calore iracundiæ blasphemauit mitius sit puniendus, vide Tiraquel. *de pœnis temperandis causa* 1. *nu.* 14. Viui. *decis.* 275. Barz. *Bononiæ decis.* 135. quos refert Aloys. Ricc. *in collect. decis. par.* 1. *collect.* 75. *in medio* Menoch. *casu* 319. *à nu.* 32. & *casu* 375. *nu.* 32. Decian. *d. lib.* 6. *c.* 5. *num.* 9. Auendan. *d. cap.* 5. *nu.* 12. *in princip.* Farin. *d. q.* 20. *n.* 47. *cum seqq.* & *q.* 91. *n.* 9.

4 De ebrio vide Auendan. *d. cap.* 5. *nu.* 19. Decian. *d. cap.* 5. *nu.* 8. Farin. *d. quæst.* 20. *n.* 50. De minore vide Decian. *d. cap.* 5. *nu.* 6. Farin. *par.* 3. *tit. de pœnis temperandis*. *q.* 92. *nu. fin.* De muliere vide Farinac. *d. p.* 3. *q.* 98. *n.* 19. vbi refert se vidisse Venetijs plures flagitiosas fœminas propter blasphemiam in linguæ obscissione punitas. De rustico vide Decian. *d. c.* 5. *num.* 10. Farin. *d. q.* 20. *nu.* 51. *cum seqq.* & de omnibus Campan. *d. rub.* 11. *cap.* 26. *nn.* 85. remissiuè Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, p.* 3. *alleg.* 51. *n.* 105.

5 *Vel aliquem Sanctorum suorum*. De blasphemantibus contra aliquem Sanctorum, & quas pœnas incurrant, vide citatos per me *d. alleg.* 51. *n.* 91. & Farin. *d. q.* 20. *n.* 25. *cum seq.* Soar. *de religione, tom.* 1. *tract.* 3. *lib.* 1. *cap.* 5. *nu.* 6. Decian. *d. lib.* 6. *c.* 2. *n.* 19. Sanch. *in præcepta Decalogi l. b.* 2. *c.* 32. *nu.* 27. Et an blasphemia in Deū, seu B. Virginem specie distinguatur ab ea, quæ emittitur in Sanctos, vide Campanil. *d. cap.* 26. *num.* 79.

6 *Per temporalem præterea Potestatem, etc.* Ergo blasphemiæ crimen, tanquam mixti fori potest etiam per temporalem potestatem puniri, de quo vide Ordinan. Regiam Lusitan. *lib.* 2. *tit.* 9. *in princip.* Auend. *d. c.* 5. *n.* 11. & 12. Curiam Philip. *p.* 3. §. 2. *n.* 15. Moder. *iurisdict. p.* 2. *c.* 13. Azor. *d. p.* 1. *lib.* 9. *c.* 28. *q.* 5. Sanch. *d. lib.* 2. *c.* 32. *n.* 37. post Clar. Cou. & alios Mari. Antonin. *vari. resolut. lib.* 3. *resol.* 12. *n.* 1. & plures, quos refero Ego ipse *d. alleg.* 51. *nu.* 94. Farin. *d. quæst.* 20. *nu.* 39. & *in tract. de hæresi*, *q.* 178. *nu.* 76. vbi resoluit contrà consuetum blasphemare, & monitum blasphemare non cessantem Inquisitores posse procedere. Et de hæreticalibus blasphemijs, & quod de eis Inquisitores cognoscunt dixi, *d. alleg.* 51. *num.* 89.

7 Notatur etiam ad hoc, quod Iudex Ecclesiasticus pro executione suæ sententiæ potest implorare brachium Iudicis secularis, & dictus secularis Iudex tenetur illud impertiri, & sententiam prædictam exequi, vt per Couar. *practic. c.* 10. *nu.* 1. Farin. *in praxi crimin. par.* 3. *q.* 97. *nu.* 81. *cum seqq.*

8 *Coactione.* Ergo si Iudex secularis non vult brachium suum præstare Ecclesiastico, potest ad id cogi sub pœna scilicet excommunicationis, vt per Marant. *disp.* 1. *num.* 8. *vers. item potest Iudex*. Menoch. *de arbitr. casu* 452. Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 118. *pag.* 367. Auiles *ad cap.* 20. *Prætor. verbo Vsurpan. num.* 21. Perez *l.* 4. *tit.* 1. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 473. Decian. *d. lib.* 4. *cap.* 10. *n.* 3. *vers. octauo*. Bobadil. *d. lib.* 2. *cap.* 17. *nu.* 80. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 1. *q.* 8. *art.* 14. Farin. *in praxi crimin. q.* 97. *nu.* 82. Modern. *de iurisdict. par.* 1. *cap.* 52. *nu.* 1. Ludou. Rodolphin. *in tract. de brachio seculari nu.* 45.

9 *Nullam in hoc misericordiā, etc.* Notatur ad hoc, quod nobiles mitius puniuntur, etiam quod lex, seu constitutio pœnalis expressè dixisset delinquentem nullam misericordiam consecuturum, vt per Tiraquel. *de pœnis temperan. causa* 31. *nu.* 2. & *de nobilit. cap.* 20. *num.* 19. Farinac. *in praxi crimin. par.* 3. *q.* 98. *num.* 97.

10 *Vsualis monetæ.* Ergo moneta debet solui vsualis, & in loco frequentata, prout cum communi resoluit Cald. Pereira *de emptione, & vendit. cap.* 22. *nu.* 36. In quā quantumcunq; minutissima tenetur de-
11 bitor recipere suum debitum, vel condemnationem in suum fauorem factam, de quo vide Tiraquel. *de retract. tit.* 1. §. 1. *glos.* 20. *n.* 4. & 5. Mexi. *in tract. tassæ panis concl.* 7. *verbo maranedis pag. mihi* 130. Gutier. *pract. lib.* 2. *q.* 173. *à princip.* Gasp. Roderic. *de annuis reddit. lib.* 2. *q.* 15. *num.* 92. *vers. sed quid.* qui enim tenetur
12 soluere aureos auri non potest soluere nisi aurum, si liquido constet id actum fuisse, quod pretium

pretium in auro solueretur, non in argentea pecunia, fecus fi nullus fuerit habitus refpectus aureæ pecuniæ, fed quantitatis duntaxat, de quo vide Couar. *in tract. de veterum numifmatum collat. cap. 7. §. Vnt. num.2.* Surd. *conf* 405.*n.*32. Paul. Comitol. *refponfor. moral. lib.3.q.44. nu.7.* Stephan. Gratian. *difcept. foreuf. cap.* 55.*nu.* 26. 33 *cum feqq.* Cald. Pereira *de refolut. emphyt.cap.*13. *num.* 17. An fciens monetam effe mutandam fi foluat, mutuat, vel det illam ante legem, teneatur ad reftitutionem, vide Afflict. *decif.*199. *num.* 9. Pinel *in l.* 2. *C. de refcind. vendit. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 22. Anton. Gomez *tom.* 2. *variar. cap.* 2. *n.* 32. *in fine*, Menoch. *de arbitr. cafu* 185. *num.* 20. & 21. Mexia *in d. tract. taffæ panis conclaf.* 6. *num.* 6. Prax Epifcop. *par.*1. *verbo pragmatica*, Sayr *in claui Regia lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 1. Paul. Comitol. *d. lib.* 3. *q.* 32. Valer. Reginald. *in praxi fori pœniten. lib.* 25. *num.* 188. Ioannes de Salas *de contract. tract. de empt. dub.* 22. *in fine.*

De Clerico excommunicato, depofito, vel interdicto miniftrante. Tit. XXVII.

Svper hanc rub. fcripferunt Zabarell. Io. And. Anchar. Butr. Anan. Panorm. Mari. Socin. Cened. *collect.* 25. Petr. de Rauenna *in compendio Iuris Canonic.* Martin. Mefnart. *in epithome Decretal. fol.* 190. Dan. Venator. *in Analyfi methodica Iuris Pontif. à pag.* 698. Goffred. & Hoft. *in fumma huius tit.* Alexand. Caffan. & Anaftafi. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. fub hoc tit.*

Cap. Si quis Epifcopus. I. *Ex Can. Apoft.*

1 Svper hunc tex. fcripferunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Io. Andr. Anania, Hoftien. Butr. Anchar. Henric. Panorm. Mar. Soc. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriufque Iuris cum legibus Caftellæ par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 174. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 699. defumitur ex Canon. Apoftolorum *cap.* 28. ex Theodoro, & refertur ab Anton. Auguftin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 23. *cap.* 1.

2 Notatur hic text. ad hoc, quod clericus excommunicatus maiori excommunicatione, interdictus, vel fufpenfus ab officio, qui fciens, aut fcire debens fe effe excommunicatũ, interdictũ, aut fufpenfum celebrat officia Diuina, aut facit folemniter aliqui t alicui certo Ordini fuo deputatum, tanquam illo ordinatus, eft irregularis, vt per Cened *ad Decretal. collect.* 25. *nu.* 1. & vide plenius *ad cap. fequens.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur fuper hunc tex. fcribentes.*
2 *Clericus excommunicatus eft inhabilis ad exercendos actus tributos Ordini, & fi aliquem illorum exerceat, efficitur irregularis.*
3 *Clericus in minoribus conftitutus, etiam irregularitatem contrahit, fi poft excommunicationem faciat actum tributum Ordini.*
4 *Ecclefia pœnam exily non habet.*
5 *Clericus prohibitus ne celebret fi vtatur debita materia, & forma, conficiet Sacramentum.*
6 *Excommunicatus tenetur dicere boras Canonicas.*

Cap. Si quis. II. *Ex Conc. Antioc.*

1 Svper hunc tex. fcripferunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. And. Anania, Hoftien. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Soc. Cened. *collect.* 65. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriufque Iuris cum legibus Caftellæ par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 174. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 699. defumitur ex Concil. Antiocheno, & refertur ab Anton. Auguftin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 23. *cap.* 2.

2 *Similiter de Clericis, etc.* Probat hæc tex. pars clericum excommunicatum effe inhabilem ad exercendum actus tributos Ordini, & fi aliquem illorum exerceat effici irregularem, vt per Couar. *in cap. alma mater par.* 1. §. 10. *num.* 1. Nauar. *in manuali cap.* 27. *num.* 163. Maiol *de irregul. lib.* 3. *cap.* 21. *nu.* 1. & 2. Mar. Alter. *de cenfur. tom.* 1. *lib.* 2. *difp.* 1. quos refert, & fequitur Anton. Ricciul. *in tract. de Iure perfonarum extra gremium Ecclefiæ exiftentium lib.* 4. *cap* 2. *num.* 2. vbi etiam cum Ioan. Andr. *hic nu.* 3. & Anchar. *nu.* 6. extendit, vt procedat fiuè actus fit attributus Ordini facro, fiuè attributus Ordini minori, & idem Ricciul. ac Mari. Alteri. *numeris feqq.* citatis locis, extendunt ad Epifcopum, & Abbatẽ, qui ex priuilegio Apoft cõferũt Ordines minores, & ad Sacerdotem, cui per Sedem Apoft. indultum eft, vt pofsit miniftrare Sacramentum Confirmationis, aut alium actum ex illis, qui ordinaria facultate pertinent ad Epifcopum. Extenditur denique fupradicta conclufio, vt procedat non folum in Epifcopo, Abbate, vel alio, qui ex priuilegio Apoft adminiftret Sacramenta, dum eft excommunicatus, fed etiam fi faciat alios coram ipfo miniftrare, adeò quòd Epifcopus excommunicatus mandans Sacerdoti, vt Miffam celebret coram ipfo efficiatur irregularis, ita *glof. verbo celebrari in Clemen.* 2. *de priuileg.* quam ibi fequuntur Zabarel. *nu.* 11. & Imola *num.* 9. Couar. *d. par.* 1. §. 6. *in fine* Nauar. *d. cap.* 27. *n.* 244. *in fine*, Marius Alter. *de cenfuris tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. vbi *cap.* 5. agit quis poffit difpenfare in cafibus prædictæ irregularitatis.

1 *Aut alius clericus*. Ergo clerici in minoribus constituti etiam irregularitatem contrahêt, si post excommunicationem faciant actum tributum Ordini, ita in præsenti tenent Hostien. Ioan. Andr. & Panorm. Maiol. *d. lib. 3. cap. 21. num. 5. & 8.* Mar. Alter. *d. tom. 1. lib. 3. disput. 1. cap. 1. vers. altera est opinio*, quicquid aliter teneant D. Antonin. *par. 3. tit. 28. cap. 1. vers. si vero clericus*, Paludan. *in 4. dist. 18. q. 4. in quinto effectu*, vbi Sot. *dist. 25. q. 1. in artic. 3.* Nauar. *consil. 44. num. 10. & sequenti sub tit. de sententia excommunicat.* Qualiter autem, & quando dici posit, quod clericus constitutus in minoribus solemniter actum adnexum Ordini facere dicatur, differunt Mari. Alter. *d. cap. 1. vers. hanc opinionem*, & Anton. Ricciul. *d. cap. 2. num. 5.*

4 *Regis iudicio, etc.* Notatur ad hoc, quod Ecclesia pœnam exilij non habet, vt per Dec. *in cap. cum non ab homine nu. 13. de Iudic.* Palat. *in repet. cap. per vestras de donat. inter virum, notab. 2. §. 1. nu. 14.*

5 In glos. [Degradatus.] ibi (*nunquid conficit, &c.*) Notatur ad hoc, quod licet Ecclesia prohibeat ne degradatus celebret, nihilominus si talis clericus prohibitus, vtatur debita materia, & forma cum intentione, conficiet Sacramentum, vt per Marant. *de ordine iudiciorum par. 4. dist. 11. n. 73.* Couar. *variar. lib. 2. cap. 10. num. 8.* Stephan. Gaeta *in cap. ad limina 30. q. 1. §. 6. num. 62.* Perez *l. 1. vers. Ego tamen tit. 3. lib. 1. Ordinam. pag. 61.* Nauar. *in cap. 1. §. labores, num. 4. & in cap. fin. num. 13. de Pœnit. dist. 6.* Sayr. *de censur. lib. 5. cap. 22. num. 25. cum seqq.* Bonac. *eodem tract. disp. 4. de degradat. punct. vnic. num. 5.* Cened. *ad Decretal. collect. 65. num. 4. & practic. ac canonicar. quæst. lib. 1. quæst. 30. nu. 85.* Campan. *in diuersorio Iuris Canonici rub. 1. nu. 107.*

6 In glos. [Præsumpserit.] ibi (*potest dicere horas suas, &c.*) Notatur ad hoc, quod excommunicatus non excusatur ab ijs, quæ sunt oneris, & ideò tenetur dicere horas Canonicas tanquam particularis, & secrete, ac sine socio, & omittere illum versiculum *Dominus vobiscum*, ac illius loco more laicorum dicere, *Domine exaudi orationem meam*. Stephan. Durant. *de ritibus Ecclesiæ lib. 3. cap. 22. num. 12.* Couar. *in cap. alma mater par. 1. §. 3. num. 8.* Perea *l. 1. tit. 8 lib. 3. Ordinam. pag. 592. & l. 1. column. 11. vers. item etiam, tit. 5. lib. 8. pag. 173.* Nauar. *in man. cap. 27 num. 20. & nu. 36. vers. ad quintū & in tractat. de oratione cap. 7. num. 16.* Cened. *d. collect. 65. nu. 5.*, latè Mar. Alter. *de censur. tom. 1. de excom. lib. 1. disp. 10. cap. 4.* vbi etiā resoluit excommunicatū committere peccatum si recitet horas cum alio, & in eandem culpam incidere alios si audiant ipsum excommunicatum recitantem horas.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Excōmunicatus monitus & nō desistens diuina Officia celebrans pœnam incurrit perpetuæ depositionis.*
3 *Excommunicatus à tota Synodo dispensari non potest.*
4 *Depositus verbaliter potest per solum Episcopum restitui, secus in actualiter degradato, quem solus Papa restituit.*

Cap. Clerici. III. *Alex. iij.*

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Collectar. Zabarel. Ioan Andr. Anania, Host. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par. 2.* Viui. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 175.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 699.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 23. cap. 3.* & est post Concil. Lateranen̄ sub *Alexan. III. par. 26. cap. 10.*

2 Probat hic tex. excommunicatum monitum & non desistentem Diuina Officia celebrantem, sine vlla dilatione pœnam incurrere perpetuæ depositionis ab officio scilicet; & beneficio, ita Mar. Alter. *de censuris tom. 1. de excommun. lib. 1. disp. 13. cap. 2. in fine.*

3 In glos. [Moniti.] ibi (*nec etiam synodus in hoc dispensare potest*) Notatur ad hoc, quod excommunicatus à tota Synodo dispensari non potest, vt per Bonacos. *commun. crimin. par. 1. verbo excommunicatus vers. excommunicatus à tota, fol. 59.*

4 In ead. glos ibi (*sed potest quæri vtrum idem sit in deposito, vt solus Papa ipsum restituat.*) Notatur verbaliter depositum posse per solum Episcopum restitui, secus in actualiter degradato, quem solus Papa restituit, vt per Abb. *in cap. transmissa, nu 8. de re iudic.* Bellet. *disquisit. clericalium p. 1. tit. de fauore Clericorum Canonis, §. 10. n. 9. pag. 254.* quem refero *Ego ipse de officio, & potestate Episcopi, par. 3. alleg. 110.*

5 In ead. glos. ibi (*sed nunquid Episcopus cum talibus dispensaret sine legatus de latere non tāt Papa missus, &c.*) An Episcopus, vel saltem legatus de latere possit dispensare ab irregularitate celebrationis in excommunicatione vide Mari. Alteri. *d. tom. 1. lib. 2. dispu. 1. cap. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Multitudo vbi delinquit, mitius de pœna statuendum.*
3 *Suspensus ab officio an sit suspensus à beneficio, ostenditur.*
4 *Episcopus suspendens aliquem ab officio, vel beneficio, ille à neutro suspensus est propter dubi[illegible].*

Cap. Latores. IV.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Coll. Zabar. Io. Andr. Anania, Host. Butr. Henric. Ancharan. Panor. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concord. vtriusq; Iuris cum legibus*

gibus Caſtellæ par. 1. & 2. Viu. in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 175. Alagona in compendio Iuris Canonici pag. 199. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 23. c. 4. & eſt poſt Concil. Lateranen. par. 50. c. 51.

2 *Si vero multitudinem magnã, etc.* Ergo vbi deliquit multitudo mitius de pœna ſtatuendum eſt, vt per Tiraquel. de pœnis temperandis, cauſa 47. à princip. Clar. §. final. q. 60. nu. 30. Maſcard. de probat. concl. 1413. à nu. 3. Cened. practic. lib. 1. q. 9. nu. 30.

3 In gloſ. [Ab officio] ibi (*& etiam à beneficio*) Tenet hæc gloſ. ſuſpenſum ab officio eſſe ſuſpenſum à beneficio, vt per Tiraq. in tract. ceſſante cauſa, par. 1. nu. 49. & per citatos à Sanch. de matrim. lib. 3. diſp. 51. nu. 11. Sed contrarium, immò ſuſpenſum ab officio non eſſe ſuſpenſum à beneficio, tenent Nauar. conſ. 41. nu. 2. ſub tit. de homicid. Perez l. 1. verſ. in oppoſitum, tit. 1. lib. 5. Ordin. pag. 3. Sanch. d. diſp. 51. num. 12. Valer. Reginal. in praxi fori pœnit. lib. 32. tract. 2. num. 10. cum ſeqq.

4 In ead. gloſ. ibi (*quid ſi Epiſcopus ita dicat, ſuſpendo te ab officio, vel beneficio. & ibi, à neutro ſuſpenſus eſt propter dubium.*) Sequuntur Tiraquel. de Iure primog. q. 17. opin. 6. num. 10. Henriq. in ſumma lib. 13. cap. 22. §. 4. in commento lit. E, Valer. Reginald. d. lib. 32. tract. 2. nu. 21.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Notorium, & publicum præſumuntur omnes ſcire.*
3 *Excommunicatio probatur per famam.*
4 *Excommunicatio cum agitur de pœna debet probari plenariè, & concludenter.*
5 *Pœna minuenda eſt in ijs, quibus ex ſola fama proceditur ad condemnationem.*
6 *Dubijs tutior pars eſt eligenda.*
7 *Dubitans de facto propter quod excommunicatio, aut irregularitas incurritur, partem tutiorem eligere tenetur.*
8 *Communicans cum excommunicato peccat, & ipſe cum alijs fidelibus.*

Cap. Illud. V. *Innoc. iij.*

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anani. Hoſtien. Henric. Butr. Ancharan. Panor. Marian. Socin. Ximen. Toletan. in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ, par. 1. & 2. Vivian. in ration. lib. 5. Iuris Pontificij pag. 176. Alagona in compendio Iuris Canon. pag. 700. refertur ab Anton. Auguſt. collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 12. cap. 1. & alia pars huius decretalis eſt in cap. illud Dominus, inf. de maiorit. & obed.

2 *Non poſſet in partibus non eſſe notorium.* Notatur ad hoc, quod notorium, & publicum præſumuntur omnes ſcire, vt per Ioan. Garc. de nobilit. gloſ. 4. nu. 27. Menoch. remed. 16. recuper. nu. 34. & lib. 6. de præſump. præſump. 23. nu. 70.

3 *Præſertim cum ei non niſi per famam, etc.* Notatur ad hoc, quod per famam tantum ſe excommunicatum eſſe ſciens debet gerere ſe pro excommunicato, vt per Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 32. n. 60. Intellige vel quando non agitur de præiudicio alterius, vel in foro animæ, vt per Couar. in c. alma mater, p. 1. §. 2. nu. 4. & 5. Maſcard. de probat. concl. 701. & concl. 753. n. 43.

4 Duen. reg. 249. limit. 15. Cum vero agitur de pœna probationes ad probandam excommunicationem debent eſſe plenariæ, & concludentiſſimæ Rot. deciſ. 534. ſub nu. 2. & deciſ. 602. n. 3. par. 1. tom. 2. recent. Anton. Ricciul. in tract. de Iure perſonarum, lib. 4. cap. 13. in fine, in hoc enim tex. non probatur poſſe ſolam famam excommunicationis reijcere aliquem à limine iudicij in foro contentioſo, quia loquitur in foro animæ, vt tutior via eligatur, ne quis incidat in irregularitatem, ita Mari. Alter. de cenſur. tom. 1. de excom. lib. 1. diſp. 11. c. 1.

5 *Licet autem in hoc, etc.* Notatur ad hoc, quod pœna minuenda eſt in ijs, in quibus ex ſola fama proceditur ad condemnationem, vt per Tiraquel. de pœnis temper. cauſa 27. nu. 5. Farinac. in prax. crimin. par. 5. q. 133. nu. 136.

6 *Quia tamen in dubijs via eſt tutior eligenda.* Vide Doctores citatos ad cap. iuuenis, num. 5. ſup. de ſponſalib.

7 *Debuerat tamen potius ſe abſtinere, etc.* Notatur ad hoc, quod, qui dubitat de facto, propter quod excommunicatio, aut irregularitas incurritur, partem tutiorem eligere tenetur, & ſe excommunicatum, & irregularem in dubio exiſtimare debet, & conſequenter ab hominum communione, & celebratione abſtinere, vt per Henriq. in ſumma lib. 14. c. 3. §. 4. Sayr. in claui Regia, lib. 1. cap. 13. nu. 23. Mar. Alteri. de cenſur. tom. 1. de excom. lib. 1. diſp. 9 cap. 1. lit. C.

8 In gloſ. [Vitari.] Notatur ad hoc, quod communicans cum excommunicato peccat, & ipſe cum alijs fidelibus, vt per Perez l. 1. verſ. tum etiam tit. 3. lib. 8. ordinam. pag. 592.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Anathema quid ſignificet, oſtenditur.*
3 *Verbum, ſpoliare, ſignificat, & declarat latam iam eſſe ſententiam.*

Cap.

Cap. Fraternitati. VI.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Mari. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs Vtriusq; Iuris cum legibus Castella par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 176. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 700. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 12. *c.* 2.

2 *Anathematis.* Verbum hoc est Græcũ, & componitur ab Ana, quod est sursum, & thesis, quod est positio, sumpta similitudine ab antiquis, qui capta in bello appendebant separata, & seiuncta à cæteris, de cuius verbi origine, & ethymologia agunt Cotta *in memorabil. verbo anathema, pag.* 26. Sousa *in relect. de censuris Bulla Cœna, cap.* 2. *n.* 5. Bonac. *de censuris, disp.* 2. *q.* 1. *punct.* 1. *num.* 1. *vers. nomen anathema.*

3 *Spoliare.* Verbum hoc, quia sonat in merum factum, & Iuris executionem, significat, & declarat latam iam esse sententiam, vt per Tiraquel. *in l. si vnquam, verbo reuertatur n.* 167. *vbi n.* 168. dicit non exigere Iuris ordinem.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Excommunicatus incapax est ad beneficia obtinenda; itaut collatio ei facta sit nulla ipso iure.*
3 *Amplia siue excommunicatio sit lata à iure, siue ab homine, siuè per sententiam generalem, siuè particularem.*
4 *Excommunicatus etiam iniustè est incapax beneficij, dummodo excommunicatio sit ritè lata.*
5 *Beneficium excommunicato collatum ab ipso in foro Conscientiæ retineri non potest.*
6 *Collatio beneficij facta excommunicato etiam Motu proprio non valet.*
7 *Denunciatio excommunicationis ad effectum, vt excommunicatus non possit obtinere beneficium non est de substantia.*
8 *Collatio beneficij facta excommunicato etiam occulto est nulla.*
9 *Excommunicatus etiam reputatus communi opinione absolutus est incapax ad obtinendum beneficium.*
10 *Absolutio sequens non tollit incapacitatem excommunicati.*
11 *Excommunicatus est incapax cuiuscunque beneficij minoris, maioris, secularis, siue regularis.*
12 *Excommunicatus est incapax cuiuscunque dignitatis, & officij ecclesiastici habentis annexam iurisdictionem.*
13 *Excommunicatus eligi non potest.*
14 *Postulari non potest excommunicatus.*
15 *Præsentari non potest excommunicatus.*
16 *Impetratio litterarum ad beneficia vacatura per excommunicatum non valet.*
17 *Pensionis super ecclesiastico beneficio incapax est excommunicatus.*
18 *Permutatio beneficiorum fieri non potest ab excommunicato.*
19 *Excommunicatus excommunicatione nulla non est incapax beneficij Ecclesiastici.*
20 *Possessor triennalis alicuius beneficij non potest molestari non obstante quod collatio sibi fuerat facta tempore, quo erat excommunicatus.*
21 *Acceptatio facta ab excommunicato de beneficio iam sibi collato est valida.*
22 *Excommunicatio superueniens post collationem, vel electionem factam non præiudicat.*
23 *Excommunicatus post interpositam appellationem pendente causa appellationis est capax collationis.*
24 *Prouisio Papæ, vel legati cum clausula absolutionis ad effectum, &c. est valida.*
25 *Doctores referuntur de clausula absolutionis à censuris ad effectum &c. agentes.*
26 *Possessio beneficij capta ab excommunicato est valida.*
27 *Dispensari potest cum excommunicato habita absolutione, vt retineat beneficium sibi collatum tempore excommunicationis.*
28 *Dispensatio non semper existente iusta causa est debita.*
29 *Dispensare potest Episcopus, vt quis retineat beneficium obtentum tempore excommunicationis.*
30 *Episcopus ignoranter, & bona fide conferens beneficium excommunicato potest cum eo dispensare.*
31 *Episcopus non potest dispensare, vt quis retineat beneficium obtentum tempore excommunicationis, si collatio esset facta per Papam.*
32 *Celebrare præsumentes diuina Officia in loco interdicto, quàm pœnam incurrant, ostenditur.*
33 *Excommunicatus iniustè si clericus fuerit, & in diuinis se immiscuerit, irregularis efficitur.*
34 *Excommunicatus intra annum non potest deponi, nec beneficijs priuari.*

Cap. Postulasti. VII.

1 Super hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. And. Anania, Host. Henr. Butr. Anch. Panorm. Marian. Socin. Rebuf. Ximen. Toletan. *in concordan. Vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 177. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 700. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 12. *cap.* 3.

2 Probat hic tex. excommunicatum incapacē esse ad beneficia obtinenda vsque adeò, vt collatio sibi facta sit nulla ipso iure, vt per Gig. *de pens. quæst.* 41. *num.* 1. Couar. *in cap. alma mater, par.* 1. *§.* 7. *num.* 1. Selua *de benef. p.* 3. *q.* 4. Rebuf. *de pacificis possessoribus, nu.* 280. *& conf.* 53. *per totum, & in concordat. de excommunicatis non vitand. vers. aduertendum est,* Tolet. *in summa, lib.* 1. *c.* 13. Flam. *de resign. benef. lib.* 4. *q.* 3. *nu.* 32. *cum seqq. & lib.* 5. *q.* 6. *à n.* 77. Vgol. *de censur, tabul.* 1. *c.* 13. *§.* 1. Sayr.

Sayr. *eodem tract. lib.* 2. *c.* 5. *à princ.* Bonac. *eodem tract. disp.* 2. *q.* 2. *punct.* 4. §. 1. Soar. *tom* 5. *disp.* 13. *sect.* 1. Mar. Alter. *eodem tract. de censuris tom.* 1. *lib.* 2. *disp.* 6. *c.* 2. Io. Cockier *de permut. benef. par.* 7. *cap.* 13 *nu.* 5. Azor *instit. moral. par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *q.* 2. Camil. Borrel. *in summa omnium decis. tit.* 20. *num.* 14. Lessi. *de iust. lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 22. *num.* 118. & 119. Valer. Reginald *in praxi fori pœnit. lib.* 32. *nu.* 43. *cum seqq.* latè Nicol. Gar. *de benef. par.* 7. *cap.* 13. *à principio*, Anton. Ricciul. *in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium lib.* 4. *cap.* 6. Bellet. *disquisit. clerical. par.* 1. *tit. de discipl. clericali* §. 10. *num.* 4. Campanil. *in diuersorio Iuris Canon. rubr.* 11. *cap.* 15. *num.* 11.

3 Amplia primo vt procedat, siuè excommunicatio sit lata à Iure, siuè ab homine, nã in vtraq; eadem militat ratio, ita Rebuf. *hic nu.* 46. & *in pract. tit. de forma noua prouisionis, verbo, teq; absoluentes num.* 4. Couar. *d.* § 7. *ante num.* 2. *vers. tertio constat*, Anton. Ricciul. *d. cap.* 6. *num.* 4. siuè per sententiam generalem, siuè per particularem, Soar. *d. disp.* 13. *sect.* 1. *n.* 30. Mari. Alter. *d. cap.* 2. *vers. quare concludendum pag.* 229.

4 Amplia secundo, vt procedat etiam in excommunicatione iniusta, dummodo sit ritè lata, vt per Rebuf. *hic num.* 67. Couar. *d.* § 7. *num.* 7. *in fine*, Lancel. *de attent. par.* 3 *cap.* 24. *q.* 2. *num* 8. Cald. *decis.* 1. *de prabend.* Sayr. *d. cap.* 5. *num.* 10. Henriq. *in summa lib.* 13. *cap.* 14. §. 1. *in commento lit. A*, & *cap.* 15. §. 2. Anton. Ricciul. *d. cap.* 6. *num.* 34.

5 Amplia tertio etiam in foro Conscientiæ, in quo beneficium excommunicato collatum ab ipso retineri non potest, vt per Vgol. *d. cap.* 13. §. 5. *num.* 1. Sayr. *d. cap.* 5. *num.* 21. Valer Reginald. *d. lib.* 32. *nu.* 48. *in fine.*

6 Amplia quarto etiamsi collatio sit facta Motu proprio, vt per Couar. *d.* §. 7. *nu.* 2. Rebuf. *in præsenti nu.* 47. & *d. tract. de excom. non vitan vers. aduertendum*, Gabr. *commun. tit. de clausul. concl.* 2. *nu.* 43. Nicol. Garzia *d. cap.* 13. *n.* 5. Mar. Alter. *d. c.* 2. *vers. similiter eadem ratio est*, Ant. Ricciul. *d. cap.* 6. *nu.* 6.

7 Amplia quinto, vt procedat etiamsi excommunicatus non sit adhuc denunciatus, quia ad effectum, vt non possit obtinere beneficium denunciatio non est de substantia *cap. Rodulphus*, vbi Felin. *sub nu.* 38. *vers. limita quarto, de rescriptis*, Abb. hic *nu.* 4. Couar. *d. nu.* 2. Dec. *cons.* 345. *nu.* 4. Rebuf. *cons.* 53. *num.* 6. Cæs. de Grassis *decis.* 2. *n.* 12. & 15. *de senten. excom.* Francis Marc. *decis.* 967. *num.* 5. *par.* 1. Anton. Ricciul. *d. cap.* 6. *nu.* 9. Rota *in Placentina benef.* 20. *Nouemb.* 1613. coram R. P. D. Vbaldo, quæ est apud Farinac. *decis.* 534. *nu.* 1. *par.* 1. *tom.* 2. *recent.*

8 Amplia sextò, vt procedat etiamsi sit excommunicatus occultus, nam nihilominus collatio est nulla, quia in ijs, quæ geruntur Iure priuato nulla est differentia inter excommunicatum occultum, & publicum, vt per Vgolin. *d. cap.* 13. §. 1. *n.* 2. Henriq. *in sum. lib.* 13. *cap.* 3. §. 3. & *cap.* 13. §. 1. Couar. *d.* §. 7. *nu.* 2. *vers. hac principalis*, Nauar. *in manuali cap.* 27 *n.* 21. & 271. & 273. & *cons.* 13. *num.* 4. *sub hoc tit. in nouis*, Mandos. *de signatura gratiæ tit. de prouis. vers. clausula, vt cum absolutione à censuris*, Cæsar de Grassis *d. decis.* 2. *num.* 12. Cassad. *decis.* 1. *de prebend.* Franc. Marc. *d. decis.* 967. *num.* 2. Soar. *d. disp.* 13. *sect.* 1. *nu.* 25. & 30. Sayr. *d. cap.* 5. *n.* 8. & 9. Azor. *d. par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *q.* 8. Put. *decis.* 67. *lib.* 1. Salz. ad Bernard. *in pract. cap.* 53. *addit.* 1. Lancel. *de attentatis par.* 3. *cap.* 24. *q.* 3. *nu.* 7. Campanil. *d. cap.* 15. *nu.* 11.

9 Amplia septimò, vt procedat etiamsi excommunicatus reputetur communi opinione pro absoluto, quia in hac materia, in qua agitur, vt excommunicatus sit incapax ad obtinendum beneficium, veritas præualet opinioni, ita *glos. verbo solet, in cap. final. de sententia excommun.* Abb. *in cap. pastoralis* §. *verum num.* 15. & ibi Franch. *num.* 11. *de appel.* Rebuff. *hic n.* 61. Cassad. *d. decis.* 1. Mar. Alter. *d. lib.* 2. *disput.* 6. *cap.* 6. Anton. Ricciul. *d. cap.* 6. *nu.* 12.

10 Amplia octauo, vt procedat etiamsi post collationem sequatur absolutio, quia sequens absolutio non tollit incapacitatem præcedentem, cum in istis spectetur initium, *cap. dudum de elect.* Rebuf. *hic nu.* 50. Couar. *d.* §. 7. *sub num.* 2. *vers. septimo*, Soar. *d. sect.* 1. *ante nu.* 3. Nicol. Garc. *d. cap.* 13. *nu.* 8. Ioan. Cockier *d. cap.* 33. *num.* 8. Mari. Alter. *de censuris tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 2 *pag.* 227. *sub lit. B, vers. item eadem conclusio*, & *cap* 7. *in princip.* Anton. Ricciul. *d. cap.* 6. *n.* 32. Et etiamsi excommunicatus esset absolutus cum reincidentia post aliquod tempus, quia si post tempus præfixum ac reincidentiam fiat sibi collatio est nulla, non obstante quod non adfuerit aliqua Iudicis declaratio, vt per integram consultationem respondit Dec. *cons.* 145. & *in cap. intelleximus num.* 3. *de iudicijs*, Ripa *in cap.* 1. *nu.* 25. *eodem tit.*

11 Amplia nonò in quocunque genere beneficij Ecclesiastici, siuè sint beneficia minora, siuè sint maiora, vt dignitates, Episcopatus siuè sint secularia, siuè regularia, vt post alios plenè docet Valer. Reginald. *d. lib.* 32. *nu.* 48. Soar. *d. sect.* 1. *nu.* 4. Mar. Alter. *d. tom.* 1. *lib.* 2. *disp.* 6. *cap.* 6. *vers. dubitari contingit*, Anton. Ricciul. *d. cap.* 6. *num.* 21.

12 Amplia decimò non solum in quibusuis beneficijs Ecclesiasticis, quæ conferuntur in titulum, sed etiam in quacunque dignitate, & officio Ecclesiastico habente annexam iurisdictionem, vt est munus Vicarij, Gubernatoris, Legati, Delegati, aut Inquisitoris, vt per Vgolin. *cap.* 13. §. 3. *num.* 3. & 4. Henriq. *d. cap.* 13. §. 1. Soar. *d. sect.* 1. *num.* 6. Sayr. *d. cap.* 5. *num.* 35. Auila *de censuris par.* 2. *cap.* 6. *disp.* 6. *dub.* 7. *ad finem*, Bonac. *eodem tract. disp.* 2. *q.* 2. *punct.* 4. §. 1. *nu.* 3. Anton. Ricciul. *d. cap.* 6. *nu.* 22.

13 Amplia vndecimo in electione, *c. illa c. per inquisitionem, de electione*, cum alijs similibus, de quibus Couar. *d.* §. 7. *sub n.* 1. Bertach. *de Episco-*

po

po, p. 1. lib. 2. q. 4. Rebuf. in præsenti, n. 85. Francisc. Marc. decis. 924. nu. 11. par. 1. Soar. d. sect. 1. n. 10. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 7. quæst. 8. Flamin. de resignat. lib. 5. quæst. 6. nu. 80. Sayr. d. c. 5. à num. 16. Nicol. Garc. d. par. 7. cap. 13. num. 24. Mari. Alteri. d. tom. 1. lib. 2. disp. 6. cap. 3. Anton. Ricciul. d. lib. 4. cap. 6. num. 23. Campanil. d. c. 15. num. 13.

14 Amplia duodecimo in postulatione cap. 1. de postulat. glos. verbo irritas, & inanes, post medium, vers. & ita nec eligere in cap. vlt. de excess. Prælat. Rebuf. hic nu. 95. Mari. Alter. d. cap. 3. vers. quod probatum est, Anton. Ricciul. d. cap. 6. n. 24.

15 Amplia decimotertio, vt procedat etiam in præsentatione, glos. per tex. ibi in c. fin. de elect. lib. 6. Rebuf. hic nu. 97. Roch. de Iure patron. verbo honorificum, q. 4. nu. 19. Lamber. eod. tract. par. 1. lib. 2. quæst. 6. principal. art. 1. Couar. sub d. num. 1. vers. 2. est ad idem. Gig. de pens. quæst. 18. num. 8. Flam. d. lib. 5. quæst. 6. nu. 80. Vgolin. d. cap. 13. §. 2. Sayr. d. cap. 5. nu. 16. & 17. Lessi. d. cap. 34. num. 116. Mari. Alter. d. cap. 3. vers. eodem modo, Campanil. d. cap. 15. num. 14. Valer. Reginald. d. lib. 32. nu. 45. Anton. Ricciul. d. cap. 6. nu. 25. vbi nu. 26. extendit ad nominationem, quæ fieri solet per Reges, & Principes in quibusdam Ecclesijs, & nu. 27. extendit etiam quando beneficium datur in commendam.

16 Amplia decimoquarto, vt procedat etiam in impetratione litterarum ad beneficia vacatura, vt per Abb. in cap. penult. nu. 6. hoc tit. Gig. de pens. quæst. 14. sub nu. 2. Couar. sub d. num. 1. vers. ex dictis etiam infertur, Anton. Ricciul. d. cap. 6. nu. 28.

17 Amplia decimoquinto, vt procedat etiam in pensione super ecclesiastico beneficio, vt per Couar. loco cit. sub nu. 2. vers. 9. idem in pens. Vgoli d. cap. 13. §. 2. nu. 8. Soar. d. disp. 13. sect. 1. nu. 7. & 8. Flam. de resign. benef. lib. 4. quæst. 3. nu. 48. Ioan. Cockier. eodem tract. cap. 33. nu. 8. Henriq. d. lib. 13. cap. 13. §. 2. Sayr. d. cap. 5. num. 15. Nicol. Garcia de benef. par. 1. cap. 5. nu. 130. Mari. Alter. d. cap. 4. vers. ex his diuersis modis, Valer. Reginald. d. lib. 32. num. 45. Anton. Ricciul. d. cap. 6. nu. 29. Rota in Pacen. pensionis 20. Nouembris 1609. coram R. P. D. Marquemontio, Campanil. d. cap. 15. nu. 17.

18 Amplia decimosexto in permutatione beneficiorum, vt per Couar. d. §. 7. sub nu. 2. vers. 5. Rebuf. hic nu. 105. & d. tit. de excom. non vitand. vers. nec valet etiam, & vers. 8. Vgol. d. c. 13. §. 2. nu. 6. Flam. d. lib. 4. quæst. 3. nu. 45. Soar. d. sect. 1. nu. 11. Sayr. d. cap. 5. num. 14. Azor. d. cap. 7. q. 8. Mari. Alter. de censuris, tom. 1. disp. 11. lib. 2. cap. 2. vers. hinc sequitur permutationem, Nicol. Garcia, d. par. 7. cap. 13. nu. 15. Ioan. Cockier. d. cap. 33. num. 7. & 11. Bonac. de censur. disp. 2. q. 2. puncto 4. §. 1. num. 6. Anton. Ricciul. d. cap. 6. nu. 18. vbi extendit etiamsi admissio ex causa permutationis, aut resignationis sit facta ante excommunicationem, aduertitq; cum Garcia n. 17. & Ioan. Cockier. c. 33. n. 8. dictis locis permutationem huiusmodi valere, quoad permutantem non excommunicatum, quia in eo non consideratur incapacitas, sicut in excommunicato. Quicquid contra hanc ampliationem teneant Greg. l. 1. tit. 6. partit. 5. Conan. comment. Iuris Ciuil. lib. 3. cap. 1. nu. 7. Spin. in speculo testament. in rubr. par. 11. nu. 68.

19 Limita primo, vt non procedat si excommunicatio sit nulla, vt per Couar. d. §. 7. nu. 5. Nauar. in cap. cum contingat de rescriptis remed. 6. num. 9. & 11. Vgol. d. cap. 13. §. 1. num. 2. Sayr. d. cap. 5. num. 10. Henriq. d. lib. 13. cap. 14. §. 1. & cap. 15. §. 2. in commento, lit. A, Valer. Reginald. d. lib. 32. nu. 47. Anton. Ricciul. d. lib. 4. cap. 13. num. 1.

20 Limita secundo, quando prouisus esset possessor triennalis, quia tunc non potest molestari, non obstante quod collatio sibi fuerat facta tempore, quo erat excommunicatus. Ita Nauar. in cap. si quando excep. 10. nu. 9. de rescriptis, quem sequuntur Nicol. Garcia, d. par. 7. cap. 13. num. 7. Anton. Ricciul. d. lib. 4. cap. 13. num. 2. Quicquid contrarium teneat Rebuf. de pacificis possessoribus, nu. 253.

21 Limita tertio, vt non procedat in beneficij iam collati acceptatione facta ab excommunicato, vt per Couar. d. §. 7. num. 4. & lib. 3. variar. cap. 16. num. 4. Anton. Gabr. communium tit. de probat. concl. 8. nu. 43. Nauar. d. except. 10. nu. 9. Rebuf. hic num. 124. & d. tit. de excommunicatis non vitandis sub glos. 1. vers. tertio fallit, Vgol. d. cap. 13. §. 1. num. 2. & §. 2. num. 7. Soar. d. disp. 13. sect. 1. num. 15. & 16. Henriq. d. cap. 13. §. 3. Prax. Episcop. par. 1. verbo beneficia, §. 5. dub. 3. & verbo excommunicationis causa formalis, dub. 8. Sayr. d. c. 5. num. 11. Flam. de resign. lib. 10. quæst. 8. num. 39. Azor. institut. moral. par. 2. lib. 6. cap. 7. quæst. 9. & lib. 7. cap. 21. quæst. 5. Gonzal. ad regul. 8. Cancellariæ glos. 58. num. 26. Anton. Ricciul. d. lib. 4. cap. 10. à princip. Campanil. d. cap. 15. num. 19. Aloys. Ricc. in praxi aurea resol. 314. Mari. Alter. d. lib. 2. disp. 6. cap. 5. Rendina in promptuario recept. sententiæ 7. num. 5.

22 Limita quartò, quando excommunicatio superuenit post collationem, vel electionem factam, quia licet nondum sit effectuata, tamen valet, Rota decis. 534. n. 10. par. 1. tom. 2. recent. post Abb. Felyn. Dec. & Rebuf. ita tenet Anton. Ricciul. d. lib. 4. cap. 13. nu. 7.

23 Limita quinto si versemur in eo, qui fuit excommunicatus post interpositam appellationem, quia pendente causa appellationis est capax collationis, vt per Couar. d. §. 7. sub num. 5. Rebuf. hic num. 71. Mari. Alter. de censur. tom. 2. disp. 6. cap. 6. vers. vnde, post Gemin. Ant. Ricciul. d. cap. 13. num. 4. vbi num. 5. hoc intelligit, quando est certum appellationem esse validam, secus si esset notorium eam non valere, quia friuola appellatio non suspendit iurisdictionem iudicis, & n. 6. resoluit, quod quando appellatio esset dubia, tunc validitas, vel inualiditas collationis regulatur à futuro euentu, itaut si consta-

bit

bit appellationem fuiſſe legitimam, collatio erit valida, ſin autem contra erit nulla.

24 Limita ſextò, vt non procedat in prouiſione Papæ; vel Legati facta in fauorem excommunicati cum clauſula abſolutionis à cenſuris ad effectum gratiæ duntaxat conſequendum, in litteris Apoſtolicis apponi ſolita, per illa verba *Teq; à quibuſuis, &c.* De qua clauſula, & quod non proſit inſordeſcētibus & irregularibus, multaq;
25 alia de eius intellectu, & materia agunt Rebuſ. hic *nu. 67. cum ſeqq. & in praxi, in forma, & declaratione noua prouiſionis in verbo, Teq; abſoluentes, & in concordata in forma mandati Apoſt. verbo, quauis occaſione;* Nauar. *in cap. ita quorundam notabi. li 11. à num. 14. de Iudæis,* Fr. Emman. *in ſumma tom. 1. cap. 29. num. 5.* Vega *in ſumma par. 1. cap. 36. caſu 15.* Campanil. *d. cap. 15. nu. 22. cum ſeqq* Flamin. *d. lib. 4. q. 3. nu. 53. & 62. & lib. 8. q. 7. nu. 110. cum ſeqq.* Marta *de clauſulis par. 1. clauſ. 47.* Vgol. *de cenſuris tabul. 1. cap. 4. §. 5. n. 17.* Henriq. *d. lib. 13. cap. 13. §. 3.* Gutier. *canonic. lib. 2. cap. 5. num. 94.* Sayr *d. cap. 5. nu. 6. & 12.* Auila *d. cap. 6. diſp. 5. dub. 2.* Rota *in Tuden. beneficij 5. Aprilis* 1604. coram Peña, Nicol. Garcia *d. cap. 13. nu. 60. cum ſeqq.* latè Anton. Ricciul. *d. lib. 4. cap. 9. à princip.* vbi *num. 5.* reſoluit taliter abſolutum non poſſe celebrare, nec Diuinis intereſſe, nec Ordines ſumere, & alia ſimilia facere, & *num. 6.* ſimiliter non poſſe obtinere aliud beneficium ab Ordinario, vel ab alio collatore, niſi de nouo abſolueretur ad illum effectum, quia effectus clauſulæ eſt in prima abſolutione conſumptus, & *nu. 11.* tenet cum alijs, quos ibi refert, poſſe Epiſcopum apponere in eius collatione huiuſmodi clauſulam, ſed abſolutio in tali caſu non operatur, niſi in caſibus, in quibus poterat abſoluere Ordinarius.

26 Limita ſeptimò vt non procedat in poſſeſsione beneficij capta ab excommunicato, quę valida eſt, non obſtante excommunicatione, ita Prax. Epiſcop. *verbo excommunicatio cauſa formalis, dub. 8.* Henriq. *d. lib. 13. cap. 13. §. 3.* Sayr. *d. cap. 5. nu. 11.* Azor. *d. par. 2. lib. 6. cap. 7. q. 10.*

27 *Niſi forte cum eis, &c.* Ergo ſequuta abſolutione poteſt diſpenſari cum excommunicato, vt retineat beneficium collatum ſibi tempore excommunicationis, vt per Vgol. *d. tab. 2. cap. 13. §. 1. nu. 2.* Azor. *d. par. 2. lib. 6. cap. 7. q. 2.* Anton. Ricciul. *d. lib. 4. cap. 12. à princip.* quæ quidem diſpenſatio vim obtinet collationis, Zabarel. hic *ſub num. 5. verſ. ſolutio,* ideoq; diſpenſatione ſecuta non eſt opus noua collatione, vt manifeſtè probatur in hoc tex. dicit enim excommunicatum nō poſſe obtentum beneficium retinere, niſi cum eo fuerit diſpenſatū, ergo per argumentum à contrario ſenſu ſi diſpenſatum fuerit, poterit retinere abſq; alia collatione, quare ita tenent Abb. hic *ſub nu. 8. verſ. intellige,* Soar *d. diſp. 13. ſect. 1. ſub nu. 34. verſ. ratio,* Rebuf. hic *in gloſ. num. 70.* Sayr. *d. cap. 5. num. 21.* Anton. Ricciul. *d. cap. 12. nu. 2.*

28 *Miſericorditer diſpenſatum.* Ergo non ſemper exiſtente cauſa iuſta diſpenſatio eſt debita, quia quandoque eſt debita, quandoque etiam gratia, vt per Sanch. *de Matrimon. lib. 3. diſp. 1. nu. 3.*

29 In gloſ. [Diſpenſatum.] Tenet hæc gloſſa poſſe Epiſcopum diſpenſare vt quis retineat beneficium obtentum tempore excommunicationis, ex regula, quod omnis diſpenſatio, quæ in Canone non reſeruatur Papæ poteſt concedi ab Epiſcopo arg. *cap. nuper de ſenten. excommunicationis,* cū ergo in hoc tex. diſpenſatio non ſit reſeruata Papæ, cōſequens eſt, vt poſsit cōcedi etiā ab Epiſcopo: qua ratione ducti hanc gloſ. ſequuntur Abb. hic *num. 8.* & Rebuf. *nu. 64.* Cou. *in d. cap. alma mater par. 1. §. 7. num. 8.* Duen. *reg. 248. n. 2. verſ. contra quam,* Vgol. *d. cap. 13. §. 1. n. 21.* Gomez *in expoſitione Bullæ Cruc. clauſ. 10. num. 57.* Henriq. *in ſumma lib. 14. cap. 19. §. 2.* Soar. *d. ſect. 1. ſub num. 34.* Sanch. *de Matrimon. lib. 8. diſp. 5. num. 1.* Azor *d. par. 2. lib. 6. cap. 7. q. 2.* Anton. Ricciul. *d. cap. 12. nu. 5.*

30 Amplia primò huius gloſ. concluſionem procedere etiam in eodem Epiſcopo, qui contulit beneficium excommunicato ignoranter, & bona fide, putans illum, cui facta eſt collatio, non eſſe excommunicatum, vt per Abb. hic *num. 9.* Soar. *d. ſect. 1. ſub nu. 36.* Ant. Ricciul. *d. cap. 12. num. 6.* Amplia ſecundò, vt procedat etiamſi collatio non ſpectet ad Epiſcopum, ſed ad inferiorem collatorem, quia nihilominus ſufficit diſpenſatio Epiſcopi, Abb. hic *nu. 9. verſ. & intellige,* dummodo tamen is, ad quem ſpectat collatio, diſpenſationi conſentiat, & non alias, vt doctè ſcribit Couar. *d. §. 7. nu. 8. verſ. ergo verò non admitterem,* quem ſequitur Soar. *d. nu. 36. verſ. addit Panorm.*

31 Limita huiuſmodi gloſſæ concluſionem ne procedat quando collatio eſſet facta per Papam, tunc enim non poſſet inferior etiam diſpenſando ſe ingerere, vt per Abb. hic *ſub num. 10. verſ. ſed ſi collatio,* & Rebuf. *nu. 66.* Couar. *d. §. 7. ſub nu. 8. verſ. quod ſi Romanus Pontif.* Sayr. *d. cap. 5. num. 22.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellaria gloſ. 54. n. 22.* Nicol. Garcia *de benef. par. 7. cap. 13. n. 78.* Limita etiam ne procedat in eo Epiſcopo, qui ſcienter contulit beneficium excommunicato, vt per Abb. hic *n. 9. verſ. dum tamen,* Sayr. *d. n. 22. verſ. 3.* latè Ant. Ricciul. *d. cap. 12. num. 10. cum ſeqq.* quamuis contrarium, videlicet quod idem Epiſcopus, qui ſcienter contulit excommunicato habeat poteſtatem diſpenſandi, teneant Soar. *d. ſect. 1. nu. 36.* & Nicol. Garc. *d. cap. 13. à nu. 84. vſque ad nu. 88.* Limita denique ne procedat, quando ſimul cum excommunicatione cōcurrit ſciēter intruſio in beneficio, vt per Garcia *d. cap. 13. nu. 88.* Anton. Ricciul. *d. cap. 12. nu. 13. verſ. tertiò declaratur.*

§. *Quæsiuistis*.

32 Probat hic §. præsumentes celebrare Diuina Officia in loco interdicto spoliandos esse beneficijs si sunt Clerici, si vero Monachi sunt, aut Moniales in arctiora monasteria ad agendam pœnitentiam detrudendi, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 32. *tract.* 3. *nu.* 48. *vers. quæ sunt*, vbi cum Soar. existimat ad eam pœnam incurrendam cum interdicti violatione requiri contumaciam, cum qua prædicti in violatione ipsa perseuerantes fuerint excommunicati; ac proinde nota clericum celebrantem in loco interdicto omnibus beneficijs Ecclesiasticis obtentis esse priuandum, vt per Vgol. *de censur. tab.* 5. *cap.* 11. §. 1. *num.* 8. Sayr *eodem tract. lib.* 5. *cap.* 14. *nu* 8. Item certum est pœnam irregularitatis iure esse statutam si clerici, vel interdicti, vel in loco celebrent interdicto scienter, vel actum sui Ordinis proprium exerceant, vt decidit tex. *in cap. is, qui* 18. §. *vlt. iuncto cap. is, cui* 20. *in princip. de sententia excommun. lib.* 6. quorum Iurium auctoritate ita notarunt Couar. *in cap. alma mater par.* 2. §. 2. *num.* 2. *cum seqq.* Nauar. *in manu. cap.* 27. *num.* 187. *in fine iuncto cap.* 25. *num.* 83. & 94. Vgol. *d. cap.* 11. §. 1. & *cap.* 17. §. 1. post Sot. Angles, Maiol. & plures alios, quos refert Sayr. *d. cap.* 14. *num.* 18. Soar. *tom.* 5. *disp.* 23. *sect.* 3. & *disp.* 34. *sect.* 4. *à num.* 14. Auila *de censuris par.* 6. *disp.* 5. *dub.* 4. *concl.* 3.

33 In glos. [Spoliandi.] Notatur ad hoc, quod excommunicatus iniustè, si clericus fuerit, & in Diuinis se immiscuerit, irregularis efficitur, vt per Couar. *d.* §. 7. *sub num.* 7. *vers. hoc equidem*, Spin *in speculo testamen. glos.* 11. *rubrica num.* 29. Humad. *l.* 20. *glos.* 2. *à n.* 1. *tit.* 10. *part.* 1. Cened. *ad Decretal. collect.* 1. *nu.* 7. Farinac. *fragmen. crimin par.* 1. *lit. E, verbo excommunicatus num.* 31. vbi *num.* 32. resoluit, quod nulliter excommunicatus non efficitur irregularis immiscendo se in Diuinis, & celebrando.

34 In glos. [Retinere.] ibi (*immo si prius alia beneficia habebant eis sunt priuandi.*) Verius tamen est clericum excommunicatum pro aliquo delicto, & contumacem habere annum ad comparendum, & se purgandum, & intra hunc annum non posse deponi, nec beneficijs priuari, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 416. *num.* 19. *cum seqq.* Farinac. *fragment. crimin. par.* 1. *verbo clericus nu.* 264. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Beneficij collatio facta excommunicato nulla est.*
3 *Possidens olim hodie quoque possidere præsumitur.*
4 *Excommunicatus, & denunciatus semel, semper præsumitur excommunicatus.*

Cap. Proposuisti. VIII.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collectar. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Casal. *in annot.* Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 178. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 701. refertur ab Anton. August. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 9. *cap. vnic.*

2 Probat hic tex. collationem beneficij factam excommunicato nullam esse, modo constet eum excommunicatum fuisse tempore collationis, nec etiam satis est probare post collationem ipsum in excommunicatione manere, aut ea censura affectum esse, vt per Couar. *in cap. alma mater, par.* 1. §. 7. *num.* 2. *vers.* 8. Camil. Bortel. *in summa omnium decis. tit.* 20. *nu.* 14.

3 *Inuestituræ suæ tempore.* Notatur ad hoc, quod possidens olim, hodie quoque possidere præsumitur, etiam in ijs casibus, in quibus pro forma requiritur determinata probatio certi temporis, vt per Mascard. *de probat. concl.* 1195. *num.* 16.

4 In glos. [De absolutione.] ibi (*quia fuit excommunicatus, præsumitur quod adhuc sit excommunicatus.*) Notatur ad hoc, quod semel excommunicatus, & denunciatus, semper præsumitur esse, & persistere in eadem censura, & erit vitandus, nisi ostendat ab illa absolutum fuisse, vt per Couar. *in cap. alma mater, par.* 1. §. 2. *nu.* 6. & 9. Bernard. *reg.* 632. *vers. limita*, Perez *l. fin. tit.* 5. *lib.* 8. *Ordin. pag.* 176. Menoch. *de præsump. lib.* 6. *præsump.* 7. Mascard. *de probat. concl.* 12. & *concl.* 704.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
3 *Excommunicatio regulanda est per intentionem excommunicatoris.*
4 *Declaratio producit effectum ex eo tempore tantum, quo fit.*
5 *Collatio facta excommunicato occulto etiam ignoranti, est nulla.*

Cap. Apostolicæ. IX. *Greg. ix.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 178. Alagona *in compendio Iur. Canonici, pag.* 701.

2 Probat hic tex. excõmunicatũ celebrantem à pœna irregularitatis excusari ob legitimam excommunicationis ignorantiam, vt per Cou. *in c. alma mater, p.* 1. §. 7. *n.* 3. & §. 6. *n.* 6. *col.* 2. Nauar.

in

in cap. consideret de Pœnit. distinct. 1. nu. 72. Henriq. *in summa lib. 14. c. 3. §. 6.* Cened. *ad Decretal. collect. 25. nu. 4.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. num. 181. vers. quorum,* Aloys. Ricc. *par. 2. collect.* 429.

2 In glos. [Probabili] ibi (*idem ergo erit si litteras obtinuerit pro beneficio, vel alio negotio, &c.*) Vide Perez *in l. 1. glos. 1. vers. hinc impetratio tit. 12. lib. 3. Ordin. pag. 699.*

3 In ead. glos. ibi (*vt si excommunicator voluit, &c.*) Notatur ad hoc, quod ad intentionem excommunicatoris regulanda est excommunicatio, vt per Palat. *in repetit. cap. per vestras de donat. inter virum, §. 17. num. 22. vers. ex quo,* Nauar. *in cap. fratres num. 46. de Pœnit. distinct. 1.* Perez *l. final. vers. quam concl. tit. 5. lib. 8. Ordin. pag. 176.*

4 Notatur etiam ad hoc, quod declaratio producit effectum, ex eo tempore tantum, quo fit, vt per Tiraquel. *in l. si vnquam, verbo reuertatur, num. 257.*

5 In ead. glos. ibi (*non credo, quod electio, &c.*) Notatur ad hoc, quod collatio facta excommunicato occulto, & ignoranti etiam probabiliter, & inuincibiliter est nulla, de quo vide Doctores citatos ad *cap. postulasti, 7. ampl. 6. sup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Matrimonium celebrans cum excommunicatione mortaliter peccat.*

3 *Excommunicato minori excommunicatione facta collatio, electio, seu præsentatio an veniat per sententiam irritanda, remissiuè.*

4 *Excommunicatus minori excommunicatione, quamuis celebret, non fit irregularis.*

5 *Suspensis ab officio, beneficia conferri non possunt.*

6 *Excommunicatus minori excommunicatione conferendo ecclesiast. Sacramenta, an solum peccet venialiter, remissiuè.*

7 *Excommunicatio minor passiua tantum Sacramentorum participatione priuat.*

8 *Celebrare dicitur in contemptum Clauium qui sciens se excommunicatum celebrat.*

Cap. Si celebrat. X. & fin.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Host. Butr. Henric. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ, par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 178.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 701.*

2 *Licet grauiter peccet.* Per hunc tex. tenent Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 9. num. 5.* mortalem culpam incurrere, qui Matrimonium celebrat cum excommunicatione minori ante absolutionem ab illa.

3 *Si tamen scienter talis electus fuerit, &c.* An collatio, electio, seu præsentatio facta excommunicato minori excommunicatione veniat per sententiam irritanda si ignoranter fuerit facta, an vero si scienter; quæstio est dubia, de qua, & de hac materia, ac huius text. intellectu consule Couar. *in cap. alma mater, par. 1. §. 8. num. 3.* Viuald. *in candelab. aureo, tit. de excommunicatione, num. 48.* Rebuf. *in repetit. cap. postulasti, supra hoc tit. notabili, 2. num. 22. & 51. & 93.* Vgol. *de censur. tab. 3. c. 6. §. 3. num. 2.* Azor. *institut. moral. par. 2. lib. 6. c. 7. q. 7.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellariæ, glos. 58. nu. 25.* Sayr. *de censur. lib. 2. cap. 22. num. 23.* Auilam *eodem tract. par. 1. cap. 6. disp. 12. dub. 4.* Soar. *tom. 5. disp. 24. sect. 2. nu. 13. cum seqq.* Lessium *de iustitia lib. 2. cap. 34. num. 116.* Fr. Emman. *in summa tom. 1. cap. 105. num. 1.* Henriq. *in summa, lib. 13. cap. 3. §. 3. iuncto commento, lit. V, & X, & cap. 13. §.* Paul. Comitol. *responsorum moral. lib. 6. cap. 28. num. 4.* Mar. Alteri. *de censuris, tom. 1. lib. 1. cap. 3. disp. 4. cap. 2. lit. B.*

4 *Nullius tamen notam irregularitatis incurrit.* Notatur ad hoc, quod excommunicatus minori excommunicatione, quamuis celebret, non fit irregularis, vt per Couar. *d. §. 8. num. 1.* Salzed. ad Bernardum, *in practica, c. 33. in nouiss. edit. lit. D, & E,* Cened. *ad Decretal. collect. 25. num. 8.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. num. 182.* Mar. Alter. *de censuris, tom. 1. de excom. lib. 1. disp. 6. cap. 3. vers. secundo quæri potest.*

5 *Ad susceptionem eorum eligitur.* Notatur ad hoc quod suspensis ab officio beneficia conferri non possunt, sed illorum sunt incapaces, itaut prouisio eis facta sit nulla, vt per Corras. *de beneficio, par. 4. cap. 3. num. 22.* Nauar. *in man. cap. 25. num. 133. & cons. 10. de temporibus ordinat.* Viuald. *in candelab. aureo, tit. de suspen. num. 139.* Vgol. *de censuris, tab. 4. de suspens. cap. 6. §. 7. num. 4. & cap. 8. §. 6. num. 1.* Flamin. *de resign. benef. lib. 5. quæst. 6. num. 84.* Azor. *instit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 7. quæst. 2.* Less. *d. cap. 34. num. 116.* quamuis Soar. *tom. 5. disp. 26. sect. 3. n. 8.* minus benè dicat electionem factam suspenso ab officio, non esse ipso iure irritam, sed irritandam, nec suspensum ab officio esse personam inhabilem, sed prohibitam, quod etiam dicit de suspenso à beneficio, *disp. 27. sect. 1. num. 26.*

6 *Peccat autem conferendo ecclesiast. Sacramenta.* An autem excommunicatus minori excōmunicatione conferendo ecclesiastica Sacramenta peccet mortaliter, an solummodo venialiter, & multa circa intellectum huius tex. in proxime adductis verbis, vide Nauar. *in man.*

 cap. 27.

cap.27.num.24. Paul. Comitol. *responsorum, moral. lib.6.cap.28.num.3.* late Mar. Alter. *d.disp.4.cap.3. per totum*, Valer. Reginald. *d. lib.32. tract.1.n.140. cum seqq.* Bonacin. *de censur. disp. 2. q. 3. num.4.* qui plures ex antiquiores referunt, in quo dubio quidam tenent huiusmodi peccatum committere mortale, vt Innoc. in præsenti, & Syluest. *verbo excommunicatio 4. num. 1.* Nullum peccatum ipsum committere non desunt, qui sentiãt, vt Nau. *d. num.24.* Henriq. *in summa, lib. 13. c. 3. §. 1.* Vgolin. *de censur. tab. 3. cap. 6. §. 2.* Sed cæteri (quorum communior sane apparet opinio) medium tenentes affirmarunt illum veniale peccatum committere, intelligentes supradicta tex. verba, nempe, venialiter, cum præterierit dictionem illam, grauiter, quam adiunxerat antea cum de participatione passiua dixerat; ita Anchar. hic, Caiet. *verbo excommunicatio minor*, Tolet. *in sum. lib.1.cap.11.num.3.* Sot. *in 4. dist.22. quæst.2. art. 3.* & plures alij, quos refert, & sequitur Sayr. *de censur. lib.2.cap.22.nu.17.*

7 *A collatione, sed participatione, &c.* Ergo excommunicatio minor passiua tantum Sacramentorum participatione priuat, de quo vide Vgol. *de censur. tab. 2. cap 7. in initio*, Valer. Reginald. *d. lib. 32. num. 1.* Mar. Alter. *d. disp. 4. cap.1.* Bonacin. *de censuris disp. 2. quæst.3.num.1.*

8 *Dummodo non in contemptũ, &c.* Notatur ad hoc, quod celebrare dicitur in contemptum Clauium, qui sciens se excommunicatum celebrat, vt per Mascard. *de probat. conclus. 433.nu.3.* vbi *nu.1.* dicit quod contemptus probatur ex coniecturis, & inditijs, quando sciens, vel prudens repugnat prohibitioni Superioris.

9 In glos. [Scienter.] Hæc glos. dum habet excommunicatum inhabilem esse ipso Iure ad beneficium consequendum, & electionem de excommunicato factam non tenere, ac scienter eligentes excommunicatum minori excommunicatione ad beneficium priuatos esse eligendi potestate, reprobatur à Mar. Alter. *d. disp. 4. cap. 3. lit. C.*

De Clerico non ordinato ministrante. Tit. XXVIII.

SVper hanc rub. scripserunt Zabarel. Io. And. Anch. Butr. Panor. Marian. Socin. Durand. *in breuiario Iuris Canonici f.146. verso*, Petr. de Rauenna *in compendio Iuris Canonici*, Martin. Mesnart. *in epithome Decretal. fol. 191.* Dan. Venator *in analysi methodica Iuris Pontif. pag. 699.* Goffred. & Hostien. *in sum. huius tit.* Alexand. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. sub hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Clericus non sacerdos etiam in extrema necessitate baptizans solemniter, fit irregularis.*
3 *Diaconus solemniter ministrans Baptismum saltem cum licentia Episcopi, vel Parochi an fiat irregularis, ostenditur.*
4 *Irregularis fit clericus exercendo Ordinem, quem non habet, dummodo scienter, & serio, & ex officio ministret.*
5 *Baptizans laicus solemniter nullam irregularitatem incurrit.*
6 *Ordinis aliquem actum quando quis dicatur solemniter, vel ex officio exercere, ostenditur.*
7 *Clericus non sacerdos aliquem serio sacramentaliter absoluens est irregularis.*

Cap. Si quis baptizauerit. I. *Homisda.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in ration. lib. 5. Iuris Pontificij pag. 179.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.702.* refertur ab Anton. August. *collect.1. Decretal. lib. 5. tit. 24. cap. 1.*

2 *Baptizauerit.* Nota Clericum non sacerdotem etiã in extrema necessitatẽ baptizantem solemniter fieri irregularem, vt per Nau. *in man. cap. 22. num.7.* Greg. de Valentia *tom. 4. disp. 4. q.2. pri.1.* Soar. *tom. 3. q.71. art. 4. disp. 31. sect. 4.* Bonacin. *de Sacramen. disp. 2. q. 2. puncto 4. nu.3. & de censur. disp. 7. q. 3. par. 6. nu. 5.* Aldret. *de religiosa disciplina tuenda lib. 2. cap. 21. nu. 5.* Henriq. *in summa lib. 2. de Baptismo cap. 29. §. 1. & lib. 14. de irregul. cap. 6. §. 2.* vbi etiam tenet, quod dicetur solemniter baptizare, qui falso vsurpans nomen Sacerdotis sic baptizat: nam exercet actum proprium sacerdotis, vt per citatos à Bonac. *d. tract. de Sacramentis disput. 2. q. 2. punct. 1. nn.2.*

3 Vtrum verò Diaconus solemniter ministrans Baptismum, saltem cum licentia Episcopi, vel Parochi, fiat irregularis? quæstio est ad præsens institutum non contemnenda, in qua pars affirmatiua verior videtur, nam si minister solemnitatis, & ex officio est Sacerdos, vt DD. communiter resoluunt, iam Diaconus exercet officium, & actum sibi non competentem, ac per consequens intrat dispositio huius tex. dum habet irregularem esse clericum ministrantem in pertinentibus ad Ordinem, quem non habet; quare Diaconum baptizãtem solemniter de licentia, siue iussu parochi irregularitatem incurrere tenuerunt Nau. *cons. 1. & 2. sub hoc tit.* Mari. Antonin. *vari. resolut. lib. 3. resolut. 16. n.6.* Henriq. *lib. 2. cap. 29. nu. 1.* Chamerota *de Baptismo*

tismo cap. 4. dub. 5. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 27. cap. 6. num. 40. &* Bonac. *locis supra citatis*, licet idem Nauar. *cons. 70. sub tit. de sententia excommun. in antiq. alias 3. sub hoc tit. in nouiss.* & Sayr. *in floribus decis. sub d. tit. de sententia excommun. decis. 67.* tenuerint contrarium in foro poli, tamen si bene Nau. opinio consideretur non est fundata neque Iure, neque auctoritate, & tandem nescit figere pedem, immo dicit eum in foro contentioso esse irregularem. Ad tex. verò *in cap. Baptisma de consecr. distinct. 4.* respondetur in hoc tempore iam non esse in vsu, vt Diaconus solemniter baptizet, cum adsit copia Sacerdotum; vel responderi potest cum Mario Antonin. *d. num. 6. vers. tum quia*, prout apud eum videri potest.

4 *Exercuerit non ordinatus.* Notatur ad hoc, quod irregularis fit clericus exercendo Ordinem, quem non habet, dummodo scienter, & seriò, & ex officio ministret, vt per Vgol. *tract. de irregularitate cap. 37.* Sayr *de censur. lib. 7. cap. 10. num. 1.* Soar. *tom. 5. disp. 11. sect. 3. num. 22.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœniten. lib. 30. nu. 191. vers. sexta*, Bonac. *de censur. disp. 7. q. 3. punct. 6. num. 1.* Hanc tamen irregularitatem
5 non incurrit laicus solemniter baptizans, quia tex. in præsenti de clerico loquitur, cum debeat intelligi iuxta tit. sub quo ponitur, qui loquitur de Clerico non Ordinato ministrante, ita Henriq. *lib. 2. de Baptis. cap. 29. §. 1. prope finem*, Soar. *d. disp. 11. sect. 3. num. 22.* Sayr. *d. cap. 10. num. 6.* Valer. Reginald. *d. lib. 30. num. 192.* Bonac. *dict. punct. 6. num. 1. vers. dixi clericus.*
6 Dicitur autem quis actum aliquem Ordinis exercere solemniter, vel ex officio, quãdo actus talis est, vt ab alio non possit exerceri, quàm ab eo, qui talem Ordinem habet: quando verò potest eodem modo ab alio exerceri, non dicitur exerceri solemniter, & ex officio; vnde quando laicus inseruit Missæ deferendo vrceolos ad Altare, illosq; porrigendo Sacerdoti, non dicitur Ordinem Acolytatus exercere, eo quod hoc munus ex consuetudine possit non solum à Clericis præstari, sed etiam à laicis: Clericus verò nondum initiatus Ordine sacro canendo Epistolam cum manipulo, aut Euangelium cum Stola, dicitur canere solemniter, & ex officio, ità ex aliis refert Bonac. *d. puncto 6. n. 9.* Vnde cum quæreretur an Clericus excommunicatus incurrisset irregularitatem seruiendo Sacerdoti celebranti Missam, fuit negatiuè responsum, vt refert Mari. Antonin. *d. resolut. 16. num. 10.* vbi *num. 7. vers. secundus*, refert fuisse resolutum Diaconum alba & stola indutum Aquam solemniter in Ecclesia ad fontem benedicentem esse irregularem, cum benedictio aquę & illius exorcismus spectet solum ad Ordinem Sacerdotalem, de quo etiam Franciscus Leo *in thesauro fori eccles. par. 1. cap. 6. nu. 13.*
7 Ex quibus colliges Clericum nondum initiatum Sacerdotio, qui aliquem serio, & sacramentaliter absoluit esse irregularem, vt tenent Nau. Sot. Vgol. Auil. & alij, quos refert, & sequitur Bonacin. *d. punct. 6. nu. 4.* quibus adde Henriq. *in summa lib. 6. de Pœnit. cap. 2. §. 7. lit. H*, Aldret. *de religiosa disciplina tuenda lib. 2. cap. 19. à nu. 14.* Et quod laicus sic absoluens non fiat irregularis tenent Henriq. *loco proxime citato*, & Sayr. *d. lib. 7. cap. 10. num. 8.* Hodie ex Constitutione Clementis VIII. sub die 4. Decembris 1601. incipien. *Etsi alias*, habetur Confessionem Sacramẽtalem audientes ad sacrum Presbyteratus Ordinem nondum promotos à Iudicibus Sanctæ Inquisitionis, vel locorum Ordinarijs, tanquam Ecclesiæ misericordiæ indignos à foro Ecclesiastico abijciendos, & ab Ordinibus Ecclesiasticis, si quos habuerint, ritè degradatos, & statim Curiæ seculari esse trandendos per Iudices seculares debitis pœnis plectendos, quam refert Quaranta *in summa Bullarij, verbo Ordo, in fine*, & Fr. Emmanuel *quæst. regul. tom. 2. q. 27. art. 2.* aduertit tantum esse casum S. Inquisitioni commissum, quando ille, qui sacro Presbyteratus Ordine non est insignitus, Confessionem audit, & simul absolutionem impertitur: ille verò, qui Ordine sacro Presbyteratus est insignitus, non committit crimen S. Inquisitioni subiectum si sine iurisdictione actuali, Confessiones audiat.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Missarum celebrationem nondum Presbyteri vsurpare præsumentes, quam pœnam incurrant, ostenditur.*
3 *Clericum se dicens, & ingerens se actibus clericorum, cum non sit, est falsarius, & punitur.*
4 *Episcopus dispensat cum Diacono, qui Missæ sacrificium fecit, vt in suo officio permaneat, & retineat beneficium.*

Cap. Ex litteris. II. & fin. *Vrb. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collectar. Zabarell. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panor. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationale lib. 5. Iuris Pontificij pag. 180.* Alagona *in compendio Iuris Canonic. pag. 702.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 24. c. 2.* & est post Concil. Lateranen. sub Alexan. III. *par. 50. cap. 62.*

2 *Missarum celebrationem vsurpare, &c.* Felic. record. Clemens VIII. anno à Natiuitate Domini 1601. sub die 4. Decembris per suam Constitutionem incipien. *Etsi alias*, statuit deperditos, & nefarios homines ad sacrum Presbyteratus Ordinem non promotos Missarum celebrationem vsurpare

præsumentes, non solum actus idolatriæ, saltem extrinsecè, seu per externa, & visibilia religionis, & pietatis signa exercere, sed etiam quantum in ipsis est efficere, vt Christifideles, qui credunt eos ordinatos esse, & ritè conficere Sacramentum Eucharistiæ idolatriæ crimen ignoranter incurrant, purum videlicet panem, & vinum, tanquam verum Christi Domini Corpus, & Sanguinem eisdem adorandum proponentes à iudicibus S. Inquisitionis, vel locorum Ordinarijs tanquam Ecclesiæ misericordiæ indignos à foro Ecclesiastico abijciendos, & ab Ordinibus Ecclesiasticis, si quos habuerint ritè degradatos, & statim Curiæ seculari tradendos per Iudices seculares debitis pœnis plectendos: quam quidem Constitutionem refert Stephan. Quaranta *in summa Bullarij, verbo Ordo, in fine*, & de materia agunt Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 2. q. 27. art. 2.* Aldret. *de religiosa disciplina tuenda lib. 2. cap. 20. nu. 14.*

3 Notatur etiam ad hoc, quod dicens se clericum, & ingerens se actibus Clericorum, cum non sit, est falsarius, & punitur, vt per Bernard. *in pract. cap. 12. nu. 2.* Auiles *ad cap. 51. Praetorum, glos. Vlt. num. 21.* Petr. Gregor. *lib. 4. partit. Iuris lib. 4. tit. 4. cap. 1.* Et falsitas probari potest recurrendo ad Matricem, si ex ea non constet esse descriptum in catalogo ordinatorum, qui fit de omnibus ordinatis, ex traditis per Couar. *practic. cap. 19. vers. quarto*, Menoch. *remed. 4. adipiscenda num. 736. & de arbitr. casu 187. num. 431.*

4 *De beneficio autem misericorditer, &c.* Notatur ad hoc, quod Episcopus dispensat cum Diacono, qui Missæ sacrificium fecit, vt in suo officio permaneat, & retineat beneficiũ, quod habebat, vt per Azor. *instit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 30. in fine, vers. dispensat praterea*, vbi etiam dicit cum glos. hic *verbo Misericordium* posse Episcopum dispensare, vt ad Sacerdotium promoueatur: verum in irregularitate, quam quis contraxit exercendo Ordines, quos non habebat, solum Summum Pontificem dispensare posse, vt ad altiorem promoueatur. Ordinem, tenent Syluest. Vgol. Collect. Sayr. & Auila, quos refert, & sequitur Bonac. *de censur. disput. 7. quæst. 3. punct. 6. num. 10.* quibus adde Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 30. nu. 26. vers. tertius.* Si vero delictum sit occultum, tunc Episcopus dispensare poterit, vt alios suscipiat per Concil. Trident. *sess. 24. de reformat. cap. 6.* vt aduertunt Bonac. *ib. nu. 10. in fine*. Vgolin. *de officio & potestate Episcopi cap. 57. §. 9. num. 5. vers. si etiam*, Ego ipse *eodem tract. par. 2. alleg. 19. num. 23.*

De Clerico per saltum promoto. Tit. XXIX.

SVPER hanc rub. scripserunt Zabarell. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Panormit. Mari. Socin. Durand. *in Breuiario aureo Iuris Canonici fol. 146. verso*, Stephan. Ranchin. *in continuat. titulorum Decretal.* Petrus de Rauenna *in compendio Iuris Canonici*, Martin. Mesnart. *in epithome Decretal. fol. 191.* Dan. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontificy pag. 699.* Goffred. & Hostien. *in summa huius tit.* Alexand. Cassan. & Anastasi. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. sub hoc tit.*

De materia tit. vide Bernard. & Salzed. *cap. 24.* Henriq. *in summa lib. 13. cap. 35. prope finem*, Bonac. *de censuris disp. 7. q. 3. punct. 4. nu. 5.* latè Campanil. *in diuersorio Iuris Canonici rub. 10. cap. vnic.* Mari. Alter. *de censur. tom. 2. disput. 10. cap. 5.* & plures alios citatos per me *de officio & potestate Episcopi par. 2. alleg. 47.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Clericus per saltum promotus non potest ordinari.*
3 *Clericus per saltum promotus, an sit irregularis, ostenditur.*
4 *Credulitatis iustam causam habet illud, quod dicitur à fide dignis.*
5 *Episcopus ex legitima causa potest dispensare cum promotis per saltum, si non ministrauerint in Ordine suscepto, siue scienter, siue ignoranter fuerint promoti.*
6 *Ordinatus ante annos discretionis recipit characterem.*
7 *Ordinatus Sacro Ordine ante vsum rationis non tenetur vi voti ad seruandam castitatem.*
8 *Ordinatus per saltum recipit characterem Ordinis sic suscepti, sed non eius executionem.*
9 *Ordinem sacrum benè quis recipit etiamsi nullum habeat de minoribus.*
10 *Episcopalem Ordinem nullus recipere potest nisi sit saltem Sacerdos.*

Cap. Tuæ, Vnic. *Innoc. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 180.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 703.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 13. cap. vnic.*

2 Probat hic tex. Clericum per saltum promotum non posse ordinari, vt per Bernard. *in pract.*
3 *cap. 24. num. 1.* nam fieri irregularem tenent Vgolin. *de irregularit. cap. 38. §. 1.* Valentia, *tom. 4. disp. 3.*

diſp. 3. quaeſt. 19. ſub punct. 3. Sayr. *de cenſur. lib. 7. cap. 10. num. 39.* Prax. Epiſcop. *par. 2. verbo irregularitas*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 30. num.* 191. Verum alij probabilius tenent recipientem Ordines per ſaltum, non eſſe irregularem, ſed ſuſpenſum, vt tenent plures, quos refert, & ſequitur Bonac. *de cenſur. diſp. 7. quaeſt. 3. punct. 4. num.* 5. quibus adde Fr. Emman. *in ſumma tom. 2. cap. 17. num. 7. cum ſeqq.* Henriq. *in ſumma lib. 13. de excommun. cap. 55. prope finem*, Greg. Lopez *l. 28. verbo no dene. tit. 6. par.* 1. Salzed. ad Bernard. *d. cap. 24. in addit. lit. C*, qui praecipuè duo vltimo loco citati aduertunt huiuſmodi ſuſpenſionem incurri ipſo Iure, quando quis fuit ſcienter per ſaltum promotus per ambitionem, vel ſuperbiam, quia tunc doloſè offendit mentem *tit. de clerico non ordinato miniſtrante*, cum idem videatur non eſſe ordinatum, vel non debito modo, quo caſu celebrans efficitur irregularis, ſiue celebret in Ordine ſuſcepto, ſiue in Ordine praetermiſſo; at vero, quando per negligentiam, ſiue incuriam quis fuit per ſaltum ordinatus non fit ipſo Iure ſuſpenſus, ſed venit ſuſpendendus, vt praeter omnes melius declarat Salzed. *loco proximè citato.*

4 *Credebat aſſertioni, &c.* Notatur ad hoc, quod id, quod dicitur à fide dignis habet iuſtam cauſam credulitatis, vt per Tiraq. *de pœnis temperandis cauſa 51. num.* 30.

5 *Miniſtrare permittas, &c.* Hodie ex noua diſpoſitione Concilij Triden. *ſeſſ. 23. de reform. cap. 14. in fine*, Epiſcopus ex legitima cauſa poteſt diſpenſare cum promotis per ſaltum ſi non miniſtrauerint In Ordine ſuſcepto, quod intelligit Mar. Alter. *de cenſur. tom. 2. diſp. 10. cap. 5. verſ. hoc in loco*, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter fuerint ita promoti, quia Concil. Trid. non diſtinguit de ordinato ſcienter, & ex ſuperbia, vel ignoranter, ſed ſimpliciter loquitur, quod etiam verum eſt non ſolum in promotis aliquo Sacrorum Ordinum omiſſo, ſed etiam in promotis ad maiores Ordines omiſſis minoribus, ſiue omnibus, ſiue vno tantum, vt refert deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarrae, lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis, num. 53. verſ. item*; Vnde à contrario ſenſu aperte conſtat prohiberi id facere cum eo, qui miniſtrauit nulla praehabita diſtinctione ſcientiae, vel ignorantiae, eo quod ſimpliciter loquitur Concil. Trid. *d. c. 14.* & ita vigore illius concludendum eſt ſemper indigere Apoſt. diſpenſatione, qui ſaltuatim Ordinibus inſignitus miniſtrauerit, ita Maiol. *de irregul. lib. 4. cap. 12. n. 2.* Salzed. ad Bernard. *d. cap. 24. in addit. lit. D*, Mar. Alter. *d. cap. 5. verſ. hoc in loco*, quos refero Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi, par. 2. alleg. 47. num.* 8.

6 In gloſ.] Diſcretionis.] ibi (*bene recipit quis Sacros Ordines.*) Notatur ad hoc, quod vbi aliquis ante annos diſcretionis ordinatur recipit characterem, itaut quamuis peccet celebrando, conficiat verum Sacramentum, vide Conc. Colon. *in tract. de Sacramento Ordinis*, Richard. & commun. *in 4. diſtinct. 25. quaeſt. 1. art. 4.* vbi Sot. Nauar. *in man. c. 27. nu.* 202. Bonaci. *de Sacramentis diſp. 8. q. vnic. punct. 1. nu.* 1.

7 In ead. gloſ. ibi (*ſed nunquid iſti taliter ordinati tenentur continere, &c.*) Notatur ad hoc, quod initiatus Ordine ſacro antequam ad rationis vſum perueniret, non tenetur ex vi voti ad ſeruandam caſtitatem, poſtquam peruenerit ad vſum rationis, niſi votum ratificauerit, quia votum eſt deliberata promiſſio, carens autem vſu rationis, non poteſt deliberate promittere, vt per Henriq. *in ſumma lib. 10. cap. 14. nu.* 3. Fornar. *de Ordine, cap. 3. num. 6.* Azor. *inſtitut. moral. par. 1. lib. 13. cap. 14. q.* 9. quos refert, & ſequitur Bonac. *de Sacramentis, diſp. 8. quaeſt. vnic. punct. 5. num.* 2. obſeruans *num.* 3. hanc eſſe differentiam inter pueros vſu rationis carentes, & inter amentes, quod pueris valide conferri poſſunt Ordines etiamſi illos nunquam petierint, illis verò qui poſt vſum rationis inciderent in amentiam non valide conferuntur Ordines, ſi eos nullo modo prius expetierunt; cenſentur enim habitualiter Ordines nolle ſuſcipere.

8 In gloſ. [De miſericordia.] ibi (*ſed quid ſi ordinatur in Epiſcopum praetermiſſo Diaconatu, &c.*) Notatur ad hoc, quod promotus per ſaltum videlicet, qui omiſſo ſubdiaconatu ſacerdos, & Epiſcopus conſecratur, ſuſcipit characterem Ordinis, ſed non eius executionem, quia Ordines illos conferre non poterit, quos non accepit, vt ex D. Thom. reſoluit Salz. ad Bernard. *d. cap. 24. addit. 1. lit. A, verſ. inter promotos*, Mar. Alter. *de cenſur. tom. 2. de ſuſpenſ. diſp. 10. cap. 5. in fine, verſ. quoad primam partem*, Campanil. *in diuerſorio Iuris Canon. rub. 10. cap. vni. n.* 3.

9 In ead. gloſ. ibi (*benè recipit quis ſacrum Ordinem, etiamſi nullum habeat de minoribus.*) Similis gloſ. *in cap. ſolicitudo 52. diſtin.* tradunt D. Thom. & omnes Theologi *in 4. ſenten. diſtin. 24.* Syluest. *in ſumma verbo Ordo 5. q. 5.* quos refert, & ſequitur Salz. *d. cap. 24. lit. B.*

10 In ead. gloſ. ibi (*praeter Epiſcopalem, quem nemo recipere poteſt, niſi ſit ſaltem Sacerdos.*) Sequuntur Hoſtien. *hic poſt num.* 2. Borgaſ. *tract. de irregul. par. 5. ſub hac rub. num.* 3. Syluest. *verbo Ordo 2. num.* 1. Emman. Sa *verbo Ordo nu.* 25. Maiol. *de irregul. lib. 4. cap. 12. num.* 3. Henriq. *lib. 10. cap. 7. §. 1.* Salzed. *d. cap. 24. addit. 1. verſ. inter promotos, in fine*, Azor *inſtit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 30. quaeſt.* 9. Quicquid contrarium teneant Archidiac. Sot. Gemin. & alij, quos refert & ſequitur Campan. *in d. cap. vnic. num.* 3. & teneat Couar. *lib. 1. var. cap. 10. nu. vlt.*

De Eo, qui furtiue Ordines suscepit. Tit. XXX.

Vper hanc rubr. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Panorm. Marian. Socin. Petr. de Rauenna *in compendio Iuris Canon.* Martin. Mesniart. *in epithome Decretal. fol. 191. verso,* Dan. Venat. *in analysi methodica Iuris Pontificij pag. 700.* Goffr. & Hostien. *in summa huius tit.* Alexan. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. sub hoc tit.*

De materia tit. vide Henriq. *par. 2. lib. 13. de excommunicatione cap. 10. §. 1. in princip. & lib. 14. de irregul. cap. 6. §. 4.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 32. tract. 2. n. 71.* Bernard. & Salzed. *in pract. cap. 25.* Maiol. *de irregul. lib. 8. cap. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Ordinatus furtiuè si erat lata excommunicatio contra illud facientes non potest in Ordine sic suscepto ministrare, vel ad superiorem ascendere sine Papæ dispensatione.*

3 *Verba, sub interminatione anathematis, sententiam ferendam continent.*

4 *Excommunicatio ab Episcopo lata in accedentes ad Ordines contra ipsius prohibitionem non solum cadit in subditos ipsius Episcopi, sed etiam in exemptos.*

5 *Excommunicatus recipiens Ordines etiam minores fit irregularis.*

6 *Ordines furtiuè quando quis dicatur recipere, ostenditur.*

Cap. Veniens. I. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viui. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 181.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 703.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 25. cap. vnic.* & est post Concil. Lateranen. sub *Alex. III. par. 26. cap. 9.*

2 Probat hic text. furtiuè Ordinatum, si erat lata excommunicatio contra illud facientes, non posse in Ordine sic suscepto ministrare, vel ad superiorem ascendere sine Papæ dispensatione, Episcopum verò posse dispensare si excommunicatio lata non erat, ita Soar. *tom. 5. disp. 31. sect. 1. nu. 54. cum seqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 32. tract. 2. num. 71.* Bernard. *in pract. cap. 25. num. 2.* vbi Salzed. *in addit. lit. B,* aduertit quod iam de more consueuerunt Episcopi in Ordinibus conferendis sub excommunicationis latæ sententiæ pœna prohibere ne quis audeat se ingerere, qui non fuerit approbatus, & tunc sic Ordinatus non poterit in suscepto Ordine ministrare, nec ad superiorem ascendere sine Romani Põtificis dispensatione, nisi crimen hoc occultum fuerit, & non deductum ad forum contentiosum vigore priuilegij concessi in Trid. Concil. *sess. 24. de reformat. cap. 6.* vt resoluunt Salzed. *loco proximè citato,* & plures per Bonac. *de censur. disp. 7. q. 3. punct. 4. n. 5. in fine.* quos refero, *de officio & potest. Episcopi par. 2. alleg. 39. n. 38.* Additq; idem Salzed. cum Rebuf. *in praxi beneficial. tit. de clericis ad sacros Ordines malè promotis,* quod si Episcopus eo tempore, quo confert Ordines his verbis vtatur, non intendimus Ordinare non examinatos, & approbatos, tunc qui se ingessit non erit Ordinatus, ideò oportet denuo Ordinari, iniungendaq; prius illi erit pœnitẽtia, quia valde deliquit se ingerendo susceptioni Ordinum ante approbationem.

3 *Sub interminatione anathematis, &c.* Hæc verba sententiam ferendam continent, vt per Tiraq. *in l. si vnquam verbo reuertatur à n. 235.* Sayr. *in claui Regia lib. 3. c. 8. n. 19.* Coriola. *de casibus reser. p. 2. casu 3. n. 52. pag. 502.* & relatos, *ad c. vnic. n. 3. sup. de sagitt.*

4 Aduerte hanc excommunicationem ab Episcopo latam in accedentes contra ipsius prohibitionem non solum cadere in subditos ipsius Episcopi, verum etiam in exemptos, vt cum Fornar. & alijs resoluit Bonac. *de Sacramentis disp. 8. q. vnic. punct. 4. nu. 32.*

5 *Si verò interminatio, &c.* Notatur ad hoc, quod excommunicatus, qui sic recipit Ordines, etiam minores, fit irregularis, vt per Henriq. *in summa lib. 13. de excommun. c. 10. §. 1. in princip.* vbi extendit ad suspensum, & personaliter interdictum, & *lib. 14. de irregul. cap. 6. §. 4.*

6 In glos. [Furtiuè, 1.] Notatur ad hoc, quod dicitur quis furtiuè Ordinem recipere, quando sine ordinatione, & sententia superioris, & sine examinatione quis ingerit se cum multitudine Ordinandorum ignorante Ordinatore, & sic Ordines recipit, vt per Bernard. *in pract. cap. 25. n. 1.* Et aduertit Campanil. *in diuersor. Iuris Canon. rubr. 3. nu. 6.* quod si quis nullo præmisso examine (loquitur enim vbi non adest prohibitio sub pœna excommunicationis) nullaq; præhabita inquisitione fuerit Ordinatus, deponendus est, quamuis dignus, si tamen ignotus fuerit, Syluest. *verbo Ordo 2. nu. 2.* vel si cognitus, sed inhabilis, etiamsi impedimentum nouerit ordinans, nec dispensauerit expressè, *cap. si quis sine examinatione. 81. dist.* Henriq. *in summa lib. 10. cap. 18. §. 1. iuncto commento littera B,* idq; multò magis si ignotus, & indignus esset, vt omnium est consensus; quod si esset cognitus & dignus nec peccaret, nec deponeretur, si absque præcedenti scrutinio fuerit Ordinibus insignitus, *cap. nullus 24. dist.* Syluest. *d. nu. 2.* Maiol. *d. irregul. lib. 4. cap. 9. nu. 6.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Ordines minores, & Subdiaconatum eidem conferri vna die sine Papa licentia non potest, nisi adsit consuetudo.*
3 *Subdiaconatum simul cum minoribus Ordinibus suscipiens temerario ausu, potest dispensari ab Episcopo vt ministret in Ordinibus non furtiuè susceptis.*
4 *Ordines minores vna die conferri possunt.*

Cap. Cum H. II. *Calest. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Cened. *collect.* 173. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castella par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 181. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 704. refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 12. *cap.* 1.

2 Probat hic tex. minores Ordines, & Subdiaconatum eidem conferri vna die non posse sine Papæ licentia, vt per Armil. *in summa, verbo Ordines nu.* 6. Angel. *verbo Ordo* 6. *num.* 2. Sot. *in* 4. *dist.* 25. *q.* 1. *art.* 3. Bernard. *in pract. cap.* 25. *in fine, vbi* Salzed. *in addit. lit.* C, Bonacin. *de Sacramentis disp.* 8. *q. vnica puncto* 5. *nu.* 36. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 32. *tract.* 2. *num.* 70. *vers. ad hanc*, Campanil. *in diuers. Iuris Canon. rubr.* 6. *cap.* 3. *nu.* 13. Quinimò hodie necdum simul dari non possunt, at præterea neque infra annum, cum non nisi post annum à suscepto postremo gradu minorum Ordinum ad Sacros quis promoueri possit ex dispositione Conc. Trident. *sess.* 23. *de reformat. cap.* 11. vbi decretum est, quod supra dixi, non tamen aufert consuetudinem, quæ permitteret, vt possint simul minores Ordines dari eum Subdiaconatu, nam vbi ea extaret licitè his quoque temporibus eos simul conferret Episcopus, prout tenent Nauar. *in manuali, cap.* 25. *nu.* 71. *vers.* 8. Henriq. *in summa lib.* 10. *cap.* 11. §. 4. Rebuf. *in praxi beneficiali tit. de clericis malè promotis glos.* 1. *num.* 18. Viual. *in candelabro aureo tit. de Sacramento Ordinis num.* 36. Gutier. *canonicarum lib.* 1. *cap.* 36. *nu.* 31. & 32. Fr. Emmanuel *quæst. regul. tom.* 3. *q.* 23. *art.* 4. Soar. *tom.* 5. *disp.* 31. *sect.* 1. *n um.* 41. Valer. Reginal. *d. num.* 70. *vers. ad hanc*. Thom. Valasc. *allegat. Iuris, tom.* 1. *alleg.* 4. *nu.* 2. Mar. Antonin. *variar. resolut. lib.* 1. *resolut. fin. casu* 26. Campanil. *d. cap.* 3. *num.* 10. quamuis ab ipso Concilio sublatam esse omnem contrariam consuetudinem minus benè existimauerint Maiol. *de irregul. lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 1. & Salzed. *d. cap.* 25. *in addit. lit.* C, ac Menoch. *de arbitr. casu* 564. *n.* 8.

3 *In minoribus dumtaxat Ordinibus, &c.* Ergo quãdo quis Subdiaconatum simul cum minoribus Ordinibus temerario ausu recipit, potest Episcopus cum eo dispensare, vt ministret in Ordinibus non furtiuè susceptis, ità Valer. Reginald. *d. praxi fori pœnit. lib.* 30. *nu.* 27. *vers. secundus.*

4 In glos. [Minores, 1.] ibi (*Hic ergò habes expressè, quod omnes minores Ordines vna die conferri possunt.*) Notatur ad hoc, quod minores Ordines eidem personæ possunt simul conferri, vt per Nauar. *in manuali cap.* 25. *nu.* 71. *vers.* 8. cuius sententiam sequitur Campanil. *d. rubr.* 6. *cap.* 2. *num.* 20., quatenus concurrat consuetudo, aut intereedat dispensatio, aduertens quòd licet Concil. Trident. *d. cap.* 11. præcipiat minores Ordines esse per temporum interstitia conferendos, nihilominus subiungit, nisi aliter Episcopo magis expedire videatur, &c. ergo concedit dispensationem Episcopalem posse intercedere, quod quidem Concilij decretum, quia consuetudinem non aufert, ideò illa adhue hodie seruanda foret vbi adesset, prout probant DD. supracitati, quamuis Henriq. *d. lib.* 10. *cap.* 11. §. 4. constituat regulam affirmatiuam, vt possint eidem simul eadem die conferri, nisi consuetudo contrarium obtineat.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Episcopus statuendo potest adiuuare Ius commune.*
3 *Ordinis Sacramentum verè datur excommunicatò quoad characterem, non quoad Ordinis executionem.*
4 *Dispensare potest Episcopus cum excommunicato accipiente Ordinem si religionem ingrediatur, vt ministret in suscepto.*

Cap. Innotuit. III. & fin.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collectar. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castella, par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 181. Alagona *in compend. Iuris Canonici pag.* 704. refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *titul.* 12. *cap.* 2.

2 *Cumq; ab eodem Episcopo, &c.* Notatur ad hoc, quod Episcopus statuendo potest adiuuare Ius commune, apponendo scilicet pœnam, vbi Ius non imponit, vel aggrauando pœnam à Iure impositam, vt per Duen. *regul.* 251.

3 *Ministrare non debent.* Notatur ad hoc, quod Sacramentum Ordinis verè datur excommunicato quoad characterem, licet non quoad executionem, vt per Couar. *in cap. alma mater par.* 1. §. 6. *nu.* 6. faciunt quæ Bonacin. *de censuris disp.* 2. *q.* 2. *puncto* 2. §. 1. *à nu.* 1.

4 Cum

4 *Cum eis poteris de nostra licentia dispensare.* Notatur ad hoc, quod cum excommunicato accipiente Ordinem, si religionem ingrediatur, potest Episcopus dispensare, vt ministret in suscepto, ità Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. n. 27. in princip.*

De Excessibus Prælatorum, & subditorum. Tit. XXXI.

Vper hanc rubr. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Anch. Butr. Panorm. Marian. Socin. Ioan. de Londris *in breuiario Sanctorum Canonum, fol. 181. verso,* Petr. de Rauenna *in compendio Iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decretal. fol. 191 verso,* Daniel. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontificij à pag. 700.* Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alexan. Cassan. & Anast. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretalium sub hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Excommunicari nullus potest nisi iudiciario ordine.*
3 *Episcopus non potest sententiam interdicti proferre, vel Clericos suspendere sine iudicio Capituli.*
4 *Excommunicatio lata non præmissa trina Canonica monitione valet.*

Cap. Peruenit. I. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq Innocen. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panormit. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ, par. 1.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 182.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 704.* refertur ab Ant. Augustin. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 27. cap. 1.* & est post Concil. Lateraneñ. sub Alex. III. *par. 2. cap. 7.*

2 *Nec aliquem excommunicare sine ordine, &c.* Nullus ergo excommunicari potest, nisi iudiciario ordine, videlicet probata causa, & præmissis debitis monitionibus canonicis, vt latè ostendit Bellet. *disquisit. clericalium, p. 1. tit. de fauore Clericorum Canonis §. 4.*

3 *Sine iudicio Capituli suspendere.* Notatur ad hoc, quod Episcopus non potest sententiam interdicti proferre, vel clericos suspendere sine iudicio Capituli, vt per Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 2. quæst. 21. art. 7.* vbi etiam dicit hoc seruandum, quando de re graui, & seuera pœna imponenda tractatur.

4 In glos. [Iudiciario.] ibi (*lata tamen tenet*) Notatur ad hoc, quod si excommunicatio lata fuerit non præmissa canonica, & trina monitione, ac perconsequens ordine excommunicandi iudiciario non seruato valet, licet sit iniusta, vt per Couar. *in cap. alma mater, par. 1. §. 9. num. 7.* Sayr. *de censur. lib. 1. cap. 12. num. 26.* Bellet. *d. tit. de fauore Clericorum Canonis, §. 5. num. 1.* Vide tamen dicta ad *cap. sacro inf. de sent. excom.*

Cap. Ad hæc. II.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anch. Panor. Marian. Socin. Casal. *in annot.* Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ, par. 1.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 182.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 705.* refertur ab Anton Augustin. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 27. cap. 2.* & est post Conc. Lateranen. *p. 24. c. 4.*

2 *Plenarie conseruentur.* Nisi prætextu priuilegij exemptionis suæ Ordinarium opprimerent, tunc enim iure exemptionis cadent, Cassad. *decis. 6. nu. 4. sub tit. de priuileg.* Erasm. à Cockier *de Iurisdict. Ordinarij in exemptos, par. 3. q. 17.*

Ad aures. III.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell Io. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 183.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 705.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 27. cap. 3.* & est post Concil. Lateranen. sub Alexand. III. *par. 24. cap. 3.*

2 *Auctoritate propria intrudere non verentur.* Intrusus quis, & quot modis dicatur, tradunt Rebuf. *in cap. in nostra supra de rescriptis,* Flamin. *de resign. beneficiorum, lib. 7. quæst. 1. nu. 114.* Spin. *in specul. testamen. glos. 4. princip. nu. 91.* Azor. *institut. moral. par. 2. lib. 7. cap. 35. quæst. 10.* Rota *decis. 741. n. 2.* apud Farinac. *par. 2. recentiorum.* Mascard. *de probat. concl. 936. n. 20.* latè Aloys. Ricci. *in praxi aurea resolut. 224. per totam.*

3 Ad illud vero, quod potestatem eligendi, aut præsentandi in beneficijs habentes, non possint se ipsos eligere, Instituere, aut præsentare, dixi *ad cap. cum in Iure 33. à nu. 3. sup. de electione.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Diabolus fugit quando sodomiæ peccatum committitur.*
3 *Doctores referuntur de vitio sodomiæ, eiusque speciebus agentes.*
4 *Clericus nefandum crimen perpetrans deponitur, ac in monasterium detruditur.*
5 *Clerici sodomitæ quamuis in Ordinibus Sacris ministrent, ac celebrent, irregulares non fiunt.*
6 *Clerici sodomitæ attenta Constit. Pij V. quas pœnas incurrant, ostenditur.*
7 *Sodomitę sub Constitutione Pij V. includuntur, qui quasi ex vsu continuato huiusmodi vitium exercent.*
8 *Constitutio Pij V. comprehendit solum habentem copulam sodomiticam consumatam si naturale semen intra vas effundatur.*
9 *Sodomita notorius, non vero occultus Constit. Pij V. comprehenditur.*
10 *Constit. Pij V. an comprehendat illum, qui muliere retro abutitur, ostenditur.*
11 *Clericus vitio bestialitatis laborans, & cum animali bruto turpiter coeuns non incurrit pœnas Constitutionis Pij V.*
12 *Sodomitæ totius Christiani Imperij legibus igni traduntur, nisi sint minores.*
13 *Bona sodomitæ confiscantur.*
14 *Infames fiunt Sodomitæ.*
15 *Testamenti factionem amittunt sodomitæ.*

Cap. Clerici. IV.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Mari. Socin. Cened. *collect.* 130. Ximen. Tolet. *in concordantijs Vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 183. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 705. Desumitur ex Conc. Lateranen. sub Alex. III. *cap.* 11. & refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 3. *sub tit. de cohabitat. clericorum, & mulierum cap.* 11.

2 Constitueram in præsenti de hac fœdissima sodomiæ materia ne quicquam tractare, sicut multum honestè fecerunt nostri interpretes eam silentio prætereuntes, & non immerito vulgò nomen sortitum est vitij nefandi, eo quo nec fari quidem de eo liceat, in tantum, quod diabolus fugit, quando tale nefandum crimen committitur, vt scribit Afflict. *in constitut. Neapolit. lib.* 3. *rubr.* 42. *nu.* 11. & memorabile est illud, quod scribit D Hieronymus, *super Isaiam, & Iob*, quod in illa nocte, qua Christus Redemptor noster natus est ex Virgine Maria omnes sodomitæ mortui fuerunt, & cum illis Virgilius celebratissimus Poeta, qui illo morbo laborabat, vt ex Bermond. refert Salzed. ad Bernard. *in pract. cap.* 89. *addit.* 1. *lit.* A, & ex alijs referunt etiam Ceual. *commun. contra communes, q.* 248. *num.* 10. Emman. do Valle *de incantat. & ensal. sect.* 3. *cap.* 4. *nu.* 12. vbi *nu.* 26. dicit, quod Caluinus hæreticus, Aristoteles, & alij Philosophi totius naturalis, & moralis præcipui in gentilitate magistri, sodomitæ fuerunt, excepto Platone, qui amore veritatis contemplandæ abstinuit se ab omni delectatione venerea.

3 Multa circa huius criminis detestationem, & de eius speciebus, ac varijs diuersarum nationum pœnis vide apud nostros Lusitanos Ordin. Regiã *lib.* 5. *tit.* 13. vbi notat Parens meus, & apud Castellanos, *l.* 2. *tit.* 21. *partit.* 7. vbi Greg. & *l.* 1. *tit.* 21. *lib.* 8. *noua recopilat.* vbi Azeued. S. Tho. 2. 2. *q.* 154. *art.* 11. Lambert. *de iurepatron. par.* 1. *lib.* 2. *quæst.* 9. *art.* 18. Lactant. *in libr. de falsa religione, cap.* 10. *num.* 36. Clar. *lib.* 5. §. *Sodomia*, Couar. *in clemen. si furiosus, par.* 1. §. 1. *nu.* 6. Cotta *in memorab. verbo pædicones*, Anton. Gomez *l.* 80. *Tauri, num.* 32. *cum seqq.* Ioann. Vella. *de pœnis delictorum, cap.* 23. Viui. *commun. opinionum, verbo Sodomia delictum, & tom.* 2. *lib.* 9. *tit.* 7. *nu.* 154. *pag.* 479. Peguer. *decis.* 72. *cum seqq.* Menoch. *de arbitr. casu* 286. Prax. Episcop. *par.* 1. *verbo, nefandum.* Stephan. Quarant. *in summa bullarij verbo sodomia*, Cardos. *in praxi Iudicum, eod. verbo*, Bernardin. Muscatel. *in pract. crimin. tit. de adulterio, &c. num.* 26. *cum seqq.* Rebuf. *de pacificis possessoribus, nu.* 208. Auend. *responso* 31. Bernard. & Salzed. *in pract. cap.* 89. *in nouissima impress.* Mascard. *de probat. concl.* 1313. Aloys. Ricci. *in collect. decis. par.* 1. *collect.* 184. & *par.* 3. *collect.* 525. Card. Baron. *annalium Ecclesiæ, tom.* 3. *anno Christi* 343. *pag. mihi* 405. Ceual. *commun. contra communes, q.* 248. Pradil. *in summa legum pœnalium, par.* 1. *cap.* 11. Farinac. *in praxi criminal. par.* 5. *quæst.* 148. *nu.* 25. *cum seqq.* & *cons.* 25. *nu.* 8. & *nu.* 58. Campanil. *in diuers. Iuris Canon. rub.* 11. *cap.* 22. Cened. *ad Decretal. collect.* 130. Petr. de Ledesma *in summa par.* 2. *tract.* 27. *cap.* 5. latè Emman. do Valle, *de incantat. & ensalm. sect.* 3. *cap.* 4. Sayr. *in claui Regia, lib.* 8. *cap.* 5. *num.* 16. Azor. *institut. moral. par.* 2. *lib.* 7. *cap.* 18. *q.* 3. & *p.* 3. *lib.* 3. *cap.* 18. *cum seqq.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 2. *quæst.* 28. *art.* 1. Ioan. Pineda *in Iob tom.* 2. *cap.* 36. *vers.* 14. *pag.* 708. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. tom.* 2. *lib.* 22. *à nu.* 49. Aldret. *de religiosa disciplina tuenda lib.* 2. *cap.* 15. §. 5. Fr. Francisc. Corolian. Capuecin. *in tract. de casibus reseruatis, par.* 2. *casu* 9. §. 10. *num.* 20. *cum seqq.* Ludou. Miranda *in manuali Prælat. tom.* 1. *q.* 52. *art.* 2. *concl.* 4.

4 *Deijciantur à clero, &c.* Notatur ad hoc, quod clericus nefandum hoc scelus perpatrans deponitur, ac in monasterium detruditur, vt per Bernard. *d. cap.* 89. *num* 2. Bermond. *de publicis concubinarijs, tit. de peccato sodomiæ, n.* 37. Duen. *reg.* 101. *limit. vlt.* Campanil. *d. c.* 22. *nu.* 7. & 10. *vers. sunt præterea*; quare si in Ordinibus ministrare, vel celebrare audeant, irregulares fieri à solo Papa dispensandos opinati sunt Foler. *in praxi criminal. Canonica, par.* 6. *cap.* 37. *n.* 11.

Clar.

Clar. *in §. sodomia, nu.* 5. Franc. Marc. Delphin. *decis.* 687. *num.* 16. *par.* 2. Salzed. ad Bernard. *d. cap.* 86. Verum hæc resolutio impugnatur ab Aret. *in cap. cum non ab homine de iudic.* eumque
5 multis additis rationibus sequitur Nauar. *in man. cap.* 27. *nu.* 249. & est recepta opinio apud recentiores, quam etiam tuentur Sayr. *de censur. lib.* 7. *cap.* 12. *nu.* 22. Valentia *tom.* 4. *disp.* 7. *q.* 19. *punct.* 3. *circa finem*, Soar. *tom.* 5. *disp.* 31. *sect.* 4. *nu.* 20. Fr. Emman. *d. quæst.* 28. *art.* 2. Aldret. *d. cap.* 15. *nu.* 34. Campanil. *d. cap.* 22. *nu.* 9. vbi *n.* 10. refert se vidisse quandam apostillam scriptam manu Card. Lutij Saxi cum regens summi Prętorij Pœnitentiariæ erat, qui in manuali Nauarri loco proximè citato, post illa verba, sed solum exercentem, quibus ait non omnem clericum sodomitam fieri irregularem vigore Constitut. Pij V. de qua infra, sed exercentem tantum; addit hæc formalia verba, nec exercentem, prout aliàs idem sanctissimus D. N. dixit, at vero facto verbo in Signatura, idest Pœnitentiaria, tenuit P. Tolet. negatiuam.

6 Rigidius cum sodomitis procedendum duxit Pius V. in sua Constitut. incipien. *Horrendum scelus*, de anno 1568. sub dat. Romæ die 3. Septembris, per quam omni priuilegio clericali, officio, beneficio, & dignitate priuati degradantur, ac brachio seculari traduntur in illis verbis ibi, omnes, & quoscunque Presbyteros, & alios clericos seculares, & regulares, cuiuscunque gradus, & dignitatis tam dirum nefas exercentes omni priuilegio clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio Ecclesiastico præsentis Canonis auctoritate priuamus; ita quod per Iudicem Ecclesiasticum degradati Potestati statim seculari tradantur, qui de eis illud idem capiat supplicium, quod in laicos hoc in exitio deuolutos legitimis reperitur sanctionibus constitutum, refero Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, par.* 2. *alleg.* 46. *nu.* 21.

7 Circa quam Constitutionem notandum est primo, quod sub illa non includuntur quilibet sodomitæ, sed solum exercentes, illi scilicet, qui quasi ex vsu continuato id exercent, vt post Nauar. & alios resoluunt Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 1. *quæst.* 30. *art.* 19. Sayr. *de censur. lib.* 7. *c.* 12. *nu.* 23. Auila *eodem tract. par.* 7. *disp.* 4. *dub.* 7. Henriq. *in summa, lib.* 13. *c.* 36. *in glos. lit. N, & lib.* 14. *cap.* 5. *lit. F*, Petr. de Ledesma *d. tract.* 27. *c.* 5. *concl.* 4. Moder. *de iurisdict. par.* 2. *cap.* 16. Soar. *de censur. disp.* 31. *sect.* 4. *nu.* 20. Marcus Anton. Genuen. *in praxi Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ, c.* 67. Emman. do Valle, *d. sect.* 3. *c.* 1. *n.* 21. Nicol. Garc. *de benef. par.* 11. *cap.* 10. *n.* 198. Aldret. *d. c.* 15. *§.* 5. *nu.* 26. Azor. *institut. moral. par.* 2. *lib.* 7. *c.* 18. *q.* 3. Campanil. *d. c.* 22. *num.* 11. Corolian. *d. §.* 10. *nu.* 25. & hæc est omnino tenenda ad prædictam Constit. restrictio explosa contraria sententia Ioan. Vella *d. c.* 33. *vers. hodie autem*, & Salzed. *d. c.* 89. *in addit. lit. D, vers. vnum tamen*, ac Ceual. *loco citato sub nu.* 4. quorum reprobaui opinionem *d. tract. de officio, & potest. Episcopi, p.* 2. *alleg.* 46. *nu.* 25. & ideo in Curia non facile admittuntur impetrationes de beneficio ob crimen nefandum, prout aliquando ego vidi, nam cum ab hinc tribus annis coram Reuerendissimo D. Vulpio, tunc S. D. Gregorij XV. Datario, duo super hoc in contradictorio essent supplicatione in fauorem vnius contra alium propter crimen sodomiæ iam signata, & hinc inde ab ijsdem pluribus adductis me præsente, ipse dominus prædictam supplicationem lacerandum iussit, perpetuum silentium tam detestabili controuersiæ imponendo, affirmans ignotam, & inauditam in Curia impetrationem, & se audiuisse tempore Clementis VII. Summi Pont. similem gratiam ei fuisse expostulatam, cui ille in supplicatione subscripsit, pugionem quæris.

8 Secundo notandum est non comprehendere illam Constitutionem omnem exercentem luxuriam contra naturam, quæ comprehendit omnem pollutionem extraordinariam, neque exercentem omnem actum sodomiticum, qui comprehendit omnem pollutionem habitam cum alio, vel alia extra vas ordinarium, sed solum habentem copulam sodomiticam consumatam, si naturale semen intra vas effundatur, prout tenent Lælius Zechius *in suis responsionibus ad casus conscientiæ, casu* 1, *rub. de irregularitate prouenientę ex delictis qualitate, vers. quod si ob auctoritatem*, Salzed. *d. cap.* 89. *in fine*, Fr. Emman. *d. tom.* 1. *q.* 30. *art.* 18. Campanil. *d. cap.* 22. *n.* 14. Coriol. *d. §.* 10. *nu.* 25. *vers. præterea*.

9 Tertiò notandum est neque omnem exercentem prædicta Constitut. obligari, & deuinci, sed notorium, non ità occultum, vt expresse tenent Vgol. *in tract. de irregularit. cap.* 43. *§.* 2. *n.* 4. & Iacob. de Graff *in aureis decisionibus, lib.* 2. *cap.* 90. *sub nu.* 13. Henriq. *in summa lib.* 14. *cap.* 5. *§.* 1. Azor. *d. par.* 3. *cap.* 19. *quæst.* 6. & 7. Campanil. *d. cap.* 22. *nu.* 12. Ego ipse *d. alleg.* 46. *n.* 27.

10 Quarto notandum est dispositionem præfatæ Constitutionis non solum ad clericorum masculorum concubitorem, sed ad illum quoque, qui muliere retro abutitur extendendam esse, vt per Farinac. *in praxi criminal. q.* 148. *sub n.* 36. & Campanil. *d. cap.* 22. *num.* 17. Contraria tamen opinio non est improbabilis, quam defendit Azor. *d. c.* 19. *q.* 3. quia licet vas sit contra naturam, non est tamen peccatum sodomiticum, quia sodomia est concubitus, in quo non seruatur debitus sexus, ac perconsequens esse coitum personarum eiusdem sexus, nempe maris cum mare, seu fœminæ cum fœmina tenet Ioan. Baptista Conrad. *in suis responsis casuum conscientiæ, quæsit.* 29. *par.* 1. sed prima opinio verior, in hoc enim casu veram dari sodomiam tenent multi, quos refert, & sequitur Menoch. *de arbitr. casu* 286. *num.* 5.

11 Quinto notandum prædictæ Constitutionis pœnas non incurrere clericum vitio bestialitatis laborantem, & cum animali bruto turpiter coeuntem, vt tenent Nicol. Garc. *de benef. par.* 11. *cap.* 10.

*cap.*10. *nu.* 204. quamuis contrarium defeudant Menoch. *d. casu* 286. *nu.*6. & Quaranta, quem citat Farinac. d. *quæst.* 148. *nu.* 47. Campanil. *d. cap.*22. *nu.*18.

11 *Si laici excommunicationi subdātur, &c.* Quærit Azor. *d.lib.*3.*cap.* 19. *quæst.*1. an in prædicta Constitutio-
ne Pij V. sit aliqua pœna contra sodomitas lai-
cos coustituta? & respondet negatiuè, hi enim
totius Christiani Imperij legibus igni tradun-
tur, vt referunt Gomez *l.* 80. *Tauri, nu.*32.*ad fi-*
nem, Menoch. *d.casu* 286.*nu.*2. Farinac.*d. q.*148.
*nu.*1.& 4. Azor. *d. lib.*3.*cap.*19.*in princip.* Moder.
*de iurisdict.par.*2.*cap.*2.*à nu.*15. Clar. *in §. sodomia,*
*nu.*2. nisi sint minores, qui iudicis arbitrio ve-
niunt puniendi, Menoch. *casu* 286. *nu.*19.Farinac.
q. 92.*nu.*83. *cum seqq.* & *quæst.*148. *nu.*76.& *con-*
sil. 33. *nu.* 15. Hortens. Caualc. *de brachio Regio,*
13 *par.*4.*nu.*79. *lit. E.* Et eorum bona confiscantur,
Gomez *d. l.*80.*nu.*32.*in fine*, Menoch. *d. casu* 286.
num. 9. Peregr. *de Iure Fisci lib.* 5. *tit.* 1.*nu.*169.
14 Farinac. *d. q.* 148. *nu.* 12. Infames fiunt, Donel.
commentar. Iuris Ciuilis, lib. 18. *cap.* 7. *colum.* 1.
Farinac. *d. quæst.* 148. *nu.*11.Cardos. *in praxi Iu-*
15 *dicum verbo sodomia, nu.* 8. Et testamenti factio-
nem amittunt Couar. *in clemen. si furiosus, par.* 1.
§. 1. *nu.*6.*col.*4. Guilelm. *in cap. Rainuntius, ver-*
*bo mortuo, nu.*139. Menoch. *d. casu* 286. *nu.* 10. &
casu 360. *nu.* 59. & 60. Auend. *ad l.* 40. *Tauri,*
*glos.*7.*nu.*16.Farinac. *d. q.* 148. *nu.*16.

SVMMARIVM.

1. *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2. *Prælati exempti sola obedientia non sufficit ad trāsferendam possessionem subiectionis in Episcopum, sed requiritur totius Conuentus.*
3. *Exemptioni an renuntiari possit, ostenditur.*

Cap. Sane. V.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. And. Hostien. Butr. Anch. Panorm. Marian Socin. Ximen. Toletan. *in concordan. Vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 184. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 705. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 13. *cap.* 1.

2 *Contra libertatem ordinis.* Quid si Abbas obedierit an inducat quasi possessionem subiectionis, si Conuentus non consentiat? cui quæsito respondet Panor. *in cap. cum dilectus, nu.* 7. *de religiosis domibus*, in hæc verba. Nota hic, quod sola obedientia Prælati exempti non sufficit ad transferendum possessionem subiectionis in Episcopum, sed requiritur totus Conuentus, refert, & sequitur Erasmus à Chockier, in præiudicium monasterij duntaxat, *in suo tract. de iurisdict. Ordinarij in exemptos, par.* 3. *quæst.* 11. *in*
3 *princip.* & *quæst.* 34. quærit an renunciari possit exemptioni, & distinguit cum Augel. *in §. idem Iuris, nu.* 44. *Instit. de exceptionibus*, inter exemptiones toti alicui Ordini, aut particulari personæ concessas; ita vt concessis toti Ordini renuntiari nequeat, at vero si particulari personæ exemptio concessa est, renunciari possit, intelligitque, ac sequitur si exemptiones principaliter renunciantis personam respicerent.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Periurus beneficio est per sententiam priuandus.*

Cap. Illud. VI.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Mari. Socin. Ximen. Toletan. *in concord. Vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 184. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 705. refertur ab Anton. August. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 2. *sub tit. de iureiurando, cap.* 1. & est post Conc. Lateranen. sub Alexand. III. *p.* 39. *cap.* 2.

2 In glos. [Falso.] ibi (*vnde tanquam indigni priuandi sunt.*) Notatur ad hoc, quod periurus beneficijs est per sententiā priuādus, de quo vide Gutier. *canonicar. lib.*2.*cap.*5. *à nu.* 95. Soar. *de religione, tom.* 2. *tract.* 5. *lib.*3.*cap. vlt. nu.* 6. 17. 21. & 22. Sayr. *in claui Regia, lib.* 5. *cap.* 9. *nu.* 8. Azor. *institut. moral. par.*2.*lib.*7.*cap.*18.*q.*4. Nicol. Garc. *de benef. par.* 11. *cap.*10.*nu.*166.*cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2. *Refertur Decretum Concil. Trid. sess.*24.*de reform. cap.* 3.
4 *Sententia Ordinarij lata in exemptum tanquam ab incompetente Iudice prolata est nulla.*

Cap. Cum ad quorundam. VII. *Clem. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Ancharan. Panor. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ, par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 184. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 705. refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 13. *cap.* 3.

2 *Numerum euectionis, et personarum, &c.* Hodie Conc. Triden *sess.* 24. *de reform. cap.* 3. super hac eadem re ita disponit: Interimq; caueāt ne inutilibus sumptibus cuiquā graues, onerosiuè sint;

neuè ipsi, aut quisquam suorum quicquã procurationis causa pro visitatione etiam testamẽtorũ ad pios vsus præter id, quod ex relictis pijs Iure debetur, aut alio quouis nomine, nec pecuniam, nec munus quodcũque sit, etiam qualitercumque offeratur, accipiant, non obstante quacunque consuetudine, etiam immemorabili, exceptis tamen victualibus, quæ sibi, ac suis frugaliter, moderateq; pro temporis tantum necessitate, & non vltra, erunt ministranda, de cuius decreti materia, & intellectu plura tradit Prax. Episcop. *verbo visitatio*, §. 6. vbi *dub.* 3. resoluit subditos non teneri ministrare equitaturas visitatori.

3 *In Lateranen. Concilio.* Sub Alexand. III. *c.* 4. & adde aliud sub Innoc. III. *c.* 13.

4 *Ipsam decernimus non tenere.* Nota sententiam Ordinarij latã in exemptum, tanquam ab incompetente nullam esse, vt per Castr. *cons.* 431. *par.* 1. & alios plures quos refert, & sequitur Erasm. à Chockier. *de Iurisdict. Ordinarij in exemptos, par.* 2. *q.* 40. *nu.* 1. vbi *nu.* 2. extendit ad sententiam excommunicationis latam à quolibet Ordinario, quæ exemptos afficere non potest, etiamsi excommunicans sit in quasi possessione excommunicandi, vt tenet idem Chockier *d. p.* 2. *q.* 7. *n.* 11.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Papa solus potest vnire Episcopatus.*
3 *Episcopus beneficia, & Ecclesias suæ diœcesis vnire potest, amplia vt ibi.*
4 *Vicarius generalis Episcopi non potest beneficia vnire sine speciali mandato, etiamsi data sit facultas conferendi cum clausula generali.*
5 *Capitulum Sede vacante potest vnire ea beneficia, quæ potest Episcopus, dummodo sibi non vniat, & nihil pereat de iure Episcopali.*
6 *Archiepiscopus vnire potest beneficia in sua diœcesi, non autem in diœcesibus suffraganeorum.*
7 *Abbates, atque alij Prælati Episcopo inferiores non possunt Iure beneficiorum vnionem facere.*
8 *Legatus de latere potest beneficia prouinciæ suæ legationis absque Episcopi præiudicio vnire.*
9 *Vnio, quæ per Episcopum fieri poterat de iure communi, in quibus casibus innouetur, & corrigatur per Concil. Trid. ostenditur.*

Cap. Sicut vnire. VIII. *Cælest. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Cened. *collect.* 87. Ximen. Toletan. *in concordant. vtriusque Iuris tum legibus Castellæ par.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 184. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 706. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 13. *c.* 4.

2 *Ad Summum Pont. pertinere dignoscitur.* Notatur ad hoc, quod solus Papa potest vnire Episcopatus, vt per Duaren. *de beneficijs, lib.* 5. *cap.* 6. Hoieda *de incompatibilitate beneficiorum, c.* 3. *nu.* 7. Rebuf. *in praxi benef. tit. de vnion. à nu.* 22. Cened. *ad Decretal collect.* 87. *nu.* 1. Nicol. Garcia *de benef. par.* 12. *cap.* 2. *nu.* 60. *cum seqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 3. *nu.* 299.

3 *Ita Episcopi est, &c.* Notatur ad hoc, quod Episcopus beneficia, & Ecclesias suæ diœcesis vnire potest, vt per Rebuff. *in praxi tit. de vnionib. nu.* 22. *& in repet. cap. extirpandæ, §. qui vero, de præbend. progm.* 4. *& notab.* 3. *vers. de iure autem.* Fusc. *de visitat. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 19. Azor. *instit. moral. par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. *q.* 6. Nicol. Garc. *de benefic. par.* 12. *cap.* 2. *nu.* 62. quos refero Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, par.* 3. *alleg.* 66. *nu.* 3. adde Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 29. *nu.* 147. vbi *nu.* 148. hoc ipsum verum dicit non tantum si velit vnire Ecclesiam secularem seculari, sed etiam si velit vnire religioni alicui Ecclesiam, seu beneficium suæ diœcesis, & *n.* 149. quamuis collatio illius beneficij ob Episcopi negligentiam deuoluta esset ad Papam, & *n.* 150. etiamsi illa reseruata sint à Pontifice, dummodo ex huiusmodi vnione præiudicium non fiat expectanti auctoritate Apost. beneficia illa.

4 Vicarius generalis Episcopi non potest beneficia vnire sine speciali mandato, etiamsi sibi data sit facultas conferendi cum clausula generali, & ad omnia alia etiam requirentia generale mandatum, vt per Socin. hic *art.* 3. *num.* 43. Sbroz. *de Vicario Episcopi, lib.* 2. *quæst.* 115. Rebuff. *in praxi benef. tit. forma Vicariatus, nu.* 102. *& d. tit. de vnion. nu.* 37. Azor. *d. lib.* 6. *cap.* 28. *quæst.* 10. Nico. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 69. Narbona *de appellat. à Vicario ad Episcopum, par.* 1. *n.* 223. Aloys. Ricci. *in praxi fori Ecclesiast. decis.* 492. *in* 1. *edit. alias resol.* 383. *ante nu.* 1. *in* 2. *edit.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 278. *nu.* 35. quos refero Ego ipse *d. allegat.* 66. *nu.* 7. adde Sanch. *d. cap.* 29. *nu.* 153. vbi reprobat Hieron. Gab. *cons.* 200. *n.* 1. *vol.* 1. dicentem hoc posse Vicarium ex suo officio.

5 Capitulum Sede vacante potest vnire ea beneficia, quæ potest Episcopus, dummodo sibi non vniat; & nihil pereat de iure Episcopali, vt per Socin. hic *art.* 3. *num.* 40. *q.* 6. Cacialup. *de vnionib. art.* 3. *num.* 19. Perusin. *eod. tract. cap.* 5. *num.* 26. Rebuff. *d. tit. de vnionib. num.* 36. Azor. *d. lib.* 6. *cap.* 28. *quæst.* 9. Quarant. *in summa bullarij verbo Capitulum Sede Vacante q.* 9. *vers. quæ conclusio,* Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *nu.* 67. & 68. Sanch. *d. cap.* 29. *nu.* 155.

6 Archiepiscopus vnire potest beneficia in sua diœcesi, cum in ea eandem iurisdictionem exerceat, quã Episcopus in sua: at nequit vnire beneficia in diœcesibus suffraganeorum, vt per Abb. hic *n.* 4. & Socin. *art.* 3. *quæst.* 4. *num.* 35.

Azor.

Azor. *d. lib.6. cap. 28. quæst. 7.* Sanch. *d. cap. 29. num.* 156. & probatur in hoc tex. ibi, cum in dicecesi sui suffraganei, &c.

7 Abbates, atque alij Prælati Episcopo inferiores non possunt hanc vnionem facere, nisi hoc vniendi ius ex priuilegio aliquo Pontificio, aut legitima præscriptione acquisierint, vt per Innoc. *n. vnic.* Ioan. Andr. *nu.* 2. Butr. *nu.* 5. Anch. *nu. 3. notab. 3.* Zabarel. *nu. 3. opposit. 2. in præsenti*, Rebuff. *d. tit. de vnion. num.* 32. & 33. Azor. *d. cap. 28. quæst.* 10. Nicol. Garc. *d. cap. 2. d nu.* 71. Aloys. Ricci. *d. resol.* 383. *nu.* 3. Sanch. *d. cap. 29. nu* 159. vbi *nu.* 160. contra supracitatos resoluit eos posse hanc vnionem facere quando ita plene subiectas sibi Ecclesias habent, vt iurisdictione quasi Episcopali in eis fungantur.

8 Legatus à latere, qui potest in sua prouincia quicquid Episcopi in suis diœcesibus, potest beneficia prouinciæ suæ legationis absq; Episcopi præiudicio vnire, vt tenent Panor. hic *n.* 5. Gamb. *de officio, & potestate legati, lib. 5. vbi de potestate legati in vniendo beneficia, nu.* 40. *& seqq.* Azor. *d. par. 2. lib. 5. cap. 29. quæst.* 14. Nicol. Garc. *d. c. 2. nu.* 65. Vgolin. *de officio Episcopi, cap. 52. §. 1. nu. 1.* Aloys. Ricc. *in praxi fori ecclesiast. decis.* 492. *in 1. edit. & resol.* 383. *nu. 2. in 2. edit.* Sanch. *d. c.* 29. *nu.* 158. vbi in fine aduertit Legatum, qui non est de latere, non posse vnire.

9 Conclusio, quam ex hoc tex. deduximus *n.* 3. in aliquibus ampliatur, in alijs vero corrigitur per Concilij Trid. decreta: ampliatur nanque in eo, quod sicut attento Iure huius tex. poterat Episcopus facere quorumcunque beneficiorum vniones, etiamsi illa reseruata essent, ita etiam attento Concil. Trid. *sess. 21. de reform. cap.* 5. cum illa tamen declaratione, quod licet Iure antiquo huius tex. hoc posset facere sola potestate Ordinaria, illo vero Concilij Trid. attento potest quoque potestate delegata, vt constat ex verbis eiusdem Concil. *d. cap.* 5. ibi, possint Episcopi, etiam tanquam Apost. Sedis delegati. An autem liceat Episcopis vtraque potestate in his vnionibus procedere, & quid si non constat qua potestate procedit, vide quę dixi *in meo tract. de officio, & potest. Episcopi par. 3. alleg.* 92. & in his terminis Sanch. *d. cap. 29. nu.* 181. Sic etiam, & ampliatur in eo quod sicut Iure communi huius tex. attento integrum erat Episcopo vnire religioni beneficium aliquod, ita & hodie stantibus decretis per Concil. Trid. cum duplici tamen limitatione adducta per Sanch. *d. cap. 29. n.* 187. apud quem vide si lubet. Corrigitur vero quippe quod attento Iure communi huius tex. vt ex eo deducit Socin. *hic art. 4. quæst. 13. num. 80. & art. 6. concl. 11. cum seqq.* integrum erat Episcopo vnire beneficia suæ diœcesis cum altero alienæ diœcesis accedente consensu Episcopi illius; at vero attento Concil. Trid. *sess. 14. de reform. c. 9.* nulla ratione licet vnire beneficia diuersæ diœcesis. Corrigitur deinde in eo quod attento Iure communi non erat restricta facultas Episcopi ad vnienda beneficia curata monasteriis, aut alijs beneficiis: at vero attento Concil. Trid. *sess 24. de reform. c. 13.* interdicitur vnio cuiuscunque beneficij curati monasterio, aut cuicunque operi pio, aut beneficijs simplicibus.

10 Cætera, quæ ad hanc materiam vnionum pertinent inuenies in notis *ad Clem. 2. de rebus Ecclesiæ non alienan.* interim tamen vide per me adducta *d. alleg.* 66.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Peccat, qui gloriatur, & sibi complacet in referendis, & exponendis suis peccatis mortalibus.*
3 *Confessio extraiudicialis deducitur in iudicio tanquam delictum particulare.*
4 *Iactans se faciliter per lubricum lingua non debet ad pœnam trahi.*
5 *Clericus ab officio, & beneficio suspenditur ob fornicationem notoriam frequenter.*

Cap. Quam sit graue. IX.
Innoc. iij.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Soc. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag.* 185. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 706. refertur ab Anton. Augustin. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 14. c. 2.*

2 *Cum malefecerint gloriari.* Notatur ad hoc, quod qui gloriatur, & sibi complacet in referendis, & exponendis suis peccatis mortalibus, peccat, vt per Petr. Nauar. *lib. 2. de restitut. cap. 4. par. 2. dub. 1. nu. 121. &* 122. Couar. *variar. lib. 1. cap. 2. nu.* 8. quos refert, & sequitur Sayr. *in claui Regia, lib. 3. cap. 3. nu.* 34.

3 *Non erubuit confiteri, &c.* Notatur ad hoc, quod quādo cōfessio extraiudicialis deducitur in iudiciū tanquam delictum particulare, & de per se, veluti quando clericus de delicto se extollit, præsertim si talis gloriatio tendat in infamiam alterius, tunc talis confessio sufficit ad imponendam aliquam pœnam extraordinariam arbitrio Iudicis, vt per Hippol. *in l. de minore in princip. num. 51. ff. de quæst. & in l. eos num. 21. ff. de falsis*, Bernard. *reg. 225. limit.* 6. Anton. Gomez *tom. 3. variarum cap. 13. num. 8. in fine*, Mascard. *de probat. concl. 350. num. 36. cum seq. & concl. 497. num.* 15. Ioseph Ludouic. *Lucan. decis. 32. nu. 13. cum seqq.* optimè Farinac. *in praxi crimin. par. 3. q. 82. nu.* 22. Ille verò, qui se facili-
4 ter, & per lubricum linguæ iactat, non debet ad pœnam trahi, vt per Bonacos. *commun. criminal. par. 1. verbo iactans fol.* 85. Mascard. *de probat. conclus. 781. nu.* 7.

3 *Ab officio, & beneficio suspendere.* Notatur ad hoc, quod clericus ab officio, & beneficio suspenditur, eo quod gloriatus esset se virginem corrupisse, vt per Menoch. *de arbitr. casu 331. num. 3. cum seq. & casu 332. nu. 1.* Clericus enim officio & beneficio suspenditur ob fornicationem notoriam frequenter, & diu continuatam, & alios offendentem, vt per Azor. *institut. moral. par. 2. lib. 6. cap. 7. q. 13.* Duen. *reg. 101. limit. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Episcopus vbi temporalem habet iurisdictionem laicum Iudicem constituit, qui in causis criminalibus ius dicat.*
3 *Clericus Iuris peritus si faciat consilium, quod dedit causam morti, est irregularis.*
4 *Consultores in causa sanguinis sunt irregulares sequuta morte, vel mutilatione membri ob eius dictum.*
5 *Irregularis non fit qui in genere interrogatus, in genere aperit Ius in causa sanguinis.*
6 *Clerici assistentes executioni sententia quando irregulares sint, ostenditur.*
7 *Homicida clericus propter homicidium venit beneficijs priuandus.*
8 *Presbyter qui non est, non potest in Episcopum consecrari.*
9 *Episcopus criminosus cogitur Episcopatum renunciare.*

Cap. Ex litteris. X.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Hostien. Butr. Henric. Anch. Panor. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs. vtriusque Iuris cum legibus Castella par. 1. & 2.* Viui. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 185.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 706.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 14. cap. 3.*

2 *Ad eius iurisdictionem spectante, &c.* Notatur ad hoc, quod Episcopus vbi temporalem habet iurisdictionem laicum Iudicem cōstituit, qui in causis, quæ criminales dicuntur, ius dicat, vt per Azor. *institut. moral. par. 2. lib. 3. cap. 32. q. 9. in princip.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. n. 125.* vbi *nu. 134.* resoluit per hunc tex. clericos, qui intersunt executioni pœnæ, fieri irregulares, si præsentes præstent aliquid auctoritatis in ea executione.

3 *Qui respondit, &c.* Notatur ad hoc, quod si clericus Iuris peritus faciat consilium super casu occurrenti, & tale suum consilium det causam morti, talis clericus est irregularis, quamuis iustè, & rectè consuluerit, vt per Hyppol. de Marsil.
4 *cons. 10. nu. 49.* Consultores enim in causa sanguinis esse irregulares secuta morte, vel mutilatione membri ob eius dictum, quando consulunt in casu aliquo particulari, tenent Sayr. *de censur. lib. 6. cap. 18. n. 28.* Bonac. *eod. tract. disp. 7.*
5 *q. 4. punct. 1. n. 6.* Vnde patet Doctorem qui in genere interrogatus, & in genere aperit Ius, vel in casu aliquo particulari non dicit, quod ipse sentit, sed tantum refert opiniones, & sententias DD. non fieri irregularē, vt tenent Syluest. *verbo homicidium 3. q. 7.* Sayr. *d. cap. 18. nu. 25.* Henriq. *lib. 14. cap. 12. n. 6.* Molin. *de instit. tom. 4. tract. 3. dispu. 74. num. 5.* quos refert, & sequitur Bonacin. *d. punct. 1. nu. 7.*

6 *Verum etiam præsentiam, &c.* Notatur ad hoc, quod clerici assistentes executioni sententiæ irregulares sunt, si cum sua præsentia præbeant auctoritatem supplicio, secus si solummodo assistant, nec ad illam cooperentur; ita Bonac. *d. punct. 1. num. 16.* vbi in fine aduertit intelligendam principalem conclusionem de clericis habentibus iurisdictionem temporalem, qui sua præsentia aliquo modo præstant auxilium.

7 *Ipsum indignum Altaris ministerio reputamus.* Ergo clericus homicida propter homicidium venit beneficijs priuandus, non tamen ipso Iure illis priuatus est, de quo vide Couar. *in clemen. si furiosus par. 2. §. 3. n. 6.* Clar. *§. homicidium num. 21.* Gutier. *canonicarum lib. 2. cap. 5. num. 6.* Prax. Episcop. *par. 1. verbo priuatio §. 1. & par. 2. verbo clericus §. 6. & verbo homicida §. 11.* Ceual. *commun. contra commun. q. 147. n. 9. & q. 569.* Soar. *tom. 5. de censur. disp. 44. sect. 4.* Azor. *institut. moral. par. 2. lib. 7. cap. 17. q. 1.* Farinac. *in praxi crimin. par. 5. q. 129. num. 63.* Gonz. *ad reg. 8. Cancellaria glos. 15. nu. 79. & 80.* Nicol. Garc. *de benef. par. 11. cap. 10. num. 39. cum seqq.*

8 *Sine Altaris ministerio, &c.* Ergo is, qui Presbyter non est verè non potest in Episcopum consecrari, de quo vide DD. citatos *ad cap. vnic. in fine, de clerico per saltum promoto.*

9 *Vt Episcopatui cedat.* Notatur ad hoc, quod criminosus Episcopus cogitur renunciare, vt per Flamin. *de resignat. benefic. lib. 3. quæst. 18. nu. 18.* vbi dicit, quod ex eo, quod Episcopus in præsenti consensit homicidio indignus est Altaris ministerio, & perconsequens non potest Pontificale officium exercere.

10 *Faciatis eidem, &c.* Ergo per depositionē, & priuationem vacat beneficiū ipso Iure, vt per Gonzal. *ad reg. 8. Cancellaria glos. 15. nu. 97.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Succentor quis dicatur, oſtenditur.*
3 *Aleatores publici ſunt infames.*
4 *Aleatori facta collatio beneficij eſt nulla.*
5 *Doctores referuntur de ludis, & aleatoribus agentes.*
6 *Vſurarius clericus contrahit infamiam Iuris.*
7 *Infames ad beneficia promoueri non poſſunt.*
8 *Infamis infamia iuris priuatur beneficijs obtentis.*
9 *Statutum, ſeù conſuetudo ludi permiſsiua in clericis vti corruptela omninò improbatur.*

Cap. Inter dilectos. XI.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hoſtien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Caſal. *in annotat.* Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 186.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 707.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 14. cap. 4.*

2 *Super ſuccentoria.* Succentor in quibuſdam Eccleſijs maximè Cathedralibus ſolet eſſe beneficiarius, eius autem munus, & officium eſt abſente Cantore, ſeù Præcentore incipere cantum in choro Antiphonas, & Pſalmos inchoare; vnde in quibuſdam Eccleſijs vocatur vicecantor, quia cantoris vice fungitur, ità Azor. *inſtitut. moral. p. 2. lib. 3. cap. 22. in fine.*

3 *Publicum aleatorem.* Notatur ad hoc, quod aleatores publici ſunt infames, vt per Viu. *tom. 1. commun. opinionum lib. 3. tit. 29. de religioſis, & ſumptibus funerum n. 4. verſ. vbi Io. Andr. pag. 431.* Maſcard. *de probat. concl. 995.* Rebuf. *de reprobat. teſtium nu. 331.* Molina *de iuſtit. tract. 2. diſp. 159. verſ. nihilominus,* Cald. Pereira *in comment. ad §. ſoror num. 44. verſ. cinadi, Inſtitut. de inofficioſo teſta-*
4 *men.* Ac perconſequens collatio facta Clerico aleatori eſt nulla, ſi de hoc conſtabat tanquam facta indigno, & ſi non conſtabat, quia erat occultus, debet irritari, de quo vide Perez *l. 2. in princip. tit. 10. lib. 8. Ordinamen. pag. 232. & l. 37. colum. 2. tit. 19. eod. lib. 8. pag. 385.* Menoch. *de arbitr. caſu 389. nu. 3.* Azeued. *l. 2. num. 49. cum ſeqq. tit. 7. lib. 8. noua recopil.* Flamin. *de reſignat. benef. lib. 4. q. 3. nu. 65. cum ſeqq.* Ludouic. Beia *reſponſ. caſuum Conſcientiæ par. 1. caſu 61.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 2. q. 37. art. 2.* Nicol. Garcia *de benef. par. 7. cap. 8. num. 39.* vbi *num. 40.* refert Rotam *deciſ. 426. num. 2. par. 1. diuerſ.* cenſuiſſe clericum aleatorem indignum eſſe, cui beneficium conferri debeat, & ſi eſt publicus eſſe ipſo iure irritandam collationem, itaut ratione conſuetudinis excuſandus non ſit.

5 Cœtera, quæ in hac materia circa clericos luſores, & quis ludus illis ſit permiſſus inuenies *ad cap. clerici 15. ſupra de vita, & honeſtate clericorum.* De ludis autem, & aleatoribus in communi, ſi multa ſcire cupias, conſule Clar. *in pract. lib. 5. §. ludus,* Couar. *in regul. peccatum par. 2. §. 4. num. 5. cum ſeqq.* Auiles *ad cap. 29. Prætorum, verbo juegos,* Stephan. Coſta *in tract. de ludo,* Bernard. & Salzed. *in pract. cap. 73. in nouiſſima impreſ.* Io. Vella *de pœnis delictorum cap. 22.* Auend. *de exequendis mandatis par. 2. cap. 9.* Petr. Greg. *ſyntagmatum Iuris lib. 39. cap. 2.* Cardoſ. *in praxi Iudicum verbo ludus,* Guid. Pancirola *in theſauro variarum lectionum lib. 1. cap. 48.* Morla *in emporio Iuris Ciuilis par. 1. tit. 7.* Perez *l. 37. in addit. tit. 19. lib. 8. Ordinamen. pag. 385.* Maſcard. *de probat. concl. 995.* Viui. & alios *tom. 1. commun. opinion. lib. 3. tit. 29.* Gutier. *de iuramento confirmatorio par. 1. cap. 53.* Marc. Anton. de Amat. *Marchia deciſ. 137.* Farinac. *in praxi crimin. p. 3. q. 109. & ſeq.* Pradil. *in ſumma legum pœnal. par. 1. cap. 35.* Hortenſ. Caualcan. *de brachio Regio p. 6. num. 202. verſ. nec Chriſtianis,* Bellet. *diſquiſi. clerical. par. 1. tit. de diſcipl. clerical. §. 24.* Ex Theologis vide Fr. Thom. Bonin. *de iuſtis negotiat. tract. de ludo,* Sayr. *in claui Regia lib. 11. cap. 13.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 2. q. 37. art. 1.* Iacob. de Graff. *tom. 1. conſiliorum tit. de voto conſ. 3.* ex doctis Patribus Societatis Ieſu Henriq. *in ſumma par. 2. lib. 8. cap. 56.* Molin. *de Iuſtit. tract. 2. diſput. 51.* Leonard. Leſsius *eodem tract. lib. 4. cap. 4. dub. 13.* Azor. *inſtitut. moral. par. 3. lib. 5. cap. 25.* Paul. Comit. *reſponſor. moral. lib. 3. q. 7. nu. 3. & q. 8. 9. & 10.* Rebel. *de obligat. iuſtit. p. 2. lib. 12.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 10. n. 374. cum ſeqq.* Ioan. de Salas *de contract. tract. de ludo.*

6 *Ac vſurarium.* Notatur ad hoc, quod clericus vſurarius cõtrahit infamiam Iuris, vt per Couar. *lib. 3. variar. cap. 3. nu. 3. in princip. verſ. clericus vſurarius,* Bernard. *in pract. cap. 91. ante n. 1. verſ. prima ſe offert,* Ludouic. Peguer. *criminal. deciſ. 31. num. 3.* Gemin. *de vſuris commen. 4. in præfat. nu. 6. cum ſeqq.* Farinac. *fragmen. crimin. par. 1. lit. C, verbo clericus, nu. 119.*

7 *Cum perſonis vilibus, & indignis, &c.* Ergo infames ad beneficia promoueri non poſſunt, vt per Azor. *inſtitut. moral. par. 2. lib. 6. cap. 7. q. 3.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. num. 199.* latè Nicol. Garcia, *d. cap. 8. à princip.* Et propter infamiam Iuris non ſolum priuatur infamis officijs, vel beneficijs obtinendis, ſed etiam iam obtentis, vt per Azeued. *l. 7. à num. 4. tit. 9. lib. 5. noua recopil.* D. Barboſ. *in l. cum Prætor. §. vlt. nu. 182. ff. de iudic.* Nicol. Garc. *d. par. 7. cap. 8. nu. 33. cum ſeqq.* vbi *nu. 47.* reſoluit, quod collatio, electio, ſeu prouiſio facta infami, vel criminoſo crimine non inducente irregularitatẽ, ſeu inhabilitatem ad beneficia, non eſt nulla ipſo iure.

8 *Quæ per prauā consuetudinē, &c.* Notatur ad hoc, quod statutum, seu consuetudo ludi permissiua in clericis vti corruptela omninò improbatur, vt per Steph. Costa *in tract. de ludo, art. 4. num. 6. vers. & aduerte*, Bellet. *disquisit. clerical. par. 1. tit. de disciplina clericali, §. 24. num. 4.* Farinac. *in praxi criminal. par. 3. q. 109. nu. 47.* vbi aduertit, quod licet tex. in præsenti loquatur in consuetudine clerici ludentis, & etiam mutuantis pecuniam in ludo ad vsuram, procedit tamen etiam quod clericus in ludo ad vsuram non mutuet.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Matrimonialis causa cognitio Episcopalis est dignitatis.*
3 *Prælatus inferior potest ex consuetudine acquirere iurisdictionem cognoscendi de causis Matrimonialibus.*
4 *Indulgentias an possint concedere Prælati inferiores Episcopis, ostenditur.*

Accedentibus. XII.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Casal. *in annot.* Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 186.* Alagona *in compendio Iuris Canonic. pag. 708.* Desumitur ex Conc. generali. Lateranen. sub Innoc. III. *cap. 60.* & refertur ab Anton. August. *collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 10. cap. vnic.*

2 *Episcopalis dignitatis.* Ergo cognitio causæ matrimonialis est Episcopalis dignitatis, vt per Sanch. *de Matrim. lib. 3. disp. 39. num. 17.* & plures alios, quos refero Ego ipse *de offic. & potestate Episcopi par. 3. alleg. 84.* quibus adde Aloys. Ricci. *par. 4. collect. 1154.*

3 *De causis Matrimonialibus, &c.* Notatur ad hoc, quod inferior Prælatus potest ex consuetudine acquirere Iurisdictionem cognoscendi de causis matrimonialibus, vt per Palat. *in repetit. cap. per vestras de donat. inter virum, & vxorem notab. 2. §. 1. nu. 33.*

4 *Concedendo etiam Indulgentiarum, &c.* Notatur ad hoc, quod Prælati inferiores Episcopis, id est Prælati, qui non habent iurisdictionem quasi Episcopalem, quales sunt Curati, Priores, Guardiani, & cæteri Prælati locales, non habent ex officio vllam potestatem ordinariā Iure Diuino tributam ad concedendas Indulgentias, nam potestas huiusmodi pertinet præcisè ad dignitatem, & Iurisdictionem quasi Episcopalem, vt per Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 2. quæst. 86. art. 1.* vbi *in vers. 2. dico*, tenet Prælatos religionum habentes iurisdictionem Episcopalē, quales sunt Generales, & Prouinciales posse indulgentias concedere, & respondet ad tex. in præsenti, quod hic comprehenduntur Abbates subditi Episcopis cognoscentes de causis matrimonialibus, & beneficiarijs, & si erant Abbates exempti (quod ipse non admittit) erant quidem Præfecti locales non habentes iurisdictionem Episcopalem. Si verò dicamus loqui de Abbatibus exemptis habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem, reprehenduntur, quia forsan credebant Indulgentias non solum suis subditis, sed etiam secularibus, & religiosis sub aliorum iurisdictione militantibus prodesse posse. Verum supradicta resolutio, & responsio ad tex. in præsenti, quam præstat Fr. Emmanuel loco citato, admittenda non est, cum eius litteram nimis restringat; verior enim opinio absolute tenet Prouinciales, & Generales religionum suis subditis Indulgentias concedere non posse, vt dixi *de officio, & potest. Episcopi, par. 3. alleg. 88. nu. 19.* & me citato idem tenet Sanctarel. *in tract. de Iubileo cap. 3. dub. 2. lit. E*, immo regulariter neminem Episcopo inferiorem Indulgentias posse concedere tradunt per tex. in pręsenti Nauar. *in tract. de Indulgentijs, notab. 31.* Bellarm. *eod. tract. lib. 1. cap. 11. q. 3.* quos refert, & sequitur Erasm. à Chokier *de iurisdictione Ordinarij in exemptos par. 4. q. 58. num. 1.* Franc. Leo *in thesauro fori ecclesiast. par. 2. cap. 7. nu. 19.* Azor. *instit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 55. quæst 3.* Bonacina *de Sacram. disp. 6. q. 1. puncto 3. num. 18.* Sanctarel. *in tract. de Iubilæo cap. 3. dub. 2. lit. D.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Sacerdos audita in Confessione reuelare non cogitur etiamsi præcipereturs sub quacunque anathematis comminatione, & à quocunque Prælato, etiam summo Pont.*

Cap. Dilectus. XIII. *Honor. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordan. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iur. Pontif. pag. 187.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 708.*

2 Probat hic tex. Sacerdotem compelli non debere, vt reuelet sibi credita in Confessione, quod amplia etiamsi præciperetur sub quacunque anathematis commnatione, vel iuramento à quocunque Prælato, etiam Summo Pontifice, nam verè respondere potest se nescire, & iurare quod nescit, subintelligendo tanquam homo, vel homini subiectus, ita Iacob. de Graffijs *in aureis decis. par. 1. lib. 1. cap. 23. n. 2.*

Onuphr.

Onuphr. *de sigillo, sect. 2. q. 2. dub. 1. vers. respondeo dubitationi.* Soar. *de Pœnit. disp. 33 sect. 6. nu. 6.* Mart. Delr. *disquisit. magicar. lib. 6. cap. 1. sect. 2.* Nugn. *in addit. quæst. 11. art. 1. diffic. vers. ad quartum argumentum,* Vasquez *q. 93. art. 4. dub. 12. nu. 4. 5. & 7.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 3. nu. 22.* Bonac. *de Sacramen. disp. 5. q. 6. sect. 5. punct. 4. nu. 31.* Quod quidem Sacramentalis Confessionis secretum detegendum non est etiam quo ad crimen committendum in perniciem Reip. saltem nominato actore, vt per Pal. *in repetit. cap. per vestras de donat. inter virum, notab. 3. §. 26. nu. 9.* Couar. *de sponsalibus, par. 2. cap. 8. §. 12. nu. 10.* Nauar. *in cap. Sacerdos, n. 116. de Pœnit. distinct. 6.* & alios, quos citaui *ad c. omnis vtriusque sexus infra de Pœnit. & remiss.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Collegium constituere, & eius signa erigere regulariter priuati homines non possunt, nisi eis concedatur.*
3 *Beneficiati plures alicuius Ecclesiæ parochialis non faciunt proprie Capitulum.*
4 *Sigillo singulari, & proprio vtens potest alijs prohibere ne tali sigillo vtantur.*

Cap. Dilecta. XIV.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Henric. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag.* 187. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 708.

2 Probat hic tex. priuatos homines regulariter collegium constituere, & eius signa erigere non posse, nisi eis concedatur, vt per Aloys. Ricc. *in collect. decis. par. 3. collect.* 633. Guido Pap. *decis.* 258. vbi refert nonnulla signa.

3 *Nec sint vnum corpus, &c.* Notatur ad hoc, quod plures beneficiati alicuius Ecclesiæ Parochialis, quamuis ad instar Capituli congregentur non faciunt propriè Capitulum, aut Collegium, nec constituunt vnum corpus, vt per Gonzal. *ad reg. 8. Cancellariæ, glos. 19. nu. 15. & seq.* & vide Boer. *decis.* 115. Quid autem sit Capitulum, & quid Collegium, vide apud Anton. Raguc. *in tract. de voce Canonicorum in Capitulo qu. sit.* 1.

4 *Nō consueuerint proprium habere sigillum.* Notatur ad hoc, quod semel certo vtens singulari, & proprio sigillo potest alios prohibere ne illo tali sigillo vtantur, quando cognoscit, quod in sui vteretur præiudicium, vt per Guilem. *in cap. Raynuntius de testamen. in princip. nu.* 59. Matien. *l. 6. glos. 2. nu. 3. tit. 12. lib. 5. nouæ recopil.* Cur. Philip. *tom. 2. lib. 1. c. 7. nu.* 5. Et vt euitentur damna, & dissentiones, quæ oriri possunt ex similitudine sigillorum, potest iudex ex officio prohibere, ne vnus alterius sigillo vtatur, vt per Bartol. *in tract. de insignys, & armis, nu. 6. 7. & 8.* Anend. *ad c. 19. Prætorum, nu. 32. lib. 1.* Azeued. *l. 8. n. 3. tit. 1. lib. 4. nouæ recopil.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Declaratur tex. in præsenti.*
3 *Beneficium vacat ipso iure per depositionem, & priuationem.*

Cap. Grauem. XV.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collectar. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ, par.* 1. Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag.* 188. Alagona *in compend. Iuris Canonici pag.* 708.

2 *Episcopum suum esse dominum negasse.* Innoc. & communis in præsenti tenet Archidiaconum, de quo tex. loquitur, ideo puniri tanquam periurum, quia negauit Episcopum dominum, quem antea dominum iurauerat, vel melius dic Ius Canonicum velle, vt Episcopis tanquam dominis deferatur à subditis, maximè à præstantibus iuramentum fidelitatis, & obedientię, ac reuerentiæ, licet ipsi verè domini non sint, & ea ratione puniri huiusmodi Archidiaconum, quia reuerentiam debitam Episcopo, & præstitam per iuramentum negauit.

3 *Beneficia sua facientes, &c.* Notatur ad hoc, quod vacat ipso inre beneficium per depositionem, & priuationem, vt per Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 15. n. 97.* quem refero Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, par. 3. alleg. 57. nu.* 247.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Religiosi possunt eligere sepulturam, si sunt in remotis extra sua monasteria.*
3 *Religiosorum numerus in quolibet monasterio constituendus, quantus debeat esse ex Conc. Trid. ostenditur.*
4 *Lex pœnalis vtens verbo imperatiui modi, quamuis sit temporis præsentis, sententiam continet ferendam.*

j. Cap. Nimis. XVI. *Greg. ix.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric.

ric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. Viuian. *in ration. lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 188. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 709.

2 *Eligant sepulturam.* Ergo religiosi possunt eligere sepulturam, si sunt in remotis extra sua monasteria, vt per Boer. *decis.* 175. *nu.* 6. Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 3. *quæst.* 60. *art.* 2.

3 *Volunt quoque in domibus eorum certum numerum, &c.* Hodie super numerum religiosorum in quolibet Conuentu constituendum ordinauit Conc. Trid. *sess.* 25. *de regular. c.* 3. in hæc verba. In prædictis autem monasterijs, & domibus, tam virorum, quam mulierum bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus, is tantum numerus constituatur, ac imposterum conseruetur, qui vel ex redditibus proprijs monasteriorum, vel ex consuetis eleemosynis commodè possint sustentari: quod quidem decretum postea Pius V. sua Constitutione incipien. *Circa Pastoralis officij*, sub datum Romę anno Incarnationis Dominicæ, 1566. iv. Kalendas Iunij, quo ad moniales confirmauit, auxitq. & Greg. XIII. iniunxit Ordinarijs, vt præfatum statuant numerum in monasterijs sibi subiectis, & etiam in exemptis, cum illorum tamen superiorum interuentu, de quo Concilij decreto, prædictisq; Constitutionibus, vide Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 2. *quæst.* 48. *art.* 1. Azor. *institut. moral. p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 9. *q.* 1. Campanil. *in diuers. Iuris Canon. rubr.* 12. *cap.* 16. *num.* 7. & *num.* 14.

4 In glos. [Abscindatis.] ibi(*per sententiam.*) Notatur ad hoc, quod lex pœnalis vtens verbo imperatiui modi, quamuis sit temporis præsentis, sententiam continet ferendam, vt per Tiraq. *in l. si vnquam verbo reuertatur, nu.* 39. Sayr. *in claui Regia lib.* 3. *c.* 8. *nu.* 21.

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Processionibus publicis interesse debent hodie Regulares quicumque, nisi in strictiori clausura perpetuò viuant, vel absint à ciuitate vltra dimidium milliare.*
3 *Clausula, arbitrio tuæ voluntatis, importat arbitrium boni viri.*

ij. Cap. Nimis. XVII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 189. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 709.

2 *Cum eis processionaliter veniant.* Hodie per Concil. Triden. *sess.* 25. *de regul. cap.* 13 exempti omnes tam clerici seculares, quàm regulares quicunque, etiam Monachi, ad publicas processiones vocati accedere compelluntur, ijs tantum exceptis, qui in strictiori clausura perpetuò viuunt, de cuius intellectu, & materia vide Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 3. *q.* 36. *art.* 1. Prax. Episcop. *p.* 1. *verbo processiones*, §. 2. Aloys. Ricc. *decis.* 90. Stephan. Gratian. *Marchiæ decis.* 232. Campanil. *in diuers. Iuris Canon. rub.* 12. *c.* 13. *num.* 117. *cum seqq.* & plura adduxi *de offic. & potest. Episcopi. p.* 3. *alleg.* 78. & etiam hodie regulares, qui clausuram seruant, vt sunt Benedictini, & Cistercienses eximuntur, ne inuiti compellantur ab Episcopo, aut ab alijs quauis dignitate fulgentibus, interesse publicis processionibus, seu supplicationibus, aut funeralibus publicis, etiam Principum, vt tenent Henriq. *in summa lib.* 7. *c.* 26. §. 3. Fr. Emman. *d. q.* 26. *art.* 2. Sic etiam non procedit prædictum Concilij decretum in regularibus, qui absunt à Ciuitate vltra dimidium milliare, vt testatur Aloys. Ricc. *in praxi fori ecclesiast. decis.* 361. *n.* 2. & 3. *in* 1. *edit. & resolut.* 308. *in* 2. *edit.*

3 *Pro sua arbitrio voluntatis.* Notatur ad hoc, quod commissio facta alicui his verbis, arbitrio tuæ voluntatis, tunc huiusmodi verba important arbitrium boni viri, vt per Socin. *reg.* 85. *limit.* 2. & faciunt quæ Card. Tusc. *tom.* 2. *lit. D. concl.* 307.

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Excommunicandi potestas ad iurisdictionem pertinet.*
3 *Celebrare compellens Sacerdotes tempore interdicti præsumitur impulisse in contemptum.*
4 *Intrusus dicitur, qui habet titulum, & possessionem à non habente potestatem conferendi.*
5 *Beneficium possidens alteri de facto, & iniustè ablatum dicitur intrusus.*
6 *Interdictum violans exercendo actum proprium sui Ordinis inhabilis est, etiam ad requisitum beneficium obtinendum.*
7 *Crimen si quis committat inducens priuationem dignitatis ipso iure possunt subditi ab eius obedientia se subducere.*
8 *Excommunicatus Episcopus non potest beneficia conferre etiam per Vicarium non excommunicatum.*
9 *Religiosus nullo Ordine imitatus, si violet interdictum quam pœnam incurrat ostenditur.*

Cap. Tanta. XVIII. & fin.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus*

gibus Castellæ par. 1. & 2. Viuian. in rationali. lib. 5. Iuris. Pontificij pag. 189. Alagona in compendio Iuris Canonici, pag. 709.

2 *Clauis.* De potestate Clauium, vide Card. Tolet. in instruc. Sacerd. lib. 1. cap. 3. Spin. in specul. testam. glos. 11. rubr. nu 45. vbi n. 48. per hunc tex. resoluit, quod excommunicandi potestas ad iurisdictionem pertinet.

3 *Immo cōpulit non seruare.* Notatur ad hoc, quod quando quis compellit Sacerdotes celebrare tempore interdicti generalis præsumitur per contemptum impulisse, vt per Menoch. de præsump. lib. 5. præsump. 44. nu. 13.

4 *Intrusit.* Notatur ad hoc, quod ille dicitur intrusus, qui habet titulum, & possessionem à non habente potestatem conferendi, vt per Mascard. de probat. concl. 936. nu. 20. Et notatur etiam ad hoc, quod possidens beneficium alieri de facto, & iniustè ablatum, dicitur intrusus, vt per Rebuf. in addit. ad reg. Cancel. reg. 29. vers. quartò, Cæsar. Argel. de contradictore legitimo, q. 15. nu. 78.

6 *Non solum à beneficijs ipsis, &c.* Notatur ad hoc, quod violans interdictum exercendo actum proprium sui Ordinis inhabilis est non solum ad acquirendum beneficium, sed etiam ad acquisitum retinendum, vt per Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 32. tract. 3. n. 48. vers. quæ sunt.

7 *Suspendas auctoritate Apostolica, etc.* Notatur ad hoc, quod si quis crimen commiserit, quod priuationem dignitatis inducit ipso Iure, possunt subditi ab eius obedientia se subducere, & illius iura denegare, vt per Tiraq. in l. si vnquam verbo reuertatur, nu. 366.

8 In glos. [Irritas, & inanes.] ibi (conferre non potest) Notatur ad hoc, quod excommunicatus non potest beneficia conferre, vt per Couar. in c. alma mater, par. 1. §. 7. nu. 9. Anton. Ricciul. in tract. de Iure personarum extra gremium Ecclesiæ existen. lib. 4. cap. 3. nu. 1. quod extende, vt excommunicatus neque possit conferre per Vicarium non excommunicatum, Rebuf. in cap. postulastis, nu. 58. de cleri. excom. minis. Mar. Alter. de censur. tom. 1. lib. 2. disp. 5. cap. 1. vers. tandem postulatis, Anton. Ricciul. d. cap. 3. nu. 3. vbi n. 14. tenet, quod excommunicatus nondum declaratus potest ritè conferre, & post multos DD. quos ibi refert, citat etiam Rotæ decis. apud Farinac. tom. 2. consil. decis. 168. & iterum apud eundem Farinac. decis. 534. nu. 3. & seqq. & decis. 601. par. 1. tom. 2. recen.

9 Notatur etiam ad hoc, quod si religiosus nullo sit Ordine initiatus, & violet interdictum, quamuis in irregularitatem non labatur, quia non est id Iure captum, his tamen pœnis, quæ in huiusmodi statum cadere possunt, irretitur, videlicet, vt nec eligi, nec eligere possit, nec ea Diuina celebrare, quæ ex officio solet, quæ quidem pœnæ habent etiam locum in fœminis religiosis, vt per Paul. Comitol. respons. moral. lib. 6. q. 50. nu. 4.

De Noui operis nunciatione. Tit. XXXII.

SVper hanc rubr. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Aret. Anchar. Panorm Butr. Marian. Soc. Guillelm. Durand. in Breuiario aureo Iuris Canonici. Ioan. de Londris in breuiario Sanctorum Canonum, fol. 181. verso Martin. Mesnart. in epitbome Decretal. fol. 193. verso, Petr. de Rauenna in compendio Iuris Canon. Dan. Venat. in analysi methodica Iuris Pontificij pag. 701. Goffr. & Hostien. in summa huius tit. Alexan. Cassan. & Anastas. Germon. in paratitlis ad quinque libros Decretal. sub hoc tit.

De materia tit. vide Gomez l. 46. Taur. nu. 34. cum seqq. Viuian. & alios tom. 2. commun. opin. lib. 8. tit. 6. Fachin. controuers. lib. 8. cap. 48. Cardos. in praxi Iudicum verbo nunciatio noui operis, Molin. de instit. tom. 3. tract. 2. disput. 706. Bernard. Græuæ. ad pract. Camera Imper. lib. 1. conclus. 16. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 384. Rendin. in prompt. recept. sent. tom. 1. tit. 78.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Pontificio Iuri standum est in foro Ciuili, quando casus est dubius.*
3 *Pontificium Ius obseruatur apud Castellanos deficientibus legibus Regijs, & consuetudinibus prouinciarum.*
4 *Pontificium Ius obseruatur apud Lusitanos, vbi agitur de materia, qua peccatum concernit.*
5 *Canone deficiente in causis Ecclesiasticis, & Ordinationibus generalibus non ad Ius Regium, sed Cæsareum est deueniendum.*
6 *Constitutionibus Synodalibus stantibus, an potius ad illas, quam ad Ius commune sit recurrendum, remissiuè.*

Cap. Intelleximus. I. *Luc. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anch. Panor. Marian. Socin. Ximen. Tolet. in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ, par. 1. & 2. Viuian. in rational. lib. 5. Iuris Pontif. pag. 192. Alagona in compendio Iuris Canon. pag. 710. refertur ab Anton. Augustin. collect. 2. Decretal. lib. 5. sub tit. de Ecclesijs ædificandis cap. 3.

2 *Quia sicut leges, &c.* Quando in foro Ciuili casus

casus est dubius Iuri Pontificio stãdũ est, vt per Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 30. num. 3. & q. 74. num. 54. & casu 185. num. 11. & 12. & cons. 93.*
5 *nu. 31. & 32.* Vnde apud Castellanos deficientibus legibus Regijs, & consuetudinibus prouinciarum recurri ad Ius Canonicum attestantur Perez *in procemio Ordinam. q. 3.* Burg. de Pace *l. 1. Tauri n. 62. cum seqq.* Soar. de Pace *in pract. tom. 1. annot, 5. sub nu. 36,* Morla *in emporio Iuris par. 1. tit. 1. q. 16. nu. 36.* Azeued. *l. 5. n. 6. tit. 1.*
4 *lib. 2. nouæ recopil.* plures, quos refert Cened. *ad Decretal. collect. 70. num. 4.* Apud Lusitanos tamen ex Ordin. Regia *lib. 3. tit. 64. in princip.* ad Ius Canon. recurritur, vbi de materia agitur, quæ peccatum concernit.

5 Leges extra corpus Iuris, siuè sint communes, siuè sint locales, quas DD. vocant inferiorum, non obtinent in foro Ecclesiæ, nisi specialiter fuerint approbatæ, vnde deficiente Canone in causis Ecclesiasticis, & Ordinationibus generalibus, non ad ius Regium, sed ad Cæsareum est deueniendum, vt per Fr. Emman. *d. art. 2. vers. secunda regula,* Cald. Pereira *de emptione c. 1, à nu. 9.* vbi dicit ità decretum fuisse à Collegio Cardinalium in censura ad Synodũ Prouincialẽ Bracharensem IV. *act. 2. cap. 16. & 18.* vbi fuerat sancitum, vt Regiæ sanctiones, quæ Ciuilis Iuris in Lusitaniæ Regno vim habent, cum illarum dispositio ad mores nostros sit accomodàta, obseruarentur in Ecclesiastico iudicio, & si quid incideret, quod nec ex Sacris Canonibus, nec ex Synodalibus Constitutionibus decidi posset, id ex Regijs sanctionibus, quoad fieri posset, æquissimè decerneretur, etiamsi aliud ex Iuris communis dispositione statuendum videretur. Hoc decretum Cardinalium collegium omninò delendum censuit. Nam clerus, seù status Ecclesiasticus coram Romano Pontifice querimoniã proposuit ex multis causis, quibus illud decretum, tanquam noxium, & perniciosum Eccle-
6 siasticæ libertati abrogatum est. An autem stantibus constitutionibus Synodalibus potius ad illas; quam ad Ius commune sit recurrendum? affirmatiuè respondet Gonzal. *ad regul. 8. Cancellaria glos. 9. §. 1. nu. 18.*

7 ***Adiuuantur.*** Notatur ad hoc, quod Leges, & Canones adiuuantur inter se, vt per Rebuf. *in tract. nominat. q. 5. nu. 14.* Vnde differentias inter Ius Canonicum, & Ciuile non esse nouè introducendas, sed potius restringendas ad casus expressos, tenuit Surd. *decis. 136. nu. 3.*

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Opus ipsum quod demoliatur pati non debet Iudex, quando ei euidenter constaret de iniustitia & malitia denunciationis.*
3 *Persona religiosa, & valde Catholica præsumitur quod bono zelo litem mouerit.*
4 *Perempta re pereunt illius Iura tam actiua, quàm passiua.*
5 *Ecclesia destructa auctoritate Superioris iam non comprehenditur sub nomine Ecclesiæ.*

Cap. Cum ex iniuncto. II.
Innoc. iij.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Collect. Zabarel. Io. And. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Casal. *in annot.* Ximen. Tolet. *in concordant. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 192.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 710.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 15. cap. vnic.*

2 *Facias penitus demoliri.* Quando autem constaret euidenter Iudici de iniustitia, & malitia nunciationis, non debet ipse pati, quod opus dimoliatur, quamuis prohibitio præcesserit, *arg. tex. in l. æquissimum 2. in princip. ff. de bonorum possess. secundum tabul.* tenent Bonacos. *commun. crimin. par. 2. verbo nunciatio fol. 54. & verbo opus nouum fol. 55.* Greg. *l. 8. verbo fuere rebelde tit. 32. partit. 3.* Surd. *cons. 154. num. 20.* Stephan. Gratian. *discept. foren. cap. 84. nu. 36. cum seqq.*

3 *Quod non fecissent, &c.* Notatur ad hoc, quod persona religiosa, & valde Catholica, etiamsi nulla litigandi causa appareat, præsumitur, quod bono zelo litem mouerit, vt per Tiraq. *de pœnis temper. causa 51. nu. 109.*

4 In glos. [Non teneat principale.] ibi (*destructa enim re destruuntur priuilegia.*] Regulare est in Iure, quod perempta re, pereuntq. illius Iura tam actiua, quàm passiua, latè Albert. Brun. *tract. de interitu, & peremptione conclus. 5. per totam.* ratio est, quia per huiusmodi destructionem fit mutatio status, & quædam velut capitis diminutio Petr. de Perus. *in tract. de mutatione status Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum personarum,* præcipuè si destructio fiat auctoritate iuridica superioris, Brun. *d. concl. 5. nu. 13.* Gail. *lib. 2. obser. 61. num. 1. & 6.* Secus verò si violentia, aut propria priuati auctoritate *glos. &* Franch. *in cap. priuilegium de regul. Iuris in 6.* Gail *d. obser. 61. nu. 6. & 7.* Sayr. *de censur. lib. 5. cap. 3.*
5 *num. 16.* Hinc etiamsi Ecclesia destructa sit auctoritate Superioris iam non comprehenditur nomine Ecclesiæ, ita vt gaudeat immunitate Ecclesiastica, aut per copulam in ea habitã, aut sanguinis effusionẽ ibi factam polluta cẽseatur, de quo vide Farinac. *in praxi crimin. par. 1. q. 28. num. 70.* Sanch. *de Matrim. lib. 9. disp. 15. nu. 37.* Curia Philippica *p. 3. §. 12. nu. 1.* Camil. Borrel. *in summa omnium decisionum, tit. de ijs, qui ad Ecclesias confugiunt num. 39.*

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Aedificatio inhibetur per nunciationem noui operis iure vel iniuria facta.*

3 *Dictio,*

3 *Dictio, incontinenti, quam vim & effectus habeat, remissiuè.*

4 *Nunciationis noui operis remedium duntaxat competit aduersus ædificationem futuram, non iam factam.*

Cap. Significantibus. III. *Honor. iij.*

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collectar. Zabar. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anch Panorm. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. Viuia. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 192. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 711.

2 Probat hic tex. quod per nunciationem noui operis Iure, vel iniuria factã inhibetur ædificatio, vt per Surd. *cons.* 121. *n.* 10. Bernard. Græuæ *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 16. *num.* 2. vbi *num.* 5. *cum eod.* Surd. *cons.* 154. *sub num.* 23. hoc declarat, quando nuncians esset dominus, vel saltem possideret.

3 *Incontinenti.* De vi, & effectibus huius dictionis vide Menoch. *de arbitr. casu* 9. *cum tribus seqq.* Cened. *sing.* 56. *nu.* 7. & alios plures, quos refero Ego ipse *de dict. & claus. dict.* 133.

4 *Ædificium prohiberi.* Ratio est, quia noui operis nũciationis remedium duntaxat competit aduersus ædificationem futuram, non iam factam, vt per Damhaud. *in praxi ciuili cap* 15. *vers. nouique sed operis nunciatio*, Marant. *cons.* 56. *num.* 3. Caualcan. *Finiz. decis.* 23. *nu.* 16. *par.* 2. Bernard. Græuæ. *d. concl.* 16. *nu.* 8.

5 In glos. [Incontinenti.] ibi (*quia idem est, si vsque ad tres menses.*) Vide quæ Ego ipse adduco *d. tract. de dict. & claus. dict.* 133. *num.* 4. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc text. scribentes.*

2 *Nunciatio noui operis non tollitur idonea cautione, si nunciator se offerret intra trimestre tempus de suo iure velle probationes perficere.*

3 *Minori datur restitutio in integrum aduersus omissam trium mensium circumscripto tempore interponendam cautionem de in casu succumbentia demoliendo.*

4 *Cautione præstita de demoliendo suis sumptibus si transactis tribus mensibus causa non sit finita, poterit opus perfici.*

5 *Nunciatio noui operis non competit pro seruitutibus rusticis.*

6 *Aedificium suum vnicuique licitum est vsque ad cœlum extollere.*

7 *Aedificatio ad æmulationem vicini licita non est.*

8 *Cautio admittenda non est, quando nuncians vult incontinenti probare.*

Cap. Is, cui. IIII. & fin. *Greg. ix.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ, par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 192. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 711.

2 *Tenetur te per trium mensium spatium, &c.* Notatur ad hoc, quod nunciatio noui operis non tollitur idonea cautione, si nunciator se offerret intra trimestre tempus de suo Iure velle probationes perficere, vt per Bernard. Græuæ. *ad pract. Cam. Imper. lib.* 1. *cõcl.* 16. *n.* 18. & citat Fachin. *controuer. Iuris lib.* 8. *cap.* 48. *vers. postrema igitur.* Declaratur hæc principalis conclusio tunc demum procedere, quando nunciatum esset ab initio antequam ædificans expensas multas fecisset in cęmentis, & instrumentis ad ædificandum, & non esset ædificare volenti graue supersedere per tres menses, nuncians que allegaret se habere Iura, quæ tamen allegationis tempore producere non posset, sed trium mensium tempus faciendæ probationi peteret. Quãdo verò è contra res non esset ædificanti integra, sed periculum in mora, & ex aspectu, aliaúe ex causa Iudex animaduerteret nunciationem esse calumniosam, cautio admittenda statim foret, non expectato trium mensium lapsu, ita Thesaur. *Pedamon. decis.* 204. *sub n.* 4. Vincent. Carot. *decis. casu* 19. *nu.* 21 quos refert, & sequitur Bernard. Græuæ. *d. concl.* 16. *n.* 19.

3 Primò aduertendum duxi minori dari restitutionem in integrum aduersus omissam iusto triũ mensium circumscripto tempore interponendam cautionem de in casu succumbentiæ demoliendo, vt per Fachin. *d. lib.* 8. *c.* 49. quem refert, & sequitur Bernard. Græuæ. *d. concl.* 16. *n.* 20. Minori tamen, qui denunciationi non obtemperauit, restitutionis auxilium denegandum esse, ac proinde opus nouum factum post nunciationem demoliendum resoluit Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo, vel aduersarij dolo n.* 67. vbi *n.* 69. tenet, quod poterit restitutionem petere aduersus non petitam remissionem nunciationis, quam pręstans cautionem possit euitare, quę restitutio sibi erit vtilis, quia ædificium non demolietur, nisi cum aduersarius iustè se nunciasse monstrauerit.

4 Secundò aduertere oportet, quod si transactis tribus mensibus causa non sit finita poterit præstita cautione de demoliendo suis sumptibus opus perficere, Ias. *in l.* 1. *ff. hoc tit.* Viui. *tom.* 2. *commun. opinionum lib.* 8. *tit.* 6. *nu.* 6. *pag.* 338. Bernard. Græuæ. *d. concl.* 16. *nu.* 17. *cum seqq.*

5 Tertiò aduerte receptissimam in hac materia esse

esse sententium, quód pro seruitutibus rusticis non competit nunciatio noui operis, vt per *l. qui viam, ff. hoc tit.* notant Ias. *in l. 1. §. final. ad finem, ff. eod.* Anton. Gomez *l. 46. Tauri, num.* 24. quod sine dubio procedit in seruitute disconti-nua, vt est seruitus aquæductus, & aliæ similes, prout benè aduertit Alciat. *in d. l. qui viam, nu. 4. & lib.* 3. Parerg. *cap.* 24.

6 Quartò aduerte licitum vnicuique esse ædificium suum vsque ad Cœlum extollere, nec ob id posse impediri noui operis nunciatione, vt probant text. *in l. altius, C. de seruit. & aqua,* *Ordinatio* Regia *Lusitan. lib. 3. tit. 68. §. 24.* Menoch. *de arbitr. casu* 156. Brunor. à Sole *in locis communibus verbo ædificare,* Cardos. *in praxi Iudicum, eod. verbo, & verbo seruitus, nu.* 34. Aldouin. *cons.* 10. *n.* 5. *cum seqq.* Molin. *de Iustitia, tom. 3. tract. 2. disp.* 709. *à princip.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 2. concl. 69. n.* 1. Cabed. Lusitan. *decis.* 152. *n. 1. p.* 1. vbi *n.* 2, resoluit hoc non procedere quoties quis prope Monasterium ædificat, quod sibi non prosit, Ecclesiæ verò, aut Monasterio noceat, de quo etiam Padil. *in d. l. altius, nu.* 19. & Gail *lib. 2. obseru. 69. n.* 23. immo quilibet vicinus potest impedire ne alius de nouo ædificet portas, vel fenestras directas aduersus suas ianuas, vel fenestras, vt refert decisum Melch.

7 Phæbos *Lusit. decis. 73. nu.* 6. Ad æmulationem nãque vicini ædificatio permissa non est, vt per Menoch. *d. casu 156. n. 3. & de præsump. lib. 6. præsump. 29. num.* 28. Thes. *Pedamon. decis. 16. sub, n.* 10. Viui. Neapol. *decis. 306. n. 6. & decis.* 493. Mascard. *de probat. concl. 620. nu.* 15. Dicitur autem fieri ad æmulationem, quando ædificans nullam vtilitatem ex eo ædificio perciperet ex Melch. Phæbos *d. decis. 73. nu.* 10.

8 In glos. (Non obstante.) ibi (*sed contrarium, &c.*) Notatur ad hoc, quod non est admittenda cautio, quando nuncians vult incontinenti probare, vt per Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 384. *nu.* 4. vbi ait prouisionem esse vtilem etiam illi, cui denunciatur, quasi postea probato præiudicio denunciantis perderet expensas factas in construendo, & faciendas in demoliendo.

De Priuilegijs, & excessibus priuilegiatorum. Tit. XXXIII.

Vper hanc rubr. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Anch. Butr. Panorm. Marian. Socin. Henric. Boich. Ioan. de Londris *in breuiario Sancto, in Canonum, fol.* 181. *verso,* Petr. de Rauenna *in compendio Iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epitbome Decretal. fol.* 193. *verso,* Daniel. Venator. *In analysi methodica à pag.* 764. Gofred. & Host. *in summa huius tit.* Alexan. Cassan. & Anast. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretalium sub hoc tit.*

De materia priuilegiorum in communi tractarunt Rebuff. *in praxi tit. differentia inter priuilegium, & rescriptum,* Sebast. Medic. *tom. 1. de legibus, & statutis, par. 4. q. 33. & de diffinit. q.* 17. Card. Tusch. *tom. 6. concl. 727. cum seqq.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. q.* 7. Azor. *instit. moral. par. 1. lib. 5. cap.* 22. Ioan. de Salas *eod. tract. disp.* 17 Soares *eod. tract. lib.* 8. Garc. Gironda *de priuilegiorum, & exemptionum explicatione.* Rendina *in promptuario recept. sentent. tom. 1. tit.* 92.

De

Priuilegijs ad instar Horat. Mandos.

Priuilegijs confœderatorum, Petr. Rebuff.

Priuilegijs creditorum, Petr. Vanderanus *to.* 18. *fol.* 110. *tractatuum Doctorum.* Amator Rodericus.

Priuilegijs Doctorum, Petrus Genauderius.

Priuilegijs dotalibus, Baptista de S. Blasio, *tom.* *tractatuum Doctorum, fol.* 430.

Priuilegijs Ecclesiasticis pro defensione censurarum contra Venetos latarum Ioan. Philippus Maynardus.

Priuilegijs Fisci Franciscus Lucanus, *tom.* 12. *tract. Doct. fol.* 6. Anton. Peregrinus de Iure, & priuilegio Fisci.

Priuilegijs Iurisconsultorum Iacobus Benius.

Priuilegijs Iuramenti Antonius Corsetus, *tom.* 4. *tract. Doct. fol.* 359. Seraphinus de Seraphinis.

Priuilegijs militaribus Claudius Cottoræus *tom. 16. tract. Doctorum, fol.* 428. Marcus Mantua, *tom. 16. fol.* 457.

Priuilegijs militum, & militiæ, Georgius Acencius, Petr. Rebuff.

Priuilegijs pacis, Antonius Corsetus, *tom.* 12. *tract. Doctorum, fol.* 224.

Priuilegijs parentum, & liberorum, Georgius Heacius.

Priuilegijs senectutis, Fabius Monteleonis.

Priuilegijs paupertatis, Cornelius Benincas. *tom. 18. tractatuum Doctorum, fol.* 242.

Priuilegijs pestis, Hieronymus Preuidellus, *tom.* 13. *tractatuum Doct. fol.* 171. Io. Francisc. Ripa.

Priuilegijs Regni Franciæ Ioan. Feraldus, *tom.* 16. *fol.* 174.

Priuilegijs rusticorum, Rhennatus Chopin. *tom.* 18. *fol.* 90.

Priuilegijs scholarium, Horat. Lucius, *tom.* 18. *fol.* 67. & Petr. Rebuff. *tom. 18. fol.* 32.

Priuilegijs Regularium, Fr. Emmanuel Rodericus Conlusitanus noster.

Priuilegiatis, Felicianus Episcopus Scalensis.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Episcopi non in Villis, Castellis, aut municipijs, vel modicis ciuitatibus sunt præficiendi.*

3 Ciui.

3 *Ciuitas dici non potest ea, quæ proprium Episcopum non habet.*

4 *Episcopatus nouus quando erigitur Villa, vel oppidum, vbi erigendum est, prius Ciuitatis honore decoratur.*

5 *Episcopis prima debetur sedes, & præcipua omnium rerum gerendarum auctoritas.*

6 *Episcopalis dignitas quomodo dicatur vilescere in pagis, & villis, ostenditur.*

Cap. Episcopalia. I. *Leo.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Host. Butr. Aneh. Henriq. Panor. Mari. Socin. Dec. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificy pag.* 193. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 712. desumitur ex Leone Papa I. *ad Episcopos Africæ, epist.* 85. *cap.* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 28. *c.* 1.

2 Probat hic tex. Episcopos non in villis, Castellis, aut municipijs, vel modicis ciuitatibus esse præficiendos, sed solum in maioribus populis, & frequentioribus Ciuitatibus, vt per Abb. hic *notab.* 2. Alciat. *in c.* 1. *n.* 1. *de off. Ordinary.* Verum ex verbis huius tex. colligi videtur ad substantiam, & esse ciuitatis non requiri, quod habeat Episcopum, nam dum de maioribus Ciuitatibus loquitur in modicis, sed patuis contrariũ supponit, cui obiectioni occurrit Dec. dicẽs comparatiuum illud, maioribus, & frequentioribus, quatenus ad Episcopos simplici gradu refertur pro positiuo accipi, idest magnis populis, & frequentibus Ciuitatibus, vt in multis alijs Iuris articulis reperiri obseruat *l. benignius, ff. de legibus,* Receptum enim est Ciuitatem diei non posse eam, quæ propriũ Episcopum non habet, docente Bart. *in l. vlt. n.* 3. *vers. nam in vsu. ff. de Collegijs illicitis, & in extrauag. qui sint rebelles, verbo Lombardia,* refert, & sequitur Rebuf. *in concor. tit. de collationib. §. volumus, verbo in ciuitatibus,* & alij, quos refert Cened. *ad Decretal. collect.* 101. *nu.* 1. Vnde quando

4 nouus erigitur Episcopatus, villa, vel oppidum, vbi erigendum est, prius Ciuitatis honore decoratur, vt optimè probat text. *in extrauag. salnator, vers. volentes, de prabendis inter communes,* & post Bart. notat Petrus Gregor. *res beneficiaria, cap.* 17. *nu.* 2.

5 *Cui debent excellentiora.* Notatur ad hoc, quod Episcopis pima debetur sedes, & præcipua omnium rerum agendarum auctoritas, vt ait Conc. Trid. *sess.* 25. *de reformat. cap.* 6. *vers. Episcopis præterea,* Sbroz. *de officio Vicarij in præfat. n.* 9. *cũ seqq.* Et Angelis præcedunt, quatenus Ecclesiam regere scientia diuinitus communicata datum est, vt per Thom. Boss. *de signis Ecclesiæ, tom.* 2. *lib.* 16. *cap.* 9.

6 *Sui numerositate vilescat.* Ad illud abusum tollendum eorum, qui Episcopos diuites venerantur, & colunt, pauperes verò despiciunt, aiunt Doctores alludere Pontificem in præsenti, & in c. *Episcopi, &c. præcipimus,* 16. *q.* 1. dum probant vilescere Episcopalem dignitatem in pagis, & villis, scilicet quoad popularem existimationem, non vero in rei veritate, & quoad Doctos, apud quos Episcoporum dignitas eiusdem est meriti inter omnes Episcopos, quia nec diuitiarum potentia, nec paupertatis humilitate debent pluris, vel minus æstimari.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Laicos violentiam, vel præiudicium rebus ecclesiast. inferentes coercere potest Ecclesia.*

3 *Sacrilegi qua pœna puniri debeant, ostenditur.*

4 *Ecclesia gladium habet spiritualem, quod viuificat, non materialem, quo mortificat.*

5 *Laicorum coercio res Ecclesiæ inuadentium quomodo, & quando ad Ecclesiasticum, vel secularem pertineat, ostenditur, & n.* 6. 7. *&* 8.

9 *Sacrilegium est crimen mixti fori.*

10 *Sacrilegio, eiusque speciebus qui DD. agant, ostenditur.*

11 *Sacrilegium committitur à laicis inuasoribus rerum mobilium, vel immobilium, quæ in dominio sunt Ecclesiæ.*

12 *Obijcitur contra tex.*

13 *Respondetur obiectionibus contra tex. oppositis.*

14 *Ecclesiasticus Iudex an sit competens contra laicos, qui in negotijs cum Ecclesia gestis eius rebus quoquomodo præiudicant.*

15 *Ecclesiasticus Iudex an cognoscere possit contra laicos rerum clericorum inuasores, ostenditur.*

16 *Lex Canonica, & Ciuilis potest altera alterius prohibitionem nouis pœnis coadunare.*

Cap. Sicut in iudicijs. II. *Greg.*

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Io. Andr. Hostien. Anch. Butr. Panor. Marian. Socin. Dec. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificy pag.* 193. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 712. desumitur ex D. Gregorio *in registro, lib.* 2. *Indict.* 11. *Epist.* 5. *alias c.* 44. & refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 28. *cap.* 2.

2 Probat hic tex. posse Ecclesiam laicos violentiam, vel etiam præiudicium rebus Ecclesiasticis inferentes coercere, vt per Boss. *in praxi crimin. tit. de sacrileg. nu.* 7. Fusc. *de visit. lib.* 2. *cap.* 21. *nu.* 28. Decian. *in tract. crim. lib.* 8. *cap.* 36. *à princ.* Bernar. & Salzed. *in pract. c.* 87. *alias* 90. *in noniss. impress.* Soar. de Pace *in praxi tom.* 2. *prælud.* 2. *nu.* 19. Card. Tusch. *tom.* 4. *lit. I, conclus.* 445. *n.* 19. *& concl.* 446. *nu.* 10.

3 Verum obstat, quia pœna ordinaria sacrilegij capitalis est *l. sacrilegij, ff. ad legem Iuliam pec.*

l. aut facta §. locus ff. de pœnis, & ex lege duodecim tabularum, atque bonis Auctoribus apud omnes gentes receptum fuisse, vt sacrilegi capite plecterentur, vel vt ex saxo præcipitarentur, vel acerbissima culei pœna, quæ parricidis infligitur, & eam describit Imperator, *in §. alia deinde instit. de publicis iud.* & in nostro proposito post Cælium Rod. *lectionum antiq. lib. 12. c. 13.* probat Petrus Greg. *syntagm. Iuris lib. 33. c. 15.* Decian. *in d. lib. 6. cap. 34.* Salorzan. *de parricid. lib. 3. c. 8.*

4 constat autem Ecclesiam pœna capitali neminem coercere, gladium enim habet spiritualem, quo viuificat, non materialem, quo mortificat, *cap. inter hæc 33. quæst. 2. c. sententiam sanguinis, ne clerici, vel monachi, in c. Archiepisc. de raptoribus*, explicat Decian. *lib. 1. c. 20. à princ.* obstat etiam, quia contra sacrilegos rerum Ecclesiasticarum inuasores si laici sint mandatur coercio secularibus magistratibus *in l. si quis in hoc genus, 10. C. de Episcop. & clericis*, vbi eorum excitas officium expressè videtur Imp. hoc Ecclesiasticis denegare, in illis verbis, ibi, nec spectent, vt Episcopus iniuriæ propriæ vltionem deposcat, cui sanctitas ignoscendi gloriam dereliquit.

5 Propter quæ, & alia, difficultates contra tex. excitantia, à Doctoribus variè solet responderi: imprimis enim Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. lib. 4. tit. de offic. Ordinary in fine principij* & Turrec. *in c. de presbyterorū in fine 17. q. 4.* & alij, quos refert Decian. *d. cap. 36. nu. 4.* quorum sententiam receptam in praxi apud Neapolitanos, & Gallos testatur Clar. *in praxi §. fin. q. 37. nu. 6.* contendentes coercionem laicorum, qui res Ecclesiæ inuadunt, atque hoc sacrilegij genus committunt, principaliter ad Iudices seculares pertinere, & ab illis tantùm laicos esse puniendos; ad Ecclesiasticos vero non aliter, quàm in defectu iustitiæ secularium, argumento rationis, quam adducit text. *in cap. cum sit generale, de iudicys*; sed loquuntur apertè contra ipsius decisionem, dum decidit posse Rectores Ecclesiarum eligere Ecclesiasticum, vel secularem Iudicem, quem maluerint: quod verò expendunt de ratione illa ex defectu iustitiæ respondetur, quod non requiritur à Pontifice necessariò, & conditionaliter, sed occasionaliter, quia scilicet illa fuit causa sic statuendi, vt patet ibi, sæpè in iudicio sūt remissi, qua occasione seu motiuo deficiente, non deficit dispositio generalis, argumento tex. *in l. 1. vers. origo, ff. de postulando*, & quæ notantur *in l. nam ad ea ff. de legib.*

6 Vnde etiam conuincitur secunda opinio eorum, qui dicunt Iudicem secularem insimul cum Ecclesiastico debere hoc casu iudicare, vt voluit glos. *verbo committunt in l. 1. C. de crimine sacrilegij*, quam ibi sequitur Salic. argumento tex. *in authent. de mandatis Principum. §. neque vers. si verò Canonicum, collat. 3.* apertè enim tex. in præsenti cum similibus tribuit soli Ecclesiastico coercionem laicorum non insimul cū laico, neque obstat *d. versic. si verò canonicum*, omissa enim interpretatione glos. ibi intelligentis de crimine hæresis à laico commisso contra tex. *in cap. vt Inquisitionis, vers. prohibemus, de hæret. lib. 6.* facilius respondebis tex. ibi, canonicum, non esse intelligendum de crimine Ecclesiastico, sed de præstatione annua religionis occasione facienda fisco, vt suadet sequētia verba, ibi, indemnitatē procuret fiscalibus, atque etiā nominis proprietas, secundum quam canon, & canonicū frequentissimè ponitur pro annua præstatione, vt constat ex innumeris Imperatorum locis, quæ diligenter adducit Brizon. *de verborum Iuris significatione, verbo canon*, sicut etiam nomen illud Metropolita non refertur ad Episcopum, vel Archiepiscopum, sed ad Rectorem Prouinciæ, qui ipsius caput est, vt multis etiam comprobat idem Brizon. *verbo metropolis*,

7 Ex eadem etiam ratione conuincitur tertius intellectus, quem affert Cardin. *in clement. 1. vers. Ciuitas, num. 5. de pœnis*, distinguens inter qualitatem pœnarum, nam si agatur de pœna spirituali, ad Ecclesiā ait pertinere iuxta *c. nulli 12. q. 2. cum simil.* si vero agatur de pœna temporali, vel satisfactione partis ad secularem iuxta *d. l. si quis in hoc genus*, sed tepugnat. *d. cap. cum sit generale*, liberam electionem tribuens Rectori Ecclesiæ læsæ, vt laicum conueniat coram quo Iudice maluerit, Ecclesiastico, vel seculari.

8 Tandem conuincitur aliorum resolutio, qui hoc sacrilegium ponunt inter crimina Ecclesiastica, quasi eius cognitio principaliter, & priuatiuè ad Ecclesiam pertineat, etiam contra laicos, quod voluit Bald. *in authen. clericus, n. 7. C. de Episcopis, & cler.* & alij, de quibus Decian. *d. cap. 36. nu. 3.* atque etiam Nauar. *in cap. nouit notab. 6. nu. 4. de iudic.*

9 Vera igitur resolutio est frequentissimo Doctoris calculo comprobata sacrilegium mixti esse fori, itaut non minus, sed æquè principaliter de eo aduersus laicū cognoscere possit Ecclesiasticus Iudex, atque secularis, & inter eos locus sit præuentioni, iuxta *c. proposuit, de foro comp.* & probat efficaciter text. *in d. cap. cum sit generale, & in cap. felicis, vers. per hoc, de pœnis in 6.* & ex Abb. Gril. Aufrer. Mantua, atque alijs magis cōmunem profitetur Decian *d. c. 33. nu. 7.* sequuntur Ofasc. *decis. 103 n. 7* Farin. *in praxi criminal. q. 8. n. 132. & q. 172. nu. 16.* Gutier. *practicarum, lib. 3. q. 1. nu. 13.* D. Barbos. *in l. Titia, nu. 51. ff. soluto Matrim* Moder. *de iurisdict. par. 2. cap. 11. & in votis nouissimarum decis. voto 235. num. 1.* Curia Philip. *par. 3. §. 2. nu. 7.* Cardos. *in praxi Iudicum verbo sacrilegium, nu. 15.* Bobadil. *in sua politic. lib. 2. cap. 18. nu. 238.* Mari. Antonin. *vari. resolut. lib. 3. resol. 38. nu. 2.*

10 De sacrilegio, in quas vero species, & modos distinguatur vide D. Thom. *2. 2. q. 91. art. 3.* Nauar. *de redditib. monit. 18. nu. 1.* Decian. *d. lib. 3. cap. 14. & 15.* Azor. *instit. moral. par. 1. lib. 9. c. 27. q. 2.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. par. 1. lib. 2. cap. 48.* Mastril *Siciliæ decis. 68. nu. 3.* Card. Tusc. *tom. 7. lit. S. conclus. 6.* Less. *de iustit. lib. 2. cap. 45.*

de

de sacrilegio, Suarez. *de religione, tom. 1. tract. de sacrilegio, lib. 3. cap. 1. & 5.*

11 *Violentos itaque laicos coercere.*

Sacrilegium committitur à laicis inuasoribus rerum mobilium, vel immobilium, quæ in dominio sunt Ecclesiæ, ratione cuius Ecclesiasticus est competens Iudex, non tamen excludendo secularem, cum mixti fori sit crimen, vt citati Doctores resoluunt, nam crimina mixti fori ea esse constat, quæ cum natura sua essent temporalia, lege aliqua vtrique foro cumulatiuè sunt reseruata, tale namque est huiusmodi sacrilegium, cum constet res, quæ solum sunt in dominio Ecclesiæ, natura sua temporales esse, & consequenter earum iniuriam, seu violationem, in qua consistit tota criminis deformitas, absq; vlla spiritualium supernaturalium cognitione decidi potuisse; constat deinde legibus Canonicis vtrique foro cumulatiuè fuisse reseruatam talis criminis cognitionem, vt aperte probat tex. in *in d. cap. cum sit generale*, ibi, in fauorem Ecclesiæ est introductum, iuncto ibi, sub quo maluerit Iudice, quę verba aperte supponunt attenta natura sua, & semoto speciali Ecclesiarum fauore laicos de hoc crimine coram suo seculari Iudice conueniendos fuisse, iuxta quod formaliter decidit text. *in d. l. si quis in hoc genus*, fatemur enim secundum Iuris antiqui rigorem laicos rerum Ecclesiasticarum inuasores coram solo seculari Iudice conueniri potuisse, sed legibus Canonicis ob Ecclesiarum fauorem iustissima ratione fuisse constitutum; & confirmabis ex omnibus Iuribus de hoc sacrilegio agentibus, quæ semper vtuntur verbis improprietatē, & similitudinē denotantibus, sic dictū *cap. nulli, & cap. prædia, 12. quæst. 2.* ibi, vt sacrilegus iudicetur *d. cap. cum sit generale*, ibi, sacrilegi censendi; *cap. conquestus de foro compet.* ibi, tanquam sacrilegi, iunctis multis, quæ de huiusmodi dictionibus notant Doctores communiter post *glos. verb. tanquam in cap. solitæ, de maioritate*, & plures de quibus Hipol. *sing. 236.*

12 Verū contra supradictū discursum, quē nouè ex Præceptorum lectionibus ad hunc text. prænotaui obstat si aduertas text. hunc esse Gregorij Primi, quem constat sexcentos fere annos præcessisse Lucium III. auctorem dicti *cap. cum sit generale*; ac proinde non posse procedere ex ratione, quod sacrilegium sit mixti fori ob specialem fauorem legibus Canonicis institutum, cum adhuc fauor ille Ecclesiarum vsu receptus non fuerit. Deinde ex integra Epistola D. Gregorij, ex qua desumptus fuit text. in præsenti, constat laicos violentiam intulisse non Ecclesiæ, vel eius rebus; sed cuidam viduæ; atque ità inter laicos de rebus profanis totam fuisse quæstionem; neque enim in integra reperitur particula, nobis, quæ post verbum præiudicantibus est in vulgatis Decretalibus; facit etiam ratio, quod cum *d. cap. cum sit generale* fauorem illum Ecclesiarum tunc demum constituerat, quando in seculari Iudice datur defectus iustitiæ, quæ in hoc text. minimè proponitur.

13 Sed huiusmodi obiectiones facilem habent solutionem; nam prima soluitur si aduertas, quod non dicimus Lucium III. *in d. cap. cum sit generale* fuisse primum auctorem illius fauoris Ecclesiarum, quod inuasores rerum suarum ab Ecclesiastico Iudice valeant puniri, sed id referre velut antiquum, & iam antea introductum à Bonifacio, Pio, Anacleto, Vrbano, & pluribus alijs, qui ipsum Gregorium præcesserunt, atque etiam ab ipso Gregorio, vt singula singulis referendo constat ex *cap. nulli, cap. prædia, cap. quia abstulerit 12. q. 2. cap. attenden. cap. sacrilegium, 17. q. 4.* & consonant verba dicti *cap. cum sit generale*, ibi, in fauorem Ecclesiæ est introductum, quæ non præsentis, sed præteriti temporis constitutionem important, quasi Pontifex rem notam, & sæpius iam antea constitutam voluerit inculcare. Secunda obiectio fragilis est si aduertas in Decretalibus, quas Gregorius IX. in hoc volumine inseruit licitum nobis non esse arguere ex parte concisa, seu resecata, sed solum vim legis habere, & vt talem allegari posse in his, quæ in hac compilatione reposuit, vt ipse expresse profitetur in fine proœmij harum Decretalium, ibi, resecatis superfluis, vbi dixi, cum ergo Gregorius IX. plura in hac Decretali mutauerit, quæ sensum efficiunt longè diuersum ab eo, qui est in originali Gregorij I. hic enim inquit præsentium latrici præiudicium fuisse irrogatum, ille autem post particulam præiudicantibus reponit nobis, quæ etiam deest in antiqua collectione Anton. August. de qua supra mentionem feci in principio textus *nu. 1.* vt significaret iurisdictionem Ecclesiastico Iudici tribuere contra laicos Ecclesiæ præiudicantes, non ità quando præiudicium mulieri, vel laico infertur, sicque hæc decisio apud Gregorium IX. alia est, non illa Gregorij I. atque ideo non secundum originale antiquatum, vel antiquam collectionem, sed secundum nouam Gregorij IX. legi, & intelligi debet: & hinc colliges rationem, quare nec immerito antiqui Decretales Codices hūc texttum Gregorio IX. tribuunt. Quod si adhuc quæras rationem, quare Gregorius I. laicos viduæ præiudicantes per Ecclesiasticos Iudices esse coercendos rescripserit contra regulam tex. *in c. cum ad verum, 96. dist.* cum similibus, facile respondebitur vltra casum illum, de quo in *cap. ex tenore, de foro comp.* vbi viduis conceditur, vt si Iudex secularis in ministranda iustitia negligens fuerit, valeant laicum coram Ecclesiastico conuenire, illum etiam specialem expressum reperiri, vt possit viduæ spoliatores, seu inuasores violentos rerum suarum ad iudicium trahere Ecclesiasticum, vt videtur probare text. *in cap. ex parte 15. de foro comp. vers. ad hoc*, vbi notat Abb. *n. 11.* & alij communiter teste D. Barb. *in l. 1. par. 1. nu. 49. ad fin ff. sol. mat. matr.* & esse communi omniū consensu receptū fatetur Cou.

Ff ij *pract.*

pract. cap. 6. num. 1. verf. immo, licet non satis Iure probari contendat, & ad *cap. ex parte* nitatur respondere dari ibi præsumptionem defectus iustitiæ. Quæ resolutio magis conuenit verbis Gregorij I. dum in fine ait in integra, dum illic auxilium non inueniunt.

14 Ex dictis infertur efficacem videri auctoritatem huius textus ad confirmandam communem sententiam eorum, qui docent esse mixti fori, & ad Ecclesiasticum Iudicem trahi posse, non solũ inuasores rerũ Ecclesiasticarum, quãdo per vim eas occupant, verum etiam omnes alios, qui in negotijs cum Ecclesia gestis eius rebus præiudicant quoquomodo, per fraudem scilicet, vel aliter contra iustitiam, quod satis deducitur ex text. in præsenti, ibi, præiudicantibus nobis, & ex generalitate text. *in d. cap. cum sit generale*, ibi, malefactores, quæ in quocunque præiudicio, seu damno rerum Ecclesiasticarum absque violentia propria, & secundum omnem rigorem verificantur, vt est doctrina recepta, quam tenuit Innoc. & Abb. *num. 6.* Anch. 7. *&* 8. Card. ibi, & testatur receptum ab omnibus Barbat. *à n. 129.* Felin. *in princ. ad glos. verbo malefactores*, Marant. *de ordine iudiciorum, par. 4. distinct. 11. num. 6.* & post Lap. *alleg. 59*, Card. Tusc. *tom. 4. lit. I, conclus. 447. à num. 13.* & ante eos constanter Dec. hic *à n. 4.* à nemine citatus, idem ex eisdem rationibus resoluens *à num. 3.* in vi turbatiua, vt latè comprobat Menoch. *remed. 3. retinendæ, num. 361. cum seqq.* & in facti contingentia se obtinuisse testatur Ioseph. Sesse *inhibitionum, c. 9. §. 3 nu. 33.* Et confirmatur ex alia communi resolutione Doctorum per text. *ibi in cap. 1. & in cap. constitutus, de restitut. in integr. & in cap. ad nostram, de reb. Ecclesiæ non alien.* quibus probatur Ecclesiam læsam in contractu, de cuius nullitate, vel rescissione agitur per in integrum restitutionem laicos coram Ecclesiastico Iudice posse conuenire, quod ex Innoc. singulare dicit Roman. *sing.* 111. Marant. vbi *proxime, num. 16.* & esse communem multis adductis fatetur Couar. *lib. 1. variar, cap. 4. num. 2.* Gutierez. *lib. 1. canon. cap. 34. nu. 10.* Cald. Pereira, *in l. si curatorem, verbo implorandum num. 32*, generale, seu magis vulgare adducentes Brocardicũ ex Innocen. quod quoties Ecclesia vtitur priuilegio aliquo, seu iure speciali cõtra laicos corã Ecclesiastico Iudice agere potest.

15 Similiter ex dictis infertur, & ex verbis huius textus deducitur notabilis ampliatio ad eius principalem conclusionem, vt procedat non solum in rebus Ecclesiæ, sed etiam in rebus clericorum, itaut laici earum inuasores coram Ecclesiastico Iudice conueniri, & ab eo valeant coerceri, vt concludit illa particula (nobis) quæ adiuncta verbo, præiudicantibus, apertè videtur denotare, agere Pontificem de præiudicio non Ecclesiæ rebus, sed clericorum, seu Episcoporum illato, & manifestius videtur probare text. *in cap. si clericus laicum, de foro comp.* vbi Pontifex in hac materia æquiparat res Ecclesiarum, & clericorum, ibi, suis, vel Ecclesiæ, iuncto ibi, res ipsas non Ecclesię esse aut clerici, & consequenter sicut laicus conuentus super re, quam Ecclesiæ esse fatetur, coram Ecclesiastico conuenitur, ita etiam coram eo conueniendus videtur si eam clerici esse fateatur. Vrget etiam pro hac parte text. *in cap. si quis de potentibus, 24. q. 3.* eiusque rei rationem reddit text. in *cap. similiter*, ibi, *quia* res Episcoporum esse Ecclesiæ non dubitatur, *16. q. 1.* & deinde quia si Ecclesiasticus Iudex competens est in causa violentiæ, quæ Iudicis, & alijs miserabilibus personis infertur iuxta dictum *cap. ex parte, de foro comp.* quare nõ erit competens in violentia clericorum, quibus fundamentis ità tenuerunt Abb. *nu. 3. in d. cap. si clericus, & in d. cap. cum sit generale, nu. 4.* & alij communiter teste Soarez de Pace *in praxi, tom. 2. præl. 2. n. 19.* & ante eum constanter Dec. hic *à nu. 9.* & satis videtur exprimere Ord. Lusitan. *lib. 2. tit. 1. §. 5. in principio*. Quod facilius admittunt in rebus patrimonij, ad cuius titulum clericus fuit ordinatus, vt post *glos. vlt. in cap. Episcopus, de præben.* notant omnes communiter ibi, & alij, quos refert Couar. *d. cap. 4. num. 4.* Salzed. ad Bernard. *cap. 18. nu. 14.* Quicquid contrarium in rigore disputationis tenuerint alij maximæ auctoritatis Auctores, contendentes minimè res clericorum potiri priuilegio rerum Ecclesiasticarum, neque propter violentiam in eis illatam posse laicos trahi ad Ecclesiasticum iudicium, ex quorum numero sunt Barbat. *in d. cap. cum sit generale, nu. 68. in fine*, disputans *à nu. 62.* Cou. vbi *proxime nu. 3.* Decian. *tract. crimin. lib. 6. c. 30. nu. 23.* & Cald. Pereira *d. verbo implorandum, nu. 32. in fine*.

16 *Non contra legem est agere, &c.*

His verbis confirmari videtur recepta Doctorum traditio asserentium quod licet lex Canonica leges Ciuiles iustam pœnam crimini infligẽtes, & è conuerso lex Ciuilis Canones, vel pœnas eis inflictas tollere non possit, potest tamen altera alterius prohibitionem nouis pœnis adiectis coadiuuare, & est celebris doctrina *glos. verbo tolli in Clem. ne Romani, de elect.* recepta ex multis, de quibus Cou. *de sponf. par. 2. cap. 6. in princ. nu. 18.* Duen. *reg. 251.* & alij de quibus Ceuall. *commun. contra communes, q. 11. nu. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Religionem plantare, seù approbare reseruatum est Summo Pontifici.*
3 *Apostolica Sedes non potest errare in approbatione religionum.*
4 *Templarij quando incœperint, ostenditur.*
5 *Templariorum religio quando, & ob quæ extincta fuerit, ostenditur.*
6 *Ordo Christi in Portugalia quando incœperit, ostenditur.*

7 *Ho-*

7 *Hospitalarij quando inceperint.*
8 *Templarij, & Hospitalarij verè sunt religiosi.*
9 *Scandali de materia plures DD. agentes referuntur.*
10 *Decimat de manu laici sine Episcopi consensu religiosa persona recipere non possunt.*
11 *Ecclesias de manibus laicorum sine consensu Episcopi non possunt religiosi accipere.*
12 *Ratio expenditur, quare in donatione Ecclesiæ, quam laicus detinet, in locum religiosum Episcopi consensus necessarius sit, non ita requiratur in donatione Iurispatronatus facta in locum religiosum.*
13 *Religiosi priuilegiati, & exempti tenentur vitare excommunicatos, & nominatim interdictos.*
14 *Declaratur tex. in præsenti, & in cap. nulli de sententia excommunicationis.*
15 *Excommunicatus, vel interdictus in vno Episcopatu in omnibus vitari debet.*
16 *Suspensus ab officio vbiq; & in alijs Episcopatibus suspensus censetur.*
17 *Sententia Iudicis neque extra territorium, neque eos, qui subditi non sunt ligare potest.*
18 *Suspensus à beneficio in alio loco beneficium habere potest.*
19 *Bannitus excommunicato æquiparatur.*
20 *Legitimatio facta à Principe aliquo non extenditur ad bona sita extra ipsius territorium.*
21 *Excommunicatus in vno Episcopatu, cur in altero extra territorium excommunicantis vitandus sit, rationes referuntur, quæ improbantur, & tandem num. 22. vera refertur.*
23 *Iudex Ecclesiasticus potest extra territorium suo subdito communionem prohibere.*
24 *Excommunicatus, vel interdictus nominatim dicitur, quando proprium nomen exprimitur, vel aliquo indubitabili signo demonstratur.*
25 *Declarantur verba tex. ibi, nominatim interdictos.*
26 *Plenè iure quando dicantur Ecclesia ad aliquem pertinere, remissiuè.*
27 *Vicarij instituendi ab Episcopo in parochialibus Ecclesiis an debeant esse in Sacerdotali Ordine constituti, ostenditur.*
28 *Promotus de beneficio curato debet saltem esse prima Tonsura initiatus, & in ea ætate constitutus, vt intra annum ad Sacerdotium promoueri valeat.*
29 *Sacerdotalis Ordo quando tempore prouisionis requiratur, ostenditur.*
30 *Beneficij repræsentatio personaliter est Episcopo facienda.*
31 *Repræsentare dicitur, qui præbetur sensibus corporeis.*
32 *Præsentatio est exhibitio personæ per patronum Episcopo, vel alteri, ad quem institutio pertinet legitimè facta.*
33 *Declaratur tex. in cap. ita nascitur, de his, quæ fiunt à Prælatis.*
34 *Præsentati à patronis debent se Episcopo personaliter repræsentare, & non tenetur eos per procuratorem admittere.*
35 *Institutio in Ecclesijs, quæ ad religiosorum præsentationem spectant, fieri non potest nisi præcedente ipsorum præsentatione.*
36 *Patroni de temporalibus rationem exigere possunt à Presbyteris, qui ad eorum præsentationem fuerunt instituti, quod an verum sit, ostenditur nu. 37.*
38 *Doctores agêtes de interdicto Ecclesiastico referûtur.*
39 *Diuinorû officiorû nomine quæ veniant, remissiuè.*
40 *Sepultura vsus Ecclesiastica prohibetur per omne interdictum siuè locale, siuè personale.*
41 *Confratres, qui in proprietatibus suis, & in seculo remanent, nec oblati sunt religioni, aut conuersi Episcopis, & Ecclesiasticæ potestati sunt subiecti.*
42 *Confraternitates laicorum religionis causa instituta pia, & religiosa loca sunt, & à seculari potestate, & iurisdictione exempta.*
43 *Oblati, qui in totum se religioni non tradiderunt, Ecclesiastica persona non sunt.*

Cap. Cum & plantare. III. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Anch. Henric. Butr. Panor. Marian. Socin. Dec. Casal. *in annotat.* Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 194.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 712.* desumitur ex Concil. Lateranen. sub Alexand. III. *cap. 9.* refertur ab Ant. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 28. cap. 3.*

2 *Plantare sacram religionem, &c.*

Notatur ad hoc, quod reseruatum est Summo
Pontif. religionem plantare seù approbare, vt
per Dec. *in cap. Ecclesia S. Mariæ à n. 14. aliâs à*
nu. 52. sup. de constit. Cardin. Bellarm. *controuers.*
tom. 1. de monachis lib. 2. cap. 4. Menoch. *de arbitr.*
casu 421. à num. 18. Læli. Zecch. *de repub. Eccles.*
tit. de relig. cap. 1. num. 8. Henriq. *in sum. lib. 12.*
cap. 5. §. 4. Azor. *instit. moral. par. 1. lib. 11. cap. 23.*
3 *q. 5. cum seqq.* Ludou. Miranda *in manu. Prælat.*
tom. 1. q. 3. art. 6. Fr. Emman. Valer. Reginald. &
alios, quos refero *de officio, & potest. Episcopi*
p. 3. alleg. 59. n. 47. Et in huiusmodi approbatione
religionum Apostolica Sedes errare non potest Bann. *in 2. 2. quæst. 1. art. 10. dub. 8. concl. 3.* Fr. Emman. *q. Regul. tom. 1. q. 1. art. 4. ad med.*

4 *Fratres Templi & Hospitalis.*

Templarij post recuperatas à barbaris Hierosolymas suum habuerunt initium. Nouem enim Latini proceres promissa apud Patriarcham castitate & obedientia frequenti clientium comitatu iussi sunt Christianis peregre illuc venientibus iter tutum à latrocinijs impiorum præstare, area eis attributa prope templum Domini ad ædes construendas, quò se reciperent, vbi arma caperent, & inde Templarij sunt dicti, primum toga candida sine Cruce circa annum Domini 1128. Pontifice Gelasio II. mox Cruce rubea super albam vestem donati sunt. Ita rem narrat Paul. Aemil. *de rebus gestis Francorum lib. 5. sub Ludouico Crasso pag. 105.* Polydor. Virgil. *de*

inuentoribus rerum lib. 7. cap. 5. Petr. Mexia *in sua sylua lib. 2. cap. 4. cum seqq.* Cassan. *in catalogo gloriæ mundi par. 9. consid. 5.* Petr. Greg. *syntagm. Iuris lib. 15. cap. 34. cum seqq.* & latè prosequuntur omnes Ecclesiasticæ historiæ auctores, Platina, Illescas in vita Gelasij II. & Clemen. V. & post illos Fr. Hieron. Roman. *de Republ. Christiana lib. 7. cap. 4. & cap. 7. cum seqq* benè Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 13. cap. 5. q. 3. cū seqq.* Oroaco *en el thesoro de la lengua Hespañola lit. T. fol.* 41. Gardiol. *de la nobleza de España cap. 34. fol.* 87. Curita *en los annales de Aragon par. 1. lib. 5. cap. 73. & 99.*

5 Templariorum religio per ducentos deinde annos feliciter propagata non parua habuit incrementa, itaut facultates maximas, & oppida quamplurima vbique gentium possideret. Sed tandem circa annum Domini M. CCCXI. in Concilio Viennensi à Clemente V. damnara est, & Templarij omnes deleti, eorumq; bona partim Rodijs Militibus, partim alijs familijs sunt assignata, vt sub Philippo pulchro, cuius temporibus hoc contigit, latè explicat Paul. Aemil. *lib. 8. fol. 176. verso.* Et illos iustissime damnatos, eorumq; Ordinem delectum fuisse propter delictum sectæ, quam profitebantur hæreseos, alijs criminibus cumulatæ, tenent Paul. Aemil. Volateran. Cassan. Polyd. Virgil. Platina, Illesc. & Hieronym. Roman. citatis locis, Petr. Greg. *d. lib. 15. cap. 33. num.* 10. Petr. Mathæ. *in fine Constit. Clementis V.* vbi refert Aluar. Pelag. & alios, Card. Tusch. *lit. T. concl.* 25. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. q. 5. art.* 1. Galganet. *de Iure*

6 *publico lib. 3. tit.* 44. Omnia vero priuilegia, quibus gaudebant huiusmodi Templarij, Christi Militibus Regni Portugaliæ sunt communicata, ex auctoritate Apostolica, & potestate ab Eugenio IIII. Ioanni Vicensi Episcopo concessa, circa annum 1434. Qui Ordo Christi in nostra Lusitania sub Dionysio Rege à Ioanne XXII. approbatus est circa annum 1326. cuius caput esse noscitur nobilissimum illud cœnobium apud oppidum de Thomar, quo translatum est ex oppido de Crasto Marim, vbi nascens prima nouit initia, eiq; bona omnia, quæ in hoc Regno habebant Templarij, sunt applicata, vt vicinorum Sarracenorum incursionibus resisterent, de quo meminit Volater. supra citato loco, Cassan. *d. par. 9. consid.* 8. & Hieronym. Roman. *lib. 7. cap. 12. & 13.* Petr. de Mariz *varia historia dialogo 3. fol.* 90. Eduard. Nunez, & alij nostri historiographi *in vita Regis Dionysij*, Orozco *en el thesoro de la lengua Españhola fol.* 248.

7 Hospitalariorum initium fuit antequam nostri terram Sāctam bello de barbaris reciperet, circa annum 1099. initio facto ab Italis mercatoribus, qui Hierosolymas petentes ab Imperatoribus, & Satrapis impiorum ius impetrarūt templi Beatæ Virgini ædificandi, vbi Sacra Latino ritu fierent, duo facta sunt templa, duoque cœnobia virorum, & mulierum, quo sanctius vtriusque sexus separatim coleretur, aditumque xenodochium & valetudinarium, ac ædicula D. Ioanni. Sacra ibi commorabantur professi castitatem & obedientiam, qui reliquis soluti muneribus peregrinos, & ægros curarent; & quia præcipua eorum cura erat hospites recipere Latinos ad sepulchrum Domini venientes, Hospitalarij sunt vocati, qui Cruce alba insignabantur. Deinde Rhodū Insulam, siue vt aliqui volunt, à Gothifredo Bullonio primo Hierosolymorum Rege dona datam, seu, vt alijs magis placet, à Barbaris, & alijs captam, quam fortiter vsque ad nostram ferè ætatem ab hostium incursionibus tuerati sunt, indeq; Rhodienses Milites sunt vocati. Sed postmodum anno 1523. à Turcis superati Insulæ Imperium amiserunt, ob eamq; causam Insulam Militam transmigrarunt, quam Caroli V. Imperatoris beneficio, ac munere acceptam obtinent vsque ad hodiernam diem, & inde Militenses appellantur, de quibus latè Fr. Hieronym. Roman. *de Republ. Christiana lib. 7. cap. 7.* Gardiol. *de la nobleza de España cap. 34. fol.* 88.

8 *Et alij Religiosi.* Ergo Templarij, & Hospitalarij verè sunt Religiosi, id enim concludit dictio, alij, quæ non refertur nisi ad similia, vt per citatos à me *in comission. de diction. & clausul. dict. 17. n. 1.* & ideo ex text. in præsenti ita notarunt Deci. hic *num.* 4. & ante eum post *gloss. 1. in fine in cap. duo sunt 12. q. 1.* & Calder. *cons. 7. vers. ad prædicta de Iudic.* aliàs *cons.* 121. resoluūt Card. Tusch. *tom. 8. lit. T. concl.* 26. Duenh. *reg.* 100. *ampl.* 5. Petr. Gregor. *d. lib. 15. cap. 33. nu. 8. & cap. 34. num.* 3.

9 *Quæ, & scandalum pariunt.* Materiæ scandali propria sedes est *in cap. qui scandalizauerit inf. de regulis Iuris hoc libro. & in c. 2. de præscript. & in c. 2. de nom operis nunc.* latè Conar. *in reg. peccatum par. 2. in princ. num.* 4. Gutier. *canon. lib. 1. cap. 38. à num.* 20. Iacob. de Graffis *in aureis decision. par. 1. lib. 2. cap.* 68. D. Thom. *2. 2. quæst. 43. art.* 7. Azor. *institut. moral. par. 2. lib. 12. cap. 16.* Sayr *in claui Regia lib. 7. cap. 6. à num. 8.* Soar. *de legib. lib. 2. cap. 9. in fine.*

10 *Et decimas de manu laicorū, &c.* Ex his verbis colligitur non posse religiosas personas de manu laici sine Episcopi consensu decimas accipere, vt per Butr. *num.* 5. & 24. Anchar. *num.* 2. Zabarel. *in princip. hic:* Rebuf. *de decimis q. 10. num.* 31. Mench. *illust. cap. 89. à num.* 2. Gutier. *pract. lib. 1. cap. 24. cum seq.* D. Barbos. *in l. Titia num. 45. ff. soluto Matrim.* Fachin. *controuers. lib. 7. cap. 72.* Azor. *instit. moral. par. 1. lib. 7. cap. 36. quæst.* 13. latè Soar. *de relig. tom. 1. tract. de decimis lib. 1. cap. 26. à num.* 7. vide latius *ad cap. prohibemus sup. de decimis.*

11 *Ecclesias.* Notatur ad hoc, quod non possunt religiosi de manibus laicorum Ecclesias recipere sine consensu Episcopi,

ſcopi, conſonat text. *in cap. decimas*, 16. q. 7. & *in cap. quod autem, in fine, & in cap. illud, verſ. tum quia*, & *in cap. nullus de iurepatronatus* notant Butr. Abb. & alij in præſenti, latè Bero. *in d. cap. illud à nu. 6.* plenè Lamber. *de iurepatronatu, par. 2. lib. 1. q. 1. art. 9. & 10.* Quæ Iura ſupracitata cum textu in præſenti ex communi reſolutione procedunt in Eccleſijs, quæ de facto iniuſtè, & indebitè à laicis in proprietatem detinentur, teſte Lamber. *d. art. 9. à nu. 8.* apertè enim deducitur ex text. *in cap. cum Apoſtolica, de ijs, quæ fiunt à Prælatis*, qui tex. refert auctoritatem Concilij Lateranen. de quo in præſenti, ne laici Eccleſias, & decimas transferant in religioſos ſine conſenſu Epiſcopi, per quod, inquit, indirectè datur intelligi hoc licitum eſſe de Epiſcopi conſenſu, in verſiculis autē præcedentibus explicat, & decidit hoc de illis decimis, & Eccleſijs eſſe intelligendū, quę à laicis erāt malè detētæ, tūm etiā ex auctoritate D. Hieronymi, quam refert in principio, ibi, aliquando fuerint à laicis malè detentæ, & habetur in *cap. vlt. 16. q. 1.* iuncto *verſ. auctoritates*, vbi explicat, & rationem reddit, quia dum malè detenta à laicis alteri Eccleſiæ, vel religioſo loco donantur vtilitati Eccleſiæ conſulitur, eiuſque conditio melior efficitur, dum ad vſus Eccleſiaſticos reuocantur, iuncto *cap. 2. §. ſane, de decimis, lib. 6.* Quæ omnia cum ſua proportione applicanda ſunt Eccleſijs, nam vel huiuſmodi Eccleſiæ (ſicut, & decimæ de quibus ibi) violenter ſine aliquo titulo à laicis occupatę ſunt, & fateri oportet teneri eas dimittere, & reſtituere illi, ad quem de Iure pertinent, neque aliam Eccleſiam, vel religioſum locum eas recipere poſſe de manibus laicorum, etiam de Epiſcoporum conſenſu, quia Epiſcopi conſenſus nihil noui tribuit, ſed ab alio, qui dare poteſt, datum confirmat, iuxta regulam text. *in cap. inter dilectos, de fide inſtrumentis cum ſimilibus.* Aut huiuſmodi Eccleſiæ detinentur iniuſtè, ſed tamen ex titulo aliquo, veluti habito ab inferioribus Prælatis, & per argumentum à contrario ſenſu, text. in præſenti concludit eas poſſe religioſos accipere de manibus laicorum accedente Epiſcopi conſenſu, vt expreſſit *d. cap. cum Apoſtolica.* Neque obſtant fundamenta, quibus de hoc intellectu dubitauit ſibi contrarius Abb. *in cap. de monachis nu. 11. verſ. primus, de præbendis*, benè enim ſatisfacit Lamber *d. cap. 9. nu. 10.* & ex dictis patet ſolutio, nam ad illud, quod transferre non poſſunt, quod non habent, nec iuſtè detinent, reſpondetur ab Eccleſia permiſſiuè conceſſum fuiſſe. Ad aliud ex *d. cap. cum Apoſtolica, in fin.* dum titulum exigit feudi perpetui, reſpondetur non requirere titulum iuſtum, ſed habitum de facto ab inferioribus Prælatis. Aut tandem detinētur à laico huiuſmodi Eccleſię in proprietatem auctoritate. Pontificis, qua temporales redditus in perpetuum ſunt diſmembrati, & laico applicati, & tunc nullum videtur inconueniens fateri, quod ſine Epiſcopi auctoritate transferri poſſunt in locum religioſum, quia per talem diſmembrationem laicales efficiuntur. Quartum caſum, quem ait non tangere Doctores ponit Lamber. *d. art. 9. n. 18.* quando ſcilicet laicus eſt tantum patronus, & Eccleſiam in proprietatem, vel eius redditus temporales non detinet, & conſtat iuspatronatus, quod non habet, transferre nolle, ſed Eccleſiam ipſam donat loco religioſo, & tanquam certum reſoluit in nihilo valere donationem etiam de Epiſcopi conſenſu, cum donet, quod non habet, contra regulam tex. *in cap. Dauibertum 1. q. 7. & d. cap. quod autem*, & ceſſat ratio permiſſionis, quam ſupra conſiderauimus.

12 Vnde iam colliges veram rationem, quare in donatione Eccleſiæ, quam laicus detinet, in locum religioſum Epiſcopi conſenſus neceſſarius ſit, & abſque eo non valeat, iuxta text. in præſenti, non ità tamen requiratur in donatione iuriſpatronatus facta loco religioſo, iuxta tex. *in cap. 1. in principio, de Iurepatronatus, lib. 6.* nam cum iuſpatronatus transferatur à patrono, qui verus eſt ipſius dominus, illudque iuſtè poſſidet ex Eccleſiæ conceſſione, ratione fundationis, vel dotationis, iuxta tex. in *cap. Decernimus*, cum multis ibidem 16. q. 7. *cap. 3. & per totum de iurepatronatus*, Conc. Trid. *ſeſſ. 25. de reformat. cap. 9.* cum multis citatis per me *de officio, & poteſtate Epiſcopi, par. 3. allegat. 70.* meritò talis donatio facta à domino, qui magis capax, & habilis eſt ad illud obtinendum, rata, & firma manere debet abſque aliquo Epiſcopi conſenſu: at verò laicus detinens Eccleſiam iniuſtè donat id, quod ſuum non eſt, nec retinere poteſt, & ideò Ius illud transferendi Eccleſiam minimè ad eum pertinet, ſed ad Epiſcopum, iuxta generalem regulam tex. *in cap. omnes Baſilicæ, 16. q. 7.* meritoque Pontificiæ leges, quæ permiſerunt Eccleſias ſic malè detentas in locum religioſum transferre, requirunt eiuſdem Epiſcopi conſenſum, vt poſt Roch. multis explicat latè Lamber. *d. art. 9. nu. 36. cum ſeqq.*

§. Excommunicatos.

13 *Ab illis, &c.* Probat hic tex. Religioſos priuilegiatos, & exemptos teneri vitare excommunicatos, & nominatim interdictos, intelligendo verba, ab illis, ideſt religioſis Templarijs, & Hoſpitalarijs, conſonat tex. *in cap. nulli, de ſententia excommunicat.* vbi latè, dum generalem regulam conſtituit, quod nemini ſuffragari poteſt priuilegium Sedis Apoſt. quominus excommunicatos vitare debeat, iuncta integra, quam refert Anton. Aug. *in 1. collect. Decretalium ſub illo tit. cap. 10.* vbi ſic incipit, Nulli autem monachi Templarij, &c. ex quibus poſt gloſ. & Abb. *num. 1.* hic, notant Couar. *in cap. alma par. 1. §. 1. num. 2.* Vgol. *de cenſuris tabul. 2. cap. 23. in principio, nu. 2. cum ſeqq.* Sayr. *eodem tract. lib. 2. cap. 11. n. 32.*

14 Verum in reddenda ratione maxima inter

cos

eos concertatio est, alij enim inquiunt præceptum de euitandis excommunicatis Iuris diuini esse, & consequenter non posse saltem in Diuinis relaxari ab ipso Pontifice: Alij vero asserunt tex. in præsenti, & *in d. cap. nulli* non negare potestatem Summo Pontifici concedendi priuilegium aliquibus, ne teneantur vitare excommunicatos, sed solum huiusmodi priuilegiis se tueri non posse priuilegiatos in genere ex defectu iustæ causæ, vt voluit Ioan. Andr. & alij communiter, teste Iacob. de Graff. *in aureis decisionibus, par. 2. lib. 4. cap. 12. num. 11.* Verum rejectis his, & alijs vera ratio est scilicet Templarios, de quibus hic, & *in d. cap. nulli* non habuisse priuilegium in specie, ne excommunicatos vitare tenerentur, sed quia erant exempti à potestate Ordinariorum virtute huius priuilegij, & exemptionis generalis contendebãt non teneri vitare excommunicatos, & interdictos ab ipsis Ordinarijs, quod Pontifex merito reprehendit, quia licet priuilegium generale exemptionis prosit exemptis ne ab Ordinarijs, à quorum iurisdictione exempti sunt, valeant excommunicari ex resolutis per Sayr. *d. lib. 1. cap. 6. num. 36.* sicut etiam religiosis prodesse potest priuilegium, ne excommunicari valeant iuxta tex. *in cap. ne aliqui, hoc tit. lib. 6.* minimè tamen ex eo quòd exempti sunt sequitur non debere vitare alios, qui ab Ordinarijs rite sunt excommunicati, vt benè ex communi notauit Vgol. *tab. 1. cap. 13. §. 8.* quia obligatio eos vitandi non prouenit ex Iurisdictione Ordinarij excommunicantis, à qua exempti sunt, sed ex legis dispositione à qua Religiosi non eximuntur, vt constat ex ijs, quæ infra dicentur.

15 *Quam ab alijs omnibus, &c.* Ex his verbis colligunt Abb. *nu. 1.* Dec. *à nu. 5. & 15.* ac alij in præsenti communiter regulam, quod excommunicatus, vel interdictus in vno Episcopatu in omnibus alijs; & ab omnibus non subditis excommunicantis, atque etiam ab exemptis vitari debet, notat glos. *verbo subtrahuntur in cap. pastoralis, §. verum de appellat. cum similibus*, quam post Felin. Nauar. & alios adducit Couar. *in cap. alma par. 1. §. 3. nu. 2.* Vgolin. *de censuris, tab. 1. cap. 13. §. 10.* Sayr. *eodem tract. lib. 2. cap. 11. nu. 25. cum seqq.* Henriq. *in summa lib. 13. cap. 24. §. 1. & cap. 26. §. 3.* Soar. *tom. 5. disp. 18. sect. 1. à num. 4.* Eandem conclusionem
16 in suspenso ab officio, vt vbique, & in alijs Episcopatibus suspensus censeatur, notat *glos. d. verbo subtrahuntur*, *glos.* similis *in cap. si quis presbyter, 7. q. 1.* quas cum alijs communiter receptas testatur Vgol. *tab. 4. de censuris, cap. 6. §. 2.* Soar. *d. tom. 5. disput. 26. sect. 1. à nu. 9.* Sayr. *de censur. lib. 4. cap. 5. nu. 7. cum seqq.*

17 In contrarium tamen facit, quia sententia Iudicis neque extra territorium, neque eos, qui subditi non sunt, ligare potest, ex regul. *l. vlt. ff. de iurisdict. omnium Iudicum, & cap. vn. de constit. in 6.* tex. optimus in eodem proposito *in cap. à nobis 21.* ibi, non nisi subditi obligantur, *de sententia excommunic.* sic per sententiam, quæ suspendit ab officio postulandi, prohibitus tantum censetur in Prouincia Præsidis iudicantis *l. ex ea vers. in ea ff. de postulando.* & inde suspensum à beneficio, in alio loco beneficium ha-
18 bere posse notat *glos. d. verbo, subtrahuntur.* Vgol. *tab. 4. cap. 8. §. 5.* Soar. *d. tom. 5. disput. 27. sect. 1. n. 19.* Et bannitum (qui excommunicato æqui-
19 paratur *in cap. 1. in fine principij, hic finitur lex, in vsibus feudorum*, Gail. *de pace publica lib. 2. cap. 1. num. 26.* Cardin. Tusch. *tom. 1. lit. B. conclus. 11.*) licet impunè possit occidi, non ità tamen extra territorium Iudicis bannitum habere effectum suum notauit Bald. *in l. 1. num. 6. C. de hæredibus instit.* & alij de quibus Card. Tusch.
20 *d. lit. B. concl. 16.* Et legitimationem factam à Principe aliquo non extendi ad bona sita extra ipsius territorium notant Abb. Præp. Dec. & alij communiter, quos refert, & sequitur Couar. *de sponsalib. par. 2 cap. 8. §. 8. num. 14.* Cab. *Lusitania decis. 69. num. 19. par. 2.* & magis communem multis adductis comprobat Fach. *controuersiarum lib. 3. cap. 58.*

21 Propter has difficultates variæ sunt in hoc articulo resolutiones, multi enim absolutè negãt excommunicatum in vno Episcopatu, in altero extra territorium excommunicantis vitandum esse, ita Scot. *in 4. dist. 19. q. 1. art. 5.* sed apertè loquitur contra tex. in præsenti, & *in cap. curæ 11. q. 3. cum similib.* ideoq; meritò ab omnibus supra citatis reprehenditur. Alij autem eam afferunt rationem, quia obligatio vitandi excommunicatos est de Iure diuino, quod obligat omnes vbique, absque territorij distinctione. Ità Ledes. *in 2. 4. q. 24. art. 1. ad finem*, sed conuincitur, cum præceptum hoc de excommunicatis vitandis, purè humanum sit, licet potestas excommunicandi, & ferendi censuras à Iure Diuino procedat, vt colligitur ex resolutis per Henriq. *in summ. lib. 13. cap. 2. §. 3. vers. modus.* Sayr. *lib. 1. de censur. cap. 4. num. 8.* Auil. *eodem tract. par. 2. cap. 6. disput. 7. dub. 1. concl. 3.* Soar. *tom. 5. disp. 2. sect. 1. num. 9.*

22 Vera igitur resolutio est stando in lege Diuina, & ex vi suæ iurisdictionis non potuisse Episcopos directè per excommunicationem ligare non subditos, sed Ecclesiam, Legesq; Pontificias ex Apostolorum institutione hanc formam, & naturalem proprietatem excommunicationi tribuisse, vt excommunicatus communibus Ecclesiæ suffragijs priuetur, & ab vno Episcopo excommunicatus, ab omnibus alijs vbique vitari debeat in Diuinis, & humanis, adeò vt nec Episcopus ipse, qui excommunicationem protulit, cum eo communicare valeat, quod posset si hoc suæ iurisdictioni esset tribuendum, atque ità DD. colligunt hunc discursum *in cap. sicut Apostoli cum seqq. 11. q. 3.* & post Sor. latè explicant Henriq. Sayr. & Soar. citati statim post verba tex. quæ proximè adduxi, hinc respondentes ad generalem regulam *d. cap. à nobis*, cum simi-

similibus, quæ probant nullã inferioris Iudicis sententiam extra territorium non subditos ligare, vt scilicet procedat directè, & ex vi suæ potestatis, limitari autem in excommunicatione, quæ ex Ecclesiæ institutione hoc habet, vt vbique suos habeat effectus, & omnes fideles obliget excommunicatum vitare. Quæ solutio licet excommunicationi conueniat, non tamen plenè tollit difficultates.

23 Quare in hoc articulo duo puncta inuoluuntur, quæ melius distinguit Soar. *d. disput.* 18. *sect.* 1. *num* 4. quorum vnum est, an Iudex Ecclesiasticus ex vi suæ iurisdictionis potuerit excommunicatum arcere à communione fidelium extra suum territorium, eidem prohibendo ne cum alijs fidelibus communicet. Aliud, an possit alienis subditis prohibere communionẽ cum suo subdito excommunicato. Circa primũ, quod possit extra territorium suo subdito communionem prohibere non est dubium, & posse etiam tam ab officio, quàm à beneficijs extra territorium existentibus suspendere, si id intendat. Nec obstabit tex. *in d. l. ex ea*, respondere enim potest non negare Iurisconsultum quod possit Iudex per sententiam suã prohibere aliquem ab officio postulandi in omni loco, sed interpretari intentionem ipsius esse prohibere solum intra suum territorium, vt in simili circa sententiam suspẽsionis à beneficiis, quod interpretanda sit de beneficijs existentibus in territorio Iudicis sententiam proferentis, argumento text. *in cap. si cõpromissarius vers. restringitur, de elect. lib. 6.* notat Abb. *in cap. postulastis num. 11. de foro competenti*, Soar. *tom. 5. disput. 27. sect. 1. num.* 22. Vnde quæstionem potestatis in hoc proposito distinguere oportet à quæstione voluntatis, seu intentionis, potest enim, sed in dubio non intendit, nisi qualitas causæ id postulauerit, vt sunt sententiæ, quæ efficiunt personam, vel eius statum minuunt, veluti quando infamiã irrogant iuxta *d. l. ex ea, in principio*, & in seruo pœnæ, iuxta *l. 3. ff. de his, quæ pro non scriptis*, & *in l. qui vltimo ff. de pœnis*, iuncta *auth. sed hodie C. de donationibus inter virum*: huiusmodi sunt etiam excommunicatio, interdictum, suspensio ab officio, & reliqua, de quibus Doctores dicere solent, quod suam secum trahunt executionem, idest, quæ absque hominis ministerio suos operantur effectus, vt loquitur text. *in d. cap. pastoralis §. verum*. Circa secundum vero de alienis subditis, quod non posset Episcopus ex vi suæ iurisdictionis illis communionem cum suo excommunicato prohibere, ideoque recurrendum sit ad specialem Ecclesiæ institutionem, quæ præcipit, vt omnes fideles teneantur excommunicatum ab vno Episcopo vbique vitare, indeq; sequitur non solum alienos subditos, sed etiam exemptos teneri huiusmodi excommunicatos vitare, quia hoc præceptum non procedit à iurisdictione Ordinariorum, à qua exempti sunt, sed à Iure communi Canonico, à cuius obseruantia eos non eximit tale exemptionis priuilegium, vt deducitur ex supradictis.

24 *Nominatim*. Dicitur nominatim excommunicatus, vel interdictus, quando proprium nomen exprimitur, vel aliquo indubitabili signo demonstratur, vt per *glos. hic verbo nominatim*, cui similis *verbo nominatim in cap. constitutionem, de sententia excommunicat.* quas cum alijs communiter receptas testantur Couar. *in cap. alma, par. 1. §. 2. nu.* 8 Gutier. *canonicarum, lib. 1. cap. 1. nu.* 27. Iacob. de Graff. *in aureis decisionibus, par. 1 lib. 4. cap. 11. nu.* 6. Sayr. *de censuris lib. 2. cap. 12. nu.* 17. & *lib. 5. cap. 4. n.* 11. Soar. *tom. 5. disp. 9. sect. 2. num.* 10. hinc merito reprobantes doctrinam *glos. in cap. à nobis de sententia excommunicat.* dum tenet nominatim excommunicatos dici posse, qui committunt furtum, vel similem actum contra Canonem, vel generalem sententiam excommunicationem facienti talem actum imponentem, vt in forma illius tex. quisquis furtum fecerit sit excommunicatus. Et confirmatur ex tex. *in l. quoties, §. qui nomen, ff. de haeredibus instituendis*, iuncto *§. nominatim instit. de exhaeredatione liberorum*, cum similibus, quæ explicant Couar. *in cap. cum tibi n 5. de testam.* Anton Gom. *tom. 1. variarum, cap. 2. nu. 6.* Menoch. *de præsump. lib. 4 præsump.* 19. *nu. 5. cum seqq.*

25 In præsenti dictio illa, nominatim, iungitur interdictis, nec ad excommunicatos refertur, vt patet ex littera ibi, excommunicatos quoque, & nominatim interdictos, quasi velit excommunicatos indistinctè ab omnibus esse vitandos, interdictos autem tunc demum, quando nominatim interdicuntur, ratio autem differentiæ est, quia secundum Iuris antiqui regulas quocunque modo ad fidelium notitiam deuenerit, vel per famam, vel aliter, etiam occultè aliquem incidisse in excommunicationis sententiam etiam generalem ipsum vitare debuerunt, saltem occultè iuxta tex. *in cap. cum non ab homine, de sentent. excom. cap. illud, de clerico excommunicato ministrante*, cum alijs, de quibus Couar. *d. §. 2. nu.* 3. Vgolin. *tabul. 1. cap. 13. § 7. num. 9. vers. ex quo*, Sayr. *d. lib. 2. cap. 12. nu.* 1. optimam afferentes rationem, quia excommunicatio suã secum trahit executionem, nec vt liget denunciatione opus est, *d. cap. pastoralis, §. verum*; ac proinde semoto speciali fauore *extrauag. Ad euitanda* quicunque sciuerit alium esse excommunicatum, siuè per generalem, siuè specialem sententiam eum vitare debuit. In interdicto autem diuersa consideratio occurrit secundum varias illius distinctiones, & differentias, quarum illa ad nostrũ propositum notabilis est, quod interdictum personale, vel generale, vel speciale est, generale veluti quia interdicitur populus alicuius ciuitatis: speciale, quando interdicuntur certæ tantum personæ: Inter vtrunque illa est differentia, quod licet quandiu singulares personæ sunt de illo populo, interd. cta censeantur etiam generali interdicto, nec ibi, nec alibi Diuinis interesse possint, ex ratione, quam red-

reddit tex. *in cap. si sententia, vers. cum vero de sentent. excom. lib. 6.* si tamen singuli de populo illo esse desierint, veluti quia aliò domicilium mutarunt, si culpabiles non sint, desinunt esse interdicti, quia cum non interdicantur vt singuli, sed tanquam pars illius populi, si de eo desinant, iam illos interdictum non constringit, quod in eos, vt tales, ferebatur, vt ex Anch. & alijs *in d. cap. si sententia,* notat Couar. *var. lib. 2. cap. 8. nu. 10.* & alijs adductis Henriq. *in summa, lib. 13. cap. 42. §. 2.* Vgol. *tabu 5. de censuris, cap. 20. §. 4.* Soar. *tom. 5. disp. 32. sect. 2. nu. 11. iuncto n. 18.* Sayr. *de censur. lib. 5. cap. 4. à princip.* Cum ergo tex. in præsenti agat de excommunicatis, & interdictis vbique vitandis etiam extra territorium proferentis, & hæc regula absolutè vera sit in excommunicatis, & interdictis nominatim, & per contrarium deficiat in interdictis generaliter nomine populi, quia solum vitandi sunt donec sunt de eodem periculo, non immerito in hoc tex. in interdictis adiecta fuit dictio illa, nominatim.

§. In Ecclesijs.

26 *Pleno iure.* Quando autem pleno iure dicantur Ecclesiæ ad aliquē pertinere, dicam commodiùs ad *cap. quoniam, 21. infra hoc tit.*

27 *Presbyteros.* Cum vulgare principium sit, quod qualitas iuncta verbo significat iuxta terminos verbi, *l. in delictis, §. si extraneus, ff. de noxalibus,* cum alijs de quibus Dec. & alij relati à Menoch. *remed. 16. retup. nu. 23.* videtur ex verbo, Presbyteros, iuncto verbo, instituendos, probare tex. in præsenti necessarium esse, quòd Vicarij instituendi ab Episcopo in Ecclesijs, quæ non pleno iure monasterijs vniuntur, tempore institutionis sint in Sacerdotali Ordine constituti, vel si prædictum verbum adiungatur sequenti, repræsentent, quod tempore repræsentationis Sacramento illo sint insigniti, & confirmatur ex *cap. nemo, 15.* ibi, ætate legitima, & Sacerdotio, *de elect. lib. 6.* & ex generali regula; quod qualitas requisita ad beneficij habilitatem requiritur tempore prouisionis *cap. si eo tempore, 9. de rescriptis, cap. cum de benef. de prabendis eodem lib.*

28 Verum contrarium deprehenditur ex tex. *in cap. 2. de institutionib. lib. 6. & in cap. ei, cui 29. de prabend. eodem lib.* & ex communi DD. resolutione asserentium sufficere ad validitatem collationis cuiuscunque beneficij etiam curati, quod prouisus sit prima tonsura initiatus, & ætatem habeat, vt intra annum ad Sacerdotium promoueatur, vt per Rebuf. *in praxi tit. requisita ad collationem, nu. 24.* Roch. *de iurepatron. verbo honorificum, nu. 14.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 25. nu. 33.* Petr. Greg. *rei beneficiariæ, cap. 25. num. 8.* Nicol. Garc. *de beneficijs, par. 3. cap. 4. nu. 2. cum seqq.* neque dici potest prædictam resolutionem procedere in principalibus Ecclesiarum Rectoribus, at verò in earum perpetuis Vicarijs aliquid speciale reperiri per text. in præsenti, iuxta ea quæ Doctores per text. ibi in *cap. vlt. de officij Vicarij, & in Clem. 1. eodem tit.*

29 Cuius veriori sententiæ non obstat verbum, Presbyteros, quo tex. in præsenti vtitur, quia non adijcitur hic tanquam præcisè necessariū tempore repræsentationis, vel institutionis contra iura prædicta, quæ expresse contrarium decidunt, sed gratia frequentioris vsus, iuxta *regul. l. nam ad ea ff. de legib.* atque etiam quia conuenientius, & causatiuè necessarium ad euitandam scilicet Ordinarij coactionem, & pœnam priuationis, si intra terminum ab ipso latum, vel intra annum secundum Ius hodiernum non promoueantur, quod vt facilius percipiatur aduertere oportet celebrem esse Io: Andr. distinctionem *in d. cap. ei, cui,* quem ibi sequuntur Domin. *num. 12.* & Franch. *nu. 6.* ac alij communiter ibi, dum resoluunt tribus modis beneficium, seu præbendam Sacerdotalem dici posse, vel quia ex sua institutione, priuilegio, aut consuetudine solis Sacerdotibus debet conferri, quo casu certum est tempore prouisionis Sacerdotij Ordinem esse necessarium, vt frequenter vidimus obseruari in institutionibus capellarum, & maioratuum, quibus adijcitur, vt vnus Sacerdos bonæ vitæ eligatur, prosequitur Hoied. *de incompatib. benef. par. 1. cap. 24. n. 20.* aut quia Ordo ille requiritur. quia si ad eum non promoueatur beneficio ipso priuatur, iuxta terminos *cap. licet canon, de prabend. lib. 6.* aut tandem quia si non promouetur priuatur fructibus iuxta *d. cap. vlt. de officio Vicarij.* Quare his casibus vltimis tempore prouisionis Ordo sacerdotalis necessarius non est, sed sufficit, quod deinde intra annum promoueantur, & consequenter iuxta hos terminos rectè procedit tex. in præsenti, & verbum illud, presbyteros; licet enim ex illo conuincatur Vicarias perpetuas parochialium Sacerdotales esse, non tamen inde sequitur necessariò Sacerdotij Ordinem necessarium esse tempore prouisionis.

30 *Episcopis repræsentent,* Ergo repræsentatio beneficij personaliter est Episcopo facienda, itaut præsentatus eidem personaliter exhibeatur, neque sufficiet quod per litteras; aut procuratores absens ipse Episcopo nominetur, quod in primis suadet proprietas verbi, repræsentent, quod propriè significat præsentiam sui facere, *l. maritus, 15. §. 1. ff. ad leg. Iul. de adult.* melior tex. *in l. consentaneũ,* quomodo & quando Iudex, ibi, vt præsentiam sui faceret, iuncto ibi, vt sese repræsentent, cum multis alijs, quæ adducit Bris. *de verborum Iuris significatione verbo repræsentare,* vnde rectè dicit *glos. verbo repræsentare, in*
31 *Clemen. dudum de sepulturis,* quod repræsentare dicitur, qui præbetur sensibus corporis, *ex l. 1. in princ. ff. de verborum obligat.* & est recepta communiter ex multis, de quibus Tiraquel. *de iure maritis, glos. 6. nu. 31.* Selua *de beneficio, par. 3. quæst. 1.*

quæst. 1. *num.* 7. Lamber. *de iurepatron. art.* 1.*q.*11.
32 *par.*1.*lib.*2.*nu.* 12. *cum seqq.* Indeque præſentatio hæc ſolet à Doctoribus communiter definiri, quod ſit exhibitio perſonæ per patronum Epiſcopo, vel alteri, ad quem inſtitutio pertinet, legitime facta, ità Abb. *in cap. ea noſcitur, de his, quæ fiunt à Prælatis*, Roch. *de iurepatronatus in principio, quæſt.* 3. Rebuf. *in praxi tit. de præſent. num.*3. Card. Tuſc. *tom.*6.*lit.P, concluſ.* 191. Nicol. Garc. *de benef.par.*4.*cap.*1.*nu.* 16. Vnde non valere præſentationem de abſente factam, nec Ordinarium teneri admittere præſentatum, qui ſe perſonaliter non exhibet, notant omnes proximè citati, idem Abb. *conſ.* 76. *num.* 2. *par.* 2. Roch. *verbo honorificum quæſt.*6.*nu.*27. Cortaſ. *de*
33 *facerd par.*4.*cap.*6.*num.*18. Non obſtat *d. cap. ea noſcitur*, ibi, per ſe, aut per litteras perſonas idoneas Epiſcopis Diœceſanis præſentent, quia procedit quando patronus abſens per litteras facit præſentationem perſonæ, quæ cum eiſdem Epiſcopo ſe perſonaliter repræſentet, & hoc licitum eſſe dubitari non poteſt, vt euincunt text. *in d. cap. ea noſcitur, & in cap. vlt. de concesſione præbendæ*, & *in Clemen.* 1. *verſ. Præſentatus de exceſsibus Prælatorum*, & procedit praxis receptiſſima ſecundum quam nunquã, aut raro patroni tempore præſentationis perſonaliter exhibẽt Epiſcopo præſentatos, ſed prę́ſentati cum inſtrumento repreſentationis ſe exhibent Ordinarijs, qui illos admittunt, & inſtituunt, de qua meminerunt *gloſ. in d. Clemen.* 1. Lamber. *d.art.*1. *num.* 5. Nicol. Gar. *d. cap.*1.*nu.*19. Card. Tuſc. *d. lit. P, concluſ.* 592.*nu.*24. At vero veriſſima, &
34 receptiſſima eſt reſolutio præſentatos perſonaliter debere ſe Epiſcopo repræſentare, Epiſcopumque, non teneri præſentatos per procuratorem admittere, tum ex dictis, tum ex multis rationibus, quas afferunt Doctores, quia ſcilicet cederet hiniuſmodi præſentatio in graue ipſius Eccleſiæ præiudicium ex dilatione, ſi prę́ſentatus per literas differret aduentum ſuum; tum quia præſentati debent ab Ordinario examinari an ſint idonei, tam in Parochialibus, & Curatis, quam in ſimplicibus ex Conc. Trid. *ſeſſ.* 7. *de reformat. cap.* 13. quod examen cum perſonale ſit, & per procuratorem fieri non poſſit, neceſſariò ſequitur præſentatos teneri ſe Epiſcopis perſonaliter exhibere. Vtrum autem abſens præſentatus inſtitui ab Epiſcopo poſſit, ſi ei notum ſit eſſe idoneum notoriè, dixi *de off. & poteſt. Epiſcopi, par.* 3. *allegat.* 72. *n.* 118.
35 Ex eiſdem huius tex. verbis ibi (Epiſcopis repræſentent) iuncto ibi, inſtituendos, etiam deducitur, quod inſtitutio in Eccleſijs, quæ ad religioſorum præſentationem ſpectant, fieri non poteſt niſi præcedente ipſorum præſentatione, adeò vt inſtitutio, ſeù prouiſio aliter facta ſpreto ſcilicet patrono nullius momenti ſit, vt notant DD. per tex ibi *in cap. decernimus*, 16. *q.* 7. *& in cap. illud de iurepatronatus*, Abb. *in cap. cum Bertoldus, nu.* 13. vbi Felin. *num.*8. *de re iudicata*, Roch. Lamber. Sylueſt. & alij, de quibus Gar. *de benef. par.*5. *cap.*9. *ex num.* 231. Cabed. *de patron. Regiæ Coronæ, cap.*1. *num.* 3. *&* 6. qui omnes benè notant hanc nullitatem tunc demum locum habituram, ſi patronus intra quadrimeſtre, vel ſemeſtre ad præſentandum ſibi à Iure conceſſum reclamauerit, aliter enim ſuſtineri, ac valere prouiſionem Epiſcopi reſoluunt præcitati Doctores, & vltra illos Spin. *in ſpec. teſtamen. gloſ.* 4. *princip. nu.* 99. Flam. *de reſign. beneſ. lib.* 8. *q.* 10. *num.* 10. Praxis Epiſcop. *verbo Ius publicum num.* 8. & cenſuit Rot. *deciſ.* 77. *num.* 4. *par.* 1. *diuerſ.* cuius reſolutionis varias rationes afferunt ſcribentes, vt proſequitur Garc. *d. cap.* 9. *à num.* 233. Sed facilis eſt illa, quam affert *num.* 237. atque etiam Cabed. *d. cap.*1. *num.* 7. quia ſcilicet huiuſmodi nullitas in fauorem patroni, qui Eccleſiam fundauit, vel dotauit, inducta eſt, & conſequenter ſemper habet tacitam conditionem, ſi ipſe patronns declarauerit, vt in ſimili circa pœnam commiſſi ob non ſolutum canonem probat tex. *in l.* 2. *ibi, ſi dominus voluerit, C. de iure emphyt.* & ibi notauit *gloſ. verbo volente*, recepta ex multis de quibus Tiraquel. *in l. ſi vnquam, verbo reuertatur nu.* 10. Mench. *vſufrequen. cap.* 34. *nu.* 5. Corbul. *in tract. quibus modis emphyt. amittatur tit. de cauſa priuationis ob non ſolutum canonem num.* 9. & in caſu quotidiano de excommunicatione ob non ſolutam penſionem quod non incurratur niſi poſtquam pars declarauerit ſe ea vti velle Caſad. *deciſ.*2. *&* 3. *de locat.* Nauar. *in manual.c.*23. *num.* 104. Soar. *tom.* 5. *de cenſuris diſp.* 20 *ſect.* 2. *num.* 10. vbi de ſtylo atteſtatur, & poſt illum ac Mandoſ. Flam. Tolet. & alios, Nicol. Garc. *de benef. par.* 1. *cap.* 5. *nu.* 581.

36 *Ipſis vero pro rebus temporalibus reddant rationem.* Ergo patroni de tẽporalibus rationem exigere poſſunt à Presbyteris, qui ad eorũ præſentationem in Eccleſijs, quæ ſuæ ſunt ratione iurispatronatus, fuerunt inſtituti, atque ità poſt Innocent. notant Butr. *nu.* 14. Abb. *num.* 3. Henric. & alij communiter hic, conſonat tex. vbi etiam notauit Abb. & alij communiter, *in cap. in Lateranen. de præb. & in c. ex litteris in fine, de iurepatronatus*, vbi Bero. *nu.*17. eamque concluſionẽ procedere in Eccleſijs, quæ ratione ſolius iurispatronatus, ſeù præſentationis ad religioſos pertinent, reſoluit Abb. *in c. de monachis nu.*6. *de præb.* ſequitur eandem Roch. *de iurepatron. verbo honorificum, n.* 100. & Lamber. *eodem tract. lib.* 3. *art.*5.*q.* 2. & ante ſe ita omnes Doctores tenuiſſe ſcribit Rebuf. *de congrua portione num.* 41. qui omnes explicant huiuſmodi rationem reddendam eſſe non minutatim de illo ſcilicet quod ſingulis diebus expenderint in panibus, carnibus, piſcibus, & ſimilibus.
37 Verum, quicquid Doctores diſtinguant inter patronos laicos, & Eccleſiaſticos, vera non eſt ſupradicta reſolutio, nec in hoc tex. & ſimilibus probatur, ſiuè enim patronus Eccleſiaſticus ſit,

ſiuè

siuè laicus, qua talis est scilicet, si non proponamus temporalia ad illum alia ratione pertinere, nunquam de illis poterit à Rectore, seù Vicario, quem præsentauit, exigere rationem, quia ratione iurispatronatus nihil aliud patronis etiam Ecclesiasticis noscitur esse concessum, quàm vt de rebus Ecclesiæ habeant sollicitudinem, vt denuntient Episcopo, vel Iudici, quæ viderint corrigenda, minimè verò, vt in temporalium, quæ pro portione Vicarij, vel fabrica relinquũtur, administratione se intromittant, vt benè deducitur *ex cap. filijs, vel nepotib. 16. q. 7. & ex cap. præterea de Iurepatron.* & melius ex Conc. Triden. *sess. 25. de reformat. cap. 9.* vbi indistinctè interdicit omnibus patronis cuiuscunque Ordinis, etiamsi collegia, & Communitates clericorum, vel laicorum existant, ne in perceptione fructuum beneficij sui patronatus se ingerant, sed eos liberè Rectori distribuendos dimittant; & ante Conc. Triden. idem tenuit Dec. hic *nu. 4. & 20.* & constanter Rebuf. *de congrua portione num. 42. cum seqq.* Spin. *in specul. testamentorum, glos. 4. num. 91.* vbi respondent nostrum tex. & *d. cap. in Lateranen.* loqui de Ecclesijs, in quibus temporalia ad religiosos pertinebant, quæ ex illa particula, suis, benè etiam aduertit Dec. ibi *num. 21.* sed manifestius probatur ex text. *in cap. sanè 16. q. 2.* ibi, Abbati verò pro rebus tẽporalibus ad monasterium pertinentibus debitam subiectionem exhibeant.

§. *Quod si Templarij.*

38 De interdicto Ecclesiastico, de quo hic agitur, vide Nauar. *in manual. cap. 27. num. 164. cum seqq.* Couar. *in cap alma par. 2. §. 1.* Henriq. *in sum. lib. 13. cap. 41.* Vgolin. *de censuris tab. 5.* Sayr. *eodem tract. lib. 5.* Auil. *eodem tract. part. 5.* Soar. *eodem tract. disp. 32.* Bonac. *eodem tract. disput. 5.* Lud. Miranda *in man. Prælat. tom. 2. q. 37.*

39 *Ad Ecclesiasticum officium.* Sub nomine, Ecclesiasticorum, vel Diuinorum officiorum, quæ contineantur, inuenies ad cap. *non est vobis 11. num. 5. de spons.* & ibi citatis adde Valer. Reginal. *in praxi fori pœniten. lib. 32. tract. 3. num. 32.* & Bonacin. *d. disput. 5. par. 3.*

40 *Nec tunc ibi sepeliantur corpora defunctorum.* Notatur ad hoc, quod per omne interdictum, siuè locale, siuè personale, vsus Ecclesiasticæ sepulturæ prohibetur, de quo vide Nauar. *d. cap. 27. num. 171.* Couar. *d. §. 1. num. 3. vers. hoc autem,* Viuald. *in candelabro aureo sub tit. de interdict. §. 1. nu. 39.* Vgol. *d. tabul. 5. cap. 9.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 2. q. 110.* Soar. *d. tom. 5. disput. 35. sect. 1.* Auil. *d. par. 5. disp. 4. sect. 3.* Sayr. *d. lib. 5. cap. 7.* Valer. Reginal. *d. lib. 32. tract. 3. num. 37.* vbi aduertit hunc effectum priuationis sepulturæ habere locum non tantum in adultis, sed etiam in infantibus baptizatis, itaut in loco interdicto ijs perinde, ac illis sit deneganda Ecclesiastica sepultura, latè Bonac. *d. disput. 5. punct. 4. à principio,* vbi *num. 9.* agit de infantibus, vel amentibus, & *num. 6.* contra Vgolin. *d. tabul. 5. cap. 9. §. 3.* resoluit laicos habentes priuilegium assistendi Diuinis officijs posse sepeliri in loco Sacro.

§. *De confratribus.*

41 *Ab Episcoporum suorum, &c.*

Notatur ad hoc, quod confratres, qui in proprietatibus suis, & in seculo remanent, nec oblati sunt Religioni, aut conuersi, Episcopis, ac proinde Ecclesiasticæ potestati sunt subiecti, vt per Butr. hic *num. 11.* Abb. *num. 4.* Anchar. *9.* & Henric. *in cap. vt priuilegia, infra hoc titulo.*

42 Vnde potest adduci tex. hic pro resolutione eorum, qui docent confraternitates laicorum religionis causa institutas pia esse, & religiosa loca, & ideò à seculari potestate, & iurisdictione exempta, præcipuè si proprium habeant templum, vel in eis seruetur hospitalitas, aut Missæ dicantur, & alia pia opera exerceantur, de quo vide Couar. *in cap. officij num. 12. de testament.* Paul. Fusc. *de visitat. lib. 2. cap. 14. à nu. 4. & 7.* Praxi Episc. *par. 1. verbo confraternitas §. 4.* Rhenat. Chop. *de sacra polit. lib. 3. cap. 6. num. 6.* Azeu. *ad l. 10. nu. 26. & 29.* & *l. 3. tit. 14. lib. 8. nouæ recopil.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 35. à nu. 9.* Petr. Gregor. *de Repub. lib. 13. cap. 2. num. 8.* Menoch. *remed. 15. recuperandæ num. 34. cum seqq.* Card. Tusch. *tom. 2. lit. E. conclus. 28. num. 4. & tom. 4. lit. F. conclus. 435.* Valasc. *consult. 105. à num. 5.* Perez de Lara *de capellanijs lib. 2. cap. 1. à num. 5.* Cabed. *de patron. Regiæ Coronæ cap. 42.* Moder. *de iurisdict. par. 4. casu 113. n. 7. cum seqq.* Bobadil. *in sua politica lib. 2. cap. 18. num. 228.* Benedict. Aegid. *in repetit. l. 1. C. de sacros. Eccles. par. 1. in initio nu. 54.*

43 *Si non se prædictis fratribus, &c.* Notatur ad hoc, quod oblati, qui in totũ se religioni non tradiderunt, Ecclesiasticæ personæ nõ cẽsẽtur, nec Ecclesiastici fori priuilegio gaudẽt, quẽadmodum per contrarium gaudent illi, qui se, & sua in totum religioni tradiderunt, vt per Nauar. *cons. 49. de regularib. in nouis,* Decian. *in tract. crimin. lib. 4. cap. 9. num. 28.* Azeued. *ad l. 1. num. 8. tit. 14. lib. 6. nouæ recopil.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 3. q. 21.* Cardin. Tusch. *tom. 5. lit. O. concl. 16.* Flores de Mena *variarum lib. 2. quæst. 21. à num. 194.* Modern. *de iurisdict. par. 4. casu 116. num. 37.* Peregr. *variar. lib. 6. num. 71.* Fr. Paulin. *in praxi criminal. regular. tit. 1. cap. 3. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Iudex, qui Iustitiam facere negligit, & priuilegia*

gia Sedis Apostolica non seruat suis priuilegijs est priuandus.

3 *Iudex in administranda Iustitia negligens, aut per dolum, vel imperitiam malè iudicans, quas pœnas Ciuiles incurrat, ostenditur.*

4 *Iudex per dolum, aut imperitiam male iudicans, qualiter criminaliter puniatur, ostenditur.*

5 *Iudex iniustitiam faciens non positiuè, sed omittendo, an easdem pœnas incurrat, ostenditur, & numeris seqq.*

Cap. Dilecti. IIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Soc. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castella par.* 1. Vinian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 196. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 713. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 24. *cap.* 4. & est post Concil. Lateranen. *par.* 44. *cap.* 6.

2 *Iustitiam facere non vultis, &c.*

Probat hic tex. Iudicem, qui iustitiam facere negligit, & priuilegia Sedis Apostolicæ nō seruat, suis priuilegijs esse priuandum, ratio decidendi illa est vt scilicet qui alienis priuilegijs derogat priuetur proprijs, vt in eodem genere in quo deliquit ipse puniatur, iuxta reg. tex. *in cap. litteras* 13. *de tempor. ordin. cum similib.* non ob id tamen tex. hic excludit alias pœnas cōtra Iudices
3 in administranda iustitia negligentes, vel per dolum, aut imperitiam malè iudicātes Iure præscriptas, præcipuaq; illa est vt litem faciant suam *l. si filiusfam* 15. *ff. de Iudic.* vbi latè explicat D. Barbos. vt scilicet, vel in solidum damnum, vel dispendium litis parti, quam iniustè condemnarunt, resarcire teneantur, iuxta eandem *l. si filiusfam. & l.* 2. *C. de pœna Iudicis, qui malè iudicauit*, vel quantum de ea re iudicantis religioni, æquum videbitur, iuxta *l. vlt. ff. de varijs & extraord. cognit.* vnde sumptum est *princ. instit. de obligat. qua ex quasi delicto*, vbi recentiores omnes, latè explicant Paris de Put. *de syndicatu, verbo negligentia, & verbo Iudex malè iudicans*, & post Felin. Dec. & alios, Bern. & Salz. *regul.* 375. Garc. *reg.* 301. Card. Tusch. *tom.* 4. *lit. I. conclus.* 404. *& concl.* 405. *num.* 3. *& conclus.* 475. expresse agens de casu huius text. de eo scilicet, qui iustitiam facere negligit, & quo ad forum conscientiæ explicant Nauar. *in manuali cap.* 25. *n.* 12. Molin. *de iustit. tom.* 3. *tract.* 2. *disput.* 710. *à princ.* Quæ quidem resolutio videlicet, quod Iudex malè iudicans damnum litis, parti resarcire teneatur, procedit etiamsi pars ipsa à sententia non appellauerit, vel appellationem interpositam non prosequatur, vt notarunt Bartol. *q.* 9. *incipien. Iudex per imperitiam à num.* 15. Auil. *ad cap.* 1. *Pratorum, verbo à las partes num.* 9. Auend. *resp.* 11. *num.* 1. D. Barbos. *in d. l. si filiusfamilias à num.* 29. latè Farinac. *in praxi crimin. q.* 111. *num.* 509. *& num.* 523.

4 Quinimmo non solum ciuiliter ad interesse partis, sed etiam criminaliter secundum Iudicis arbitrium puniri posse argumento text. *in d. l. vlt.* notant vltra præcitatos Menoch. *de arbitr. casu* 339. Valasc. *consult.* 26. *ad finem*, Petr. Greg. *syntagm. lib.* 50. *cap.* 2. *num.* 49. Attento autem Iure Canonico contra Iudices Ecclesiasticos, qui contra conscientiam, & iustitiam in grauamen partis quicquam fecerint per gratiam, vel per sordes, vltra æstimationem litis parti faciendam, pœna suspensionis ab officio per annum imponitur, atque etiam irregularitatis, si suspensione durāte Diuinis se ingesserint, vt decidit text. *in cap.* 1. *de re iudicata lib.* 6. & vltra Ordinarios ibi, explicant Nauar. *in manuali cap.* 27. *num.* 157. *vers. decima*, Henriq. *in summ. lib.* 13. *cap.* 39. §. 4. *iuncta lit. M.* Viual. *in candelab. par.* 4. *cap.* 9. *num.* 50. Iacob. de Graf. *in decis. aureis par.* 1. *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 15. Sayr. *de censuris lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 3. Farin. *in praxi criminal. q.* 111. *num.* 171. *cum seqq.* Quæ quidem, ac aliæ pœnę cumulatiuè ponuntur, & vna cum alia, vel alijs non confunditur, itaut in Iudicis sit arbitrio, vel omnes, vel vnam, quam maluerit, imponere, prout ex doctr. Bart. *in l. sanctio legum ff. de pœnis*, prosequuntur Decian. *in tract. crimin. lib.* 8. *cap.* 39. *num.* 18. Menoch *d. casu* 342. *à num.* 15. plenè Farinac. *d. q.* 111. *à nu.* 80. benè etiam aduertens *num.* 93. pœnam suspensionis, de qua in *d. cap.* 1. non confundi cum alijs pœnis Canonicis, & Ciuilibus, vt deducitur ex vltimis verbis illius text. iuncta glos. *vlt.* additq; illius decisionē procedere tribus cōcurrentibus: primò quod per sordes, vel gratiam: secundò quod contra iustitiam: tertio quod in grauamen partis Iudex Ecclesiasticus iniustam proferat sententiam, notant Nauar. Sayr. & omnes alij post illum citati.

5 Vtrum autem pœnæ supradictæ in eo locum habeant, qui iniustitiam facit, non positiuè, sed omittendo, seu per negligentiam, de quo propriè loquitur text. in præsenti, non leuiter Doctores controuertunt, in quo dubio, quoad pœnam Canonicam suspensionis dicendum videtur in eo locum non habere, vt per Anchar. *num.* 3. Abb. *num.* 2. hic, Nauar. Sayr. & reliqui omnes citatis locis, requirentes ad illam pœnam suspensionis incurrendam tria illa, quæ supra diximus, quorum primum apertè deficit in eo, qui stat in puris terminis negligentiæ, & nihil positiuè facit contra iustitiam. De pœna autem illius Iudicis, qui malè iudicauit, vt litem suam faciat, negauit eam propter solam negligentiam incurri Bart. *in d. l. vlt. vers. quæro, ff. de varijs, & extraord.* Paris de Puteo *de syndicatu, verbo negligentia, num.* 16. quos refert, & sequitur Auil. *n.* 18. D. Barb. *à num.* 64. *dictis locis*, etiā resoluētes, quod licet huiusmodi Iudices negligentes facere iustitiam conueniri possint etiam à parte ad iustum interesse per actionem in factum, & alias legitimè competentes, non

faciunt litem suam, vt eius dispendia præstent, nec pœna criminalis venit infligenda, vnde qua in *d. l. 2.* cum similibus, quæ de malè iudicantibus solum loquuntur, atq; ita factum positiuũ exigũt, vt comprobat idẽ Barbos. *n. 74. vbi supra*.

6 Contrariam tamen sententiam affirmatiuam, quod Iudex negligens facere iustitiam pœnam suspẽsionis Canonicam incurrat tenuit Dec. hic *num. 18. cum seqq.* & est *glos.* notabilis *verbo neglexerit in cap. excommunicamus, §. moueantur, de hæreticis*, dum probat excommunicari Iudicem, qui iustitiam partibus administrare negligit, recepta ex Clar. & alijs, de quibus Menoch. *d. casu 341. in principio*: & quod Iudex negligens facere iustitiam litem suam faciat tenuit *glos. vlt. in cap. hoc etiam, 2. q. 6. glos. vlt. in cap. Dominus 23. q. 2.* quas communiter receptas testatur, & sequitur Menoch. *d. casu 341.* immo Iudicem requisitum si negligat iustitiam facere durius puniri, quàm malè iudicantem resoluit Alex. *in l. 4. ff. de damno infecto*, Auend. *respons. 11. nu. 7.* & criminaliter etiam puniri Iudicem, qui renuit audire partes ex Bald. notat Valasc. *d. consult. 26. in fine*.

7 Quas quidem contrarias sententias sub distinctione esse componendas probabilius duxi, itaut prima negatiua procedat in pura omissione, posterior verò affirmatiua, quando omissio, seù negligentia habet factum admixtum, quod est casus huius text. nam si diligentiùs eius littera inspiciatur in eo non solum proponitur negligentia Iudicis in omittendo, sed magis sonare videtur in eam, quæ factum habet admixtum, vt deducitur ex vltimis verbis huius tex. ibi, scriptis authenticis obuiare minimè timeatis, quasi per hæc explicentur præcedentia, & iustitiam non facere, & priuilegia non respicere, vt anteà dixerat, non fuerat solummodò negligendo, sed actum, & positiuè obuiando, seù resistendo, ne priuilegia seruentur. Vnde casus huius text. figurari potest in Iudice, cui priuilegia Apostolica exhibentur, eaque contemnit, vel quia in totum ea legere, aut inspicere recusans, vel quia eorum formam, & tenorem non seruans priuilegiatis grauamen infert, eos cogendo secundum Iuris communis regulas id præstare, à quo Apostolicis priuilegijs erant exempti, quod quidem negligentiæ genus, quando non manet in puris terminis negligentiæ, sed in factum resoluitur, eique admixta est, puniri pœna æstimationis litis, atque alijs, de quibus supra apud omnes compertum est.

8 Plures alias declarationes circa pœnas ciuiles, & criminales Iudicis negligentis facere iustitiam prosequitur latè Farin. *d. q. 111. à num. 396.* vbi à *num. 435.* multa prosequitur circa pœnas Iudicis per imperitiam malè iudicantis, & ex *num. 71.* circa pœnam Canonicam suspensionis, de qua in *d. cap. 1. de re iudicata lib. 6.* quam obseruabis Episcopos, de quibus noster tex. agit, non incurrere ex ratione text. *in cap. quia periculosum, de sententia excommunic. lib. 6.* vt post glos. in eodem *cap. 1.* & Nauar. *d. cap. 27. num. 157.* obseruat Sayr. *de censuris lib. 4. cap. 13. nu. 3. vers. primum est*.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Excommunicatorum corpora, si in Ecclesijs, aut cœmeterijs à priuilegiatis sepeliantur, exhumanda sunt, & extra eyicienda.*
3 *Excommunicatum sepeliens quare excommunicationem incurrat, ostenditur.*
4 *Prohibitio, & præceptum Ecclesiastici non sepeliendi excommunicatum in loco sacro, quare introducta, ostenditur.*
5 *Mortui an possint excommunicari discutitur.*
6 *Cœmeterium vnde, & quibus modis dicatur, remissiuè.*
7 *Cœmeterij nomine, in quo excommunicatis denegetur sepultura, continetur quicunque locus sacer, etiam intra ipsam Ecclesiam.*
8 *Ratio eadem est, idemq; Ius de re aucta, & de principali, quod augetur.*
9 *Excommunicatus potest sepeliri in ea parte, quæ sine Episcopi auctoritate aucta fuit cœmeterio.*
10 *Communicans cum excommunicatis defunctis excommunicationem incurrit minorem, si scienter verò maiorem.*
11 *Excommunicatorum ossa in Ecclesia, vel loco Sacro sepulta eyicienda sunt ab eo, si à non excommunicatis distingui possint, alias non.*
12 *Excommunicati, qui cum signis pœnitentiæ decesserint, & absolutionem dum viuerent, petierant, sed morte præuenti absoluti non sunt, an Ecclesiastica sepultura priuandi sint, ostenditur.*
13 *Absolutio excommunicationis præstita in foro Conscientiæ non sufficit ad hoc, vt excommunicatus possit sepeliri in loco Sacro.*

Cap. Ad hæc. V.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anch. Henric. Panor. Marian. Socin. Dec. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 196.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 713.* refertur ab Anton. August *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 28. cap. 6.* & ex post Concil. Lateranen. sub Alexand. III. *par. 31. cap. 5.*

2 Probat hic tex. corpora excommunicatorum, si in Ecclesijs aut cœmeterijs etiam à priuilegiatis sepeliantur, exhumanda, & extra esse eijcienda, consonat text. *in cap. sacris, de sepulturis*, notant Butr. Zabarel. Abb. Dec. & reliqui omnes in præsenti, Nauar. *in manual. cap. 27. nu. 23. versic. 17. & consil. 4. nu. 1. de sepulturis*, Vgol. *de censur. tabul. 2. c. 9. §. 5. & 6.* Tolet. *in instructorio Sacerdotis lib. 1. c. 13. n. 10.* Henr. *in sum. lib. 13 cap. 11.*

cap. 11. §. 3. Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 3. *q.* 6 I. *art.* 1. *vers.* 6. Soar. *tom.* 5. *disput.* 11. *sect.* 4. Sayr. *de censuris lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 10. *cum seqq.* Auil. *eodem tract. par.* 2. *cap.* 6. *disp.* 4. *dub.* 8. Bonac. *eodem tract. disp.* 2. *q.* 2. *punct.* 3. §. 3. qui omnes huius prohibitionis rationem afferunt ex text. *in d. cap. sacris*, ibi, quibus non communicamus viuis, non communicamus defunctis, quam etiam expresserat Alex. III. in integra huius tex. his verbis, quoniam graue sit eis in morte communicare, quos dum viuerent, Ecclesia à suo sinu pro suis excessibus segregauit, & deducitur ex tex. *in cap.* 1. *cum seqq.* 24. *q.* 2. & ex Iure Ciuili comprobatur eleganti similitudine *ex l.* 2. *ff. de cadaueribus punitorum*, dum decidit cadanera eorum, qui in Insulam deportabantur, vel relegabantur, non posse post mortem inde in ciuitatem transferri, sed post mortem manere pœnam, explicat post alios Couar. *lib.* 2. *variarum cap.* 1. *num.* 11. indeq; notauit Bart. cum, cui in Ciuitate morari interdicitur, post mortem ad sepulturam in ciuitatem reduci non posse, pluraq; alia infert Dec. hic *num.* 18. ergo cum excommunicatis prohibitus sit ingressus Ecclesiæ, & quælibet communio cum fidelibus, meritò post mortem illis sepultura in Ecclesia denegatur.

3 Neque obstant rationes, quibus Host. hic contendebat nullam excommunicationem incurrere sepelientem excommunicatos maiori excōmunicatione, vel aliter eis cōmunicantes defunctis, eo quod prohibitio excommunicationis solum vetat ne cum homine excommunicato communicemus, quæ subinde communicantem cum mortuo non comprehendit, quia mortuus homo nō est homo, homo enim ex coniunctione animæ, & corporis subsistit, vt explicat Innocen. III. *in cap. in quadam, vers. sed aduersus, de celebratione Missarum*, iuncta *clemen.* 1. §. *porrò de summa Trinitate*, ex Aristot. S. Aug. & S. Thom. explicat Nauar. *in manuali prælud.* 1. *num.* 11. Ant. Gom. *tom.* 3. *variarum cap.* 3. *num.* 32. nec etiam in mortuo considerari potest finis præcipuus excommunicationis, vt excommunicatus rubore suffusus resipiscat iuxta *cap. pia de sentent. excommunicat. lib.* 6. Non inquam obstant huiusmodi rationes, quia respondetur non esse inconueniens, quod propter culpam viuentis pœna maneat post mortem continuatiuè, ita vt si semel viuentem cœpit afficere, duret in cadauere, formaliter decidit tex in *d. l.* 2. *ff. de cadaueribus punitorum*, & videmus in ijs, qui pœna mortis puniuntur, & deinde in partes secantur, vel comburuntur, aut bestijs obijciuntur, vt probat tex. *in l. capitalis* §. *famosos ff. de pœnis*, & prosequitur Tiraquel. *de pœnis tēperandis caus.* 49. *num.* 42. quod multò magis conuenit priuationi sepulcræ, quæ corporum mortuorum propria est, & subinde mirum videri non debet, si Ecclesia mortuos eius vsu priuet, nam viuentes ad talem sepulturam, dum in excommunicatione manent, Ius non habuerunt, ergo nec post mortem illud habere dicendum est, vt benè considerat Soar. *d. sect.* 4 *num.* 1. *ad finem*.

4 Deinde quoad nostrum propositum melius respondetur prohibitionem hanc, & præceptum Ecclesiasticum non sepeliendi excommunicatū in loco Sacro, non propriè dirigi in corpus ipsum, seù cadauer defuncti, sed in fideles viuentes, iuxta generale Apostolorum præceptum, quod non solum in excommunicatos dirigitur, ne communicent cum fidelibus, sed etiam in ipsos fideles, ne communicent cum excommunicato *cap. sicut Apostoli, cum seqq.* 11. *quæst.* 3. Nec de potestate est dubitandum iuxta plenissimam illam Christi Domini concessionem, quodcumque ligaueris, &c. nec etiam de voluntate, quæ manifesta est ex illa ratione, quam Summi Pontifices exprimunt in integra huius text. *& in d. cap. sacris*, cui non communicamus viuo, nec communicemus defuncto. Nec huiusmodi responsionem in aliquo infringit text. *in cap. si quis Episcopus, de hæreticis, & in cap. sanè* 2. 24. *q.* 2. *cum similibus*, quibus probari videtur

5 mortuos excommunicari posse; quia respondendum erit in illis Iuribus excommunicationem propriè, & directè non proferri in mortuos, sed viuis Ecclesiam imperare, ne communicent cum illis, quos constat in excommunicatione decessisse, non faciendo pro eis suffragia, vel sepulturæ tradendo. Qua etiam ratione Ecclesia excommunicatos mortuos absoluit, iuxta text. *in cap. à nobis* 28. *vers. nec obstat, de sententia excommunicationis*, non quod directè in eos exerceat iurisdictionem, quæ ad absoluendum necessaria est, iuxta regulam *cap. verbum, de pœnit. distinct.* 1. quæ videtur deficere respectu mortuorum, iuxta rationem, de qua Pontifex in eodem *cap. à nobis*, quia Christus Dominus Ecclesiæ dedit potestatem super terram, iuxta prędictam auctoritatem, quodcunque ligaueris super terram, &c. non autem in sepultos sub terra: sed quia per huiusmodi absolutionem viuis facultatem facit communicandi cum excommunicatis, qui in excommunicatione decesserūt, vt pro eis preces fundere, & suffragia facere possint, vel etiam sepulturæ mandare, vt benè explicant Castr. *de iusta hæreticorum punitione lib.* 2. *cap.* 20. *ad finem*, Couar. *in cap. alma, p.* 1. §. 11. *num.* 8. Nauarr. *in manuali cap.* 27. *num.* 171. Soar. *disp.* 5. *sect.* 1. *num.* 3. Sayr. *lib.* 1. *cap.* 8. *à num.* 8. Ad illud autem, quod in mortuis cessat ratio, & finis censuræ, siuè excommunicationis, vt excommunicatus rubore suffusus resipiscat, benè respondet Vgol. *tab.* 2. *de censuris cap.* 23. §. 12. *num.* 2. *vers. postremò*, non esse hanc solam rationem, & finem excommunicationis, sed etiam alios, illumq; præcipuè, vt censura Ecclesiastica timeatur, vt expressit tex. *in d. cap. pia in principio*, quare licet vna ex pluribus rationibus deficiat, non cessat dispositio, iuxta regulam tex. *in* §. *affinitatis, instit. de nuptijs*: respundetur etiam finem illum correctionis aliquo modo respectu mortui considerari posse, si enim

 in-

intelligatur effectum excommunicationis etiam
post mortem perdurare facilius conuertetur
viuens ad pœnitentiam.

6 *Cœmeterijs.* Varias Ethymologias hu-
ius nominis, & vtrum cœ-
meterium dicendum sit tradunt DD. post *glos.*
eodem verbo in d. cap. sacris de sepult. Durand.
in rationali diuinorum lib. 1. cap. 5. Spin. *in spe-*
culo testamentorum, glos. 2. princ. num. 33. latè
Durant. *de ritibus Ecclesiæ lib. 1. cap. 23.* Quibus
omissis dic cœmeterium dici locum mortuo-
rum sepulturæ destinatum auctoritate Episcopi
benedictum iuxta formam text. *in cap. nemo Ec-*
clesiam, de consecr. distinct. 1. cum alijs, quæ ex
Iuon. & Greg. Turonen. explicat Durant. *d. c. 23.*
num. 5. indeq; intelliges in hac materia nomine
7 cœmeterij, in quo excommunicatis denega-
tur sepultura, contineri quemcumque locum
Sacrum, etiam intra ipsam Ecclesiam, vt benè
notat Card. *in clemen. 1. num. 10. de sepult.* vel
locum, in quo Missæ dici consueuerunt, vt ex-
plicat Soar. *d. tom. 5. disput. 12. sect. 4. num. 6.*
cœmeterij autem frequenter in Iure nostro fit
mentio quoad hunc effectum, quia olim re-
gulariter intra Ecclesiam sepultura non conce-
debatur, nisi Episcopis, aut alijs personis insi-
gnibus, iuxta tex. *in cap. nullus 13. q. 2.*

8 In illa autem quæstione, vtrum si cœmete-
rium auctum sit sine Episcopi auctoritate in ea
parte aucta possit excommunicatus sepeliri, Do-
ctores non satis conueniunt. Pro parte negati-
ua facit vulgaris regula, quod eadem est ratio,
idemq; Ius de re aucta, & de principali, quod
augetur, *l. etiam ff. soluto Matrimon.* cum simili-
bus, de quibus Albert. Brun. *in tract. de augmen-*
to q. 9. Mantu. *lib. 1. obseru. 49.* & alij de quibus
Alphan. *collect. 448.* & post Tiraquell. & multos
alios Garc. *reg. 302.* quibus adde D. Barb. *in*
rubric. ff. solut. Matrimon. par. 3. num. 66. vnde
ad nostrum propositum inferebat Guilielm. de
Monte Laud. relatus à Card. *in d. clemen. 1. nu. 11.*
agens specificè de claustro, quod de nouo addi-
9 tum est claustro religiosorum. Sed contrariam
sententiam melius tenent alij, quos refert, &
sequitur Card. *d. num. 11.* & ibi Anchar. *num. 4.*
quos etiam sequutus est Vgol. *tab. 2. de censuris*
cap. 9. §. 5. vers. postremò: & ratio est, quia ar-
gumentum illud de augmento, quod sequatur
naturam principalis, quod auctum est, proce-
dit quando in vtroque eadem est ratio, non itá
si diuersa detur inter vtrunque, iuxta regulam
l. Papinianus exuls ff. de minoribus, quæ in hoc pro-
posito manifestissima apparet, nam vt cœmete-
rium sit, & sepultura Ecclesiastica dicatur ne-
cessarium est, quod locus auctoritate Episcopi
destinatus sit ad mortuorum sepulturam, cum
speciali benedictione, quam solemnitatem sup
ponimus deficere in hac parte cœmeterij, quæ
aucta est, & in simili de re aucta bonis maiora-
tuum, si expresse habita non sit cum eadem qua-
litate maioratus benè explicat Molin. *de primog.*
lib. 1. cap. 2. nu. 3. & 4.

10 In glos. [Sepelierint.] ibi (*communicando*
eis, qui morte inciderant in excommunicationem.)
Notatur ad hoc, quod communicans cum ex-
communicatis defunctis, excommunicationem
incurrit, scilicet minorem, glossã sequuntur post
Io. Andr. Abb. *num. 2.* & alij communiter teste
Dec. hic *à num. 18.* exemplum proponentes in
vestiente, lauante, aut associante excommuni-
catum maiori excommunicatione defunctum,
his enim modis verè ei communicare dicuntur,
resoluunt hoc ipsum Card. *d. clemen. 1. num. 19.*
de sepult. testantur communem, & latè tuentur
Vgol. *tab. 2. de censuris cap. 23. §. 12. nu. 2.* Soar.
d. tom. 5. disput. 12. sect. 4. num. 8. & post Nauar.
Auila *d. par. 2. cap. 6. disp. 4. dub. 8. conclus. 2.* &
disp. 10. num. 3. Sayr. *lib. 3. cap. 35. num. 12.*
Bonac. *de censuris disp. 2. q. 2. punct. 3. §. 3. nu. 8.*
qui aduertunt iam nouiori Iure *in d. clemen. 1.*
hanc pœnã auctam, & minorem excommunica-
tionem in maiorem esse commutatam contra
eos, qui scienter excommunicatum vitandum
in loco Sacro sepelierint, quæ pœna *d. clemen.* vt
locum habeat multa requiruntur, quæ comme-
morant supra citati DD. Vtrum autem sepeliẽs
excommunicatum vitandum non solum incur-
rat maiorem excommunicationem relatam *in*
d. clemen. 1. verum etiam minorem, quam com-
muniter incurrunt participantes cum excom-
municato vitando? in quo dubio pars negatiua
verior est, quia minor excommunicatio iam
videtur commutata in maiorem, & nulla neces-
sitas cogit multiplicare censuras, itá Soar.
d. tom. 5. disput. 12. sect. 2. num. 13. Bonac.
d. §. 3. num. 9. quamuis incurrere etiam mino-
rem excommunicationem afferant Nauar. *in*
manual. cap 27. num. 36. Auil. *disput. 4. dub. 8.*

11 In glos. [Eijciant, vlt.] ibi (*si potuerint discer-*
ni ossa eorum ab ossibus aliorum, alias non.) Hinc
nota conclusionem principalem huius text. pro-
cedere, quando ossa excommunicatorum à non
excommunicatis distingui, aut discerni possunt,
quod si ita fieri non potest non debent exhuma-
ri, ne fortè contingat, vt cum excommunica-
torum ossibus ossa fidelium extumulentur, vt
expressit tex. *in d. cap. sacris,* notant omnes ibi
Vgol. *d. cap. 9. §. 1. vers. 5.* Soar. *disput. 12. sect. 4.*
num. 4.

12 In ead. glos. ibi (*& nisi fortè tales fuerint, &c.*)
Notatur ad hoc, quod excommunicati, qui cum
signis pœnitentiæ decesserunt, & absolutio-
nem, dum viuerent, petierunt, sed morte
præuenti absoluti non sunt, ecclesiastica se-
pultura priuandi non sunt, vt ex Innoc. & Mari.
Socin. receptum comprobat Vgol. *dict. tab. 2.*
cap. 9. §. 5. vers. 5. Sayr. *de censuris lib. 2. cap. 4.*
num. 13. Contrarium tamen videbantur con-
cludere generalia principia suprapofita, quod
non communicamus mortuis, quibus viuentes
communicare nõ possumus, sed per se manifestũ
est, & apud omnes vbiq; receptum viuentibus
excommunicatis, quamuis ostendant signa pœ-
nitẽtiæ, antequam absoluantur, communicandũ
non

non esse, vt satis deducitur *ex d. cap. à nobis* 28. *vers. nos igitur, de sententia excommunicat.* ergo etiam mortuis, qui ante absolutionem decesserunt, quamuis signa pœnitentiæ ostenderint, sepultura Ecclesiastica danda non est, nec quoad suffragia eis communicandum, vt expressè probat tex. *in d. cap. à nobis* in principali decis. quæ habetur *in vers. Vnde*, indeq; ad sepulturam, in qua eadem est ratio ex dictis, infert Soar. *d. disput.* 12. *sect.* 4. *nu.* 3. Quare aduerte in hoc articulo de excommunicatis ante absolutionem cum signis pœnitentiæ decedentibus, de duobus posse dubitari: Primò an licitè possint sepeliri in Ecclesia, aut cœmeterio: Secundò an sepulti inde sint eijciendi. Primò casu certum est, quod licitè in loco cœmeteriato sepeliri non possunt, vt euincit ratio facta contra doctrinam huius glos. in secundo verò casu resoluendum est cum glos. in præsenti, cui similis pœna in *d cap. sacris*, quod sepulti non debent inde eijci, sed potius, & statim, & quamprimum potuerint, debent absolui iuxta *d. cap. à nobis*, atque ità rectè stat quoad hunc effectum resolutio huius glos. ac perconsequēs limitatio ad tex. in præsenti, quod sepulti in cœmeterio inde non eijciantur, non verò ad aliam regulam, quod in cœmeterio non sepeliantur, vt benè distinguunt Soar. & Sayr. dictis locis.

13 Verum autem in hoc proposito sufficiat absolutio excommunicationis præstita in foro Conscientiæ, quæstio est non leuis inter scribentes, in qua partem affirmatiuam arg. tex. *in cap. vlt. de sepult. tuetur* Capel. Tholos. *decis.* 368. vbi se obseruari vidisse testatur, sequitur Vgol. *d. cap.* 9. §. 5. *vers. his igitur rationibus*, ratione confirmans, quia cessante causa cessat effectus, *cap. cum cessante, de appellation. cum similibus*, cum ergo causa, propter quam excommunicatis denegatur Ecclesiastica sepultura, sit ipsa excommunicatio, & ea per absolutionem tollatur etiam in foro interiori præstitam, rectè sequitur sic absolutis sepulturam Ecclesiasticā denegandam non esse. Sed melius contrariā sententiam, cum hic casus sua tempestate sæpenumero accidisset, se obseruari vidisse testatur, & sequitur Aufr. ad Cspel. vbi supra, eaq; ratione factum putat, quia si contraria sententia Capel. obseruaretur creditores difficilius debitum suū consequerentur, & Ecclesiastica censura minus timeretur, sed magis vrget, quia absolutio præstita in interiori foro pœnitentię quoad effectus exteriores nullum operatur effectum, sed proinde habetur quoad illos, ac si præstita non esset, ex resolutis per Nauar. *in manuali cap.* 27. *num.* 278. *ad finem, & consil.* 5. *sub hoc tit. in antiquis, & cons.* 4. *à num.* 8. *sub tit. de iudicijs, in nouis.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 1. *q.* 61. *art.* 10. Soar. *de legibus lib.* 8. *cap.* 6. *à nu.* 11. & in spurio legitimato seu dispensato pro foro Conscientiæ disputat Sanch. *de Matrimonio lib.* 8. *disput.* 34. *à num.* 43. *&* 49. cum ergo vsus Ecclesiasticæ sepulturæ ad forum exteriorem pertineat, minimè quoad hunc effectum prodesse potest absolutio præstita in foro interiori pœnitentiæ, & vide, quæ pro eadem resolutione notabiliter tradit Nauar. *cons.* 4. *num.* 1. *sub tit. de sepult.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Priuilegium, quod Religiosi, seu monasteria habent de decimis non soluendis præscribitur tempore triginta annorum.*
3 *Declarantur, & conciliantur tex. in præsenti, & in cap. accedentibus* 15. *hoc tit. & nu.* 4. 5. 6. *&* 7.
8 *Priuilegia in eo valent, & tenent, in quo visitata, & obseruata fuerunt.*
9 *Iuri suo renuntiare vnicuique liberum est.*

Cap. Si de terra. VI.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Henric Panotm. Mari. Socin. Dec. Ximen. Toletan. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 196. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag* 713. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 3 *tit.* 28. *cap.* 9. & est post Conc. Lateranen. sub Alexand. III. *p.* 38. *cap.* 4.

2 *Per triginta annos decimas persoluistis.* Probare videtur tex. in præsenti tēpus triginta annorum sufficere, vt præscribatur priuilegium, quod religiosi, seu monasteria habent de decimis non soluendis; sed obstat ex diametro tex. *in c. accedentibus,* 15. *hoc tit.* vbi in eadem specie, eisdéque terminis priuilegij de non soluendis decimis requirit tex. tempus quadraginta annorum, & confirmatur ex generali regula tex. *in cap. de quarta, & in cap. illud, & in cap. ad aures, & per totum, de præscript.* vbi in omnibus præscriptionibus contra quascunque Ecclesias, etiam inferiores sola quadragenaria admittitur, non verò minoris temporis præscriptio.

3 Quare communis distinguit inter antiquum Ius, & nouum, itaut tex. in præsenti procedat attento Iure antiquo, quo præscriptio triginta annorum satis erat contra Ecclesias, & monasteria iuxta tex. *in cap.* 1. *cum seqq.* 16. *q.* 3. at verò tex. *in d. cap. accedentibus* procedat secundum Ius nouum *in d. cap. de quarta cum similibus*, in quibus abrogata præscriptione triginta annorum constitutum est vt solum quadragenaria contra Ecclesias admittatur, vt habetur in summario huius tex. notat Abb. *in d. cap. accedentibus, num.* 4. *ad finem*, Felin. *in cap. cum accessissent, num.* 99. *vers. & hinc est, de constit.* Conuincitur tamen huiusmodi intellectus, quia ante Alexand. III. huius tex. auctorem abrogata illa tricennali præscriptione quadragenaria contra Ecclesias constituta est à Greg. I.

& alijs Pontificibus antiquis, vt Vrbanus II. ex eodem B. Greg. refert *in cap. 1. cum seqq. 16. q. 4.* à Iustiniano enim Imp. iam antea huiusmodi præscriptio Ecclesijs erat concessa *in authent. hac constitutio innouat, & in auth. de ecclesiasticis titulis §. pro temporalibus,* explicat latè Couar. *in reg. possessor. par. 2. §. 2. à princip.*

4 Vnde *glos. 1. ad medium in d. cap. accedentibus* respondet ibi quadraginta annorum fieri mentionem, at verò in nostro tex. solummodo triginta, quia in casu vtriusque decisionis ità accidit, quia scilicet hic vsus contrarius priuilegio per triginta annos allegabatur, illic verò per quadraginta, cum autem tex. principaliter supponere voluerit per contrarium vsum priuilegium amitti, & quæstionem circa tempus non decidat principaliter, supponendi sunt termini habiles ex alijs principijs in materia præscriptionum iuxta reg. tex. *in l. qui testamento, ff. de testam. & in l. item veniunt, §. aptanda, ff. de petitione hæred.* Sed huiusmodi intellectus minimè difficultatem resoluit, neque explicat an & quando vnus actus sufficiat contrauentionis, vel vtrum triginta, aut quadraginta anni sint necessarij, vt amittatur, seù præscribatur priuilegium, quod si dicamus ex principijs generalibus quadraginta annos requiri iuxta *d. cap. de quarta,* cum similibus, non explicat quare triginta annorum tempus in hoc tex. sufficiat.

5 Quibus, & alijs intellectibus omissis, sciendum est priuilegium dupliciter posse amitti, vel per modum, & viam præscriptionis, vel per viam tacitæ renunciationis ex non vsu; de primo modo agit *d. cap. accedentibus*, idest de vera, & propria præscriptione, ideoque, vt per eam monasterium amittat suum priuilegium quadraginta annos requirit iuxta generalem regulam tex. *in d. cap. de quarta;* cum similibus, de secundo verò modo agitur in hoc tex. idest de sola amissione priuilegij per modum tacitæ renunciationis, quæ deducitur ex non vsu, seù magis contrario vsu eiusdem priuilegiarij, & ideo merito non exigit tempus in præscriptionibus necessarium, vt clarè Pontifex significat, ibi, priuilegio tamen indulto tanto tempore vobis detrahere voluistis, atque ita interpretatur Innoc. *in d. cap. accedentibus, in secundo intellectu,* Goffred. & alij antiquiores, de quibus Io. Andr. & Innoc. in præsenti: potest autem pro vtriusque decisionis differētia considerari quod in hoc tex. Cistercienses per triginta annos contra formam sui priuilegij decimas persoluerunt Canonicis, ad quos de Iure communi pertinebant, & ideò ex parte Canonicorum, vt sibi iura earum decimarum acquirerent, nulla erat præscriptio necessaria, sed sufficiebat, quod priuilegium cessaret per renunciationem, vel amissionem, vel alium quemcunque modum, vt eo cessante secundum Ius commune decimæ remaneant penes Ecclesiam parochialem, iuxta regulam tex. *in cap. vlt. de parochijs*, cum similibus, de quibus Mantu. *dialog. 82.* At verò *in d. cap. accedentibus* Templarij per quadraginta annos persoluerunt decimas contra suum priuilegium monachis quibusdam, ad quos de Iure communi non pertinebant, & ideò, vt eas monachi acquirere, & exigere possent, non sufficiebat renunciatio Templariorum, seu amissio ex parte ipsorum, sed necessaria fuit præscriptio legitima, & completa, per quam contra Ius commune eas acquirant; planum vero est completam non esse præscriptionem contra Ecclesias minori spatio, quàm quadraginta annorum, iuxta *d. cap. de quarta,* cum similibus. Verum adhuc contra huiusmodi intellectum obstat ratio, quam reddit text. in eod. *cap. accedentibus,* ibi, cum enim tanto tempore contra indulta priuilegia decimas soluerint eis renunciasse tacitè præsumūtur, quæ verba apertè videntur significare decisionem Pontificis non fundari in præscriptione, seu possessione monachorum, sed solum in renunciatione priuilegij resultante ex non vsu ipsorum Templariorum, quibus competebat; sed facile dissoluitur si diligentius vtriusque tex. verba videantur, in hoc enim solummodo Pontifex expendit non vsum, seù contrarium vsum priuilegiariorum, patet ibi, per triginta annos eis decimas persoluistis, & deinde in ratione solùm expendit tacitam renunciationem eorumdem, ibi, vobis detrahere voluistis: at verò in *d. c. accedentibus* principaliter expendit vsum, & possessionem monasterij contra priuilegiarios recipiendo ab eis decimas, patet in principio, ibi, diu quietè possederunt, & ibi, per quadraginta annos, & amplius pacificè posedissent, & in decisione ibi, decimas de terris prædictis per quadraginta annos continuè perceperint, quæ omnia apertè significant respexisse Pontificem principaliter vsum, & possessionem monachorum percipientium decimas à Templarijs contra formam sui priuilegij, atque ità veram, & propriam præscriptionem ex parte monasterij possidentis, quamuis etiam in ratione expendat tacitam renunciationem priuilegiatorum, qui tanto tempore decimas pacificè persoluentes priuilegio, quo ab illis soluendis exempti erant, videntur renunciasse, in consequentiam scilicet possessionis pacificæ, & iuris per eam monachis præscribentibus acquisiti, vt regulare est in quacunque præscriptione iuxta regulam text. *in l. alienationis, 28. ff. de verborum significat.*

6 Cur autem text. in præsenti, & *in d. cap. accedentibus* vltra vsum contrarium priuilegio requirat tempus triginta annorum, vel quadragenariam præscriptionem secundum intellectum suprapositum, cum vnicus actus contrauentionis priuilegio contrarius factus à priuilegiarijs scientibus sufficere videatur ad priuilegium amittendum iuxta tex. *in d. c. accessisset* vide ibi dicta per me *n. 6.* & modo adde expeditū non esse in Iure, quod nam tempus sufficiat, aut necessarium sit, vt priuilegiatus per non vsum, aut contrarium vsum priuilegio suo renunciare

ciare videatur; licet enim supra resolutum sit ad præscriptionem contra formam priuilegij ex possessione, & vsu aduersarij insurgentem requiri, & necessarium esse tempus, quod in alijs præscriptionibus leges requirunt, atque ideò quadraginta annos contra Ecclesias, & secundum verum intellectum hujus tex. Pontifex contentus sit spatio triginta annorum, vt priuilegiatus non vtens priuilegio, sed decimas soluens contra ipsius formam ei renunciare videatur; adhuc tamen non constat an huiusmodi tempus triginta annorum sufficiat, & necessariò requiratur, communis resoluit ad hunc effectum idem tempus requiri, quod in alijs præscriptionibus necessarium est secundum qualitatem personarum, contra quas præscribit, atque ita decem annos inter priuatos præsentes, & viginti inter eosdem absentes, iuxta *l. 1. ff. de nundinis*, contra Ecclesias vero triginta annos esse necessarios iuxta *d. cap. accedentibus*, ita post Abb. & alios comprobant Gail. *lib. 2. obser. 60. num. 1.* Balb. *de præscrip. 5. par. 5. princ. q. 4.* Padil. *in l. falsò num. 3. C. de diuersis rescriptis*, Menoch. *de præsumption. lib. 6. præsump. 41. n. 16.* Mastril. *Siciliæ decis. 96. num. 1. par. 1.* Soar. *de legibus, lib. 8. cap. 34. num. 19. & cap. 35. num. 19. cum seqq.* sed tota remanet difficultas circa litteram huius tex. in quo ad præsentem effectum dixi considerasse Pontificem tempus triginta annorum reiecta differentia inter Ius Canonicum, & antiquum. Quare ea retenta resolutione occurrit Soar. *d. c. 35. num. 21.* quod licet Alexand. III. in alijs præscriptionibus tempus quadraginta annorum contra Ecclesias necessarium esse voluerit, in hac tamen, quando agitur de amittendo priuilegio ex vi tacitæ renunciationis ex tempore insurgentis minori tempore fuit contentus, quia eam non considerat, vt puram præscriptionem sed vt coniunctam voluntariæ renunciationi, per quam res deducitur ad Ius commune, & ideò fauorabilis est; Addit deinde Innoc. III. *in d. cap. accedentibus* regulam illam de tempore quadraginta annorum in præscriptionibus contra Ecclesias necessario extendisse ad casum istum, quando agitur de priuilegio per non vsum, vel contrarium vsum amittendo.

7 Verum huiusmodi resolutio Soar. salua tanti Præceptoris pace, minime resoluit difficultatem, incidit enim in aliam, quam improbaui, quod scilicet huius text. decisio quoad tempus abrogata sit per *dictum cap. accedentibus*, quod non est Innocent. III. vt ipse inaduertenter ait, sed eiusdem Alexand. III. huius tex. auctoris. Quare adhærendo prædicto intellectui, quod tex. in præsenti agit de renunciatione tacita collecta ex temporis diuturnitate, tex. vero *in d. cap. accedentibus* de vera præscriptione, respondendum existimo ad difficultatem in his terminis etiam contra Ecclesias triginta, vel quadraginta annos necessarios non esse, neq; Pontificem illos requirere, vt necessarios & sine quibus renunciatio illa tacita non præsumeretur, sed solum decidere, quod si Canonici ad quorum parochiam decimæ pertinebant, probauerint per triginta annos illas ab ipsis religiosis recepisse, non prodesse religiosis priuilegium in contrarium, neque illo se possunt tueri, quia eidem videntur tacitè renunciasse, neque inde efficax deduci potest argumentum, quod si tempus decem, vel triginta annorum proponeretur, contrarium Pontifex responderet, immo ex solo priuilegij non vsu, vel contrario vsu per longum tempus eandem præsumptionem procedere tam in priuatis, quàm etiam in Ecclesijs deducitur ex communi sententia Doctorum, qua tradunt præsumptionem, quæ ex longi temporis decem annorum præstationibus deducitur, & alia secundum quam ex eodem spatio omnia præsumuntur acta solemniter iuxta reg. *l. cum de in rem verso, in princip. ff. de vsuris, & in l. si filiusfamil. C. de petit. hæreditatis* cum similibus, de quibus Gabr. *commun. tit. de præsumpt. conclus. 1.* pariter procedere contra Ecclesias, vt communem comprobat multis adductis idem Gabr. *ibi num. 3.* & suadetur ex ratione, quam adducit idem Soar. *d. cap. 34. num. 18. & num. 24.* quod priuilegia hæc à principio conceduntur sub tacita conditione, vt per non vsum amittantur, quæ ratio pariter procedit in Ecclesijs. Vtrum autem in casibus, in quibus priuilegia per non vsum amittuntur hoc procedat tantum in foro exteriori, an etiam in interiori Conscientiæ quæstio est, quam à nemine tractatam se vidisse ait latè disputans Soar. *d. cap. 34. num. 25.* in qua breuiter est resoluendum nullam habere dubitationem, quando amittuntur per viam præscriptionis, hæc enim sine dubio præscribentem tutum reddit in conscientia, ex iis, quæ plenè resoluunt Doctores *in rubr. de præscript.* vbi autem amittuntur per modum tacitæ renunciationis etiam ex dictis sequitur licite amitti in foro conscientiæ, dixi enim à principio concedi à Principe sub tacita conditione, vt non vtendo per longum tempus amittatur, quæ ratio etiam concludit respectu fori conscientiæ.

8 Notatur communiter hic text. ad hoc quod priuilegia in eo valent & tenent in quo obseruata & vsitata fuerunt, vt per Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 7. num. 71.* Bobadil. *in sua politica lib. 5. cap. 10. num. 10.* Garc. Girond. *de priuileg. explicat. nu. 265.*

9 ***Cum liberum sit vnicuiq; Iuri suo renunciare.*** Consonat tex. *in l. si Index 42. ff. de minoribus l. vlt. §. pen. ff. ad Velleian. l. si quis in conscribendo C. de Episcopis & clericis l. pen. Cod. de pactis, cap. ius, versic. nisi, de testibus*, multa ad hoc propositum cumulant Tiraq. *de Iureprimog. q. 24. à num. 4.* Socin. *reg. 339.* & alij, de quibus Alphan. *collectan. 447.* Cardin. Tusch. *tom. 6. lit. R. conclus. 170 cum seq.* D. Barbos. *in l. alia §. eleganter à n. 12. ff. solut. Matrimon.* Morla *in emporio Iuris par. 1. tit. 10. de locato q. 2. num. 12.* Azori. *instit. moral. par. 1. lib. 5.*

lib. 5. cap. 22. q. 10. & latè Soar. *de legibus lib. 8. cap. 33.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Bona acquisita per priuilegiatos assumunt naturam priuilegiatorum.*
3 *Iuspatronatus, quod à laico donatur Ecclesiæ, Ecclesiasticum censetur quoad omnes Iuris effectus.*
4 *Bona, quæ antea laicorum erant, & ad Ecclesias peruenerunt, gaudent priuilegio exemptionis à tributis.*
5 *Priuilegium non præsumitur, sed ab eo, qui allegat, probandum est.*
6 *Priuilegia, quæ in corpore Iuris clausa sunt, præsumuntur, & ideò ea priuilegiati ostendere non tenentur.*
7 *Priuilegij tenor attendendus est, nec de illo iudicandum, nisi ipsius tenore inspecto.*
8 *Inuestitura tenor in feudis inspicitur.*
9 *Maioratus tenor diligenter inspiciendus, & seruandus.*
10 *Priuilegij tenor inspiciendus non solum quoad verba, sed etiam quoad mentem.*
11 *Priuilegium strictè est interpretandum, etiamsi concessum sit à Principe, qui legem condere posset.*
12 *Priuilegium non priuatis personis, sed toti religioni concessum adhuc non est vt fauorabile interpretandum.*
13 *Priuilegia per quæ consuetudini, aut alteri priuilegio derogatur fauorabilia sunt, & latissimam recipiunt interpretationem.*
14 *Declaratur text. in cap. olim, de verborum significatione.*

Cap. Porro. VII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Ancharan. Panor. Marian. Socin. Decius Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ, par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 196.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 713.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 28. cap. 10.*

2 *Non dubitamus, &c.* Notatur ad hoc quod bona acquisita per priuilegiatos assumunt naturam priuilegiatorum, vt per Abb. & Decium *notab. 2.* Socin. *nu. 5. cum seqq.* & alios hic, multisq; rationibus, & similibus confirmantes, & in primis ex generali reg. quod ex mutatione personæ, & status rei mutatur, vt pro regula tradit Iurisconsultus *in l. Paulus*, alias *procuratorem, ff. de acquirenda hæredit.* ibi, castrensia esse mutatione personæ desierunt, cum similibus, quæ adducit Tiraq. *cessante causa, par. 1. nu. 217.* & post Anchar. Cardin. Tusch. *tom. 5. lit. M. con-*
3 *clus. 436.* Vnde Iuspatronatus, quod à laico donatur Ecclesiæ, ecclesiasticum deinde censeri quoad omnes Iuris effectus probat tex. *in cap. vnico §. 1. de iurepatron. lib. 6.* explicant Couar. *pract. cap. 36. nu. 5. vers. 2.* Cabed. *de patronatib. Regiæ Coronæ cap. 3. num. 5.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 18. num. 5.* Nicol. Garc. *de benef. par. 1. cap. 5. nu. 559. cum seqq.* Hinc etiam colligi potest quod quamuis patronatibus Regijs non soleat Summus Pontifex derogare, hoc tamen non procedit in ijs, quæ eiusdem Regis donatione ad monasteria, vel Ecclesias deuenerunt, iam enim Ecclesiasticæ censentur, ac subinde illis applicari debet reg. tex. *in cap. dilectus de Iurepatron.* & quæ de eius materia latè tradunt Felin. *in tract. quando litteræ Apostolicæ*, & alij, de quibus Gonzal. *d. glos. 18. num. 2. cum seqq* Nicol. Garcia *par. 5. cap. 9. num. 108. cum seqq.* Hinc etiam
4 bona, quæ antea laicorum erant, & ad Ecclesias peruenerunt, gaudere priuilegio exemptionis à tributis, & gabellis post Feltaa. *de collect. ex num. 437.* testatur Card. Tusch. *tom. 3. lit. E. conclus. 13. à num. 41.* plenè Card. Alban. *in tract. de immunitate Ecclesiarum*, plenissimè Soar. *contra Anglicanæ sectæ errores lib. 4. cap. 20. num. 6. cum seqq.* quicquid distinguant, pluraque inuoluant Gutier. *practic. lib. 1. q. 3. n. 17.* & Cabed. *Lusit. decis. 64. p. 2.* ac Molin. de Iustit. *tract. 2. disp. 458. & disput. 662.*

5 *Quod totum ex inspectione priuilegiorum, &c.* Ergo oportet ostendere, & inspicere priuilegium, nec alleganti creditur, ad quod quotidie hunc text. allegari solitum ait Abb. *num. 1.* sequitur Dec. & alij communiter in præsenti, & reliqui omnes, qui varijs in locis scripserunt priuilegium non præsumi, sed ab eo, qui allegat probandum esse, vt prosequitur Fusch. *de visit. lib. 2. cap. 18. à n. 3. & cap. 20. num. 6.* Card. Tusch. *tom. 6. lit. P. conclus. 762.* Mascard. *de probat. conclus. 1200. nu. 36.* Menoch. *de præsump. lib. 6. præsumpt. 14. num. 15.* optimè Cabed. *Lusit. decis. 93. num. 3. par. 2.* & ratione confirmatur, quia priuilegia facti sunt, nec præsumuntur, sed ab eo, qui allegat debent probari, vt vulgo colligitur ex tex. *in l. in bello. §. facta ff. de captiuis*, qui tamen nihil probat, vt benè aduertit Alciat. *de præsump. par. 3. præsump. 5. ad finem*, & fatetur Mantic. *de coniect. vltim. volun. lib. 2. tit. 1. num. 4.* sed probatur *in l. quæcunque §. 1. ff. de publ. in rem actione, l. si emancipati C. de collat.* cum alijs, quæ latè adducunt Menoch. & Mantic. dd. locis, & alij relati ab Alph. *collect. 719.* quibus adde Garc. *regul. 384.* Card. Tusch. *tom. 3. lit. F. conclus. 10.*

6 Limitant autem DD. principalem nostri tex. conclusionem non procedere in priuilegijs, quæ in corpore Iuris clausa sunt, quia inquiunt esse notoria, & eorum scientiam præsumi, sicut ipsarum legum, iuxta *cap. 1. de constit. in 6.* quare ea allegare priuilegiatos non teneri ex Felin. receptum testatur Mascard. *concl. 1109.* & in priuilegijs scholasticorum, de quibus in *auth. habita C. ne filius pro patre.* Rebuf. *de priuileg. scholast. priuilegio*

uilegio 154. à n.267. Verum aduerte, quod licet DD. rectè doceant huiusmodi priuilegiorum probationem necessariam non esse, falsò tamen scribunt eorum allegationem non requiri, nam contrarium euincit receptissima doctrina, quod eorum, quæ notoria sunt, licet probatio necessaria non sit, requiritur tamen allegatio *l. si adulterium cum incestu §. eidem ff. ad l. Iuliam de adulter. glos. celebris verb. causas in Clement. appellanti, de appellat.* quam latè explicat Felin. *in cap. cum ordinem à num. 11. de rescriptis*, & est recepta ex multis, de quibus Marant. *de ordine iudiciorum par. 6. cap. de appellat. num. 141.* Menoch. *remed. 1. recuperandæ nu. 165. & remed. 15. nu. 264.* Bellon. *lib. 2. supput. c. 6.* Garc. *reg. 29.* Gutier. *de iuramen. confirm. par. 1. cap. 70 à num. 4.* & pro vera huius articuli resolutione consule D. Barb. *in l. siquis ex aliena num. 3. cum seqq. ff. de iudic.*

7 *Priuilegiorum seruare tenorem.*

Notatur ad hoc, quod priuilegij tenor attendendus est, nec de illo iudicandum nisi ipsius tenore inspecto, consonat text. *in cap. recepimus 8. & in cap. vlt. infra hoc tit.* notant Abb. Butr. Anch. Dec. & Socin. hic & plures alij ex antiquioribus, quos refert Tiraq. *in l. si vnquam verbo libertis, num. 8.* videndus *à num. 4.* Burg. de Pace *q. 2. num. 17.* Surd. *cons. 1. à nu. 31.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. compar. 19. num. 8.* Sic in
8 feudis tenor inuestituræ inspicitur *cap. 1. de duob. fratr.* notant omnes præcitati, & ex alijs Pinel. *in l. 1. C. de bonis matern par. 3. num. 84. in fine*, Menoch. *cons. 40. nu. 2.* & tenor pacti *in l. sancimus C. de fideiuss. & in l. ad probationẽ C. de probat.* cum alijs, de quibus Burg. *d. q. 2. num. 16.* Vnde
9 maioratus tenorem diligenter inspiciendum, & seruandum, arg. tex. *in l. cum ita §. in fideicommiss. ff. de legat. 2.* tenet Molin. *de primog. lib. 1. c. 2. n. 27.* & alij, de quibus Burg. *d. q. 2. nu. 11.* Castil. *rerum quotid. lib. 2. cap. 20. num. 4. cum seqq.* & deducitur ex generali reg quod cui verba non conueniunt non conuenit dispositio *l. 4. §. toties ff. de damno infecto*; verba enim sunt signa mentis, & demonstrant voluntatem animi *l. labeo §. idem tubero ff. de supellectili leg.* cum alijs citatis *in libello de principijs vtriusque Iuris lit. V. num. 3.*

10 Intellige tamen tenorem priuilegij inspiciendum non solum quoad verba, sed etiam, multoq; magis quoad mẽtem, vt si de illa appareat, à verbis recedamus, vt quod senserit concedens, potius sequamur, vt probat text. opt *in cap. quanto 26.* vbi *glos. verbo sola, infra hoc tit.* id ipsum probant Butr. & Socin. vterque *num. 2.* in præsenti, cum alijs multis, ex quibus ita huius text. regulam esse intelligendam aduertunt Henriq. *in summ. lib. 3. cap. 30. in principio, iuncta lit. C.* Sanch. *de Matrimon. tom. 3. lib. 8. disp. 1. num. 11.* & probat ex generali reg. *tex. in cap. intelligentia, de verborum significat.*

11 *Quod eorũ metas trãsgredi, &c.*

Notatur ad hoc, quod priuilegium strictè est interpretandum, etiamsi concessum, sit à Principe, qui legem concedere posset, vt per Felin. *in cap. postulasti num. 9. de rescript.* Sanch. *de Matrimon. lib. 8. disp. 1. nu. 29.* Soar. *de legibus lib. 8. cap. 27. num. 5.* reprobantes Aretin. *in cap. at si clerici §. de adulterijs nu. 32. cum seq. ff. de iudic.* resoluentem priuilegium à Principe, qui legem condere posset, concessum latè interpretandum, & extendendum esse, quia vim legis obtinet, ac subinde latam recipit interpretationem, loquentem contra expressam huius text. decisionem & in *cap. 1. §. vlt. de filijs presbyt. lib. 6.* Vnde ex clara huius text. decisione deprehendes quam fal-
12 sa sit illorum resolutio, qui asserunt priuilegiũ non priuatis personis, sed toti religioni concessum, vt fauorabile interpretandum, & latè esse extendendum, ex quorum numero sunt Oldrad. *cons. 300. num. 4. vers. considerandum*, Henriq. *in summ. lib. 7. cap. 22. §. 3. iuncta lit. M. & cap. 24. nu. 4. iuncta lit. F.* Sanch. *d. disp. 1. nu. 13.* Soar. *d. cap. 27. num. 7.* nam tex. in præsenti de priuilegijs agit Templarijs, & Hospitalarijs concesso, & sic vniuerso eorum Ordini, & tamen extendendum negat. Neque rationes, quas adducunt, aliquid concludunt, nam prima ex fauore religionis iuxta *l. sunt & persona ff. de religiosis & sumpt. fun.* solum euincit huiusmodi fauorem iustam causam esse, vt rationabilia iudicentur quæcumque etiam amplissima priuilegia à Principe religioni concessa, non ita vt priuata auctoritate liceat priuilegia extendere extra eorũ metas contra huius tex. regulã. Secunda verò, quod lex censeatur in perpetuum duratura, retorquetur, quia etiam in legibus si exorbitant à Iure communi extensio non admittitur iuxta regulam *quæ à Iure de reg. Iuris lib. 6.*

13 Limita tamen regulã huius text. non procedere in priuilegijs per quæ consuetudini, aut alteri priuilegio derogatur, quia tunc per priuilegia ad Ius commune reducimur, ac subinde fauorabilia sunt, & latissimam recipiunt interpretationem, ex reg. tex. *in l. si vnus, in fine principij, ff. de pactis, glos. verbo numerandum in cap. statutum de prabendis in 6.* cum alijs, quæ plenè adducunt Tiraq. *de iure primog. q. 24. à nu. 5.* Couar. *lib. 3. variar. cap. 6. num. 4.* Gutier. *de iuram. confirm. par. 1. cap. 29. nu. 4. & cap. 51. nu 8.* Sanch. *de Matrimon. lib. 1. disput. 12. nu. 2. vers. 2. quia & d. lib. 8. disp. 1. num. 12.* Vnde Butr. *num. 6. in fine*, & Abb. *num. 5.* ac alij *in cap. olim, de verbor. signif.* notabilem deducunt intellectum ad text. ibi, quatenus decidit latissimam faciendum esse interpretationem de priuilegio, quod alicui conceditur, vt distributiones quotidianas percipiat, nam vltra varios intellectus, qui forsan veriores sunt, de quibus *glos. penult.* & alij in *cap. vnico, de clericis non residentibus lib. 6.* Rebuf. *de priuilegijs scholarium priuil. 31. num. 6.* Horat. Lut. *eodem tract. priuileg. 98. vers. 1.* interpretantur Butr. & Abb. agere tex. de Ecclesia, in qua erat statutum, aut consuetudo, quod residentes non recipiant distributiones intra certum tempus,

pus, si enim priuilegium concedatur, vt alicui, sicut vni ex residentibus prouideatur de fructibus beneficij latè fit interpretatio, etiam quoad distributiones quotidianas, quia fit redditus ad Ius commune: sic etiam non ineptè intelligitur tex. *in cap. ex parte 27. de decimis*, quod scilicet agat de decimis percipiendis à Parocho intra propriam Parochiam, quæ per consuetudinem, aut præscriptionem penes alios existebant, & ideò extenditur priuilegium ad noualia, quia fit regressus ad Ius commune, secundum quod decimæ ad Parochianum pertinent in propria parochia, iuxta *cap. vlt. de parochijs*.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Exemptio à potestate Ordinariorum non probatur ex hoc, quod aliqui specialiter iuris B. Petri existant, nisi concurrat solutio census.*
3 *Declaratur tex. in cap. si Papa, vers. si autem, hoc tit. lib. 6.*
4 *Exemptio à potestate Ordinariorum non probatur ex solutione, census facta Sedi Apostolicæ, nisi appareat, quod sit in signum subiectionis.*
5 *Census quibus modis dicatur, & quas habeat significationes, ostenditur.*
6 *Solutio census quando in signum subiectionis facta præsumatur, ostenditur.*
7 *Exemptio ab Ordinariorum potestate non probatur ex receptione sub protectione Sedis Apostolicæ.*
8 *Protegere, & protectores quid significent, ostenditur.*
9 *Priuilegij verba si exemptionem concludant iuri, & iurisdictioni Episcopi derogatur.*

Cap. Recepimus. VIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Henric. Panor. Mari. Socin. Dec. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viu. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 713.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 197.* refertur ab Anton. August. *collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. 14. cap. 1.*

2 *Qui specialiter B. Petri Iuris existunt, &c.* Ex his verbis, iuncto fine, benè colligitur ex eo quod quod aliqui specialiter Iuris Beati Petri existant, non probari exemptionem à potestate Ordinariorum, nisi concurrat solutio census in signum subiectionis facta, & quod ita indistinctè in eo videatur probari benè notauit contra alios
3 Dec. *hic num. 11.* Verum in contrarium adest expressa decisio text. *in cap. si Papa, vers. si autem, hoc tit. lib. 6.* dum decidit ex verbis priuilegij, in quibus continetur, vt quis existat Iuris B. Petri, vel specialiter pertineat ad Romanam Ecclesiã, aut similibus, plenè probatam iudicari exceptionem, per quem ita resoluunt Abb. *num. 2.* Socin. *num. 7. & 12. hic*, Mascard. *de probat conclus. 713.* Card. Tusch. *tom. 3. lit. E. concl. 532. num. 11.* Erasm. à Cockier *d. par. 1. q. 9. n. 1.* Sed dic Pontificem ibi agere de verbis prolatis in priuilegio, vel sententia, in quibus de ipso exemptionis priuilegio principaliter agebatur, hic vero non ita, sed de censu quæstio erat, incidenter vero narratum est esse de iure B. Petri, in quo casu planum est pertalia verba exemptionem, aut libertatem non probari, & constat ex generalibus principijs, quæ docent verba narratiua, quæ non proferuntur principaliter propter se, plenam probationem non efficere, vt probat tex. vbi notant omnes, *in l. ex his verbis C. de testam. militis*, cum similibus, de quibus Garc. *regul. 165. & regul. 483.* Mascard. *de probation. conclus. 622.* Card. Mantic. *de coniecturis vlt. voluntatum lib. 3. tit. 12.* Card. Tusch. *tom. 8. lit. V. conclus. 81.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsump. 133. à principio.*

4 *Non omnes censuales ab Episcoporum subiectione, &c.* Notatur ad hoc, quod ex solutione census facta Sedi Apostolicæ exemptio non probatur à potestate Ordinariorũ, nisi appareat, quod fit in signum subiectionis, & perceptæ libertatis, consonat tex. *in d. cap. si Papa, vers. & est idem*, iuncto vers. *si vero dicatur simpliciter*, vbi notauit Franc. & post Abb. hic Socin. *num. 3.* & Dec. *n. 2. cum seqq.* Valasc. *de iure emph. quæst. 32. nu. 6.* & post eum Felician. *de censibus in procemio num. 6.* Erasm. à Cockier *d. par. 1. q. 10. num. 6.* & ratione confirmatur, quia nomen, cẽsus, æqui-
5 uocum est, varias habens significationes, aliquando enim bonorum, & personarum descriptionem significat *l. 2. §. post deinde, ff. de origine Iuris*; aliquando tributum, *l. 2. C. sine censu*, aliquando facultates, seu redditus, vt *in l. vlt. §. sin autem C. de iure deliberandi, l. cũ etiam 7* ibi, nihil in censu habent, *C. qui bonis cedere possunt*, aliquando etiam significat emphyteusis pensionem *cap. constitutus, de religiosis domibus*, vel locationes *cap. vltim. ne Prælati vices suas*; aliquando contractum censualem, de quo *in extrauag. 1. & 2. de emptione*, & Motu proprio Pij V. super forma creandi census: aliquando etiam annuam præstationem, vel in signum subiectionis, vel protectionis, iuxta tex. in præsenti, cum similibus: & denique multa alia, quæ latè prosequuntur Brison. *de verborum Iuris signif. verbo census*, Roderic. *de annuis redditibus lib. 2. q. 22. à nu. 66.* Valasc. & Felician. dictis locis. Rectè igitur sequitur ex solutione cẽsus necessariò nõ probari specialem exemptionem ab Ordinariorum potestate, iuxta vulgarem regulam quod probatio debet concludere per necesse, non per potest esse, vt DD. colligunt *ex l. neque natales C. de probat. & ex cap. in præsentia, eodem tit.* cum similibus, de quibus Card. Tusch. *tom. 6. lit. P. conclus. 765.*

6 Verum quando cum solutione census aliæ cõcurrunt coniecturæ deficere potest regula su-

pra-

prædicta, succedit enim alia vulgaris, singula, quæ non prosunt multa collecta iuuant; de qua *glos. verbo legitimis in l. 2. ff. de excusat. tutorum* recepta ex infinitis, quos latè adducit Gabriel *commun. tit. de probat. conclus. 1. à principio*. Exemplum ad nostrum propositum adducunt DD. veluti si Ecclesia soluens censum existat in diœcesi Episcopi, cui soluitur, nam cum Episcopus in tota sua diœcesi habeat Iure communi fundatam intentionem *cap. cum Episcopus de offic. Ordinary, in 6.* meritò solutio census facta ab Ecclesia intra eandem diœcesim existente concludit, quod fit in signum subiectionis, vt consuluit Federic. de Senis, quē referunt, & sequuntur Abb. per tex. ibi *in cap. 1. num. 4. de religiosis domibus*, & Dec. hic *num. 6.* Nec obstat si replices ex decisione huius tex. vbi cum solutione census concurrebat receptio sub protectione Papæ, vel etiam quod de iure B Petri existebat, & tamen hæc duo, vel tria simul iuncta non sufficere ad probandam exemptionem decidit Pontifex, & notant post Abb. *num. 1.* Socin. *n. 8. & 43.* Dec. *in principio*, & alij omnes hic. Respondetur enim dictum illud vulgare, singula, quæ non prosunt, &c. procedere, quando singula genere suo perfecta sunt, non ita si vitiosa sint, & genere suo imperfecta, vt scripsit Bald. in *l. 1. num. 2. C. de legitimis hæredib.* commendat. Menoch. *de præsump. lib. 3. præsump. 39. n. 6.* & faciunt multa, quæ copiose adducit Gabriel *d. conclus. 1. num. 33. cum seqq.* cum ergo ex dictis constet censum esse quid equiuocum, & inde subiectionem non inferri, & ex dicendis etiam appareat friuolam, & debilem esse aliam coniecturam ex receptione sub protectione, atque aliam de iure B. Petri ex supra resolutis, merito neque omnia simul iuncta concludunt.

7 *Ad indicium percepta protectionis, &c.* Notatur ad hoc, quod ex receptione, sub protectione Sedis Apost. exemptio ab Ordinariorum potestate non probatur, siuè de Ecclesia sub tali protectione recepta agatur, vt hic, siue de persona singulari, vt in *cap. ex parte, 18. infra eodem*, notant Abb. *num. 3.* Zabarel. *in principio*, Socin. *à nu. 7.* Dec. *à num. 13. in præsenti*, Gail. *lib. 2. obseruat. 54. à principio*, vbi *num. 4.* testatur esse communem omnium scribentium sententiam, Mascard. *de probat. conclus. 713. num. 2.* Petr. Frider. *de process. mandatis in Imper. Camer. extrahendis lib. 2. cap. 14.* Erasm. à Chockier *d. p. 1 q 9 n. 3.*

8 Ratio autem facilis est, nam protegere idem est, ac defendere, vt notat *glos. in l. desertorem, 6. vlt. ff. de re milit.* ac subinde non importat superioritatem, immo in inferiore sicut & defensio verificatur, vt patet de militibus, qui pro salute Regis, & patriæ ad illius assistunt custodiam, vt per *glos. in rubr. C. de domesticis, & protectoribus, lib. 12.* vbi in *l. 1.* bene explicat Cuiac. protectores dici eos, qui armatam militiam subeuntes non solum defendendi corporis sui, verum etiam protegendi lateris Principis solicitudinem patiuntur. Non obstat tex. *in cap. ad audientiam 34. de appellat.* qua non consistit in susceptione insurgente ex eo, quod ille se posuerit sub protectione Sedis Apost. sed in vi, & virtute tacitæ appellationis, quæ illis verbis includitur, vt explicant eleganter Præp. ibi *à n. 3. cum seqq.* & post eum Marant. *de ordine iudiciorum, par. 6. c. de appellationibus, num. 131.* sicut in simili de arreptione itineris ad Papam ex causa grauaminis, probat tex. *in cap. meminimus, 9. & in cap. dilecti, 52. de appellat.* ex quibus, & alijs prosequitur latè Lancel. *de attentatis, par. 2. c. 12. ampliat. 6.* Vnde cauebis à Fratre Emmanuele *quæst. Regul. tom. 2 q. 63. art. 3. in fine*, dum inaduertenter scribit per receptionem in sua protectione, quam sæpè facit Papa in priuilegijs religionibus concessis, facilem induci exemptionem à potestate Ordinariorum, deceptus auctoritate prædictorum Iurium, quæ effectum tribuunt prædictæ appellationi tacitè ex subiectione sub protectione Papæ, in qua euidens discriminis ratio cernitur ex dictis.

9 *Non ex hoc Iuri diœcesani, &c.* Ex his verbis colligitur à contrario sensu, quod, si verba priuilegij exemptionem includunt, Iuri, & iurisdictioni Episcopi derogatur, quia scilicet ab ea in totum eximuntur exempti, & solo Romano Pontifici immediatè manent subiecti, *cap. cum tempore, in fine de arbitris, cap. penult. de off. Ordinary, cap. cum Episcopus, eodem tit. in 6.* notat *glos. verbo Sedis Apost. in cap. auctoritate, eodem tit. & lib.* pulchrior *glos. verbo Acephalos in cap. nulla 93. distinct.* cum multis similibus, quæ latè explicant Socin. hic *nu. 53. cum seqq.* Fr Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 63. art. 9. & 11.* Card. Tusch. *tom. 3. lit. E, conclus. 294. & conclus. 565.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellariæ, glos. 43. nu. 190.*

SVMMARIVM.

1. *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2. *Priuilegium alicui personæ concessum propter eandem rationem ad alias extendi non potest.*
3. *Filij priuilegijs, quæ personaliter parentibus conceduntur, gaudere non possunt.*
4. *Priuilegium militare, & ministerij, seu Doctoratus filijs non prodest.*
5. *Nobilitas in filios deriuatur.*
6. *Priuilegium personaliter marito concessum ad vxorem non extenditur.*
7. *Correlatiuorum regula non procedit in indulgentia facta à Principe vni ex correlatiuis.*
8. *Priuilegia, quæ alicui certæ personæ conceduntur per modum contractus, vel ob benemerita ad hæredes transeunt.*
9. *Beneficium restitutionis in integrum ad hæredes transit.*
10. *Priuilegium est lex priuata, seu ius singulare contra Ius commune indultum.*

Cap.

Cap. Sane. IX.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Butr. Ancharan. Henric. Panorm. Deci. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 197. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 714.

2 Probat hic tex. priuilegiũ alicui personæ concessum, propter eandem rationẽ ad alias extendi non posse. Ratio huius decisionis ea est quia in priuilegijs extensio nõ fit de persona ad personã, etiam ex tacita, & verosimili mente disponentis Cabed. Lusit. *decis.* 140. *nu.* 2. *par.* 1. etiam vbi non versamur in materia pœnali, & correctoria, Ioseph. Sesse *Aragon. decis.* 43. *nu.* 54. consonant Iura omnia, quibus probatur priuilegia priuatas esse leges, quæ singulis nõ omnibus fauent, neque cõmunẽ legem faciunt, ideoque alijs exemplo esse non possunt, nisi his tantum, quibus conceduntur *cap. hinc est, vers. quod priuilegium,* 16. *q.* 1. *cap. non exemplo,* 26. *q.* 2. *cum similibus,* deinde confirmatur, quia priuilegia omnia essentialiter illud habent, vt aliquid contrà Ius commune constituant, ac subinde, quatenus à Iure communi exorbitant, odiosa censentur, & necessariò restringenda iuxta *reg. quæ à Iure communi, & reg. odia. lib. 6. cum similibus,* de quibus *ad cap. porro inf. eodem*; vnde merito generalis reg. recepta est, quod priuilegium certæ personæ concessum, ipsam sequitur, & ad alias, etiamsi ipsius hæredes sint, non extenditur, *l. in omnibus causis,* 69. *l. priuilegia,* 157. *ff. de regulis iuris, l.* 1. *§. permittitur. ff. de aqua quotid. & æstiua, l. quia tale, ff. solut. mat. l.* 3. *ff. de censibus*; tex. optimus *in l. sordidorum, C. de excusat. mun. lib.* 10. ex quibus desumpta est *reg. priuilegium, lib. 6.* vbi nostri omnes, cum multis alijs, quæ post antiquiores adducunt, & explicant D. Barb. *in d. l. quia tale, per totam,* Menoch. *cons.* 1007. *à nu.* 95. *vol.* 11. *& de præsumpt. lib.* 3. *præsump.* 103. *num.* 45. And. Gail. *lib.* 2. *obseruat.* 144. *num.* 8. *cum seqq.* Card. Tusch. *tom.* 6. *littera P, conclus.* 746. P. Suar. *de legibus lib.* 8. *cap.* 10. *&* 11. Salas *eodem tract. disp.* 17. *sect.* 6. *&* 8. Flores de Mena *vari. lib.* 2. *q.* 21. *nu.* 103.

3 Intellige supradictam conclusionem, & amplia procedere etiam in filijs, vt scilicet priuilegijs, quæ parentibus personaliter conceduntur, gaudere non possint, vt probatur ex varijs Iuris Ciuilis auctoritatibus, vt *in l. in honoribus, §. vacationum, ff. de vacationibus, & excusat. munerum* in hæc verba. Vacationum priuilegium non spectat ad liberos Veteranorum, quam generaliter de omnibus priuilegiis Veteranorum interpretatur Cotior. *de iure milit. lib.* 1. *cap.* 24. *& in l. penult. §. si puella, ff. de ritu nuptiarum,* & de
4 priuilegio militari, & magisterij, seu Doctoratus, quod filijs non prosit, probatur *in l. priuilegio, in princ. & in l. in filijs, C. de decurionib. lib.* 10. notat *glos. vlt. in l. ex pluribus, ff. de administr. tutorum, glos.* etiam *vlt. in cap. licet, de censib.* quas communiter receptas esse constat ex Bart. Alexand. & alijs, de quibus Tiraq. de *iure primog. q.* 59. *nu.* 4. D. Barbos. *in d. l. maritum, n.* 80. *ad finem,* Soar. *de legib. lib.* 8. *cap.* 11. *num.* 4. *cum seqq.* Ex quibus vera est huiusmodi resolutio, quod priuilegium patri personaliter concessum, non est sine lege ad filios trahendum; illa vero Iura, quæ pro contraria parte solent allegari, locum habent, & loquuntur, vbi priuilegium non simpliciter patri concedunt, sed sub ampliori forma, pro eo scilicet, & posteris, vel cum alio simili adiecto, quo aliquando filij, aliquando descendentes continentur; vel quando ex natura rei, & qualitate materiæ susceptæ filij participant priuilegium, idest concessionem legis, vel Principis patri factam, vt contingit in nobilitate, vel dignitate, quam naturalem DD. appellant, quæ scilicet competit ex origine, & Maiorum claritudine, hanc enim etiam
5 à patre in filios deriuari naturalis, & ciuilis ratio postulat, sicut in arboribus, qui viret in folijs, venit ex radicibus humor, vt ait Ouid. cum multis alijs, quæ adducunt Tiraquel. *de nobilit. cap.* 15. Cassane. *in cathal. gloriæ mundi, par.* 8. *consider.* 24. Garc. *de nobilit. glos.* 7. *nu.* 17. *& glos.* 20. *num.* 11. Azeued. *ad l.* 1. *num.* 85. *cum seqq. tit.* 1. *lib.* 6. *nouæ recopil.*

6 Amplia etiam & intellige principalem huius tex. conclusionem procedere in vxore, ad eam enim extendi non posse priuilegium personaliter marito concessum tradit Ioan. Andr. per tex. ibi *in cap. ne aliqui, hoc tit. lib. 6.* expendens de Regibus, & Reginis ibi fieri mentionem, quia alias priuilegio, quod simpliciter Regi conceditur, Regina non gaudet; prosequuntur D. Barbos. *in l. quia tale à nu.* 22. *vers. vltima ampliatio,* Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *disp.* 47. *num.* 1. *&* 3. Soar. *d. lib.* 8. *cap.* 11. *num.* 1. Et ad illud, quod maritus, & vxor correlatiua sunt *l.* 1. *ff. de ritu nuptiarum,* cum similibus, respondetur
7 regulam correlatiuorum non procedere in indulgentia facta à Principe vni ex correlatiuis, vt resoluit Bapt. de S. Blasio *in tract. de correlatiuis, nu.* 57. vnde de casu ad casum in correlatiuis non fieri extensionem communiter, & receptum comprobat ex Baldo, & alijs Card. Tusch. *tom.* 2. *littera C. conclus.* 1041. *n.* 25. Ad alia vero Iura, quæ in contrarium citari solent similiter respondetur procedere, vel ex tenore ipsius priuilegij, quia de certis personis, & earum vxoribus expressam facit mentionem, vel ex vi aliorum Iurium, quæ communicant mariti priuilegium eius vxori.

8 Limitatur tamen principalis huius tex. conclusio, vt non procedat in priuilegijs, quæ alicui certæ personæ conceduntur ob benemerita, vel egregia facta; sunt enim realia censenda huiusmodi priuilegia, & vti talia ad hæredes transeunt, iuxta regulam tex. *in d. l. in omnibus causis*; cum similibus. Quorum præcipua ratio

est,

-est, quod huiusmodi priuilegia ob benemerita in contractum transire videntur, docente Bald. *in l. qui se patris, num.* 14. *C. vnde liberi*, & probatur ex regula tex. *in l. si cum mihi*, 35. *ff. de dolo*, ex quo ibi notauit Bald. quod quando priuilegium datur propter factum, quod habet commensurationem cum priuilegio, in contractum transire dicitur, certum autem est, quod omnes contractus ad hæredes transeunt, iuxta tex. *in l. si pactum, ff. de probat.* cum similibus. Qua ratione, quod priuilegium per modum contractus personaliter concessum ad hæredes transeat, tenent DD. communiter ex Iasone *in l. si sic à num.* 12. *ff. de verborum obligat.* & pluribus alijs, quos refert D. Barbos. *in d. l. quia tale, num.* 43. *vers.* 3. *principaliter, ff. solut. matrimonio*, sequitur Menoch. *de præsump. lib.* 3. *præsump.* 103. *num.* 22. consequenter resoluens *à num.* 12. priuilegia ob benemerita ad hæredes transire post Anch. Socin. Tiraq. & alios, quos ibi refert. Verum quamuis hæc limitatio ad nostrum tex. probabilitate non careat, probabilius est in his terminis non limitari, sed magis ampliari, vt tenent multi, quos referunt, & sequitur D. Barbos. *in d. l. quia tale, n.* 6. *cum seqq.* & Soar. *d. lib.* 8. *cap.* 4. *à principio*, & præcipuè *num.* 8. & vide apud eos.

9 Deinde limitatur eadem huius text. decisio vt non procedat in priuilegio, quod personæ conceditur, si causa proxima concedendi non sit ipsa persona, sed aliqua conditio, seu causa existens in persona, exemplum proponentes in beneficio restitutionis in integrum, quod licet personale sit, eo quod minorum personis conceditur personaliter, quia tamen principalis causa illud concedendi est læsio iuxta tex. *in l. non omnia, & in l. quod si minor, §. non semper, ff. de minoribus*, cum similibus, concludunt DD. ideò ad hæredes transire iuxta tex. *in l. non solum, ff. de restitut. in integrum, & in l. minor*, 19. *§. vlt. ff. de minorib.* quas sic interpretantur Dyn. *in reg. priuilegium, num.* 7. *de reg. Iuris, lib.* 6. & alij communiter secundum Pech. *num.* 10. *in solut. secunda difficultatis* ibidem, Dec. *in d. l. in omnibus causis, n.* 4. Gomez *variar. tomo* 2. *cap.* 14. *n.* 6. Menoch. *d. lib.* 3. *præsumpt.* 103. *à n.* 16. & alios relatos à D. Barb. *in d. l. quia tale n.* 49. & esse communem testatur Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo minorib. n.* 44. quod etiam videtur voluisse Maurit. *de restitutione in integrum c.* 15. & illum sequutus Mysing. *lib.* 4. *obser.* 19. & cæteri, qui dicunt huiusmodi beneficium restitutionis reale esse, & ideò ad hæredes transire, quia scilicet causa datur, seu læsioni, vt explicat Soar. *d. lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 6.

10 In glos. [Singularibus] ibi (*idest priuilegijs, quæ singularia sunt, & priuata à lege communi.*) Vnde benè definitur priuilegium quod sit lex priuata, seu Ius singulare contra Ius commune indultū, ita Host. *in summa huius tit. §.* 1. & *glos. in rub. de rescript. lib.* 6. Henric. Canis. *in summa Iuris Canon. lib.* 1. *tit.* 3. *§. duplex genus placitorum*, Petr. Greg. *de Iuris arte, cap.* 7. *num.* 14. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 35. *à num.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Litteræ clausæ in iudicio fidem non faciunt, sed patentes, quod intellige vt ibi.*
3 *Litteras alicui Iudici directas clausas qui recipit, non debet eas aperire, sed Iudici aperiendas tradere, alias punitur.*
4 *Litteras patentes recipiens in illis contenta videtur approbare, non ita si clausas.*
5 *Declarantur, & conciliantur tex. in præsenti, & in cap. nimis, vers. nec sustinentes, de excessibus Prælatorum.*
6 *Religiosi in priuatis Oratorijs publicè pulsare campanas non possunt.*
7 *Exempti si excedant metas priuilegiorum, siuè publicè deliquerint, possunt ab Episcopo coerceri.*

Cap. Patentibus. X. *Cælest. iij.*

1 Super hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collectar. Zabar. Ioan. Andr. Host. Anch. Butr. Henric. Panor. Dec. Marian. Socin. Viuia. *in rationali lib.* 5. *Iuris Põtif. pag.* 197. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 714. refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 14. *cap.* 2.

2 *Patentibus litteris, &c.* Ex his verbis colligūt hic Host. Zabarel. Butr. *num.* 7. Anch. *num.* 1. litteras clausas in iudicio fidem non facere, sed patentes, quod tamen rectè intelligunt procedere, quando non sunt authenticæ, veluti quia fracto sygillo, aut remoto præsentantur, si enim sygillo integro, & debito modo Iudici, ad quem diriguntur, fuerint præsentatæ, & in acta redactæ, eis, sicut alijs actis iudicialibus, credēdum est, immo clausas minus suspectas esse, quàm patentes, ea ratione probant, quia testamentum claudi solet, vt solemne, & non suspectum sit, *§. sed his, instit. de testamen. l. si vnus C. eodem tit. & per totum ff. quemadmodum testamenta aperiantur*, & deducitur totus discursus *in cap. cum olim* 33. vbi notant scribentes omnes, *de officio delegati*, ibi, nobis fideliter præsentasse, & in *cap. inter dilectos* 11. *vers. præterea cum seqq. de excess.*

3 *prælatorum*, ex quibus praxis innoleuit, quod is, qui litteras alicui Iudici directas clausas recipit, non debet eas aperire, sed eidem Iudici aperiendas tradere, alias punitur iuxta qualitatem facti, & probat tex. *in d. cap. cum olim, & d. §. præterea*, & quæ latè in proposito post Ordinarios, & alios recentiores tradunt Menoch. *de arbitr. centur.* 6. *casu* 538. Decian. *in tract. crimin. lib.* 7. *cap.* 17. *n.* 46. Farinac. *in praxi crimin. p.* 6. *de falsitate quæst.* 150. *à num.* 114. Fr. Emmanuel *quæst. regul. tom.* 2. *q.* 35. *art.* 2.

4 Alia etiam differentia inter litteras, quas quis patentes recipit, aut clausas notabilis est, nam is,

is, qui eas apertas accipit omnia in illis contenta videtur approbare *l. si filiusfam. 2. ff. ad Maced.* & *clem. 1. de procurator.* cũ multis alijs, quæ latè prosequũtur Gabr. *tom. 1. commun. tit. de præsumpt. concl. 2.* Mascard. *de probation. conclus.* 480. Card. Tusch. *tom. 1. littera L. concl.* 374. non ità in clausis ostenditur, quia, vt in patentibus, & apertis procedat conclusio illa, requirunt DD. communiter, quod recipiens eas aperiat, & legat, atque ita scientiam habeat eorum, quę in eis cõtinentur, vt ex Mathes. *sing.* 21. explicat Gabriel *d. conclus. 2. num.* 11. Card. Tusch. *d. conclus.* 374. *num.* 5.

5 *Liceat eis campanas in eis ponere, &c.* Decisioni huius tex. quatenus negat posse Templarios, & alios religiosos in Oratorijs suis habere, & publicè pulsare campanas, opponi solet *tex. in cap. nimis, vers. nec sustinentes, de excessib. Prælat.* dum inter alia grauamina, quæ Prælati inferebant religiosis, illud commemorat, quod illis prohibeant habere campanas in Ecclesijs, & Oratorijs suis, de vtrisque enim simul, & promiscuè fecit mentionem. Pro concordia DD. varios afferunt intellectus; nam Hostien. quem sequitur Butr. interpretantur, quod vnam campanam in Oratorijs habere licitum est, iuxta *d. cap. nimis*, quod in singulari de campana loquitur, non vero plures iuxta tex. in præsenti, qui loquitur in plurali: sed absurdus videtur intellectus, nam de campanis in plurali loquitur Pontifex distributiuè, referendo ad plures religiosos, Templarios scilicet, & alios, de quibus dixerat, vt de simili eorundem priuilegio interpretatur Pontifex *in cap. vt priuilegia 24. ad finem supra hoc tit.* quare Innoc. & post eum Zabarel. & Abb. *nu. 5. vers. sed extra*, aiunt tex. in præsenti Ius commune continere, at vero *d. cap. nimis* procedere supposito speciali priuilegio religiosorum, de
6 quibus ibi. Ego verò pro comperto habeo in priuatis Oratorijs licitum non esse, etiam religiosis, habere, publicèq. pulsare campanas, in eis enim etiam priuatim non licet celebrare sine Episcopi auctoritate, vt benè notat Dec. in præsenti *à num. 12.* licet Abb. hic, & *in cap. vlt. de censibus* aliud docere videatur: Missæ tamen istæ publicè nõ fiunt ad populũ, vt ipse ibi, aut clerus conueniat, sicut in Ecclesijs, immo in hoc Oratoria ab Ecclesijs distingui constat ex ijs, quæ de eorum differentijs tradit Durant. *de ritib. Ecclesiæ lib. 1. cap. 1. à principio & num. 13.* & consequenter huiusmodi priuatis Oratorijs non conuenit publicè pulsare campanas, vnde facile intelligitur tex. in præsenti, dum in his priuatis Oratorijs prohibet ponere, publicèq; pulsare campanas, si aduertas, quod de his priuatis Oratorijs agit, & copulatiuè prohibet in eis campanas ponere, & publicè pulsare, sic significans priuatim pulsare prohibitum nõ esse, sed potius à contrario licitum esse, atque ibi campanulam habere, quæ priuatim pulsetur, vt notarũt Butr. *num. 3.* Abb. & Anch. *num. 2.* Dec. *num. 8. & 13.* Roch. *de iurepatron. verbo construxit num. 28.* Lamber. *eodem tract. art. 13. quæst. princip. 1. parte lib. 2. num. 5.*

7 In glos. [Potius.] ibi (*argumen. quod si excedant metas priuilegiorum, siue publicè deliquerint, quod possint ab Episcopo coerceri.*) Est contra *tex. in cap. 1. vers. nunquid*, ibi, dummodo sit in loco exempto, *hoc tit. lib. 6.* notat Abb. hic *num. 4. vers. in glos.* Quare melius ipse Abb. ea ratione, inquit procedere text. quia licet in loco exempto delinquere incipiat, effectus tamen, & complementum porrigitur extra locum exemptum, quia scilicet sonus campanarum indebitus lædit, & turbat audientes extra ipsum locum, quod pluribus similibus ibi exornant, sed latius Dec. *à num. 15.* Socin. *à num. 6.* & alij. Verum, si verum fateri licet, melius aduertũt Hostien. & Butr. *num. 11.* tex. non probare huiusmodi conclusionem, quia specialiter procedit in priuilegiatis excedentibus metas suorum priuilegiorum, qui ea ob id merentur amittere, vt probatur in *cap. sequen. ad finem.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc text. scribentes.*
2 *Ecclesia polluitur, seù violatur per sanguinis effusionem.*
3 *Sanguinis effusio, propter quam violatur Ecclesia, debet secum trahere abundantiam, itaut non sufficiant pauca gutta.*
4 *Ecclesia non indiget reconciliatione, si quis in ea percutiatur, vel alia iniuria afficiatur citra sanguinis effusionem, quod intellige vt ibi.*
5 *Sanguinis effusio per quam polluitur Ecclesia debet esse iniuriosa.*
6 *Sanguinis effusio, propter quam polluitur Ecclesia debet esse publica.*
7 *Ecclesia polluitur si sanguis hominis viuentis, non autem cadaueris effundatur.*
8 *Ecclesia censetur violata si quis sua mentis compos ex ira, vel desperatione se ipsum occidat, vel iniuriosè percutiat.*
9 *Sanguinis, aut seminis effusio, vt per eam Ecclesia violetur, debet fieri intra eandem Ecclesiam, non supra tectum, vel infra Ecclesiam.*
10 *Ecclesia nomine in materia pollutionis intelligitur ea, qua consecrata est, vel specialiter benedicta.*
11 *Suspensus presbyter ab officio ab alijs etiam exemptis ad diuina Officia restitui, seù absolui non potest.*
12 *Absoluere nemo potest à suspensione, & alijs Ecclesiasticis censuris ab homine latis, nisi is, qui eas tulit.*
13 *Laici non possunt presbyteros suspendere ab Officio nec etiam eosdem ad Diuina restituere, nisi eis à solo Papa hac potestas demandata fuerit.*
14 *Absoluendi à censuris potestas etiam in mortis articulo laicis non conceditur.*
15 *Quæstores sacræ pecuniæ qualiter olim permitterentur, ostenditur, & num. 16.*

17 *Quæ-*

17 *Questorum vsus qualiter attento Concil. Triden. prohibitus, ostenditur.*
18 *Lusitani ad obseruantiam Concil. Trident. non admittunt quaestores eleemosynarum, nisi litteras Regias ostendant.*
19 *Castellani, & Galli idem ferè obseruant.*
20 *Ecclesiasticus Iudex potest punire seculares quaestores falsas eleemosynas petentes.*
21 *Archiepiscopus potest interdicere praedicationem in tota prouincia.*
22 *Habitum religionis, aut Crucem falsò portantes puniendi sunt.*
23 *Insignibus alienis vtentes in crimen falsi incidunt.*
24 *Iudex Ecclesiasticus potest punire laicos falsò portantes religionis habitum.*
25 *Priuilegium meretur amittere, qui illo abutitur.*
26 *Priuilegia quando dicantur amitti per non vsum, vel contrarium vsum, vel etiam per abusum, & in quibus differant, ostenditur.*
27 *Exempti si delinquant extra locum exemptum ab Ordinarijs puniri possunt, non obstante exemptionis priuilegio.*
28 *Declaratur tex. in cap. 1. §. in eos, de priuileg. lib. 6.*
29 *Suspensus ab officio non est suspensus à beneficio, nisi id declaretur.*
30 *Habitum religionis falsò, seu fictè portans religiosus non fit.*

Cap. Tuarum. XI. *Innoc. iij.*

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. And. Butr. Anchar. Henric. Marian. Soc. Dec. Panor. Casal. *in annot.* Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellae par. 1.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 198.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 714.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 16. cap. 1.*

2 *Ecclesiam sanguinis effusione, etc.* Notatur ad hoc, quod per sanguinis effusionem Ecclesia polluitur, seu violatur, vt per Nau. *in man. c. 27. à n. 256.* Iacob. de Graffis *in aureis decision. par. 1. lib. 2. cap. 48. num. 22.* Henriq. *in summa, lib. 9. cap. 27.* Cardin. Tolet. *in summa, lib. 5. cap. 8. à num. 12.* Sayr. *de censuris, lib. 5. cap. 16. à princip.* Auila *eod. tract. par. 5. disp. 7.* Soar. *tom. 3. disp. 81. sect. 4.* plures alios Doctores ex antiquioribus refert Cened. *par. 3. collect. 11. à princip.*

3 Multa requiruntur, vt supradicta Doctorum resolutio procedat. Primò ergo requiritur quod huiusmodi effusio sanguinis abundantiam secum trahat, itaut non sufficiant paucae guttae, vt per Nau. *d. nu. 256. vers. Dixi effunditur.* Stephan. Costa *in cap. is, qui 18. nu. 2. de sentent. excommun. lib. 6.* Fr. Ludou. *in instructorio Conscientiae, par. 1. cap. 33. vers. sed circa secundum,* Graffis *nu. 25.* Soar. *vers. secundo,* Sayr. *nu. 5. dictis locis.* Vnde Ecclesia non indiget reconciliatione si
4 quis in ea percutiatur, vel alia iniuria afficiatur citra sanguinis effusionem, etiamsi carnes conterantur, & ossa confringantur, nisi forte tumorem causauerit, aut liuorem ex verberibus, & opus sit vt tumor, seu liuor ferro aperiatur, dicetur tunc Ecclesia polluta, quia percussio iniuriosa fuit, & efficax causa effusionis sãguinis, quae deinde sequuta est, vt per Sayr. *d. cap. 16. num. 8.* Zerolã *in praxi Episcop. par. 1. verbo pollutio Ecclesiae.* Vel nisi citra sanguinis effusionem homicidium sequatur, quod fit per suffocationem in ipsa Ecclesia, vel suspendium, vt per Nau. Fr. Ludou. Henriq. Soar. Auilã, Sayr. *à num. 12.* Graffis *num. 21.* dictis locis, Decian. *tract. crimin. lib. 6. cap. 24. à nu. 36.*

5 Secundo requiritur, quod effusio sanguinis iniuriosa sit, nam si homicidium, aut vulnus casu contingat, aut in necessariam defensionem, aut quia sanguis naturaliter soluitur, nulla iniuria infertur loco sacro, & consequenter pollutus censeri non debet, vt per Nau. & Fr. Ludou. dictis locis, & Sayr. *d. cap. 16. nu. 14. & 15.* Farin. *in praxi crimin. q. 125. nu. 22.*

6 Tertio requiritur, quod effusio sanguinis publica sit, nam si occulta fuerit reconciliatione non indiget Ecclesia, vt per *glos. verbo pollui in cap. 1. de immunit. Eccles. lib. 6.* recepta per Stephan. Costa *in d. cap. is, qui num. 4.* Siluest. Nau. Sotũ, Henriq. Graffis, Tolet. & alios, quos refert, & sequitur Sayr. *d. cap. 16. nu. 10.* Soar. *d. sect. 4. vers. secundo dubitari solet* Sanch. *de Matrim. lib. 9. disp. 15. num. 10.*

7 Quarto requiritur, quod sanguis hominis viuentis effundatur, itaut nõ sufficiat, quod sanguis è cadauere fluat, vt contingere potest in anathomia, vel quod sanguis sit brutorum animalium, vt post Nau. Ledesm. & Viuald. notat Sayr. *d. cap. 16. num. 6.* Cened. *d. collect. 11. in princip.* Neque refert an alienus, vel proprius
8 effundatur sanguis, si enim quis suae mentis compos ex ira, vel desperatione se ipsum occidat, vel iniuriosè percutiat, censebitur Ecclesia violata, & reconciliatione indigebit, vt per *glos. verbo sanguinis in d. cap. 1.* Soar. Auilam, & Sayr. *nu. 4. in fine, dictis locis.*

9 Quinto requiritur, quod haec iniuriosa, & publica humani sanguinis, aut seminis effusio fiat intra eandem Ecclesiam, nam si extra contingat nulla fit iniuria ipsi loco sacro, & consequenter violatus censeri non debet, vnde Ecclesia non polluitur si occidatur existens supra tectum, vel infra Ecclesiam in aliqua cauerna, aut spelunca, vel in aliqua camera, aut sella, vel in choro, sacristia, turri cymbalorum, aut confessionarijs extra Ecclesiae corpus, quia illis omnibus, & similibus casibus dicitur extra Ecclesiam contigisse, vt per *glos. verbo sanguinis in d. cap. 1.* quam sequuntur Nau. & alij omnes, vt per Graffis *à num. 23.* Soar. *col. 2. vers. quod autem sanguis,* Tolet. Saa, & alij, quos refert, & sequitur Sayr. *num. 8.* Auila *dub. 1.* dictis locis: & plenè congesti à Sanch. *d. disp. 15. num. 21. cum*
10 *sequentibus.* Ecclesiae autem nomine in hoc proposito intelligunt eam, quae consecrata est,

vel specialiter benedicta, & deputata, vt ibi Diuina fiant Officia, nec requiritur ad hoc, vt polluta maneat, quod sit consecrata, sicut per contrarium si saltem benedicta non sit, non polluitur, neque reconciliatione indiget, quamuis ibi Diuina Officia fuerint celebrata, veluti in priuatis oratorijs, atque ita deducitur ex tex. *in cap. vlt. sup. de consecrat. Eccles.* vbi notauit *glos. verbo non consecrata*, & post Nau. & alios Henriq. §. 5. & post Graffis, Fr. Emman. & alios Sanch. *num.* 24. Sayr. *num.* 9. *dictis locis*, Auila *d. disp.* 7. *dub.* 2. *concl.* 1. Decian. *d. lib.* 6. *cap.* 24. *num.* 24. Quorum Sanch. & Auila tenent quoad immunitatem Ecclesiarum latiorem esse faciendam loci sacri interpretationem per tex. *in cap. pen. supra, de immunit. Eccles.* dum probat sufficere, vt Ecclesia gaudeat immunitate quod ibi Diuina celebrata sint, licet consecrata, aut benedicta non sit. At vero quoad violationem, de qua agimus, incurrendam accipitur locus sacer strictius, pro eo solummodo, qui vel consecratus, vel benedictus est.

11 *Alios vero Presbyteros, &c.* Notatur ad hoc, quod Presbyteri ab officio per Episcopum suum suspensi ab alijs etiam exemptis ad Diuina Officia restitui, seu absolui non possunt, vt per Butr. hic *num.* 8. Abb. *num.* 3. Dec. *à num.* 12. Socin. *num.* 2. *&* 14. Ex ea ratione,
12 quia à suspensione, & alijs Ecclesiasticis censuris ab homine latis nemo absoluere potest, nisi is, qui eas tulit, vel legitimus eius superior, vt argum. tex. *in cap. cum ab Ecclesiarum, & in cap. pastoralis §. praeterea, supra de officio Ordin.* notant Doctores communiter ibi teste Felin. *num.* 9. *vers. amplia regulam*, Nau. *in man. cap.* 27. *num.* 162. Vgol. *de censuris, tab.* 1. *cap.* 4. *à princip. & tab.* 4. *cap.* 2. *per totum*, & post alios, & Henriq. Sayr. *eod. tract. lib.* 4. *cap.* 17. *à num.* 24. Auila *p.* 3. *disp.* 6. *dub.* 1. *conclus.* 5 Soar. *tom.* 5. *disp.* 7. *sect.* 2. *à num.* 2. *& disp.* 29. *sect.* 1. *num.* 15. Tolet. *in sum.*
13 *lib.* 1. *cap.* 46. *à num.* 2. Sed melior ex littera huius tex. deducitur ratio, ibi, cum sint laici, generaliter enim, & indistincte verum est laicos neque suspendere posse Presbyteros ab officio, neque etiam eosdem ad Diuina restituere, cum vtrumque sit actus Ecclesiasticae iurisdictionis, cuius potestatis laici omnino sunt incapaces, iuxta reg tex. *in cap. bene quidem, 96. dist. & in cap. ecclesia, de constitut.* comprobat latè Vgol. *d. tab.* 1. *cap.* 2. §. 10. *à num.* 2. adeo vt à solo Papa laicis hanc potestatem posse demandari doceat *glos. verbo laico, & verbo praeter Romanum, in d. cap. bene quidem*, melior *glos.* de suspensione agens *in cap. praeter verbo ducibus*, 22. *dist.* quas receptas communiter multis adductis comprobat Graffis *in decis. aureis, lib.* 4 *cap* 5 *num.* 1. Sayr. *de censuris lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 15. *& lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 2. Soar. *eodem tract. tom* 5. *disp.* 2. *sect.* 3. *num.* 12.
14 Vnde potestatem absoluendi à censuris etiam in mortis articulo laicis non concedi verius sustinent post *glos. verbo praeterquam in mortis articulo, in d. §. praeterea*, Con. *in cap. alma, par.* 1. §. 11. *num.* 9. Vgolin. *tab.* 1. *cap.* 4. §. 5. *à num.* 7. Sayr. *lib.* 2. *cap.* 21. *à num.* 3.

15 *Pro colligendis eleemosynis, &c.*
De quaestoribus sacrae pecuniae per diuersa tempora diuersum Ius statutum est. Nam à principio eorum vsus frequens erat, & libere permissus, atque etiam praedicandi officium iuxta tex. in praesenti, & in *cap. cum ex eo, infra de poenit. & remission.* vbi Summus Pontifex describens qualitates, quas hi habere debent, dicit, quod sint modesti, discreti, nec in tabernis, aut alijs locis incongruis hospitentur, nec inutiles faciant, aut sumptuosas expensas, notant hic Deci. *à num.* 3. Socin. *num.* 6. & prosequitur latè Paul. Fusc. *de Visitat. lib.* 1. *cap.* 30. *num.* 36. Petr. Bollo *in oecom. canonica class.* 3. *cap.* 2. §. 4. Nau. *de Indulgent. notab.* 31. *à num.* 46. Henriq. *in sum. lib.* 7. *cap.* 29. *in princip.* bene Iuli. Lauor. *de indulgent. par.* 2. *cap.* 13. *à princip.* Vnde admittendos non esse huiusmodi quaestores sine Episcoporũ, vel Apostolicis veris litteris, ex quibus constet de eorum moribus, & petitorii causa, seu necessitate, sanctissime in generali Concil. relato in *d. cap. cum ex eo*, prouisum fuit.
16 Deinde hoc idem strictius in Viennensi Concil. fuit prouisum, & statutum *in Clemen.* 2. *de Poenitent.* Cernens enim Concil. abusus huiusmodi quaestorum excrescere in maximum totius Christiani Orbis scandalum, dum in praedicationibus multa confingebant mendacia de reliquijs, & indulgentijs, quas infinitas prope falsò praedicabant ad aurum extorquendum, eis omnino interdixit praedicandi officium, relicta solum facultate dicendi, quod in litteris Apost. aut Episcoporum continebatur, quod Decretum ab impiorum calumnijs recte tuetur Cardin. Bellarmin. *in contron. Cathol. tom.* 2. *de Indulgent. lib.* 2. *cap.* 10. *vers. igitur.*
17 Postmodum cum quaestorum malitia magis, ac magis excresceret, atque etiam fidelium scandalum, indeque è peruersis eorum factis ansa haereticis data est in vsu indulgentiarum debacchandi, sanctissimè Concil. Trid. *sess.* 5. *de reformat. cap.* 2. *ad finem, vers. quaestores vero*, indulgentias per se, vel per alios praedicare prohibuit, & *sess.* 21. *de reformat. cap.* 9. statuit, vt quaestuariorum nomen atque vsus penitus aboleatur, neque ad hoc officium exercendum nullatenus admittantur, non obstantibus priuilegiis Ecclesiasticis, monasterijs, aut hospitalibus concessis, de cuius decreti praxi plures refert Doctores Cened. *ad Sextum collect.* 9. quibus adde Quarant. *in summa bullarij verbo Archiepiscopi auctoritas, vers.* 26. *in fine*, Zerol. *in praxi Episcop. par.* 1. *verbo quaestores, pag.* 301. Fr. Emman *quaest. Regul. tom.* 2. *q.* 57. *art.* 7. *& q.* 98. *art.* 1. Card. Tusc. *tom.* 6. *verbo quaestores, concl.* 46. Et sub illius Concilij Decreto non comprehenduntur Mendicantes religiosos pro suorum Conuentuum sustentatione eleemosynas quaestuantes

ftuantes tenent Nauar. *lib.* 3. *consil. sub tit. de Regul. cons.* 79. *num.* 3. Fr. Emman. *d. art.* 7.

18 Vnde etiam apud Lusitanos prudenter constitutum est in Ordinat. Regia, *lib.* 5. *tit.* 103. ne petitoria cuiusuis Sancti nomine permittantur à Magistratibus Regijs, nisi Regiæ litteræ ostêdantur, quibus expresse nominetur persona, quæ eleemosynas quæsitura est, & ne per se, vel per alios prædicare faciant, vel Indulgentias publicare, quemadmodum *in d. Clem.* 2. & dictis Trid. decretis constitutum est, quod si aliter factum sit omnes pecunias ab illis quæsitas quæstori redemptionis captiuorum statim tradendas præcipit, quod in facti contingentia tempore Illustrissimi Cardin. Alberti obseruatum fuisse refert Cabedo *par.* 1. *Lusitan. decis.* 193. & resoluit Cardoso *in praxi iudicum, & aduocat, verbo eleemosyna, num.* 2. Et nouissimè anno Domini 1610. die vero 9. Iulij Regium editum fuit diploma, vbi constitutum est quod exactores maximi à Rege pro colligendis eleemosynis ad redimendos captiuos constituti, possint concedere licentias ad annum tantum duraturas fratrijs pro certo pretio, in quo conuenerint, vt extra Ecclesias possint petere, cuius compositiones immunes reddit fratrias Sanctissimæ Eucharistiæ, & sodalium Misericordiæ.

19 Similem legem habent Castellani, vt constat ex *l.* 1. *&* 2. *tit.* 8. *lib.* 1. *Ordin.* vbi Perez, & habetur *l.* 1. *tit.* 9. *lib.* 1. *nouæ recopil.* vbi latè Azeued. & *l.* 37. *tit.* 6. *lib.* 3. *eiusdem recop.* Auil. *ad cap.* 51. *Pretorum*, & Auend. *de exequendis mand. lib.* 2. *cap.* 30. Et apud Gallos decretis Regij Senatus similiter prouisum esse explicat Rhenat. Copin. *de sacra polita, lib.* 3. *tit.* 5. *à num.* 23.

20 *Si laici fuerint excommunicationis, &c.* Notatur ad hoc, quod Ecclesiasticus Iudex potest punire secolares quæstores falsas eleemosynas petentes, vt per Auil. *ad cap.* 51. *pretorum, glos. in consentir, num.* 1. Bobadil. *in sua politica, lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 43.

21 *Per totam, &c.* Notatur hic tex. etiam ad hoc, quod Archiepiscopus potest interdicere prædicationem in tota prouincia, vt per Marc. Anton. Genu. *in praxi Curia Archiep. Neapol. cap.* 70. *n.* 16.

22 *Cruce falsò signatos inueneris, etc.* Notatur ad hoc, quod puniendi sunt falsò portantes Crucem, aut religionis habitum, vt per Abb. Dec. & Socin. hic, Plac. *in epitome delictorum, cap.* 5. *à num.* 3. Farin. *in praxi crimin. p.* 6. *de falsitate, & simul. q.* 150. *à num.* 80. iunctis multis latè resolutis per Menoch. *de arbitr. casu* 320. *à nu.* 11. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *q.* 76. *art.* 7. & apud Lusitanos *in Ordin. Regia, lib.* 5. *tit.* 93. strictè prohibetur ne quis in ludis, vel extra eos vtatur habitu trium Ordinum Christi, Diui Iacobi, & de Auis sub pœnis specialirer ibi expressis.

23 Vnde etiam simili modo in crimen falsi incidunt, & pœna falsi puniendi sunt, qui illicitis, idest alienis, quæ ad ipsos non pertinent, vtuntur insignibus, prout colligunt ex tex. *in l. eos,* §. *qui se pro milite, ff. ad legem Cornel. de falsis,* Dec. hic *à num.* 41. Menoch. & Farin. dictis locis, Cottor. *de iure militum, lib.* 3. *cap.* 10. Petr. Gregor. *syntag. Iuris, lib.* 36. *cap.* 4. *nu.* 6. Et apud Lusitanos in Ordin. Regia *lib.* 5. *tit.* 92. pœna præscribitur amissionis omnium bonorum, & honoris, & priuilegiorum nobilitatis contra eos, qui vtuntur nomine, & insignibus alicuius familiæ, quæ ad ipsos non pertinent, quia maxime interest ne nomina, & insignia eorum, qui ob egregie facta sibi, posterisq; suis ea acquisierunt, confundantur, & ab illis vsurpentur, qui tali non gaudent nobilitate, & æqualibus non iuuantur meritis, quam rationem sumpsisse videtur Lusitanus legislator à Iureconsl. *in l.* 1. §. *quamuis vers. publice, ff. de ventr. inspic.* dum ait publice interesse, vt ordinum dignitas, familiarumque salua sit, exornat Guilelm. Benedict. *in cap. Rainuntius, verbo Rainuntius de Clera, à num.* 57. Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, par.* 2. *consider.* 21. *cum seqq.* Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 18. *à num.* 1. *& lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 17. Gutier. *canonicarum lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 8. *cum seqq.*

24 Notatur etiā ad hoc, quod laici falsò portantes religionis habitum per Iudices ecclesiasticos puniri possunt, quod ex generali regula confirmatur, quia laici falsò portantes huiusmodi habitum abutuntur insignibus religionis, & religioni iniuriam inferunt, consequenter de foro Ecclesiæ efficiuntur, iuxta notata *in cap. cum sit generale, de foro competenti,* & post Oldrad *cons.* 86. notauit Dec. *num.* 2. Socin. *num.* 5. hic, & comprobatur in nostro tex. ibi; missos esse constiterit, &c. obseruando differentiam inter laicos, quos excommunicationis pœna, & clericos, quos pœna suspensionis coercendos constituit, quia in laicos non cadit suspensio, cum incapaces sint alicuius officij spiritualis, ad quod hunc tex. commendat, & ex alijs latè comprobat Sayr. *de censur. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 16.

25 *Priuilegiū meretur amittere, etc.* Consonant tex. *in cap. vbi.* 74. *distinct. & in cap. priuilegium,* 11. *q.* 3. *& in cap. vt priuilegia, in princip. infra hoc tit. & in cap. contingerit,* 2. *de senten. excom. & in l. quis sine,* 40. ibi, videntur abuti, iuncta *glos. ff. de negotijs gestis,* cum multis alijs de quibus post *glos.* eisdem locis, Damas. *in tract. de brocard. memb.* 3. *num.* 28. Aufrer. *in clem.* 1. *n.* 12. *de off. Ordinarij,* Nep. de Monte Alban. *de exceptionib. art.* 2. *num.* 13. Card. Tusch. *tom.* 6. *littera P, conclus.* 754. latè Soar. *de leg. lib.* 8. *cap.* 36. eandem conclusionē ad varios casus adducentes, in primis, quod scholastici otiosi, qui non student, & scholas non frequentant, non gaudent priuilegijs scholasticorum, & præcipuè, vt absentes causa studij fructus percipiāt suorum beneficiorum, iuxta *cap. licet, de prebendis.*

26 Licet autem multi ex nostris Doctoribus, atque etiam Siluest. *verbo priuilegium, q.* 10. passim confundant hos terminos quod priuilegium amittatur per non vsum, vel per contrarium vsum, vel etiam per abusum, longè tamen differunt, de prioribus scilicet non vsu, vel contrario vsu, dixi *ad cap. si de terra supra hoc tit.* Per abusum autem propriè amitti dicitur priuilegium, quando priuilegiatus metas priuilegij sui excedit, vt *in d. cap. vt priuilegia*, quia scilicet religiosi, de quibus ibi, confratres tempore interdicti tradebant Ecclesiasticæ sepulturæ praua interpretatione priuilegiorum, quæ minime competebant eo casu, neque confratres comprehendebant, atque etiam ex tex. in præsenti, vbi laici missi ab ijsdem religiosis pro eleemosynis colligendis presbyteros ab Episcopis suspensos absoluebant, & falsò cruce signati prædicationis officium exercebant contra priuilegiorum formam, & prohibitionem Iuris communis, vt per se patet.

27 *Nullo prorsus priuilegij beneficio, &c.* Ex his verbis colligit *glos. hic verbo priuilegij*, generalem conclusionem, quod exempti si delinquant extra locum exemptum ab Ordinarijs puniri possunt, non obstante exemptionis priuilegio, consonat tex. *in auth. qua in prouincia*, ibi, omni priuilegio cessante, C. *vbi de criminibus agi oporteat*, text. difficilis *in cap. 1. in principio, hoc tit. lib. 6.* dum generaliter decidit exemptos ratione delicti, coram Ordinarijs conueniri posse non obstante libertatis, seu exemptionis priuilegio, & in fine eiusdem principij concludit idem esse dicendum de illis, quibus concessum est priuilegium, vt non nisi coram certo Iudice valeant conueniri, quæ Decretalis innouata, & ampliata est per Conc. Trid. *sess. 7. de reformat. cap.* 14. ex quibus, atque alijs, quæ latissimè adducunt, hanc esse communem DD. sententiam colliges ex Abb. *in cap. vlt. num.* 11. & ibi Felin. *num. 5. de foro competenti*, vbi eam latè tuentur, atque etiã Dec. hic *à num.* 49. Nauar. *de regularibus, commen. 2. num.* 60. Paul. Fusc. *de visitat. lib. 2. cap. 13. à principio, & cap. 20. à num. 7.* Card. Tusch. *tom. 3. littera E, conclus. 244. & conclus. 565.* Azeued. *l. 1. num. 118. cum seqq. tit. 16 lib. 8. noua recopil.* Decian. *in tract. crimin. lib. 4. c. 17. n. 13.*
28 *cum seqq.* Verum vrget in contrarium tex. in eodem *cap. 1. §. in eos*, pro cuius intellectu varias adducunt concordias *glos. in d. verbo priuilegij*, hic, Butr. *num.* 17. & Abb. *num.* 8. etiam in præsenti, Socin. *in c. recepimus à nu. 57. & 70. supra hoc tit.* & tandem concludunt esse distinguendum inter priuilegium exemptionis, quod simpliciter datur personis, quod resoluunt prodesse etiam quoad delicta, quæ postea perpatrarunt iuxta *d. §. in eos*, & text. *in cap. cum capella supra hoc tit.* & inter illud, quod datur ratione loci, ita vt certo loco priuilegium ipsum sit circumscriptum, quo casu inquiunt procedere tex. *in d. c. 1.* in principio in eum sensum, vt si priuilegiatus extra locum illum delinquat priuilegio iuuari non possit, eandemque resolutionem sequitur latè comprobãs Couar. *pract. c. 11. num.* 5. Hæc tamen distinctio manifestè offendit, & violenter restringit litterã tex. *in d. cap. 1.* & ideo plures casus distinguere necessarium duxi, quos ibi poteris videre, dum alius Tomus lucem aspexerit.

29 *Ab officio, beneficioq; suspendas.* Ergo suspensus ab officio non est suspensus à beneficio, nisi id declaretur, vt per Perez *l. 1. vers. in oppositum, pag. 31. tit. 8. lib. 5. Ordinament.* Sanch. *de Matrim. lib. 3. disp. 51. nu. 12.*

30 In glos. [Signatos.] Communiter recepta est hæc glos. dum resoluit falsò, seu fictè portantes habitum religionis, religiosos non fieri, iuxta illud vulgare, habitus non facit monachum, sed professio, de quo *in cap. porrectum, de regularib.* cum similibus, sequuntur Butr. *n.* 17. Abb. *n.* 6. Dec. *à num.* 33. hic, dicit notabilem Palat. *in allegat. hæresis ad finem*, iunctis ijs, quæ de promissione sine animo se obligandi religioni post Nauar. *comment. 4. de regul. num.* 75. Henriq. *lib. 11. cap. 11. §. 3. in fine*, & post Sot. Arag. Fr. Emman. & alios explicat Sanch. *de Matrim. lib. 1. disp. 11. num. 3. & lib. 4. disp. 15. num. 5. vers. 4. probatur, & in præcepta Decalogi lib. 4. cap. 1. à num. 22.* Gutier. *canonicar. lib. 2. cap. 22. num. 24. cum seqq.* Azor. *institut. moral. par. 1 lib. 11. cap. 4. q. 2. & cap. 13. q. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Innouationem priuilegij, vel instrumenti potest pars aduersa impedire.*
3 *Citatio, seu præsentia partis requiritur in extractione instrumenti à notis notarij demortui.*
4 *Priuilegia, seu instrumenta deperdita, & ea, quæ in illis continebantur, probari possunt per testes deponentes de amissione, & illius tenore.*
5 *Innouatio, quando est facienda de priuilegio, seu instrumento amisso, tria necessariò per testes probanda sunt, actus scilicet gestus, amissum instrumentum, & ipsius tenor.*
6 *Testes in amissione priuilegij deponentes debent deponere etiam instrumentum omni vitio caruisse, & de perfecta litterarum notitia, de die, & consule.*
7 *Instrumentum, seu priuilegium si reformetur cum omnibus requisitis habet eosdem effectus, quos haberet illud prius, quod amissum est.*
8 *Cardinalium dicta propter excellentiam sine iuramento faciunt præsumptionem.*
9 *Cardinali testificanti sine iuramento non creditur in præiudicium tertij.*
10 *Cardinales vocantur fratres à Summis Pont.*
11 *Excommunicatio maior priuat omni externa communione tam in oratione, quam cibo, potu, osculo,*

osculo, & cæteris similibus actibus.

12 *Papa communicans cum excommunicato, an peccet, ostenditur.*

13 *Papa in eadem causa potest esse Iudex, & testis.*

14 *Testis non iuratus si sit aliàs probus, & honestus facit præsumptionem.*

15 *Cardinali asserenti aliquid sibi commissum plena fides adhibetur, licet non ostendat litteras sui mandati.*

16 *Cardinalis Legatus de Latere plenam probationem facit, dummodo ipse asserat se legatum.*

17 *Exempti sunt, qui arripiuntur à iurisdictione Ordinarij.*

Cap. Cum olim. XII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Henric. Panorm. Mar. Socin. Casal. *in annot.* Ximen. Toletan. *in concordant. vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 198. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 714. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 16. *c.* 2.

2 *Propter contradictionem, &c.*

Notatur ad hoc, quod si aliquis petat priuilegia, vel instrumenta innouari, potest pars aduersa se opponere, & docens de Iure suo innouationem impedire, vt per Abb. *nu.* 3. Socin. *num.* 2. & alij communiter hic, consonat tex. *in cap. cum dilecta, in principio, de confirmatione vtili*, vbi etiã notauit Abb. & post eum Dec. *à num.* 34. Bero. *à num.* 9. Alexand. de Neuo *num.* 7. eius conclusionis afferentes rationem, quia innouatio priuilegij in partis aduersæ præiudicium poterit redundare, vel quia priuilegia per longissimi, aut immemorialis temporis præscriptionem sunt reuocata, vel alia legitima exceptione sublata, ac subinde renouatio huiusmodi materiam posset litigandi in futurum generare, vt in eodem *cap. cum dilecta* canonici allegabant contra Abbatissam, quæ petebat innouationem, vel quia si agatur de probando tenore priuilegij amissi, vt *in* 2. *par. huius tex.* possunt afferri testes suspecti, vel alias minus idonei, & consequenter non nisi citatis, & auditis partibus innouatio est facienda, iuxta eundem tex. & generalem regulam *cap.* 2. *de testibus, & l. de vnoquoq;* 46. *ff. de re iudicata*, cum vulgaribus, de quibus Mascard. *de probationib. conclus.* 683. *à princip.* Et confirmatur ex communi sententia, quæ in exẽ-
3 plari instrumenti, seù extrahendo à notis Notarij demortui requirit partis citationem, seù præsentiam, vt per scribentes omnes *in cap. vlt. de fide instrumentorum, & in auth. si quis in aliquo, C. de edendo*, vbi Bart. & alij omnes, Couar. *practicarum cap.* 21. *n.* 4. *ad finem*, Octauian. Vestr. *de stylo Curia lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 15. Padil. *in l.* 3. *num.* 6. *C. de diuersis rescriptis*, Azin. *in praxi* 9. 7. *cap.* 5. *limit.* 95. Mascard. *conclus.* 928. & 1394. Intellige specialem requiri citationem, quando certa est persona, cuius damnum, seù interesse vertitur ex innouatione, quod si certa non sit, vel de loco, vbi citari possit, non constet, sufficit, & requiritur citatio per edictum, seù proclama generale, vt scilicet compareat, qui sua putauerit interesse, iuxta reg. tex. *in l.* 1. §. *denunciari ff. de ventre inspiciendo*, & quæ notat Bartol per tex. ibi *in l. si eo tempore C. de remissione pignoris*, notant Abb. *num.* 3. & Socin. *num.* 2. hic, Dec. *in d. authent. si quis in aliquo, num.* 10. & ex aliis explicat Mascard. *conclus.* 928. *n.* 23. *cum seqq.* & latius *d. conclus.* 1394. *à num.* 24.

4 *Super amissione, ac tenore, &c.*

Notabilis est hic tex. & passim à DD. commendatur, dum Iudicem instruit, & formam præscribit in priuilegiorum innouatione obseruanda, decidens veritatem priuilegij, seù instrumenti, quod perditum est, & eorum, quæ in eo cõtinebantur, probari per testes deponentes de amissione, & illius tenore, & ex illorũ dictis posse ad partis petitionẽ innouari, consonat tex. *in l. testium, in fine C. de testib. & in l. emancip. C. de fide instrument. l.* 10. vbi Gregor. *tit.* 14. *part.* 3. & latè multa in hoc proposito vtiliter, & magistraliter Abb. *num.* 4. & 8. Socin. *à n.* 21. hic, Dec. Bero. & Alexand. de Neuo, *in d. cap. cum dilecta*, latè Hippol. *in rubr. de probationibus, n.* 39. & 333. *cum seqq.* refert plures, hunc tex. commendans, Tiraq. *de retract. conuen.* §. 1. *glos.* 7. *à num.* 55. & melius quàm omnes explicauit Valasc. *de iure emphyt. q.* 7. *à num.* 38. & post eum Surd. *cons.* 144. Mascard. *de probat. conclus.* 909. Azeued. *l.* 1. *à num.* 7. *tit.* 7. *lib.* 5. *noua recopil.* Thom. Valasc. *allegat. Iuris, tom.* 1. *alleg.* 22. *n.* 28. *cum seqq.* Garc. Girond. *in tract. de priuil. seu exemptionum explicatione, num.* 78.

5 Illud maximè aduertendum est ad priuilegij amissi, seu instrumenti innouationem faciendam tria necessariò per testes probanda esse actum scilicet gestum, amissum instrumentum, & ipsius tenorem, vt per Ordin. *Reg. Lusitan. lib.* 3. *tit.* 60. Hippol. *d. nu.* 39. & 340. Gomez. *l.* 41. *Tauri, num.* 3. Viui. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 4. *tit.* 9. *num.* 75. *vers. declaratur etiam, pag.* 486. *in fine*, vbi Bonacos. *tit.* 11. *num.* 206. *pag.* 580. Auend. *ad l.* 41. *Tauri, glos.* 4. Greg. *l.* 10. *verbo que es perdida, tit.* 19. *partit.* 3. Mascard. *concl.* 908. *num.* 15. & *conclus.* 245. *num.* 2. & *concl.* 1075. *num.* 31. & *conclus.* 990. & *conclus.* 10318. *n.* 15. Menoch. *de præsump. lib.* 1. *præsump.* 66. Surd. *consil.* 109. *à num.* 13. & *cons.* 144. *à principio*, Flamin. *de resignat. lib.* 11. *q.* 14. *num.* 44. *cum seqq.* Stephan. Grat. *discept. forens. cap.* 168. *à num.* 14. Bernard. Græuæ. *ad pract. Camera Imper. lib.* 2. *conclus.* 37. *num.* 7.

6 Amplia oportere, quod testes deponant non solum vidisse instrumentum, sed etiam omni vitio caruisse, ex ijs, quæ notantur *in l. vlt. C. de edicto D. Adriani tex. opt. in præsenti, ad finem*, ibi, sine reprehensione bullæ, chartæ, vel litteræ apparebat, vbi notauit *glos.* & reliqui omnes post

eam,

eam, & vltra adductos in principio Burg. de Pace q. 5. ciuili, & deinde quod habebat instrumentum omnia ad ipsius substantiam, seu validitatem necessaria: deinde debent deponere de plena, & perfecta litterarum notitia, de die, & consule, quo scriptum fuit instrumentum, vt per Hippolit. d. n. 340. cum seqq. Couar. pract. cap. 11. à num. 3. Mascard. conclus. 711. Valasc. d. q. 7. num. 38. vers. cognita, & vltra amissionis probationem, de qua latè Valasc. vbi supra, vers. sed si non requiritur, Mascard. concl. 919. Garc. reg. 31. oportet probare scripturæ tenorem, quam particulam benè explicant Abb. Socin. Hippol. Valasc. d. nu. 20. & reliqui omnes supra adducti, inde speciatim notantes, quod si testes solum amissum esse instrumentum deponant, non verò de eo, quod continebat, nihil est actum, neque testes concludenter probant, vt scriptura possit, aut debeat innouari, ità Bart. in l. sicut, à nu. 1. C. de fide instrumentorum Lanfr. Dec. & plures alij, quos referunt Mascard. d. conclus. 909. à num. 9. Auendan. d. glos. 4. à n. 17. Debent igitur idem testes deponentes de amissione, vel alij, deponere etiam de eo, quod in instrumento deperdito continebatur, neque enim oportet, quod ijdem, qui de amissione deponunt, deponant insimul de tenore, sed sufficit, quod ex pluribus testibus alij de vna deponant qualitate, alij de altera, itaut ex omnium dictis simul iunctis perficiatur probatio, vt ex Bart. pluribusq; alijs cõprobat Molin. de primog. lib. 2. cap. 6. à num. 34. & post eum Azeued. d. l. 1. num. 12. Vnde iam intelligi potest tex. in præsenti, dum meminit de decem testibus de amissione, & tenore deponentibus, quod non simul omnes de vtroque deponebant, sed alij de amissione, alij de tenore. Tandem obseruabis, quod licet de omnibus substantialibus instrumenti oporteat testes deponere, non tamen omnia, & singula eius verba formaliter referre oportet, sed quod in effectum, & finem eius, quod priuilegium concedebat, conueniant, & concordent, iuxta reg. l. qui sententiam, C. de pœnis, & varia exempla, quæ adducit Farin. in praxi crimin. par. 2. q. 64. nu. 146. cum seqq.

7 Instrumentum, seu priuilegium si reformetur, seu innouetur solemniter cum omnibus supradictis qualitatibus, vocatis his, quorum interest, eosdem habet effectus, quos haberet illud prius, quod amissum est, vt per Xuar. in l. post rem iudicatam in declarat. legum Regni limit. 3. Perez l. 4. vers. otras qualesquier, tit. 8. lib. 3. Ordin. Stephan. Gratian. d. cap. 168. num. 17. Quamuis contrarium teneant multi, quos tueri latè contendit Felin. in cap. sicut num. 3. de re iudic. Hippol. in d. rubr. nu. 338. quos etiam sequutus est Mascard. d. concl. 909. n. 5.

8 *Tam per depositiones testium, etc.* Ex his verbis colligitur differentia inter depositiones testium, & dicta Cardinalium in eo consistere, quia testibus cum iuramento deponentibus plena adhibetur fides, his verò non ita, etiamsi Cardinales sint Romanæ Ecclesiæ, quia deponebant sine iuramento iuxta generalem regulam tex. in l. Iurisiurandi, Cod. de testibus, & cap. tuis, 5. supra eod. tit. ex quibus ita notauit glos. hic, quam communiter receptam testantur Azini in praxi Florentina, §. 7. c. 5. limit. 14. n. 5. Mascard. de probat. lib. 1. q. 5. num. 78. & concl. 270. nu. 4 Farin in praxi crimin. par. 2. de testibus, q. 64. num. 68. qui omnes fatentur cum glossa in præsenti, quod propter excellentiam, & dignitatem personæ aliquam faciunt præsumptionem istorum dicta etiam sine iuramento, & vltra præcitatos comprobat Cardin. Tusch. tom. 8. lit. T, conclus. 166. num. 25. & 36. Farin. d. par. 3. q. 63. num. 73. Et ratio glossæ ea est, quia licet Episcopi, Cardinales, & alij in sacris constituti relevenentur à iurando tactis Euangelijs, & sufficiat illis propositis, aut super pectore iurare, iuxta tex. in cap. vlt. supra, de iuramen. calumn. & in l. sed Iudex, Cod. de Episcopis & cleric. nunquam tamen à regula illa generali quod sine iuramento admittantur, reperiuntur excepti, vt bene vltra prædictos prosequitur Octaui. Vest. de stylo
9 Curiæ, lib. 6. cap. 2. num. 4. & 7. & ideo Cardinali testificanti sine iuramento non creditur in præiudicium tertij, vt per Rebuff. in tract. de reprobat. testium, num. 297. Cott. in memorab. verbo testis, vers. & ideo dicebat, pag. 870. Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 2. q. 13. art. 8. Tiraq. de pœnis temper. causa 51. nu. 136.

10 *Quorundam Fratrum nostrorũ.* De Cardinalibus Romanæ Ecclesiæ sunt intelligenda huiusmodi verba per ea, quæ notant Doctores per tex. ibi in cap. per venerabilem, §. sunt autem, qui filij sint leg. & in cap. fundamenta, §. decet de electione, lib. 6. & explicat Cardin. Paleoth. de consult. Sacri Palatij, par. 1. quæst. 3. à principio.

11 *Admisit ad osculum* Notatur ad hoc, quod excommunicatio maior priuat omni externa communione, tam in oratione, quam cibo, potu, osculo, & cæteris similibus actibus, quorum meminit tex. in cap sicut Apostoli, & in cap. excommunicatos, cum seqq. 11. q. 3. Deinde Summum Pontificem licet communicando cum excommunicato sine causa nullam contrahat pœnam Iuris
12 humani, à culpa tamen non excusari docuit glos. insignis verbo expectare, in cap. si inimicus 93. dist. & scribentes communiter per tex. ibi in cap. cum desideres, de sentent. excommun. in quibus omnibus non immoror, quia suis locis opportunius dicam Deo dante, interim vide Cou. in cap. alma, par. 1. §. 1. num. 3. & §. 2. num. 2. Vgolin. de censuris, tab. 1. cap. 2. §. 2. à num. 2. & tab. 2. cap. 23. §. 12. num. 3. Soar. eod. tract. tom. 5. disp. 7. sect. 5. à num. 12. Sayr. eod. tract. lib. 2. cap. 15. n. 1. & 13. Auila par. 2. cap. 6. disp. 9. dub. 1. concl. 3. cum seq.

13 Quan-

13 *Quando fuit nobis ostensum, &c.* Ex his verbis colligit Socin. hic *num.* 9. posse Papam in eadem causa esse Iudicem & testem, & attestari de eo, quod in eadem causa vidit, contra generalem regulam & receptissimam traditionem, quod nemo in eadem causa potest esse Iudex, & testis, siue coram eo pendeat, siue iam finita sit, siue in eadē, siue in alia instantia, veluti appellationis, vt per text. *in cap. statuendum* 2. *q.* 6. notat glos. *verbo magistratus, in l. ob carmen ff. de testibus*, recepta ex infinitis, quos refert Mascard. *de probat. concl.* 124. & *concl.* 952. *à num.* 8. & plenè Farinac. *d. par.* 2. *q.* 60. *à num.* 89. 92. & 94. Verum minimè in hoc tex. probatur hęc Socini limitatio, nam Sūmus Pontifex hic non deposuit testimonium vt testis, sed ex his, quæ extraiudicialiter vidit, firmauit animi sui motum ad confirmandam & coadiuuandam probationem, quæ ex aliorum testimonijs, & Cardinalium dictis apud Iudices delegatos legitimè facta fuerat. Hoc autem etiam in alijs inferioribus regulariter licitum esse ad meliorem causæ instructionem comprobat ex alijs Mascard. *d. concl.* 124. *num.* 18. *cum seqq.* & post eum Farin. *d. q.* 60. *num.* 127. & 140.

14 In glos. [Fratrum.] Notatur ad hoc, quod si testis non iuratus, sit aliàs probus & honestus facit præsumptionem, aliorumque testium fidē corroborat, vt per Tiraquel. *de pœnis temper. causa* 51. *num.* 137.

15 In glos. [Sine.] Notatur ad hoc, quod Cardinali asserenti aliquid sibi commissum plena fides adhibetur, licet non ostendat litteras sui mandati, vt per Mascard. *concl.* 140.

16 Notatur etiam ad hoc, quod Cardinalis legati de Latere attestatio plenam probationem facit, dummodo ipse asserat se legatum, vt per Mascard. *concl.* 269. *à num.* 1.

17 In glos. [Diœcesani.] Notatur ad hoc, quod exempti sunt, qui eripiuntur de iurisdictione Ordinarij, vt per Flamin. *de resignation. lib.* 3. *q.* 11. *num.* 3. Gutier. *cons.* 5. *nu.* 13.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Priuilegiorum innouatio nouum Ius non tribuit, sed solum antiquum conseruat.*
3 *Innouatio seu confirmatio alia dicitur ex certa scientia, alia in forma communi.*
4 *Confirmatio ex certa scientia confirmat actum nullum, eique nouum robur tribuit.*
5 *Innouatio seu confirmatio in forma communi non reddit actum validum, sed illum confirmat prout antea erat.*

Cap. Ex parte. XIII.

1 Super hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Anch. Butr. Henr. Panor. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordan. vtriusque Iuris cum legibus Castella par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 199. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 715. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 16. *cap.* 3.

2 *Non plus Iuris accrescat, &c.* Notatur ad hoc, quod innouatio priuilegiorum nouum Ius non tribuit, sed solum antiquum conseruat, est tex. similis in *cap. quia intentionis,* 29. *hoc tit.* & *in c. cum dilecta, vers. nolentes, de confirmat. vtili*, vt per Fr. Emman. *quæstion. regul. tom.* 1. *q.* 8. *art.* 2. latè Soar. *de legibus lib.* 8. *c.* 10. *per totum.*

3 Innouatio, seu confirmatio alia dicitur ex certa scientia, alia in forma communi, quæ fit ex certa

4 scientia confirmat actum nullum, eique nouum robur tribuit, & validitatem, iuxta tex. *in c.* 1. *de transact. in fine*, quod in hac confirmatione procedere notauit glos. *in cap. quia intentionis,* 29. *hoc tit.* & sequuntur ibi omnes, & latè Deci. *in dict. cap.* 2. *à num.* 46. & post Thusc. & alios Soar.

5 *d. cap.* 18. *à nu.* 12. Quæ autem fit in forma communi non reddit actum validum, sed illum confirmat, prout antea erat, & in eodem robore & statu illum relinquit, iuxta *cap. quia diuersitatē de concess. prabenda*, cum similibus, quæ adducit Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 9. Soar. *d. cap.* 18. *n.* 8. Fr. Emman. *d. q.* 8. *art.* 3. Marquesan. *de commiss. par.* 1. *cap.* 21. §. 2. *nu.* 6. *pag.* 233.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Colimbria Ciuitas Portugaliæ vnde, & qualiter ita dicatur, ostenditur.*
3 *Monasterium S. Crucis Conimbricensis laudatur.*
4 *Canonicorum Regularium nomen, & institutio, quæ fuerit, remissiuè.*
5 *Monacho simplici potest causa à Sede Apostolica committi, seu delegari.*
6 *Monachus in Vicarium ab Episcopo potest elegi.*
7 *Instantia secundum Ius Ciuile in causa Ciuili per triennium expirat.*
8 *Exemptio non valet collata Monasterio ab Episcopo sine consensu Capituli, secus eo interueniente.*
9 *Portarius Regis dicitur nuncius, aut cursor, quasi portator litterarum.*
10 *Regularis Episcopus factus est dominij incapax, & quicquid acquirit Episcopatui acquirit.*
11 *Prælati sæculares de bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis donare possunt etiā immodicè, & in profanos vsus.*
12 *Morabatini aurei fuerunt in Portugalia temporibus Alphonsi Henrici, & Sanctij filij.*
13 *Morabatinorum, & Marabedinorum differentia, & æstimatio, quæ fuerit, remissiuè.*
14 *Ecclesia sine Episcopi consensu ædificari non potest.*
15 *Religiosi Monasterium fundare non possunt sine licentia Papæ.*
16 *Restitutio aduersus sententiam, quomodo alternatiuè peti possit, ostenditur.*
17 *Instrumentum rasuras habens in loco suspecto non probat.*

18 Mo-

18 *Monasterium an praescribere possit libertatem, & exemptionem à iurisdictione Episcopi ostenditur, & de intellectu cap. cum non liceat, de praescription.*

19 *Originale huius tex. diminutum, & vitiosum proponitur ab Antonio Augustino.*

20 *Declaratur tex. in praesenti.*

ij. Cap. Cum olim. XIV.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellae par. 1. & 2.* Viuia. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag.* 199. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 715. refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 16. cap. 4.*

2 In superscript. tex. ibi (*Colubriensi Episcopo.*) Colubriensem Episcopum, & Colubriensem Ecclesiam vocant Gregor. IX. *in cap. vlt. de excess. praelat.* & Innocen. III. in *cap. cum in partibus 17. de verborum significat.* Colimbriam etiam appellat Innocent. VI. in *cap. grandi, in fine, de supplenda neglig. praelat.* sic eam appellat D. Isidorus, vt refert Ioannes Vasaeus *de Hispania antiquit. cap.* 20. & Raphael Volater. *in Geographia lib. 2. in Hispania fol. 5.* & sic dicitur à collibus, quibus vndique coronatur, vt ex Ioanne de Barros tetigit Mariz. *in dialogis varia historia Regum Portugaliae dialogo* 1. *cap.* 2. Alij vero Conimbricã frequentissimè nominant, vt ex Plinio *lib. 4. cap. 21.* legit Resendius *lib. 1. antiquit. fol. 71.* Plura de Conimbrica ciuitate, & Academia, vide apud Vasaeum *d. cap. 20.* Amat. Arraez *dialog. 3. cap.* 8. Fr. Hieronym. Roman. *de republ. Christiana par. 1. lib. 5. cap.* 20. & aliqua dixi *de officio, & potest. Episcopi par. 3. alleg. 77. à n. 19.*

3 *Priorem, & Canonicos Monasterij S. Crucis.* Monasterium Sanctae Crucis situm est in ciuitate Conimbricensi, diuersam ab illius territorio sedem & iurisdictionem habens, extructum fuit ab Alphonso Henrico Primo Portugaliae Rege, & ab Emmanuele restauratum, ac perfectissima religione, in qua hodie floret cura & opera Ioannis III. reformatum, vbique gentium celebratissimum ob perpetuam clausuram, quã monachi seruant, item etiam ob Sancti Theotonij, ac beatorum quinque Marrochiensium Martyrum sanctas reliquias, ac ob corpora illa primorum Portugaliae Regum Alphonsi, & Sanctij filij, de cuius Monasterij laudibus videbis plura apud Mariz. *fol.* 46. & Eduardum Nonium Leonem *in vita Alphonsi I. fol. 55. verso*, Fr. Ludou. de Angelis *de vita Beati Augustini lib. 4. c. 21. pag.* 112. Fr. Emman. Roder. *quaest. regul. tom. 1. q. 3. art.* 1. Pennot. *de generali totius Sacri Ordinis clericorũ Canonicorũ historia lib. 1. c. 32.*

4 De nomine, institutione, ac regula Canonicorum Regularium, quam profitentur huiusmodi Monachi, fuse scribunt Nau. *comment. 2. de regularib. à princip.* Zecch. *de republ. Eccles. tit. 24. de Canonicis num.* 2. Fr. Emman. *quaest. regular. tom. 1. q. 1. art. 3. & q. 3. art. 1.* Azor. *instit. moral. par. 1. lib. 12. cap.* 22. plures per Cened. *ad Decretal. collect.* 165. Fr. Ludou. ab Angelis *d. tract. lib. 6. cap.* 9. Pennot. *d. tract.*

5 *Abbatibus, & F. Monacho.* Notatur ad hoc, quod non solum Abbatibus, sed etiam simplici Monacho potest causa à Sede Apostolica committi, seu delegari, vt per *glos. hic verbo Monacho*, & per tex. *in cap. conquestus*, in superscriptione, *de foro comp.* sequitur Abb. *num.* 13. Socin. *num. 7. &* 28. hic, commendat tex. nostrum Vant. *de nullit. tit. ex defectu iurisdict. delegata num.* 79. immo ab Episcopo Vica-
6 rios, aut delegatos posse constitui Monachos auctoritate *glos. in cap. si quis*, ibi, item quod vicedominus Episcopi, 58. *dist.* & post Abb. *in cap. causam, quae, num. 9. de iudic.* & Rebuf. *in praxi tit. de Vicarijs Episcoporum, num.* 30. Iacob. Sbrozz. *de Vicarijs Episcop. lib. 1. q. 38. à nu. 4.* & ita tenere omnes in *cap. statutum, de officio deleg.* volens allegare *de rescriptis in 6.* asserit Fr. Emman. *quaest. regular. tom. 2. q. 124. art. 1.* Et procedit, quia Summus Pontifex ex certa scientia Monacho Alcobatiae, & in *d. cap. conquestus* Canonico S. Trinitatis causam commisit expresso scilicet nomine monachatus, quae commissio valet cum Pontifex sit supra humanum Ius, & potest committere causas etiam Ecclesiasticas cuicunque laico, iuxta resolutionem *glos. verbo laico, & verbo Romanum, in cap. bene quidem, 96. distin.* atque ita in hoc casu sine controuersia procedit text. in praesenti, & receptum constat ex Calder. Abb. Felin. & alijs post glos. hic, & bene comprobat Gom. *in cap. statutum, de rescript. in 6. num.* 51. & per nostrum text. post Innocen. Vant. *de nullitatib. tit. ex defectu iurisd. deleg. n.* 79.

7 *Per quadriennium.* Per textum in praesenti, & *in cap. penult. de Iudic.* & *in cap. tum ex litteris, in princ. de testit. in integ.* communiter recepta est à scribentibus differentia inter Ius Canonicum, & Ciuile, quod secundum Ius Ciuile instantia in causa Ciuili per triennium expirat, iuxta *l. properandum, in princip. Cod. de iudicijs*, non ita tamen attento Iure Canonico per text. in praesenti, cũ similibus, notat *glos. 1. in cap. vlt. de dolo, & contum.* Abb. hic *num.* 3. Socin. *n.* 10. asserens ad hoc esse expressum tex. nostrum, & melius conclusionem praedictam in eo probari, quam *in d. cap. pen.* vbi etiam notauit Abb. *n.* 5. Bero. *n.* 15. testatur communem omnium Canonistarum & Legistarum, atque etiam Maranta *de ordine iudic. par. 5. num. 5. &* 14. Vanti. *de nullitatib. tit. ex defectu iurisdictionis Ordin. num.* 126. Gutier. *de iuram. confirm. par. 5. cap. 5. à num* 3. Azini *in praxi Florentina in princip. cap. 3. nu. 22. cum seqq.* Garci. Falcon. *reg.* 242. Soar. de Pace *in pract. in initio annot. 2. n.* 11. Card. Tus. *tom. 4. lit. I. cõcl. 202. cum seq.* Sigismund. Scaccia *de appell. q. 15. n. 275.*

8 *Infir-*

8 *Infirmantes sua sententia libertatem, &c.* Notatur ad hoc, quod non valet exemptio collata Monasterio ab Episcopo sine consensu Capituli, & à contrario valere potest, si huiusmodi consensus legitimè interuenisset, notant hic Butr. *nu.* 11. Cardin. 1. Abb. 4. Socin. 12. Ioan. Randen. *in tract. de dispensat. Episcoporum casu* 9. quod etiam Doctores notare solent ex text. *in cap. sicut vnire, de excess. prælat.* ibi, Episcopi est Ecclesiarum vnio, & subiectio, quem sic intelligunt Doctores communiter, interueniente scilicet Capituli consensu, iuxta tex. *in cap. pastoralis*, in fine, *de donation.* & in *clem.* 2. *de rebus Ecclesiæ*, vt resoluunt Petr. de Perusio *in tract. de vnionib. cap. 4. à num. 21. & cap. 5. num. 15. in fine*, & reliqui recentiores, vt prosequũtur Paul. Fusc. *de visitat. lib. 2. cap. 8. num. 7. & cap. 20. num. 5.* Zerola *in praxi Episcop. par. 1. verbo Episcopus* §. 18. Card. Tusch. *tom. 6. lit. P. concl.* 276.

9 *Per portarium Regis extorto.* In integra Antonij Augustini, & sententia originali, quæ recondita hodie existit in prædicto Monasterio Sanctæ Crucis, legitur per præconem Episcopi, & portarium Regis. Innocen. antem Host. Zabarel. Anchar. *num.* 15. Butr. 30. Socin. 39. interpretantur portarium Regis dici nuncium, aut cursorem, quasi portatorem litterarum, quibus Rex Canonicis imperabat, vt exemptionem prædictam approbarent, contradictoribus grauissimas inferens minas, ac iustum metum, quo subinde consensus extortus dicitur in textu.

10 *Præterea quia eidem M, &c.* Pontifex in his verbis, & sequentibus delegatorum sententiam confirmans decidit non valuisse donationē pecuniæ, quam Michael factus Episcopus Monasterio dedit, & Monasterium ad restitutionem condemnat, ex eo quia Regulares quamuis in Episcopos promoueantur, verè manent religiosi, & dominij incapaces, & sicut ante Episcopatum quicquid acquirebant Monasterio acquirebatur, ita promoti in Episcopos quicquid acquirunt Episcopatui acquirunt, iuxta tex. *in cap. statutum* 18. *q.* 1. sic text. hunc interpretantur Zabarel. *opposit.* 9. Butr. *num.* 55. hic; & confirmabis ex his, quæ benè resoluit Molina *de primog. lib. 2. cap. 10. num.* 28. Prælati
11 tamen seculares possunt de huiusmodi bonis intuitu Ecclesiæ quæsitis donare etiam non modicē, & in prophanos vsus, ex *glos. verbo reseruari in cap. vlt. de offic. Ordinar. in* 6. quam Doctores communiter sequuntur teste Cou. *in cap. 2. nu. 1. de testam.* Molina *d. cap. 10. nu.* 33. P. Molina *de iustitia disp. 148. concl.* 4. Fachin. *controuers. Iuris lib. 5. cap. 89. à princip.* indeq; asserentes tex. *in cap. ad hæc, de testam.* procedere in donatione, quæ fit à Prælato in ægritudine constituto, ex qua decessit, tunc enim præsumitur causa mortis facere in fraudem legis, quæ de illis bonis testari prohibet iuxta tex. *in l. filiæ meæ, ff. soluto Matrimon.* cum alijs, quæ adducit Molin. *dict. cap. 10. num. 38. & seq.* & esse communem intellectum testatur Cou. *in cap. cum in officijs nu. 5. de testamen.* Quamuis Abb. hic *nu.* 15. & P. Molin. *d. conclus.* 4. & plerique ex præcitatis existiment Prælatos, tam seculares, quàm religiosos posse facere modicam, non vero magnam donationem, auctoritate tex. *in c. cæterum, de donation.* nō aduertētes tex. illum nō agere de bonis quæsitis à Prælatis regularibus ex fructibus Episcopatus, sed de donatione bonorum Ecclesiæ, & vt donationem licitam censeat attendi præcipit Ecclesiæ consuetudinem, & cætera de quibus text. agit.

12 *Duo millia Marabatinorum.* Marabatini, de quibus in nostro tex. aurei fuerunt temporibus illis Alphonsi Henrici, & filij Sanctij, quibus hæc donatio facta, & lis agitata fuit, constat eos habuisse valorem, quem hodie habent aurei, Lusitane, cruzados, & Italicè scudi, vel circiter, vt testantur Mariz. *in dialogis varia historia Regum Portugaliæ dialogo 2. cap. 9. ad finem*, de testamento eiusdem Sanctij agens, Eduardus Nunez *in chronica Regum Portugaliæ in*
13 *vita Regis Dionysij fol.* 134. De multiplici Marabatinorum, & Marauedinorum differentia, & eorum varia secundum temporum varietatem æstimatione tradunt multa Montaluus *l. 1. glos. cien marauidis tit. 5. lib. 2. fori. & l. 9. glos. 14. tit. 4. part.* 5. Couar. *numismat. cap. 5. per totum, & lib. 1. vari. cap. 11. num. 4. vers. tertio*, Gomez *in reg. de valore q. 9. vers. rursus fol.* 464. Ceuall. *communium contra communes q. 7. à num.* 20. Don Christoph. de Pace *in scholijs ad leges styli l.* 114. & videtur à Mauris hoc nomen habuisse initium per ea, quæ Ludo. Marmor. *in 1. par. Africa lib. 2. cap. 30. fol.* 149.

14 *Præter Episcopi Colubrien, &c.* Notatur ad hoc quod Ecclesia sine Episcopi cōsensu ædificari non potest, consonant text. *in cap. nemo, & in cap. placuit, de consecrat. dist.* 1. & *in cap. ad hæc, de religiosis domibus*, cum similibus, de quibus Roch. *de iurepatron. verbo construxit nu.* 8. Lambertin. *eodem tract. art. 3. 2. quæstionis principalis 1. partis lib. 2. num. 3. cum seqq.* Selua *de benefic. 1. par. q. 6. à num.* 9. Paul. Fusc. *de visitat. lib. 2. cap. 10. num.* 2. Zerola *in praxi Episcop. par. 1. verbo Ecclesia, in princip.* Petr. Gregor. *syntagm. Iuris lib. 2. cap. 1. à num.* 10. Durantes *de ritibus Ecclesiæ lib. 1. cap. 2. num. 7. & cap. 23.*
15 *& 24. num.* 5. Amplia, quod si Religiosi monasterium fundare voluerint, hic consensus Episcopi non sufficit, sed auctoritas Romani Pontificis est necessaria, non obstantibus priuilegiis quibuscunque religionum, si de huiusmodi prohibitione non fecerint specialem mentionem, vt decidit tex. *in c. 1. de excess. prælat. lib.* 6. Et quãuis Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 2. q. 49. art. 3. cum seqq.*

seqq. voluerit attēto Cōc. Trid. *sess.* 28. *de regularib. cap.* 3. *in fine* posse religiosos virtute suorum priuilegiorum absque hac Sedis Apostolicæ auctoritate monasteria ædificare, quia Concilium solum Episcoporum exigit consensum, contrarium tamen videntur respondisse Illustrissimi Card. in vltima declaratione super eodem Decreto, his verbis, Monachi ædificare nō possunt monasteria in parochia, in qua ea nō habēt, sine cognitione, & licētia Papę. vide quæ dixi ad *d. cap. ad hac, & de off. & potest. Episc. p.* 2. *alleg.* 26

16 *Tandem procurator monasterij, &c.* Notabilis est text. iste dum tradit formam petendi restitutionem aduersus sententiam alternatiue, quod scilicet, el sententiam nullam fuisse declaretur, vel contra eam, si valida fuit, restitutio concedatur, consonat tex. *in cap. constitutus, de restit. in integrū,* ibi, nuntiari nullam, vel cum adhuc existat, &c. vbi omnes, & Abb. hic *num.* 10. Socin. *num.* 20. & ad hanc conclusionem singularem dicit hunc text. Cassan. *in consuet. Burgundia rub.* 9. §. 21. *glos. vlt. num.* 7. & pluribus similibus confirmat Vant. *de nullitatib. tit. quot, & quibus modis nullitas, à nu.* 5. *&* 8.

17 *Aliquas habuisse rasuras.* Sensus Pontificis in præsenti ille est, quod scilicet instrumentum concessionis factum ab Episcopo suspectum erat, nec ei fides habebatur, quia rasuras habebat in loco suspecto, vt explicat *glos. verbo rasuras hic*, & probatur ex tex. *in cap. ex litteris, de fide instrumen. & in cap. inter dilectos* iuncta glos. *verbo litura, eod. tit.* tex. *iuncta glos. vlt. in cap. cum venerabilis, de relig. domibus, & in cap. licet vers. quinta de crimine falsi*, cum alijs, quæ latissimè explicat post alios Menoch. *remed.* 4. *adipisc. à num.* 699. *& de arbitr. casu* 187. *à num.* 40. *& de præsump. lib.* 1. *q. præs.* 99. *à n.* 3. plenè Mascard. *de probat. concl.* 1260. plenissimè Farinac. *in praxi crimin. p.* 6. *de falsitate q.* 151. *à n.* 40. *& à n.* 60. *&* 15

18 *Alijs cessātibus præscripsisset, &c.* Difficilis est text. hic dum probat præscribere potuisse monasterium libertatem, & exemptionem à iurisdictione Episcopi, contra reg. text. *in cap. cum non liceat, sup. de præscrip.* Sed dicendum est tex. in præsenti procedere in præscriptione per quam de Ordinario in Sedem Apostolicam transfertur, vt patet ex vers. *Nos igitur*, ibi, Ins nostrum, & Ecclesiæ Romanæ iustitiam, in quibus termin is non tam agunt subditi de præscribenda exemptione, quam superior de acquirenda iurisdictione. At vero *d. cap. cum non liceat*, procedit in præscriptione per quam extinguitur obedientia Prælatis debita, quem quidem intellectum sentit *glos. hic verbo præscripsisset*, sequuntur alij communiter teste Balb. *de præscript.* 2. *par.* 5. *q.* 12. *à princip.* & vide quæ in hac materia de priuilegio quæsito per præscriptionem latè scribit Soar. *de legibus lib.* 8. *c.* 7.

19 Difficilis pariter est tex. iste, & vix intelligi potest, qua ratione Iudices delegati ad definitiuam sententiam procedere potuerunt pendente appellatione ad Summum Pontificem interposita, contra reg. tex. *in l.* 1. *& per totum ff. nil nouari appell. pend.* & *cap. non solum, de appellat. in* 6. cum similibus, qui probant per appellationem suspendi iurisdictionem inferiorum Iudicum à quibus, & ad superiores in totum deuolui. Sed Doctores nostri in hac difficultate resoluenda, nihil certum tradere, aut affirmare potuerunt, cum decisio concisa referatur, & originale diminutum, & vitiosum proponatur ab Anton. Augustino *collect.* 3. *Decretal. cap.* 4. *sub hoc tit.*

20 Quare recurrendum est ad integram Innoc. III. sententiam seruatā in archiuio publico prædicti Monasterij S. Crucis, quā Ego vidi, ex qua apertissimè constat Iudices, qui hāc sententiam protulerūt, nō fuisse Abbates de Alcobatia & Seica quibus Pontifex causam commisit sub ea forma, vt liceret coram eis proponere, & probare, quæ partes proponenda viderint, aut probanda, sed alios diuersos, Episcopum scilicet Zamorensem, & Zamorensem & Auriensem Decanos, quibus ex conuentione Episcopi, & Capituli Conimbricensis cum Monasterio Pontifex causam commisit principalem cum incidentidentibus, iam instructam ex probationibus factis coram Abbatibus Alcobatiæ & Seicæ. Ex integra enim originali apparet ante hunc vers. *Iudices autem*, sub illo infra immediatè proximo, multa contineri, quæ Gregor. IX. resecauit, & præcipuè omnia, quæ pertinebant ad hanc secundam commissionem (Nos ergo dictis Episcopis & Decanis dedimus in mandatis, vt si pars Sanctæ Crucis ratum vellet habere, quod à dictis Canonicis erat actum, receptis testibus & instrumentis ipsius super capitulis supradictis, si tamen infra quadraginta dies post susceptionem litterarum nostrarum eis essent exhibita, & attestationibus tuis publicatis secundum formam Iuris, in prædicta causa procederent, & eam appellatione postposita fine debito terminarent. Quod si forsitan ratum nollent habere, quod à prædictis Canonicis erat actum, cum eorum contumacia non intelligatur purgata, sed aucta in eos tanquam contumaces procederent, & receptis attestationibus diligenter inspectis causam ipsam appellatione remota deciderent, & sententiam diffinitiuam executioni mandarent.) Et licet super iurisdictione horum iudicum diu fuerit decertatum occasione compromissi facti inter Decanum Colubriēsem, & Procuratores Monasterij in Regem ipsum, & Priores de Costa, & Vimariensem. Idem tamen Pontifex Innocen. III. pronuntiauit illud impedimento non esse, quominus delegati prædicti Zamorenses virtute suæ commissionis in causa possent procedere, vt de facto & cum effectu processerunt definitiuam proferentes, quæ in hoc tex. in vers. *Iudices autem*, continetur. Atque ita manifestissimum fit Iudices, de quibus

bus in d. verſ. *Indices autem*, non eſſe illos Alcobatiæ, de quibus agitur in verſ. *Interim*, præcedenti, ~~ſed alios diuerſos~~, ſcilicet Zamorenſes, quibus Pontifex cauſam inſtructam de nouo commiſit poſtquam Priores Alcobatiæ & Seicæ atteſtationes receperunt, & ad Sedem Apoſtolicam remiſerunt, iuxta formam ſuæ commiſſionis, atque iam hinc facile reſoluuntur difficultates, quas Doctores mouent in hoc propoſito, putantes tex. agere de eiſdem Iudicibus, à quibus fuerat appellatum. Vnde colliges quàm vitiosè legatur huius text. integra ab Antonio Auguſtino, & vbi dicit Caſtro Lateranenſi, legendum eſt Leirinenſi, aut Leurienſi.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Præſcriptio currere non poteſt, ſi non datur continua & pacifica poſſeſſio.*
3 *Præſcriptio interrumpitur, ſi naturaliter interrumpatur poſſeſſio, vel ciuiliter per citationem.*
4 *Probatio ſolutionum trium annorum præteritorum ſufficit ad hoc, vt præſumatur annis retrò lapſis ſolutum fuiſſe.*
5 *Verbum, continuatè, & continuè nullam recipit interpollationem.*
6 *Priuilegium continuè, & abſque lite non ſeruatum per triginta, vel quadraginta annos per deſſuetudinem, & vſum contrarium perditur.*
7 *Priuilegij immunitas perditur, ſi immunitatem habens paſſus eſt ſe deſcribi in libro ſoluentium.*
8 *Priuilegium quando acquiritur per contractum, aut pecuniam non amittitur per non vſum.*
9 *Priuilegium quoto temporis ſpatio per non vſum amittatur, remiſſiuè.*

Cap. Accedentibus. XV.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hoſtien. Anch. Butr. Henric. Panor. Marian. Socin. Dec. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 200. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 715. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 16. *cap.* 5.

De materia huius text. & concordia cum *cap. ſi de terra ſupra hoc tit.* plenè ibidem dixi.

2 *Continue perceperunt ſine lite.*

Notatur ad hoc, quod præſcriptio currere non poteſt ſi non datur continua, & pacifica poſſeſſio ſine lite, conſonat tex. *in cap. ſanctorum*, ibi, quietè, *cap. illud*, ibi, inconcuſſę, *de præſcript.* & deducitur ex definitione vſucapionis, ſeu præſcriptionis, de qua in *l.* 3. *ff. de vſucap.* ibi, per continuationem poſſeſſionis, cum aliis, quæ latè explicat Menoch *illuſtrium cap.* 58. *à princip.*
3 vnde præſcriptionem interrumpi, ſi naturaliter, interrumpatur poſſeſſio, vel ciuiliter per citationem, aut litis conteſtationem latè explicant Couar. *in reg. poſſeſſor. par.* 2. §. 1. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1201. Menoch. *de præſump. lib.* 6. *præſump.* 64.

3 Notatur etiam ad hoc, quod in ſolutione cuiuſpiam rei annuæ non eſt ſatis probare ſolutionem primi, & poſtremi anni, ac nec ſimul alicuius medij, vt præſumeretur ſolutio integri temporis, veluti decem annorum, ſed neceſſe eſt, quod probetur ſolutio facta quolibet anno, vt per Tiraq. *in tract. de præſcript. verbo continuetur gloſ.* 5. *verſ. illud autem pag. mihi* 115.
4 Maſcard. *de probat. concluſ.* 1195. *num.* 9. Probatio verò ſolutionum trium annorum præteritorum ſufficit ad hoc, vt præſumatur annis retrò lapſis ſolutum fuiſſe ex *l. quicunque Cod. de apochis publicis lib.* 10. Bellacomb. *tom.* 1. *communium opinionum lib.* 4. *tit.* 44. *num.* 11. *pag.* 682. vbi Soar. *num.* 226. *& ſeq.* Vincent. de Franch. *deciſ.* 137. Guillelm. *in cap. Rainuntius verbo ſi abſque liberis*, *nu.* 187. Anton. Gabr. *de præſump. concl.* 11. *num.* 2. Maſcard. *de probat. concl.* 1321. *num.* 2. Intellige dummodo ſolutio data non ſit ab exactoribus tributorum cenſuum, canonum, & ſimilium, qui conſueuiſſent mutari, vt in terminis reſoluunt Cott. *in memorab. verbo ſolutio pag.* 767. Menoch. *lib.* 3. *de præſump. q.* 139. *in fine*, Cornazan. *deciſ.* 96. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. par.* 1. *c. llect.* 25. optimè Steph. Gratian. *Marchiæ deciſ.* 152.

5 *Continue.* Verbum hoc, continuè, & continuatè, nullam recipit interpollationem, vt per hunc tex. reſoluit Gonzal. *ad regul.* 8. *cancellariæ*, *gloſ.* 18. *n.* 74.

6 *Eis renuntiaſſe tacite præſumitur.*

Notatur ad hoc, quod ſi priuilegium per triginta, vel quadraginta annos continuè pacificè, & abſque lite aliqua ſeruatum non ſit, & ſic decimæ poſt impetrationem huius priuilegij ſolutæ ſint in dicto tempore, & ſpatio, tunc per deſuetudinem, & vſum contrarium perditur, & omnino extinguitur dictum priuilegium conceſſum, vt per Viui. *tom.* 1. *commun. opinionum lib.* 1. *tit.* 10. *num.* 14. *verſ. ſed ſi priuilegium*
7 *pag.* 186. Priuilegij immunitas perditur ſi immunitatem habens paſſus eſt ſe deſcribi in libro ſoluentium, & non ſufficit allegare priuilegium, ſed debet appellare ſi deſcribatur intra tempus datum ad appellandum, vt per Azeued. *l.* 1. *num.* 34. *cum ſeqq. tit.* 1. *lib.* 6. *nouæ recopil.* & *num.* 47. reſoluit, quod ſi quis malè vtatur priuilegio, perdit illud, niſi ignoranter, vel inuitè, aut per vim faciat, & *n.* 49 tenet quod vbi ex priuilegio reſultat beneficium Principis, vt quia conceditur cum hoc, quod ſuſtineat equum pro Principis ſeruitio, non ſolum non poteſt per non vſum tolli, verum neque per expreſſam renunciationem, ſicut etiam non
8 amitti priuilegium, quando acquiritur per contractum, aut pecuniam reſoluit Melch. Phæbos Luſit. *deciſ.* 33. *num.* 9. *cum ſeqq.*

9 Vtrum, & quoto temporis spatio priuilegiũ per non vsum amittatur, vide Mench. vsufrequen. *cap. 2. num. 5. cum seqq.* Sebast. Nau. *ad l. prater, 13. num. 6. & 7 ff. de vacat. muner.* Molina *de primog. lib. 2. cap. 7. ad finem,* Cald. Pereira *de extinctione emphyt. cap. 15. num. 8.* Villalob. *tom. 2. commun. opin. lib. 7. tit. 5. num. 25. pag. 237.* Azeued. *l. 1. n. 40. tit. 1. lib. 6. noua recop.* Azor *instit. moral. par. 1. lib. 5. cap. 4. q. 8. & c. 22. q. 8.* Cabed. *par. 1. decis. 17. num. 3. & par. 2. decis. 93. num. 11.* & quæ latè diximus *ad cap. cum accessisset, supra de constit.* Illud tamen aduertendum duxi priuilegio non vtentem, quia occasio non se se obtulit, illud non amittere, vt tenent Valasc. *de iure emphyteut. q. 37. num. 8.* Valdes. ad Soar. *in proœm. fori littera F, in fine pag. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Burgundia, eiusque Dux qualis, remissiuè.*
3 *Priuilegia capellanorum aliquorum Principum, qui à iurisdictione suorum Prælatorum, erant exempti an derogentur per Concil. Triden. ostenditur.*
4 *Exemptio, quando non est respectu certi iudicis, sed simplex, & absoluta respectu omnium, tunc taliter exemptus ratione delicti ab Ordinarijs locorum, in quibus committitur, puniri non potest.*

Cap. Cum capella. XVI.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Anchar. Butr. Henr. Panor. Marian. Socin. Casal. *in annot.* Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ, par. 1. & 2.* Viui. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 200.* Alagona *in e ... ndio Iuris Canon. pag. 716.* refertur ab Antu... August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 16. cap. 6.*

2 *Ducis Burgundiæ.* De Burgundia, eiusque Duce, vide Cassan. *in consuet. Burgundia, verbo Duc. & verbo Borgoñe,* Burgos de Pace *in proœm. legum Tauri, num. 140. cum seqq.*

3 *Quod nullus Archiepiscopus, &c.* Per hunc tex. refert Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 2. q. 64. art. 4.* olim aliqua rescripta, & indulta fuisse obtenta à Sede Apost. quibus capellani aliquorum Principum à iurisdictione suorum Prælatorum erant exempti, & ibi refert hoc, & alia similia priuilegia per Concil. Trid. *sess. 24. de reformat. cap. 11,* esse sublata, quia priuilegia, & exemptiones, quæ varijs titulis, plerisque conceduntur perturbationem in Episcoporum iurisdictionem excitant, & exemptis occasionem laxioris vitæ præbere dignoscuntur, idem etiam tenet *q. 108. art. 3.* Item Praxis Episcop. *par. 1. verbo exemptio, vers. 2.* asserit Concil. Trid. *d. c. 11.* non derogari priuilegijs capellanorum Regiorum. De exemptione à Summis Pontif. concessa capellanis Regiæ capellę Vlissyponeñ vide Cabed. *de patronatib. Regiæ Coronæ, cap. 43.*

4 *In quantum exempti sunt, &c.* Notatur ad hoc, quod quando exemptio non est respectu certi Iudicis, vel eorum, quæ ad proprij Ordinarij iurisdictionem pertinebant, sed est simplex, & absoluta respectu omnium, & quorumcunque Iudicum, tunc taliter exemptus ratione delicti ab Ordinarijs locorum, in quibus committitur, puniri non potest, in quibus terminis bene intelliguntur tex. in præsenti, *& in cap. 1. §. in eos, de priuilegijs, lib. 6.* per ea, quę Abb. *in cap. vlt. nu. 11.* & ibi Felin. *de foro competenti,* Azeued. *l. 3. à nu. 118. tit. 16. lib. 8. nouæ recopil.* Couar. *pract. cap. 11. num. 5. vers. posset, & vers. idcirco.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Gladius bis acutus in Apocalypsi quomodo intelligatur, ostenditur.*
3 *Argumentum ab absurdo in omnibus dispositionibus vitandum.*
4 *Absurdi ratio in quo consistat in hoc text. ostenditur.*
5 *Abbates tenentur etiam exempti venire ad synodum si habeant territorium proprium, & populum.*
6 *Capella monasterio subiecta non censentur exempta per exemptionem datam monasterio.*
7 *Connexa in priuilegijs, & exorbitantibus non veniunt.*

Cap. Ex ore. XVII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostien. Anchar. Butr. Henric. Panor. Casal. *in annot.* Marian. Soc. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 200.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 716.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 16. cap. 7.*

2 *Procedit gladius bis acutus.* Habetur proœmiũ huius tex. vsque ad vers. cum igitur in *Apocal. cap. 1. & cap. 19.* vbi licet communiter sacri Interpretes intelligant gladium esse bis acutum verbum Dei, quod per Prophetas, Apostolos, & Prædicatores suos Deus loquitur, & alij ipsum diuinum Verbum, vt eruditè prosequitur vtrumque latè explicans Conlusit. noster Blas. Aluares Viegas *in Apocalypsim cap. 1. commen. 2. sect. 14.* Alij tamen rectè intelligunt per gladium ancipitem, idest ex vtraque parte acutum, diuinum iudicium iuxta illud Deuter. *cap. 32.* si acuero vt fulgur gladium meum, & accipiet iudicium manus mea, de quo etiam intelligit Genebrard.

illud

illud *Psalmi* 149. gladij ancipites in manibus eorum, sicut & apud Iurisconsultos gladium seueritatis, & animaduersionis iudicij esse supplicium constat *ex l. imperium, ff. de iurisdict. omnium Iudic.* Bis autem, seu ex vtraque parte acutus dicitur diuinus gladius, eo quod corpus, & animam punire simul potest, vel quod, & supplicio præsentis pœnæ, & futuræ metu puniat, vt pulchrè in hyerogriphicis scribit Pierius, *lib. 42. de gladio Iustitiæ in §. Iustitia*: vel duplex gladij acies duplicem ostendit iudicij partem, ad dexteram scilicet, & sinistram, in bonos, & malos, quia vtrisque secundum merita retribuit, his pœnas, illis præmia, & quia extremum illud judicium, tam bonis, quàm malis erit formidabile, vt vtrique videantur strictam gladij aciem perhorrescere, prout ex Ruperto explicat Viegas, *d. commen. 2. sect. 15.* Cum ergo Romanus, Summusque Pontifex ipsius Christi vices gerat in terris, ex eius quoque ore rectissimam debere exire sententiam secundum iustitiam æquo libramine; vt vnicuique quod suum est reddatur, ex auctoritate Apoc. deducit Innocen. III. Summus Pontif. in præsenti.

3 *Quoniam absonum esset, &c.*

Nota optimum, & vulgare argumentum ab absurdo, quod in omnibus dispositionibus esse vitandum probat text. *in l. nam absurdum, ff. de bonis libertorum, & in l. si ita 39. in fine, ff. de operis libertorum*, cum alijs, de quibus Euerad. *in top. legal. loco* 8. Mantua *obser.* 45. Peregr. *de fideicom. art. 11. num. 46.* Cardin. Mantic. *de coniecturis vlt. volunt. lib. 3. tit. 7. à principio, & de tac. & amb. conuent. lib. 2. tit. 13. per totum.*
4 In quo autem consistat ratio absurdi in proposito huius text. explicat benè Socin. hic *num. 6.* non enim patitur recta ratio, vt in Synodo prouinciali Abbas post Episcopum supra alios Episcopos resideret, quod si dicas contingere potuisse, quod Vigorien. Episcopus inter Episcopos vltimum haberet locum, & consequenter nullum esse absurdum, quod virtute priuilegij post vltimum Episcopum primus sederet Abbas Euasen. Cœnobij, respondebis vel constitisse Pontifici Vigorien. Episcopum non habuisse vltimū locum in Synodo, vel non oportere restringere priuilegium, & decisione tex. ad terminos, in quibus constaret Vigorien. Episcopum vltimum habuisse locum. An verò semoto priuilegio, de quo in tex. Abbates præcedere debeant Canonicos Ecclesiæ Cathedralis, latè disputant post Abb. & Felinum *in cap. pastoralis, num. 9. de officio delegati*, Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, par. 4. consider. 32.* Boer. *de auctoritate magni consilij, n. 67. vers. deinde Abbates, cum seqq.* idem Boer. seu magis Mondag. *in tractatu de ord. graduum num. 20. cum seqq.*

5 *Quare tenetur ad Synodum, &c.*

Probat hic tex. Abbates teneri ad Synodum Episcoporum venire, vt per Steph. Quarant. *in summa bullarij verbo Concilium prouinc. vers. 3. quæro ad hoc autem*, quod etiam exempti teneātur venire ad synodū Episcopi esse singularē tex. in præsenti asserit Henric. *in tract. de synodo, par. 2. num. 4.* vbi testatur hunc esse communem DD. sententiam, & ostendit contra Abb. antiq. intelligi non posse de synodo, in qua publicanda sunt statuta prouincialia, cum tex. apertè loquatur de statutis ipsius Episcopi, vt patet ibi, ad Synodum Episcopalem accedere, & per hoc ipsius statuta recipere, quod autem loquatur de Abbatibus exemptis apertè deducitur ex vers. *nos igitur*. Intellige de Abbatibus habentibus populum, & territorium proprium, & iurisdictionem Episcopalem exercentes intra ambitum ipsius prouinciæ, hi enim vocari debent ad Conc. Prouinciale, quemadmodum vocantur Episcopi Comprouinciales, & possunt dici suffraganei, habentque vocem decisiuam, vt docet Prosper. de Augustino in addit. ad Quarantam, *loco proximè citato*.

6 *In membris autem, &c.* His verbis probatur conclusio, quæ habetur in summario, quod per exemptionem datam monasterio non censentur exemptæ capellæ eidem monasterio subiectæ, notat *glos. verbo non probantur*, Abb. *num. 4.* Socin. *num. 11.* & alij communiter hic, Fuscus *de visit. lib. 2. cap. 16. num. 2. cum seqq.* Vnde consequenter in huiusmodi capellis retinere Episcopum omnia Iura Episcopalia enarrata *in cap. conquerente de offic. Ordinarij*, benè probat tex. ibidem, vbi notauit Abb. *notabili 2.* & prosequitur Fusc. *d. cap. 16. num. 15. cum seqq.* Neque obstat argumentum, quod de connexis idem est iudicium, *cap. translato, de constit.* cum similibus, quia non
7 procedit in priuilegijs, & exorbitantibus, quādo connexa non veniunt per consequentiam necessariam. Intellige supradictam conclusionem in capellis, quæ quoad temporalia, aut iura Episcopalia monasterio subijciuntur, iuxta *c. 3. de capellis monachor.* non ita in alijs, quæ pleno iure ad illud spectant, iuxta *cap. quoniam 21. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Receptus sub protectione Papæ non censetur exemptus.*
3 *Papa recipiens aliquos in filios non censetur eos eximere.*

Cap. Ex parte. XVIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anan. Host. Arch. Butr. Henric. Panor. Dec. Mari. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par. 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 201.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 716.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 16. cap. 8.*

2 Probat hic tex. receptum sub protectione Papæ, non ideò censeri exemptum, vt per Erasmum à Chockier *de iurisdict. Ordinary in exemptos part. 1. q. 9. num.* 3. aduertens non idcircò superuacaneam esse protectionem, siquidem in hoc proficit, vt præstò magis adsit si iniustè forte grauamen inferatur, & quod facilius priuilegio donetur, & citat *glos. verbo protectionis in cap. recepimus sub hoc tit.* & Abb. *num.* 5. Deci. *cons.* 152. Anton. de Pratis *de iurisdict. Episcopi, cap. 2. num.* 2. Vtrum autem si Pontifex recipiat
3 aliquos in filios videatur eos exemisse? quæstio est non contemnenda, in qua videtur dicendum, nõ ideò videri exemisse, ex illa, enim generali ratione, quod Romana Ecclesia omniũ aliarum sit mater, & magistra, sequitur omnes Ecclesias eidem esse subiectas, & ex eo, quod Papa omnium fidelium sit pater, omnes eiusdem dicuntur filij *cap. quam graui*, ibi; Reges, Principes, vel alios cuiuscunque ordinis filios in nostris litteris appellamus, *de crimine falsi*, notat *glos. verbo filys in proœmio Sexti*, & rationem bene explicat Marches. *de commiss. par. 1. cap. 13. num.* 61. Vnde & filij denominatio non exemptionem, sed magis honoris titulum, & speciale amoris pignus denotat, iuxta ea, quæ de ethymologia ipsius nominis, filius, tradunt scribentes omnes. Neque obstat ius harum exemptionum regulari ad instar emancipationum, manumissionum, & huiusmodi iurium, idque præsertim ex Rebuf. *respons.* 142. & sicut dominus seruũ eximit à seruitute nominando filium, *l. vnica, §. similique modo, C. de latina libertate tollenda*, ità quoque Pontifex, quia respondetur nullam hic militare rationis identitatem, quippè quod dominus sibi soli præiudicat, Põtifex verò Ordinariæ iurisdictioni, quæ est fauorabilis, *cap. peruenit*, 11. *q.* 1. *cap. cum personæ, cap. ne aliqui, hoc tit. lib.* 6. & ita expressus est tex. glos. & DD. *in cap. si Papa, §. non sic filios, eodem tit. & lib.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Vnio facta de Ecclesia alteri Ecclesiæ, vel monasterio effectum habitura non est, nisi post mortem rectoris illius, & ideo non requiritur eius consensus.*
3 *Declaratur tex. in cap. 1. §. quia vero, de rebus Ecclesiæ non alienandis, lib. 6.*
4 *Monasterium, cui à Papa conceditur, vt fructus suæ Ecclesiæ possit in proprios vsus conuertere, non potest vacante Ecclesia possessionem auctoritate propria capere, & fructus percipere absque auctoritate Episcopi diœcesani.*
5 *Declaratur principalis tex. conclusio.*
6 *Beneficiarius, qui titulum habet canonicum, an possit licitè capere propria auctoritate beneficij possessionem, si à nemine occupata sit, ostenditur.*
7 *Episcopi sui nomine, quis intelligatur in hoc tex. remissiuè.*

Cap. Pastoralis. XIX.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Hostien. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 3. *Iuris Pontif. pag.* 201. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 716. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib. 5. tit. 16. cap.* 9.

2 *Decedentibus personis earum, etc.*

Notabis ad hoc, quod licet Ecclesiæ viuente rectore absque eius consensu possint ab Episcopo (Capitulo consentiente) alteri Ecclesiæ, Monasterio, vel religioso loco vniri, seu in proprietatem concedi, iuxta tex. *in clemen. 2. de rebus Ecclesiæ non alienan.* hæc tamen vnio, seu concessio effectum habitura non est, nisi post mortem ipsius Rectoris, & ideò merito eius consensus ad vnionem faciendam necessarius non est, vt probat tex. *in cap. consultationibus, de donation.* Conc. Trid. *sess. 21. de reformat. cap.* 5. & ita in hunc sensum sunt accipienda prædicta huius tex verba, quod scilicet vnio facta viuente rectore etiã à Romano Pontifice, non habet effectum viuente eodem rectore, quia facta censetur absque ipsius præiudicio, notant Abb. & Socin. hic vterque *num.* 2. & latè explicant Petrus de Perusio *in tract. de vnionib. cap. 5. cum seqq.* Fuscus *de visit. lib. 2. cap. 26. num.* 11. Rebuf. *in praxi tit. de vnionib. glos.* 11. *num.* 8. *& tit. de reprobata impetratione beneficij viuentis, nu.* 58. Hored. *de incompat. benef. par. 2. cap. 3. num 9. vers. non tamen est necessarius consensus rectoris*, Nicolaus Garc. *de benef. par. 12. cap. 2. num. 214. cum seqq.*

3 Non obstat tex. *in cap. 1. vers. quia verò, de rebus Ecclesiæ non alienan. lib.* 6. quatenus probat in dismembratione consensum rectoris necessarium esse, quia respondetur diuersam esse rationem quoad propositum in dismembratione partis fructuum, vel in vnione totali, & concessione Ecclesiæ in proprietatem, nam, vt benè sentit *glos. verbo defensor*, & explicant Card. *nu.* 6. *vers.* 7. Imola *nu.* 13. Bonif. *à nu.* 26. & 31. ibidem, quando vnio fit in totum diuinus cultus præcipuè intenditur, & pauperum sustentatio, *cap. ex parte*, *de constitut. cap. exposuisti de praben.* nullumque fit præiudicium præsenti, aut futuro rectori; non præsenti, quia vnio post eius mortem effectum habitura est ex dictis, nõ futuro, quia nullus futurus est distinctus ab Ecclesia, cui fit vnio, sed potius augentur fructus eius, qui vtriusque futurus est rector, ac subinde quemadmodum rectore viuente dismembratio fructuũ sine eius consensu fieri non poterat, ita beneficio vacante necessarius est defensor, qui ipsius vtilitatem tueatur. Non obstat etiam si replices rectori viuenti fieri præiudicium, quatenus per vnionem impeditur beneficium suum renuntiare, sicut antea poterat, nam responde-

spondetur præiudicium hoc valde remotum esse, & secundarium, ac subinde non esse attendendum iuxta *reg. l. 1. ff. de auctoritate tutorum*, & doctrinam *glos. vlt. in cap. quamuis pactum, de pactis in 6.* recepta per Couar. ibi *p. 3. §. 3. nu. 7.* & multos de quibus Tiraq. *in tract. res inter alios acta à num. 5.* & patet, quia titulus beneficij quoad accipientem est perpetuus, *cap. Sanctorum in principio 7 distinct.* neque renunciari potest sine legitimi superioris auctoritate *cap. admonet, de renunciat.* & perconsequens eit ius hoc, seu facultatem renuntiandi cum veniat remotè, & præter naturam ipsius beneficij, & ex auctoritate superioris pendeat, attendi non oportere.

Probat hic text.

4 *Inconsulto Episcopo.* monasterium, cui à Papa conceditur, vt fructus suæ Ecclesiæ possit in proprios vsus conuertere, non posse vacante Ecclesia possessionem auctoritate propria capere, & fructus percipere absque auctoritate Episcopi diœcesani, notant Abb. *num. 5.* Soc. 8. *cum seqq.* & alij communiter hic, Petrus de Perusio *in tract. de vnionibus, cap. 2. num. 5.* Rebuf. *in praxi tit. de vnionibus glos. 11. num. 17.* & facit, quia similiter prouisus de beneficio quoad titulum eius possessionem capere, & fructus percipere non potest auctoritate propria, sed necessarium est, quod immittatur in possessionem legitimi superioris auctoritate, iuxta tex. *in cap. ad hæc, vers. in quadam, de offic. Archid.* notant DD. per rex. ibi, *in cap. ex frequentibus, de institut.* Rebuf. *in praxi tit. de immissione in possessionem, num. 3.* Menoch. *remed. 9. recup. num. 277. cum seqq.* & alij, ex quibus communem testatur Couar. *lib. 3. variarum cap. 16. num. 7.* Petrus Gregor. *res beneficiaria cap. 40. num. 13. & 15.* Flamin. *de resig. benef. lib. 8. cap. 9. à nu. 55.* & latius *lib. 10. q. 6. à num. 27.* Vnde passim conceditur à Summo Pontif. Breue, quod executoriale dicitur, pro executoribus, qui prouisum mittant in possessionem beneficij, de quo multa post Gona. & alios Nicolaus Garcia *de beneficijs. par. 6. cap. 3. à principio,* plenè Flores de Mena *variar. q. 4.* March. *de commis. par. 1. cap. 13. à principio:* confirmatur denique supradicta huius tex. conclusio ex vulgari reg. *non est singulis permittendum, quod per magistratus fieri licet, ff. de reg. Iuris,* & ex tex. celebri in hac materia *in l. si ex stipulatione, 5. ff. de acquirenda possess.* dum generaliter probat habentem verum titulum, veluti emptionis, vel donationis, non posse auctoritate propria sine antiqui domini voluntate possessionem capere, quod si capiat prædonem esse notat Bartol. Iason. Alexand. & omnes communiter ibi, Pinel. *in l. 1. C. de bonis maternis, par. 2. num. 61. cum seqq.*

5 Intellige principalem huius tex. decisionem illo casu procedere, quando scilicet Papa alicui concedit, vt fructus alicuius Ecclesiæ in suos vsus possit conuertere, nam licet Ecclesia vacet apprehendi non potest possessio auctoritate propria, sed Episcopi auctoritas necessaria est ex ratione, quam reddit text in præsenti, quia rescripto suo nunquam Summus Pontifex iuri Ordinariorum præiudicium irrogare intendit, iuxta generalem reg. tex. *in l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico,* cum similibus, & ad nostrum propositum est text. singularis *in cap. super eo 15. de off. delegati,* dum eadem vtitur ratione, quod non intendit Pontifex Episcopo, aut Archid. præiudicium inferre rescripto suo, & ideo si causam super iure præsentandi alicui delegauerit sub ea forma, vt si constiterit præsentationem ad alterutram partem pertinere, ordinet Ecclesiam de persona idonea, non potest delegatus inconsulto Episcopo, aut Archidiacono instituere, vel mittere in possessionē præsentatū à patrono, indeq; colligit Abb. executorē datum pro executione mandati de prouidendo non posse conferre beneficium in præiudicium Ordinariorum, ad quos pertinet collatio, sequuntur alij communiter recte Selua *de benef. p. 2. q. 18. nu. 1.* Flamin. *de resig. lib. 7. q. 22. num. 5.* facit deinde ratio, quam ex Io Andr. hic adducit Petr. de Perusio *d. c. 2. nu. 6.* quod scilicet gratia, seu concessio Pontificis poterit esse subreptitia in damnum Ecclesiæ, & fraudem hospitalitatis, & detrimentum Religionis, vt considerat tex. *in c. 1. in princip. ne Sede vacante:* ac subinde postulat ratio boni publici, vt antequam executioni mandetur, Episcopo exhibeatur, & ab eo, eiusque officialibus vtrum executionem mereatur, decernatur, an vero potius supersedere oporteat, iuxta ea, quæ notant DD. per tex ibi *in cap. si quādo, de rescriptis, & in cap. cum teneamur, de præbendis,* & Couar. *practicarum, cap. 35. num. 6.* Hoieda *de incompat. benef. par. 1. cap. 21. num. 5.* & plenè relati

6 per Cened. *ad Decretales collectan. 3.* Vtrum autem beneficiarius, qui titulum habet canonicum, possit licitè auctoritate propria apprehendere beneficij possessionem, si à nemine sit occupata? dubium est non contemnendum, in quo affirmatiuam partem communiter receptam testatur Couar. *d. lib. 3. variarum, cap. 16. nu. 6. & 8. in princ.* & post Seluam idem testatur Flamin. *d. lib. 10. q. 6. num. 30. vers. in contrarium,* & de rigore veram esse fatetur Petr. Greg. *d. num. 15.* Alij vero melius resoluunt, quod licitum non sit habenti verū titulū si simpliciter est institutus, possessionem vacantem propria auctoritate capere, vt resoluunt Dynus, Anch. Archid. & Cosm. quos refert idem Couar. *d. cap. 16. num. 7.* quorum sententiam post longam disputationem iustiorem esse concludit ibi *num. 8. vers. quod si,* sequitur Menoch. *remed. 6. adipiscendæ, num. 34.* communem testatur Flamin. *d. q. 6. n. 27.* idque etiam aperte docuit Rebuf. *d. tit. de immissione in possessionem, nu. 2.*

7 Quis autem Episcopi sui nomine intelligatur in hoc tex post antiquiores latè disputat Socin. hic *n. 8.* & latius Tiraq multos referens *de retractu, tit. 1. §. 36. glos 3 num. 22. cum seq.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Interdictum generale locale, quod dicatur, ostenditur.*
3 *Interdictum vnius Parochiæ Ciuitatis, in qua plures sunt, an particulare dicatur, remissiue.*
4 *Interdictum, quando non seruatur ab eo, cuius causa latum est, alij ex Papa licentia seruare non tenentur.*

Cap. Petisti. XX.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Anchar. Butr. Henric. Panor. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ, par. 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 201.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 717.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 12 cap. 3.*

2 *Ciuitas vestra generali, &c.* Ergo interdictum generale locale dicitur cum interdicitur Ciuitas, sicut etiam dicitur illud, quod sub nomine collectiuo vniuersitatis plurium locorum profertur, ita ut plura loca sub se contineat, quæ scilicet ibi sunt, vel esse possunt, & in hoc distinguitur à speciali, seu particulari, qui est quando aliquis particularis locus, veluti Ecclesia S. Petri, interdicitur, vel si plures Ecclesiæ particulares Ciuitatis non nomine collectiuo interdicantur, benè explicant Nauar. *in man. cap. 27. num. 166.* Vgol. *de censuris, tab. 5. cap. 6. in principio* Auila *eodem tractatu, par. 5. disp. 1. dub. 1. concl. 2.* Couar. *in cap. alma mater, par. 2. §. 1. num. 9.* Tolet. *in summa, lib. 1. cap. 51. num. 5.* Soar. *tom. 5. disp. 32. sect. 2. num. 4.* Vtrum autem inter-
3 dictum vnius parochiæ Ciuitatis, in qua plures sunt, particulare sit, vide Nauar. *d. cap. 27. n. 168.* Henriq. *in summa lib. 13. cap. 31. §. 3.* Sayr. *de censuris, lib. 5. cap. 2. nu. 9.* Soar. *d. sect. 2. à n. 5.*

4 *De nostra licentia celebretis.* Ergo quando interdictum non seruatur ab eo, cuius causa latum est, alij ex Papæ licentia seruare non tenentur, de quo tamen vide Valer. Regin. *in praxi fori pœnitentialis, lib. 32. tract. 3. nu. 69. in fine*, vbi etiam resoluit, quod si plures sint quorum causa interdictum fuerit promulgatum ad talem excusationem requiritur, vt maior pars illorum violet interdictum habendo animum in tali violatione perseuerandi, prout conijci potuerit ex ipsorum actibus.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Ecclesia dicuntur ad aliquem pertinere vtroque, seu pleno iure, quando in spiritualibus, & temporalibus eidem subiectæ sunt, quod intellige vt ibi.*
3 *Exemptio vtroque, seu pleno iure à potestate Episcoporum, an religiosis concedi possit ab Episcopis, & Prælatis inferioribus, ostenditur.*
4 *Ecclesia per præscriptionem potest vtroque iure à potestate Episcopi eximi, & ad religiosos transferri.*
5 *Declaratur tex. in cap. cum non liceat, de præscript.*

Cap. Quoniam. XXI.

SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Hostien. Anch. Butr. Panor. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 202.* Alagona *in compendio Canon. pag. 717.* refertur ab Anton. August. *collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 12. cap. 4.*

2 *Vtroque iure.* Idest pleno iure, in spiritualibus scilicet, & temporalibus, vt notauit glos. *hic, & in cap. cum, & plantare, §. in Ecclesijs, verbo pleno iure*, supra *hoc tit.* quas ibi sequuntur Butr. *n. 26.* Zabarel. *n. 1.* Dec. *nu. 12. & 16.* Rebuf. *in concordatis, tit. forma mandati, verbo plenum*, Marta *de clausulis, clausula 85. num. 6.* Card. Tusch. *tom. 6. lit. P, conclus. 364. nu. 3.* Erasm. à Chockier *de iurisd. Ordin. in exemptos, par. 1. q. 9. nu. 6.* Sayr. *de censuris, lib. 1. cap. 6. nu. 12.* resoluentes Ecclesias dici ad aliquem pertinere vtroque, seu pleno iure quando in spiritualibus, & temporalibus eidem subiectæ sunt, hinc inferentes per contrarium non pleno iure pertinere Ecclesiam ad religiosos, vel alias personas, quando eis subiecta est quoad temporalia, sed quoad spiritualia ab Ordinariorum iurisdictione, & potestate exēpta nō est, immo institutio, & destitutio ad Episcopū pertinet, vt notauit glos. *verb. ipsi, in c. 1. de capellis monachor. lib. 6.* quam constantissimè sequuntur, & passim commendant omnes proximè citati, & satis deducitur ex tex. in præsenti. Sed plenius distinguendo materiam resoluit Abb. *in d. §. in Ecclesijs nu. 6.* quem sequuntur alij communiter, vt refert, & explicat Dec. *d. num. 20.* ibidem quatuor casus distinguens: Primum, vbi religiosi habent tantum iuspatronatum in huiusmodi Ecclesijs, propter quod solam habent facultatem præsentandi idoneos Presbyteros ab Episcopo instituendos. Secundum, quando solum habent redditus temporales, & tunc eos tantum in proprios vsus percipere possunt. Tertium, quando habent solam collationem, & tunc præter illam, nihil aliud in huiusmodi Ecclesijs prætendere possunt. Quartum, quando Ecclesias habent pleno iure, vtrumque ius tam conferendi, quàm redditus temporales percipiendi pertinet ab eosdem, atque ita post Abb. resoluunt omnes in *d. §. in Ecclesijs, & in d. cap. 1. de capellis monachor. lib. 6.* subdistinguentes in hoc vltimo casu, quòd vel religiosis pleno iure Ecclesia subiecta est, atque etiam populus, vel

sola

fola Ecclesia, & non populus; in primo subdi-
stinctionis membro fatentur, & collationem,
& institutionem, quam vocant authorizabilem,
(per quam scilicet traditur animarum cura,
iuxta doctrinam *glos. in cap. auctoritate, de instit.*
quam ibi sequuntur omnes communiter) ad ip-
sos religiosos pertinere, non ita in secundo
membro, quando sola Ecclesia eis subiecta est,
& non populus; quamuis enim fateantur colla-
tionem ad ipsos pertinere, negant tamen ad il-
los spectare traditionem curæ populi, in quem,
supponimus nullam habere potestatem, sed soli
Episcopo esse subiectum. Quæ distinctio licet
in omnibus alijs rectè procedat, in hoc tamen
vltimo de institutione auctorizabili nullo firmo
subsistit fundamento per ea, quæ dixi *de officio
& potestate Episcopi par. 3. allegat. 72. nu. 185.*
3 Illud omittendum non est, quod licet Domin.
in d. cap. 1. num. 5. vers. & procedunt prædicta,
atque etiam Feder. de Senis *cons. 247.* & alij,
quos refert Dec. *cons. 152. nu. 1.* voluerint præ-
dictam exemptionem vtroque, seu pleno iure
Ecclesiarum à potestate Episcoporum concedi
non posse religiosis ab Episcopis, & Prælatis in-
ferioribus, sed solum à Romano Pontifice, quia
inquiunt non posse Episcopos totam suam iuris-
dictionem in aliquam Ecclesiam, & visitationé,
& reliqua pastoralia iura à se abdicare, ex ra-
tione tex. *in cap. cum non liceat, in principio de
præscriptionibus* iuncta decis. tex. *in cap. cum vene-
rabilis, de censibus*. Contrariam tamen sententiam
expressè tenet *glos. in summa 25. q. 2.* & latè tue-
tur Calder. *cons. 5. de rebus Ecclesiæ*, sequitur Dec.
*d. cons. 152. num. 3. vers. non obstante ergo, & in d. 6.
in Ecclesijs num. 13. cum seq.* cum quo pugnantes
sententias ad concordiam sic reduco, vt prior
negatiua procedat in Episcopo huiusmodi exē-
ptioné sine Capitulo cōcedēte, & sine iusta causa,
posterior verò affirmatiua his interuenientibus
iuxta reg. tex. *in cap. si exceptione 12. q. 2. & in
cap. nulli*, & per totum *de rebus Ecclesiæ non alie-
nandis*, & quæ latè vltra ordinarios ibi, explicant
Rebuf. *in compendio alienationum num. 9. & 11.
cum seqq.* Couar. *lib. 2. variarum cap. 17. à prin-
cip.* Molina *de iustitia tract. 2. disput. 465. & 468.*
& magis in terminis argumento text. *in cap. pa-
storalis de donat.* post Abb. notat Rebuff. *in tract. de
congrua portione nu. 38.* Roch. *de iurepatron. verbo
pro eo, quod de diœcesani nu. 20.* Lamber. *eodem
tract. art. 8. prima quæst. principalis par. 2. lib. 11.*
4 *num. 32.* Per præscriptionem potest etiam Eccle-
sia vtroque iure à potestate eximi Episcopi, &
ad religiosos transferri, vt probant tex. *in cap.
cum olim, vers. quia, & in cap. audītis*, cum multis
alijs, *de præscrip.* & *in cap. cum personæ, vers. si au-
tem, hoc tit. lib. 6.* quibus locis ita obseruant DD.
communiter, & latè Balb. *de præscript. par. 1.
quintæ principalis q. 11. à num. 3.* Neque obstat
tex. *in d. cap. cum non liceat, de præscript.* omissis
5 enim aliorum intellectibus, de quibus Paris.
ibi *nu. 42.* facilè respondetur text. illum solum
negare præscriptionem, per quam omnino ex-
tinguitur obedientia Episcopo à subditis debi-
ta, non autem eam, per quam talis obedientia
alijs acquiritur, hanc enim expressè admittit
tex. *in d. c. cum olim* cum similibus, de quibus
Balb. *vbi supra quæst. 12.* & in visitationis præ-
scriptione probat tex. *in cap. cum ex officij, de
præscrip.* & vltra Balb. *q. 16.* notat Bernard. Diaz
reg. 604. limit. 3. Card. Tusch. *tom. 5. littera L.
conclus. 241. & littera O. conclus. 5.* Minus obstat
tex. *in d. cap. cum venerabilis, de censibus*, non
enim potestatis quæstio ibi erat, sed voluntatis,
de quibus scilicet Iuribus Episcopus fecit re-
missionem, & ideò in summario habetur, quod
remittens seruitia non intelligitur procuratio-
nem ratione visitationis remisisse, & vltra or-
dinarios ibi, notat Felin. *in d. cap. cum ex officij,
num. 18. vers. & nota.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc text. scribentes.*
2 *Quarta Episcopalis soluitur Episcopo ex omnibus decimis pertinentibus ad Ecclesias inferiores ad onera Episcopatus sustinenda.*
3 *Episcopus remittere potest decimas, maximè suæ mensæ debitas ex iusta causa.*
4 *Indefinita dispositio æquipollet vniuersali.*
5 *Episcopus priuilegio suo simpliciter, & indefinitè decimas Episcopales remittens, non solum præsentes, sed etiā præteritas, & futuras remittere censetur.*
6 *Augmentum, quod postea rei legatæ accessit, venit in legatis simpliciter factis.*
7 *Verba quando generaliter, vel indefinitè proferuntur ab eo, qui aliquid excipere potuit, & non excepit, omnia venire intelliguntur.*
8 *Indefinita, aut generalis dispositio posita simpliciter sine pronomine, meum, quando futura comprehendat, ostenditur.*
9 *Referuntur intellectus huius tex. & num. 10.*
10 *Remissio decimarum facta à Romano Pontifice, vt priuilegium in toto rigore accipi debet, strictamq; recipit interpretationem, ac perconsequens præsentes tantum decimas, non futuras comprehendit.*
12 *Declaratur tex. in clementina vlt. de rescriptis.*
13 *Declaratur tex. in cap. ex parte, de decimis.*
14 *Priuilegium de decimis non soluendis de noualibus mentionem faciens, ad noualium decimas trahi non potest, quæ ab alijs erant possessa tempore priuilegij concessi.*
15 *Priuilegium de non soluendis decimis noualium extendi non potest ad decimas noualium, quæ tempore impetrationis iam erant præscisa.*
16 *Princeps si concedat alicui domino, vel magnati datam officiorum alicuius Ciuitatis, an talis concessio intelligatur de illis officijs, quæ post concessionem per Principem creata sunt, ostenditur, & num. 17.*
18 *Vna, eademq; res non debet diuerso iure censeri.*
19 *Verba in dubio an semper videantur relata ad tempus præsens, ostenditur.*

Cap.

Cap. Quia circa. XXII.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Anchar. Butr. Henric. Panor. Mar. Socin. Casal. *in annot.* Ximen. Toletan. *in concordant. vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 202.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 717.* refertur ab Anton. August. *collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 12. cap. 2.*

2 *Super Episcopalibus decimis.* Idest quarta, quæ ad onera Episcopatus sustinẽda Episcopo soluitur ex omnibus decimis pertinentibus ad Ecclesias inferiores, iuxta text. *in cap. vobis, & in cap. concesso 12. q. 2.* de qua fit mentio *in cap. de quarta de præscription. & in cap. conquerente, de offic. Ordinarij* cum multis alijs, Rebuf. *de decimis q. 7. num. 11.* Couar. *in cap. officij num. 1. de testamentis*, latè Soar. *de Religione tom. 1. tract. de decimis lib. 1. cap. 28. num. 9. cum seqq.* & in hac quarta de Iure communi Episcopus fundatus est, vt per Monet. *de decimis cap. 8. q. 2. num. 14.*

3 *Facta extitit secundum Canonicas, &c.* Ergo Episcopus remittere potest decimas, maximè suæ mensæ debitas, ex iusta causa, vt resoluit Moneta *de decimis cap. 5. num. 44.* Verum obstare videtur, quia in hoc tex. non remissio, sed priuilegium à solo Episcopo emanauit, iuxta verba, de quibus in principio, ibi, priuilegium Prædecessoris tui, non potest enim Episcopus alicui concedere immunitatem à solutione decimarum per viam priuilegij, vt voluit Rebuf. *d. tract. de decimis q. 5. num. 28. & 32.* tum quia sunt à Papa assignatæ singulis Ecclesijs *cap. 1. 13. q. 1.* tum quia in Concil. Cabilonen̄ statutum fuit, ne Ecclesiæ antiquitus constitutæ decimis priuarentur *cap. Ecclesia 17. q. 1.* tum denique quia Episcopus decimarum, & aliarum rerum Ecclesiasticarum administrator est, & non dominus, & ideò donare non potest *cap. 2. de donation.* iuncta reg. *l. filiusfam. ff. eodem tit.* & quæ explicat Rebuf. *in compendio alienationum à num. 61.* remittere vero speciem donationis continet, vt per tex. *in l. si mulier ff. condictione causa data* ex multis, quos refert, comprobat Duen. *reg. 22. ampliat. 1.* Sed huic difficultati respondent DD. omnes post glos. hic, quod intelligatur tex. in præsenti, quando in remissione decimarum facta ab Episcopo interuenit Capituli auctoritas, & iusta causa necessitatis scilicet, & euidentis vtilitatis, ita Zabarel. *hic in fine*, Butr. *num. 1. & 5.* Abb. & Socin. *num. 2.* & alij, quos refert, & sequitur Pradil. *in l. præses num. 18. iuncto num. 21. C. de transactionibus* Rebuf. *in d. compendio alienationum à num. 66.* latè Moneta *d. tractatu de decimis cap. 5. q. 7. num. 131. cum seqq.* & ideo D. Barbos. *in priuatis scholijs ad l. 1. ff. de legatis 1. & in l. diuortio, §. quod in anno, num. 16. ff. soluto matrim.* ex dictis verbis huius tex. ibi, secundũ Canonicas sanctiones, deducit remissionem decimarum, de qua hic, Ecclesiæ grauosam non fuisse, si enim talis esset secundum Canonicas sanctiones facta censeri non posset, iuxta tex. & quæ ibi notantur in *c. 1. de consuet.* Quemadmodum enim licet alienatio rei Ecclesiæ absolute considerata grauosa censeatur Ecclesiæ, & ideo nõ valeat consuetudo, quæ eam admisit sine solemnitatibus à Iure requisitis *cap. causam, quæ de re iudic.* non tamen ita grauosa censetur solemnitatibus interuenientibus, sed potius licita ex *cap. 1. de his, quæ fiunt à Præl.* eodem modo licet grauosa censeri possit Ecclesiæ remissio decimarum absolute considerata, non ita tamen positis dictis solemnitatibus; sed non obstat tex. *in cap. veniens, de trãsact.* quia agit de trãsactione facta à Sacerdote sine Episcopi auctoritate, atq; ita sine debitis solemnitatibus iuxta *cap. 2. & cap. de cætero, eod. tit.* Nec etiam obstat quod remissio decimarum in hoc tex. facta esse videatur per modum priuilegij, quia respondetur vt infra.

4 *Indefinite decimas, &c.* Ex his verbis iuncto fine colligit glos. hic vulgarẽ illam regulã quòd indefinita dispositio æquipollet vniuersali *l. si seruitus ff. de seruitut. vrban. l. si pluribus 45. ff. de legatis 2.* cum similibus, & in dispositione legis post glos. *verbo aliorum in cap. vt circa, de elect. lib. 6.* ex quibus annotare frequentissimè scribentes ex multis, quos refert, comprobat late explicans Couar. *lib. 1. variar. cap. 13. num. 6.* Card. Mantic. *de coniecturis vltim. volunt. lib. 7. tit. 5. num. 1. & 10.* & in dispositione tam legis, quàm hominis si detur in vtraque eadem ratio, Menoch. *de præsump. lib. 4. præsump. 21. num. 5. & præsump. 62. num. 7.* Mascard. *de probat. conclus. 1181. num. 38. cum seqq.* plene Card. Tusc. *tom. 4. littera I. conclus. 86. cum seq.*

5 *Illius temporis, sed futuri.* Notabilis est tex. iste, vt ait Abb. in summario, dum probat, quod si Episcopus priuilegio suo simpliciter, & indefinitè decimas Episcopales remittat, non solum præsentes, & præteritas, sed etiam futuras remittere censetur, ita etiam Butr. & Henric. à principio, & omnino *à num. 5.* Anch. *num. 3.* Socin. *num. 1.* & omnes alij hic, prosequitur ex professo plenissimè Alber. Brun. *in tract. de augmento conclus. 9. & conclus. 16.* & alij relati à Pinel. *in rub. C. de rescinden. vendit. par. 1. cap. 3. n. 24.* Duen. *reg. 73.* Valasc. *consult. 58. num. 10.* Card. Tusch. *tom. 1. littera B, conclus. 49. num. 9. & tom. 2. littera D, concl. 491. & littera E, concl. 560. & tom. 6. litteræ P, concl. 735. à num. 23.* Viuian. *tom. 1. communium opinionum, lib. 1. tit. 17. num. 256. vers. nec non, pag. 240.* Aloys. Ricc. *in collect. decisionum, par. 2. collect. 365. in principio*, Cabed. *p. 2. decis. 95. à princip.* consonatque in eandem conclusionem tex. *in cap. ad audientiam, 12. & in cap.*

ex

6 *ex parte* 17. *de decimis*, & quod in legatis simpliciter factis receptum est venire augmentum, quod postea rei legatæ accessit, siue cum pronomine, meum, siue simpliciter fiant, vt probat text. elegans *in l. cum fundus* 10. *ff. de legat.* 2. quem latè explicat Couar. *pract. cap.* 2. *nu.* 2. *cum seq.* sic etiam in hypotheca rerum ad me pertinentium facta simpliciter, quod veniant tam præsentes, quàm postea acquisitæ probat tex. *in l. vlt. C. quæ res pignori*, cum alijs, quæ post Neguz. *de pign. par.* 2. *memb.* 2. *à princip.* adducit Duen. *reg.* 76. Cõfirmatur deinde cõclusio ex alia ratione, quam tex. in præsenti sensit in

7 his verbis, cum nihil exceperit cum potuerit excepisse, quibus probat, quod quando verba generaliter, vel indefinitè proferuntur ab eo, qui aliquid excipere potuit, & non excepit, omnia venire intelliguntur, quæ venire possunt, & continentur in lata verborũ significatione, quod etiam insinuat tex. *ind. c. ad audientiam*, & deducitur *ex reg. tex. in l. veteribus*, 40. *ff. de pactis*, secundum quam, quoties verba ambigua sunt in quibuscunque conuentionibus, semper contra proferentem fit interpretatio, exornant multi, de quibus Alph. *collect.* 248. Cum ergo Episcopus decimas Episcopales simpliciter remittens potuisset decidere terminum aliquem, per quem simplex concessio ad præsentes decimas, aut præteritas, si id voluisset, restringeretur; veluti dicendo quas nunc monachi possident, non immeritò decidit Pontifex, quod cum nullas exceperit, omnes concessisse videtur.

8 Intellige, quando dispositio indefinita, aut generalis posita est simpliciter sine pronomine, meum, vel adiectione præteriti, aut præsentis temporis, tunc enim futura comprehendit etiã in legatis, vel alijs, in quibus de dominij agitur translatione, atque ita text. in præsenti ex eadem ratione procedere, & contrarium esse dicendum, si in concessione, seu remissione adijceretur pronomen, meum, suum, aut similia, deducitur ex resolutis per Abb. *in cap. cum capella, num.* 5. *hoc tit.* ex quo communiter receptum dicit, & sequitur Fortun. *in l. Gallus* §. *& quid si tantum, n.* 115. *cum seqq. ff. de liberis & posthumis*: Et confirmatur sequenti syllogismo. Verba generalia, aut indefinita, si materia subiecta non repugnat ex se, & ex sermonis proprietate sunt apta non solum præsentia, sed etiam futura comprehendere, at in remissione decimarum simpliciter sine pronomine, meum, suum, vel alia demonstratione, quæ præsens tempus ostendat, si fiat debitis interuenientibus solemnitatibus, non repugnat materia subiecta ex Ecclesiæ, aut successoris præiudicio, iuxta supradicta, ergo rectè tex. decidit futuras decimas comprehendere, qui quidem intellectus benè conuenit cum communi, ille enim primo loco totum ponit in vi, & proprietate sermonis, communis autem considerat Ecclesiæ præiudicium, vt ostendat materiam subiectam non repugnare.

9 Ex quibus colligitur iam nõ esse necessarium recurrere ad alios intellectus, quos ad hũc tex. excogitarunt DD. Henric. enim hic *num.* 3. ait propterea in remissione indefinita decimarum contineri futuras, quia importat titulum vniuersale, qui æquè comprehendit præsentes, ac futuras decimas, per tex. *in l. grege* 21. *ff. de legatis* 1. *& in l. grege* 6. *ff. de legat.* 2. cum similibus. Neque discrepat alius intellectus Butr. *num.* 7. dum ait Ius hoc ex remissione decimarum competẽs monasterio, indiuiduum esse, tam respectu præsentium, quàm futurarum, & proinde omnes comprehendere, iuxta *reg. l. si communem ff. quemadmodum seruitutes amittantur*, quibus fauet ratio huius tex. quod vna, eademq; res non debet diuerso iure censeri, iuxta *cap. cũ in tua, de decimis*, explicat enim Butr. quod sicut ius, quod habebat Episcopus exigendi decimas, erat vnum integrale, habens se æqualiter ad præsentes, & futuras, ita etiam remissio æqualiter habet se ad omnes, & per eam, quoad omnes ius illud sublatũ est. Sed solido non nituntur fundamento, nam decimarum nomen collectiuum non est, vt grex, hæreditas, peculium, & similia, itaut oratio per illud concepta vniuersalis dici debeat, neque hoc ius, quod Episcopus habet recipiendi decimas, vel Monasteriũ non soluendi, ita indiuiduum est, & inseparabile respectu nouarum decimarum, vt necessariò, qui illas percipit, vel non soluit, & has percipere, vel non soluere necessario debet, immo contrarium, & Iure, & vsu compertum est, quod ius percipiendi decimas antiquas, vel non soluendi separatum sit à nouis decimis, & qui illas percipit, has non percipiat *cap. dudum* 31. *infra hoc tit. cap. tua* 25. §. *vlt. de decimis*, & explicat totam difficultatem longo discursu Gilchen. *de præscrip. par.* 1. *cap.* 6. *num.* 189. *cum seqq.* quare neque ratio tituli vniuersalis, neque alia de iure indiuiduo difficultatem tollit: sed ad prædictam rationem est recurrendum, quod verba hæc indiffinitiua simpliciter, idest sine temporis, aut pronominis adiectione, ex se apta sunt, vt comprehendant omnes decimas præsentes, & futuras. Ratio deinde æqualis est, tam ad has, quàm ad illas, neque aliqua differentiæ ratio assignari potest, quare præsentes remiserit Episcopus, non verò futuras, non etiam versatur ibi alicuius tertij præiudicium, ergo his omnibus concurrentibus rectè decidit Pontifex omnes comprehendi, & venire futuras in hac indeffinita remissione.

10 Non obstat, quod tex. in præsenti agere videtur de remissione decimarum per modum priuilegij, vt patet ibi, priuilegium prædecessoris tui, ac perconsequens strictissimè debeat interpretari *cap. porrò, cap. fanè, hoc tit.* quia respõdetur huiusmodi remissionem decimarum ab Episcopo, de quo hic, per modum priuilegij factam non fuisse, licet enim in principio thematis, & facti narratione de priuilegio mentio fiat, accipiendo scilicet priuilegium in lata illa

illa significatione pro quacunque superioris cõ-
cessione, in decisione tamen apertè Põtifex ostẽ-
dit remissionem hanc habere naturam benefi-
cij, quod latissimam recipit interpretationem,
& sic de beneficio esse intelligendum hunc tex.
post Panorm. & D. Barbos. *in d. §. quod in anno n.*
16. & 17. communem comprobat Perez de Lara
de anniuersarijs, & capell. cap. 16. num. 16. & ante
eum Couar. *variarum lib. 1. cap. 13. in fine,* mul-
tos referens, & benè aduertens non sufficere
hanc rationem, nisi addatur alia, quam sequi-
mur ex proprietate, & rigore verborum, quæ
etiam futura comprehendunt, & materia su-
biecta, quæ non repugnat. Adde insuper priui-
legium propriè esse, quando aliquid conceditur
contra Ius commune, vt ex ipsius priuilegij de-
finitione deprehenditur, de qua *glos.* communiter
recepta *in rub. de rescrip. lib. 6.* vnde cum text. in
præsenti agat de remissione decimarum facta
secundum Canonicas sanctiones, non ad priui-
legij, sed ad beneficij naturam accedere dicen-
dum est, cum ergo priuilegium non sit, fauorem
monasterij concernit, ac subinde beneficium
est, iuxta generalem beneficij descriptionem,
de qua in *cap. 1. vers. in primis, in quibus causis*
feudum amittatur, nec quando fit à Prælato de-
bitis solemnitatibus, diuersa censeri debet,
quoad hunc effectum ab illa, quæ fit à domino
rei suæ.

11 Quamuis tex. in præsenti ex proximis ratio-
nibus rectè defendatur quando remissio decima-
rum Episcopalium fit ab Episcopo, non ita ta-
men, sed contrarium est resoluendum, si remis-
sio fiat à Romano Pontifice, tunc enim neque
beneficium dici potest, sed potius priuilegium
in toto rigore debet censeri, neque plenam,
sed strictam recipit interpretationem, & conse-
quenter præsentes tantum decimas, non futuras
comprehẽdit, quo casu procedit tex. *in c. tua 25.*
§. vlt. de decimis, & in c. 2. in princip. & in §. 1. eodem
tit. lib. 6. atque ita hanc differentiam inter con-
cessionẽ factã ab Episcopo secũdum Canonicas
sanctiones & Priuilegium Romani Pont. sentiunt
glos. & reliqui omnes, qui illam sequuntur, dum
totam rationem huius text. ponunt in eo, quod
hæc remissio, seù cõcessio solius cõcedẽtis præ-
iudicium continebat, & expressè Rebuf. *de de-*
cimis q. 14. num. 32. Brun. *d. conclus. 9. vers. prædi-*
cta, Gutier. *canon. lib. 2. cap. 21. num. 123.* melius
quam omnes D. Barbos. *d. §. quod in anno nu. 18.*
Vnde infertur solutio ad obiectionem deductam
12 *ex Clemen. vlt. de rescrip.* dum decidit rescriptum
de beneficio vacaturo nõ extendi ad beneficium
creatum post datam rescripti, interpretatur
enim Card. ibi ex eo procedere, quia odiosa
erat huiusmodi gratia à Romano Pontifice con-
cessa in præiudicium Ordinariorum, ac subinde
diuersa ab illa, de qua in hoc text. quæ solius
concedentis præiudiciũ continet. Sic etiã in pri-
uilegijs propriè sumptis, quæ scilicet cõtra Ius
cõmune à Romano Põtifice cõcedũtur, procedit
tex. *in clemen. 1. in fine, de censibus,* vbi omnes notãt
& Padil. *in l. non modus, nu. 5. C. de seruitutibus.*
Neque his obstabit tex. *in cap. ex parte 27. de de-*
13 *cimis,* dum probat eum, cui priuilegio Sum-
mi Pontif. concessum est, vt decimas percipiat,
noualium decimas percipere posse ex ea ratio-
ne, quia, cui conceditur, quod est maius, conce-
ditur etiam, quod est minus; nam ad illum
tex. varij assignari solent intellectus, quos
prosequitur Rebuf. *à n. 6.* Couar. & Gutier. dictis
locis, Soar. *de religione tom. 1. tract. de decimis, lib. 1.*
cap. 23. à nu. 4. inter quos ille iam receptus est
à recentioribus, quod procedat ex mente cõce-
dentis, quia scilicet verius est non agi ibi de
priuilegio percipiendi decimas in aliena paro-
chia, hoc enim restringẽdum esse libenter faten-
tur, idque colligunt ex verbis tex. ibi, Paro-
chiarum tuarum, &c.

14 Amplia adeò huiusmodi priuilegium de de-
cimis non soluendis concessum à Romano Pon-
tif. odiosum esse, & restringendum, vt etiamsi
expressè de noualibus mentionem faciat, ad no-
ualium decimas trahi non possit, quæ ab alijs
erant possessæ tempore priuilegij concessi, vt
decidit tex. *in cap. dudum, 31. infra hoc tit.* cuius
decisionem vltra Abb. & ordinarios ibi, com-
mendant, & exornant Rebuf. *d. quæst. 14. nu. 33.*
Couar. *d. cap. 17. num. 14.* Gutier. *d. cap. 21. n. 126.*
cum seqq. immo notabilior est decisio tex. in *d.*
cap. 2. §. 1. de decimis lib. 6. dum specialiter, & nouo
Iure contra verborum proprietatem restringit
priuilegium de decimis noualium percipiendis,
pro ea portione, pro qua veteres percipiebat, vt
si impetretur ab illis, qui totaliter veteres per-
cipiebant, vt extendi non posit vltra medieta-
tem noualium, commẽdant specialem casum cõ-
tinere aduertentes Abb. & alij, de quibus Rebuf.
d. q. 14. n. 34. Gutier. *d. c. 21. nu. 25. ad finem,* Soar.
d. cap. 23. num. 5. Ampliatur etiam prædicta re-
15 solutio, quod priuilegium de non soluendis
decimis noualium extendi non possit ad deci-
mas noualium, quæ tempore impetrationis iam
erant proscissa, quia à tempore proscissionis
statim efficax ius cœpit competere ijs, quibus
idem ius alioquin competebat, cui subinde Põ-
tif. præiudicare non intendisse dicendum vide-
tur, vt ex Abb. receptam sententiam profiten-
tur Couar. *d. cap. 17. num. 14.* & Gutier. *d. c. 21.*
num. 127. Monet. *de decimis q. 4. nu. 69.*

16 Ex quibus omnibus inferri potest resolutio
ad illam quæst. controuersam, vtrum scilicet
si Summus Pontif. alicui Principi concedat col-
lationem beneficij alicuius ciuitatis, vel Prin-
ceps alicui domino, vel Magnati datam officio-
rum illius, talis concessio intelligatur de his
beneficijs, & officijs, quæ post concessionem per
Summum Pontif. vel Principem creata sunt? &
ex dictis, quoad officia per Principem de nouo
creata, pars affirmatiua amplectenda est; dixi-
mus enim concessionem, seù dispositionem sim-
pliciter factam sine adiectione temporis præ-
sentis, aut pronominis, meum, futura compre-
hendere, sed quæstionem concessionis officiorũ
in

in eisdem terminis proponimus, ergo futura quoque officia comprehendi dicendum est: facit decisio huius tex. quatenus habet remissionem decimarum simpliciter factam futuras comprehendere, atque etiam rationes, quibus Pontifex confirmat, quod beneficia Principis, quando ipsius solius concedentis præiudicium continent, latissimam recipiunt interpretationem, & consequenter futura comprehendunt: planum autem est huiusmodi concessionem officiorum, vel aliorum iurisdictionalium solius Principis præiudicium continere, quia ad ipsum solum eorum donatio, seu data pertinet, vt notant Innoc. & reliqui omnes in *cap. cum P, de fide instrumentorum*, & plures, de quibus Couar. *pract. cap. 19. ad finem*, Auend. *de exequendis mandatis Principum, cap. 10. in princip.* & sæpè repetit Cabed. *par. 2. decis. 14. & decis. 33.* faciunt, quæ resoluunt relati per Valasc. *de iure emphyt. q. 8. nu. 22.* Merito igitur huiusmodi officiorum concessionem comprehendere futura tenent post alios D. Barb. latè disputans in *d. §. quod in anno, num. 17.* & quoad officia, & beneficia Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 1. q. 20. art. 8.* & confirmatur ex resolutione eorum, qui docent, quod si à Principe concedatur iurisdictio alicuius castri, & deinde numerus incolarum, aut ipsum castrum augeatur, etiam ad augmentum iurisdictio extenditur, vt ex Angelo resoluit Brun. *de augmento concl. 9. in princip.* & ex Bald. Guido Pap. *decis. 265. & decis. 489. num. 2.* & ex Alexand. pluribusque alijs Card. Tusch. *tom. 6. littera P, concl. 735. à num. 3.* & plenius Couar. *pract. cap. 2. num. 1. ad finem, & nu. 8.*

17 Quamuis contrariam sententiam, quod in hac officiorum concessione veniant solum officia creata tempore concessionis, teneat Afflict. *lib. 3. constitutionum, rubr. 4. num. 10.* quem refert, & sequitur Cabed. *par. 2. decis. 22. num. 3. & 5.* Neque obstat *clement. vlt. de rescrip.* vbi gratia ad beneficium vacaturum non extenditur ad creatum post ipsam gratiam, quia procedit in gratia Romani Pontif. in præiudicium Ordinariorum, hic vero de solo agitur præiudicio Principis concedentis: deinde vt aduertit D. Barb. gratia erat ibi particularis, hic vero est concessio generalis.

18 *Vna, eademque substantia, &c.*

Notatur ad hoc, quod vna, eademque res non debet diuerso Iure censeri, vt per Tiraquel. *de retract. lig. §. 1. glos. 18. n. 21.* Gonzal. *reg. 8. Cancellaria, glos. 43. num. 160.*

19 In glos. [Sed futuri.] Notatur ad hoc, quod licet verba in dubio videantur relata ad tempus præsens per *l. si ita, ff. de auro, & argento legato*, tamen id non procedit in concessionibus respicientibus solum præiudicium concedentis, nam tunc quasi beneficium latè accipietur, atque ita etiam futura in illis venient, vt per Cou. *practicarũ c. 2. n. 1. ad fin.*, Fr. Emman. *d. art. 8.* Valasc. *consult. 58. n. 10.* D. Barb *d. §. quod in anno nu. 16.*

20 Notatur etiam ad hoc, quod non est locus fictioni cum tractatur de præiudicio alterius, vt per Tiraq. *de retract. tit. 1. §. 1. glos. 10. num. 71. & tit. 2. §. 2. glos. vnic. num. vlt.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *DD. qui de Patriarchis egerint referuntur.*
3 *Romana Ecclesia omnium aliarum, omniumque fidelium mater est, & magistra.*
4 *Constantinopolitani Patriarchatus originem qui referant, citantur.*
5 *Alexandrini Patriarchatus dignitas, & origo ostenditur.*
6 *Antiocheni Patriarchatus dignitas, & quando inceperit, discutitur.*
7 *Catholici nominis excellentia quanta sit, remissiuè.*
8 *Hierosolymitani Patriarchatus origo, & dignitas, ostenditur.*
9 *Patriarchæ, & alij Prælati immediatè subiecti Papæ tenentur ei præstare obedientiam, & iuramentum.*
10 *Patriarchæ palium à Romano Pontifice tantum accipiunt.*
11 *Palium vniuersaliter solum à Romano Pontif. datur.*
12 *Archiepiscopi, an à quatuor Patriarchis palium accipere possint, ostenditur.*
13 *Archiepiscopi in tota sua prouincia possunt ante se Crucem elatam deferre, etiam in locis exemptis.*
14 *Patriarchæ vbique ante se Crucem deferre possunt.*
15 *Patriarchalis Crux qualis debeat esse, ostenditur.*
16 *Patriarchæ in Vrbe Romana, vel vbi Romanus Pontifex fuerit, Crucem præferre non possunt.*
17 *Curia Romana, vel Principis ibi est vbi Papa, vel Princeps existit.*
18 *Patriarcha Crucem præferre non potest, vbi legatus Papæ præsens esset.*
19 *Insignibus Apost. dignitatis vti non potest, nisi legatus de Latere.*
20 *Appellari potest ad Patriarchas in omnibus causis suarum prouinciarum.*
21 *Appellatio gradatim non vero omisso medio est interponenda est.*
22 *Appellari an possit ad Patriarchas omisso medio, ostenditur, & nu. 23.*
24 *Imperator non admittit appellationes ad se interpositas omisso medio.*
25 *Papa appellationes ad se interpositas omisso medio solet admittere, & nu. 26.*
27 *Princeps an possit subditos sine culpa iure suo priuare, remissiuè.*
28 *Priuilegium alicui concessum, an Princeps sine causa reuocare possit, ostenditur.*

Cap. Antiqua. XXIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. And. Hostien. Anch. Butr. Henr. Panor. Marian. Socin. Ximen. Tole-

Toletan. *in concordan. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.1. & 2.* Viuian. *in rational. lib.5. Iuris Pontif. pag.* 203. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 717. desumitur ex Concil. Lateranen. sub Innoc. III. *cap.5.* & refertur ab Anton. Aug. *collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 12. cap. 6.*

2 Textus in præsenti est valde notabilis, & frequentissima nostrorum, ac Theologorum allegatione celebris dum & Patriarcharum Sedium ponit priuilegia, & præcedentia vnius ad alteram, atque etiam conclusionem illam repetit à Summis Pontificibus & generalibus Concilijs sæpius inculcatam, quod Romana Ecclesia omnium aliarum, omniumq; fidelium mater est, & magistra, atque adeò super omnes primatum tenet, consonat in his omnibus text. *in cap. renouantes 22. distinct.* De Patriarchis vltra Ordinarios hic, & ibi, Iacobac. *de Concilijs lib. 1. art. 12. §. secundo est videndum,* Cassan. *in catalog. gloriæ mundi par. 4. consider. 9.* Couar. *lib. 4. variar. cap. 14. num. 13.* Paul. Fusc. *de visit. lib. 1. cap. 2. num. 9. cum seqq.* Petr. Greg. *rei beneficiariæ cap. 10. num. 4. & syntagm. lib. 15. cap. 2.* Lælius Zech. *de repub. Ecclesiast. tit. de statu Reuerendiss. Patriar.* Math. Vgon. *in tract. de præstantia Patriarchali*, plures, de quibus Cened. *ad Decretum collect. 58.* quibus adde Dionys. Paul. *in speciali tract. de vera quatuor Patriarchalium sedium erectione, ac earundem propriè inter se æqualitatem* &c. Flamin. *de resignat. lib. 2. q. 1. num. 38. cum seqq.* Io. Garc. *de nobilit. glos. 48. §. 3. num. 13. cum seqq.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancellariæ glos. 41. n. 11. cum seqq.* Azor. *institut. moralium par. 2. lib. 3. cap. 35. & 36.* Modern. *de iurisdict. par. 1. cap. 16. n. 4. cum seqq.* quos late refero Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi par. 1. sub tit. 3. de vera Patriarchalium sedium erectione.*

3 *Super omnes alias Ordinariæ potestatis obtinet principatum.* De Ecclesia Romana, quod omnium aliarum, omniumq; fidelium mater sit, & magistra, atque super omnes primatum obtinet, dixi *d. tit. 3. de vera Patriarchalium erectione cap. 2. num. 14.* & supra *ad cap. 1. de summa Trinit. nu. 6.*

4 *Constantinopolitana primum.* De Patriarchatu Constantinopolitano latè egi Ego ipse *d. tit. 3. cap. 3.* & ibi citatis adde Dionys. Paulum *d. tract. de vera quatuor Patriarchalium sedium erectione cap. 10.*

5 *Alexandrina secundum.* De Patriarchatu Alexandrino multa adduxi Ego ipse *d. tit. 3. cap. 4.* & Dionys. Paul. *d. tract. cap. 8.* vbi *num. 8.* asserit huiusmodi Alexandrinæ Ciuitatis nobilitatem, & amplitudinem insignem, causam, & rationem fuisse, vt ibidem sedes principalis poneretur, sicut & eadem consideratio causa fuit, vt Alexandrina, licet posterior instituta, Antiochenæ præferretur, eo quod præfectura Alexandrina, Augustalis dicta, iuxta rub. *Cod. de off. Præfecti Augustalis*, ab Augusto eo nomine insignita magnificentissimèq; præ cæteris ab eodem nobilitata longè præstabat Syriæ præfecturæ, vbi expressè obseruauit Card. Baron. annaliū Ecclesiæ *tom. 1. sub anno Christi 39. in vers. qualis esset.*

6 *Antiochena tertium.* De Patriarchatu Antiocheno, dixi *d. tit. 3. cap. 5.* & latè Dionys. Paul. *d. tractatu cap. 7.* vbi *num. 7.* refert Antiochenam Ecclesiam germanam Romanæ meruisse appellari ab Innocen. I. *in epistola 14. ad Bonifac. presbyterum*, vt habetur in *tom. 1. Conciliorum pag.* 781. ex quo vtriusque Cathedræ officium Ecclesiasticum ordinatum fuit, vt in breuiario Romano patet, & in ea celebris antiphonarum vsus cœpit, vt ex Tripartita historia referunt Vualfridus *de exordys, & incrementis rerum Ecclesiasticarum cap. 25. vers. dicendum*, Amalarius Fortunatus *de Ecclesiast. off. lib. 4. cap. 7. vers. vt Tripartita*, & Rodulphus Riuo *de canon. obseruantia, cap. 12.* & hinc forsan illius Ecclesiæ Antistes dicebatur Sacrosanctæ Antiochenæ Ecclesiæ Catholicus, de quo meminit Petrus Gregor. *syntagmatum lib. 15. cap. 7. num. 5.* de cuius nominis catholi-
7 ci origine, & excellentia multa adducunt Stephan. Durant. *de ritibus Ecclesiæ lib. 2. cap. 33. n. 12.* & ex Paneiano, & alijs eleganter Valdes. *de dignitate Regum, Regnorumq; Hispaniæ cap. 13. n. 27. & 28.* aduertens *num. 30.* ex Guillelmo Tyrio *lib. 14. belli sacri cap. 12.* & alijs ideo Patriarchā Alexandrinum se appellari Catholicum vt vniuersalem Patriarcham, quia duodecim, aut tredecim Archiepiscopos, & ingentem numerum Episcoporum sub ditione spirituali gubernabat. De cognomine Catholici ab Ecclesia concesso Hispaniarum Regi, ac de eius excellentia, & antiquitate latè Valdes. *d. cap. 13.*

8 *Hierosolymitana quartum.* De Patriarchatu Hierosolymitano egi *d. tit. 3. cap. 6.* & adde Dionys. Paul *d. tract. c. 9.* vbi *n. 15.* aduertit, quod crescēte in Hierosolymitanam Ecclesiam Christi fidelium deuotione factum fuit, vt Vigilij Papæ, & Imperatoris Iustiniani tempore de Antiocheno Patriarchatu, itemque de Alexandrino tantum fuerit Hierosolymitanæ Ecclesiæ concessum, atque largitum, totq; eidem decreti, atque assignati suffraganei Antistites, vt verum Patriarchalis sedis titulum, honorem, ac potestatem consequi mereretur, obseruauit Cardin. Baronius *tom. 7. annalii Ecclesiæ anno Christi* 553 Vigilij Papæ *anno 14. & Iustiniani Imperator anno 27. in pag. 441. in vers. acta illa.* Cuius notabilia, & aurea verba habent in hunc modum; Tempore prædicti Principis, Iustiniani videlicet, congregata est Synodus generalis apud Constantinopolim tempore D. Vigilij Papæ, Eutychij Constantinopolitani, Apollinaris Alexandrini, Pauli Domni Antiocheni, & Eustochii Hierosolymitani Patriarcharum super tribus Capitulis, &c. in qua Synodo post alias populo Dei neces-

necessarias institutiones, quas pro tempore promulgandas decreuerat Sanctorum Patrum, qui ad eam conuenerant, auctoritas, prædictam Deo amabilem Hierosolymitanam honorare Ecclesiam, & eius Episcopo locũ inter Patriarchas dare, communi sanxit volũtate, reuerentiã exhibens Sanctæ Resurrectioni, & quoniam prædicta Dei cultrix Ciuitas, quasi in limite Alexandrini, & Antiocheni Patriarcharum erat, nec haberet, vnde illi Vrbi ordinatet suffraganeos, nisi vtriq; Patriarchæ aliquid detraheret, visum est expedire ab vtroq; aliquid detrahere, vt eidem iuxta formam aliorum Patriarcharum ordinaret subiectos; subtraxerunt ergo Antiocheno Cæsariensem, & Scythopolitanum Metropolitanos: Alexandrino vero Rubensem, & Berythensem, item Metropolitanos, & quoniam iterum eũdem Patriarcham oportebat habere præter supradictos Metropolitanos, familiares suffraganeos, quos Græcis syncellos vocant: subtraxerunt prædictis Metropolitanis quosdam Episcopos, & quosdam de nouo erexerunt vsque ad vigesimum quintum. Hæc Card. Baron. addẽs eadem reperijsse scripta in Bibliotheca Vaticana in Codice notissimo, cui est titulus, liber cẽsuũ.

9 *Præstito sibi fidelitatis, &c.* Ex his verbis colligunt scribentes post glos. hic, *verbo obedientia*, Butr. *num.* 9. Zabarel. *num.* 5. & Abb. *nu.* 6. *vers. in glos.* quod Patriarchæ, & alij Prælati immediatè subiecti Papæ, ei tenẽtur præstare obedientiæ iuramentum, iuxta formã tex. *in cap. Ego N. de iureiurando*, sicut Episcopi suo Archiepiscopo, & Archiepiscopus suo Patriarchæ, atque etiam Sedis Apostolicæ promittere obedientiam, consonat tex. *in cap. dilecti, de maior. & obedien.* notat glos. *verbo Sacramento in cap. vt super, de rebus Ecclesiæ non alienan.* explicat Rodoan. *in tract. illius tit. q.* 3. *de alienat. non obstante iuramento à num.* 1. Martinus Vranus *in d. cap. Ego N. à princip.* & alij relati à Cened. *ad Decretal. collect.* 108. *num.* 1. aduertentes, quod licet tex. in præsenti de sola obedientia faciat mentionem, consuetudo tamen recipit, vt non aliter promittatur, quam præstito iuramento.

10 *A Romano Pontifice receperint pallium, &c.* Ergo Patriarchæ solummodo pallium à Romano Pontifice recipiunt, vt habetur in præsenti, & per totam *dist.* 100. irẽ & Archiepiscopi, nisi ex antiqua cõsuetudine, vel speciali Põtificio beneficio alicui Episcopo specialiter concedatur, vt *in cap. cum in iuuentute, de præsump.* explicant Host. *in summa sub tit. de auctoritate, & vsu pallij nu.* 3. Durand. *in rationali Diuinorum lib.* 3. *cap.* 17. Conrad. Brun. *de cæremon. lib.* 3. *cap.* 4. *ad finem*, Ruzæus *de præeminentia Archiepiscopalis dignitatis priuil.* 21. & Steph. Durant. *de ritibus Ecclesiæ lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 41. *cum seqq.* Guido Pancirola *variarum lectionum lib.* 2. *cap.* 20. Daturque à solo Romano Pontifice

11 vniuersaliter iuxta tex. *in cap. nisi, de auctoritate, & vsu pallij*; quia datur in signum plenitudini potestatis, iuxta tex. *in præsenti*, & *in cap. ad honorẽ, illo tit.* quæ potestatis plenitudo ab alio dari non potest, nisi ab Apostolica Sede, eiusque Preside Romano Pontifice Petri successore, à quo tanquàm à capite in alios Prælatos tanquàm membra omnis profluit Ecclesiastica iurisdictio, *cap. in nouo* 21. *distinct.*

12 *Et ipsi suis suffraganeis pallium largiantur.* Ex his verbis colligitur à quatuor Patriarchis Archiepiscopos pallium accipere posse, in quo videtur obstare tex. *in cap. significasti* 4. *ad finem, de elect.* vbi habetur, quod pallium à B. Petri corpore tantum suscipitur, quia scilicet à solo Romano Pontifice est accipiendum, vt post Host. notant Abb. ibi *num.* 9. Lelius Zech. *de repub. Ecclesiast. tit. de statu Illustriss. Patriarcharum n.* 5. *vers. traditur*, & ex Innoc. Petr. Alphon. de Vasconcell. *in harmonia rubricarum sub illo tit. de auctoritate, & vsu pallij nu.* 7. sed Host. *d. loco n.* 4. & alij, de quibus Henriq. *in summa lib.* 10. *cap.* 31. *in princip.* respondent Patriarchas pallium Archiepiscopis suis suffraganeis largiri posse, ex auctoritate ab ipso Romano Pontifice concessa, ac subinde dici non posse, quod ab alio accipiunt, quam à Romano Pontifice, & ab ipsius B. Petri corpore, iuxta reg. *qui per alium facit, de reg. Iuris lib.* 6.

13 *Dominicæ vero Crucis, &c.* Hoc est secundum Patriarchalis dignitatis priuilegium, nam licet omnibus Archiepiscopis concedatur, vt in rota sua prouincia possint ante se deferre Crucẽ etiam in locis exemptis intra prouinciam vigore Constitutionis editæ in Concilio generali Viennẽsi *in Clemen. Archiepiscopo, hoc tit. de priuilegijs*, & latè explicant Ruzæus *de prærogatiuis Archiepiscopalis dignitatis, priuileg.* 2 Lel. Zech. *d. tit. de statu Illustriss. Patriarcharũ n.* 6. Steph. Quaranta *in summa bullarij verbo Archiepisc. auctoritas* 28. *auctoritate*, extra prouinciã rñ Crucẽ deferre non possunt nisi illi, quibus speciali Sedis Apost. priuilegio fuerit cõcessũ, vt probat tex. *in cap.* 2. *vt lite pendente*, vbi notant omnes, & proximè

14 citati. Patriarchis tamen Iure communi priuilegium hoc conceditur in præsenti, vt vbiq; Crucem deferre possint, notant Bur. & Abb. hic *in princip.* Cassan. *in catalogo gloriæ mundi par.* 5. *considerat.* 38. *concl* 4. Petr. Greg. *syntagmatum Iuris lib.* 15. *cap.* 9. *num.* 6. Lel. Zech. *loco proximè citato num.* 2. *ad finem*. Henriq. *d. lib.* 10. *cap.* 29. §. 3. Gonzales *ad reg.* 8. *Cancellariæ glos.* 41. *n.* 45. Guido Pancirola *d. lib.* 1. *cap.* 20. §. *habent, & aliud* Ioan. Narbona, *de appellatione à Vicario ad Episcopum par.* 2. *fund.* 1. *num.* 12. vbi *num.* 13.

15 aduertit Patriarcharum Crucem, quam præferunt ligno transuersario gemino constare, cuius lignum superius transuersum breuius est, inferius longius; in quo distinguuntur à cæteris Episcopis, & Archiepiscopis, quibus nisi vnius

Kk dun-

duntaxat transuersi ligni Crucem intra suam prouinciā præferre non permittitur, vt obseruarunt Iacob. Cuiacius in Paralippomenō ad tit. *de foro competenti in cap. sanè 3. in fine*, Iust. Lypsi. *in notis ad suos de Cruce libros*, Iacobus Gretserus *de ortu Sanctæ Crucis 3. part. in descriptione Crucis Vuerdeanæ versic. verum cum circa.*

16 *Nisi in Vrbe Romana, &c.* Notat, & cōmendat, licet in praxi contrarium male seruari aliquando ex Host. referat, Rusæ. *d. priuil. 21. vers. 3. intelligite*; rationem verò colliges cum Anton. August. *in notis ad hunc tex. post collectiones ex l. 1. & l. vlt. ff. de officio Proconsulis*, quas explicat Anton. Faber *in rationalibus Pandectarum ad illum tit.* & Brison. *antiquitatum lib. 3. cap. 14.* Indeque colliges malè censisse Pancirola *d. cap. 20. §. habeant*, Patriarchas solum intra prouincias sui Patriarchatus posse deferre Crucem, nam ex limitatione, quam text. in præsenti facit in proximè adductis verbis, regulam firmat in contrarium quoad omnia alia loca, in quibus Romanus Pontifex præsens non reperitur, iuxta reg. tex. *in l. nam quod liquidè §. vlt. ff. de penu legata.*

17 *Vel vbicumq; Summus Pontifex fuerit.* Notatur hic text. pro doctrina eorum, qui docent Curiam Romanam, seu Papæ, vel Principis ibi esse, vbi Papa, vel Princeps existit, vt docet *glos. verbo Romana in extrauagan. execrabilis, de præbend. Ioan. XXII.* Innocen. Abb. & alij communiter *in cap. Ego N. de iureiurando*, commendat Roman. *singul. 145.* & post Tiraquel. & alios, Couar. *practicarum cap. 4. nu. 10.* Gonzal. *ad regulam 8. Cancellariæ glos. 13. §. 1. à num. 2.* Nicolaus Garc. *de benef. par. 5. cap. 1. num. 387. cum seqq.*

18 *Aut eius legatus.* Notatur ad hoc, quod Patriarcha Crucem præferre non potest, vbi Legatus Papæ præsens esset, vt per Quarant. *d. verbo Archiepiscopi auctoritas, vers. 28. auctoritas est*, in fine, vbi aduertit idem esse, quando præsens esset Cardinalis non Legatus, vel Nuncius cum facultate Legati de Latere, vt in cœremoniali Episcoporum *cap. 3.*

19 *Vtens insignijs Apostolicæ dignitatis.* Quæ esse pannos purpureos, equum album phaleratum, simul atq; freno, & calcaribus deauratis, eisq; vti non posse Legatum, nisi de Latere post Hostien. notant Butr. *num. 10.* Zabarel. *num. 6.* Abb. *num. 4.* & alij omnes in præsenti, Petr. Gambar. *lib. 2. de potestate Legati lib. 2. cap. 1. de varijs Ordinariorum nominibus, n. 21.* Ioan. Narbon. *d. tract. de appellat. à Vicario ad Episcopum part. 2. fundamento. 1. nu. 23.* Lel. Zech. *de repub. Ecclesiast. tit. de statu Illustriss. Legati num. 4. vers. viterius* & post Martianum Laur. Pancirola *variarum lib. 1. cap. 19.* vbi etiam de insignijs ipsius Papæ multa tradit.

20 *In omnibus autem prouincijs, etc.* Tertium, & notabile Patriarcharum priuilegium hic ponit Pontifex, vt scilicet ad illos in omnibus causis suarum prouinciarum possit prouocari. Ratio autem formalis huius priuilegij in eo consistit, quia secundum ordinarias regulas appellatio gradatim, non verò omisso medio est interponenda *l. Impe-*

21 *ratores 21. in princip. ff. de appellat.* & vltra ordinarios ibi, resoluunt Socin. *regul. 39.* Marant. *de ordine iudiciorum par. 6. cap. de appellat. à n. 368.* & alij de quibus Alphan. *collect. 892.* quibus adde Garc. *regul. 32.* & Sigismund. Scacc. *de appellat. quæst. 7. à princip.* ita scilicet vt inter Ecclesiasticos Iudices ab Archidiaconis, & alijs inferioribus Prælatis ad Episcopum, & ab Episcopo ad Archiepiscopum, & sic ab inferiori ad superiorem immediatum Iudicem interponatur appellatio *cap. dilecti 66. de appellat. cap. Romana, eodem tit. in 6.* prosequuntur Rosæ *d. de prærogatiuis Archiepiscopalis dignitatis priuileg. 6.* plenè Scacc. *quæst. 8. à num. 32.* Patriarchis ta-

22 men ipso Iure cōmuni singularis hæc prærogatiua indulgetur, vt ad illos omisso medio in omnibus suarum prouinciarum causis licita sit appellatio, atque ita text. in præsenti esse intelligendum, quia alias nullum concederet priuilegium Patriarchis contra principium huius tex. ibi, renouantes priuilegia, & hanc esse communem sententiam computatis auctoribus post Innocen. & Hostien. concludit Abb. hic *num. 7. & 8.* sequuntur Petr. Gregor. *syntag. Iuris lib. 15. cap. 9. num. 6.* Alberic. *in dictionario, verbo Patriarcha, vers. Patriarchæ, & Primates*, Lancell. Conrad. *in templo omnium iudicum lib. 2. cap. 3. num. 9.* Gamb. *d. tract. de potestate Legati lib. 2. cap. 1. de varijs Ordin. nomin. num. 25.* & *lib. 6. quæst. 22. nu. 106.* Marant. *d. cap. de appellat. num. 371.* Lel. Zech. *d. tit. de statu Illustrissimorum Patriarcharum nu. 4. ad finem.* Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchalium sedium erectione cap. 17. num. 27.* Ioan. Narbon. *d. par. 2. fund. 1. num. 26.* Scacc. *d. q. 7. num. 104.*

23 Quamuis contrarium tenuerit Butr. *num. 11.* hic, & immerito communem dicat, Zabarel. *num. 3. vers. nota quoad quatuor*, & alij, quos sequitur Henriq. *d. lib. 10. cap. 29. §. 1.* id colligentes ex *glos. vltim. in præsenti.* Pro quibus non facit fundamentum desumptum ex hoc text. ibi, saluis, &c. quatenus hoc, vt appelletur omisso medio, concedit soli Romano Pontifici, vt ibi dicetur; nam tex. non loquitur taxatiuè, neque impedit quod etiam quatuor Patriarchis specialiter concedatur iuxta considerationem Abb. de qua supra, quia si gradatim ad Patriarchas esset appellandum in prouincijs sibi subiectis, nihil illis specialiter concederet tex. contra mentem Pontificis in prædictis verbis Patriarchalium Sedium priuilegia renouantes. Potest tamen istorum resolutio defendi in Primatibus, qui minus propriè Patriarchæ appellan-

d d

pellantur in illis enim libenter admitto veram esse, & communem Butr. sententiam, at verò Panorm. quæ proculdubio verior, & receptior est, procedere in quatuor Patriarchis, de quibus in hoc text. & ita licet dubitans distinguit Scacc. *d. q. 8. versiculo declara secundo, & nu. 99. vers. quod si volumus, in fine.*

24 ***Saluis appellationibus ad Sedem Apostolicam, &c.*** Hic colligit *glos. vlt.* quod licet Romanus Imperator, qui aliàs mundi dominus dicitur *in l. deprecatio ff. ad legem Rhodiam*, non admittat appellationes ad se interpositas omisso medio, iuxta *d. l. Imperatores ff. de appellat.* contrarium tamen obseruat Romanus Pontifex, omisso enim medio ad se interpositas appellationes solet admittere, vt etiam probare vi-
25 detur text. *in cap. ad Romanam 2. q. 6.* notat glos. per text. ibi *in cap. si duobus 7. de appellat.* quas receptas communiter esse constat ex Marant. *d. cap. de appellationibus, num.* 369. Redoan. *de simonia par. 1. cap. 16. num.* 14. Anton. Scap. *in tractat. Iuris non scripti, cap. 41. num. 1.* Lancell. *de attentatis par. 2. cap. 12. ampl. 21. num. 5.* & plures alij, quos refert, & sequitur Scacc. *d. tract. de appellat. q. 7. num. 46. cum seqq.* Card. Tusch. *littera A, conclus. 352. num. 51.* Ioann. Narb. *d. tract. de appellat. à Vicario ad Episcopum par. 2. fund. 1. num. 25.*

26 Quamuis contra hanc receptam traditionem tenuerit Speculat. *tit. de appellat. §. nunc tractemus, in princip. lib. 2.* laudans, & benedicens Imperatori, quod in præiudicium inferiorum Ordinariorum, & in damnum, & laborem inæstimabilem litigantium ad se appellare omisso medio non permittat, quem liberius, seu magis audacius, quam oportebat, sequebantur Practica Ferrarien. Castald. & alij, quos refert Scacc. *loco proximè citato* eorum fundamentis plenè satisfaciens; sed pluribus rationibus cohonestatur hæc praxis, & Iuris Pontificij Constitutio, quia non solum vt maiorem Curiam habeat Papa, vt dicere videtur Bart. *in l. 1. §. si quis in appellatione, ff. de appellation.* sed vt subditi ad Sedem Apostolicam appellantes releuentur sumptibus, & laboribus, quibus Ecclesia maximè obuiare intendit, iuxta tex. in *cap. 1. in princip. de appellat. in 6.* litibus scilicet, & difficultatibus, quæ passim oriri solent cum disputatur quis sit Iudex mediatus, vel proximus. Ad illud autem, quod dicit Abb. hic *num. 8.* quod melius fortè esset prouisum si Pontifex non permitteret ad se appellare omisso medio, sicut Imperator, quem sequuntur reliqui omnes, de quibus Rose. *dict. priuilegio 6. in princip.* respondetur secundum eundem stylum Romanæ Curiæ solere Pontificem, si pars petat appellata, causam remittere ad summi Iudicem, nisi intelligat iustam subesse causam ob quam in Curia debeat eam retinere, iuxta doctrina Archidiac. & aliorum, quos citat Rebuf. *tom. 3. ad leges Galliæ tit. de appellat. artic. 2. glos. vnica à num. 9.* refert multos Scacc. *d. quæst. 7. à num.* 83. & sic cessat omnino præiudicium Ordinariorum, & damnum partium litigantium, quod Speculat. & alij qui eum sequuntur, considerare & attendere voluerunt.

27 In glos. [Alexandrina.] ibi (*& sic priuata fuit iure suo.*) Huic nostræ glos. dum causas prosequitur, ob quas potest Princeps subditos sine culpa iure suo priuare, alia est glos. similis *in cap. reseruantes 22. distinct.* quam commendant multi relati à Cened. *ad Decretales collect. 58. num. 2.* quibus adde Bobadil. *in sua politica lib. 2. cap. 16. num. 162.* Azor. *institut. moral. par. 1. lib. 5. cap.* 15. Guido Pancirola *variar. lib. 1. cap. 23.* Moder. *de iurisdict. par. 4. centuria. 2. casu 295. num. 17.* Sanch. *de Matrimon. lib. 2. disput. 15. nu. 3.* Bernard. Græuæum *ad practic. Cameræ Imper. lib. 2. conclus. 56.* Castil. *quotidianarum quæst. lib. 1. cap. 18. & lib. 3. cap. 6. num. 8.* & plures alios per me relatos in *remissionibus de dict. & clausulis, clausula 19. num. 12.* Adde supradictis in hoc text. probari conclusionem magis ad materiam tituli spe-
28 ctantem, videlicet, quod Princeps, qui priuilegium concessit subdito, illud ex iusta causa potest reuocare, quæ autem fuerit in hoc text. vt primus locus antea competens Antiochenæ Ecclesiæ ad Constantinopolitanam transferatur, dixi *de offic. & potestate Episcopi par. 1. tit. 3. cap. 1. num. 7.* Immo sine causa saltem cogente, & necessitatem inducente id posse Principem ex glos. *in reg. decet, de regulis Iuris lib. 6.* resoluunt DD. quos plenè refert, & sequitur Gabriel *communium lib. 5. tit. de Iure quæsito, conclus. 7.* & latius Soares *de legib. lib. 8. cap. 37. à princip.* & omninò *num. 4. & 10.* benè distinguens triplicem priuilegij formam: primam, quando priuilegium datur per modum contractus, quod resoluit secundum communem absque iusta causa reuocari non posse ab ipso concedente, vt latè prosequuntur Gabriel *d. tit. de iure quæsito concl. 7.* Pinel. *in rubrica de rescindenda venditione par. 1. cap. 2. vol. penult. & vlt.* Valasc. *consult. 72. num. 5. & consult. 120. num. 9.* Cabed. *Lusitanæ decis. 10. & decis. 75. à princip. par. 2.* Cancellerel. *de præstantia Regis Catholici cap. 33. à num. 6.* Ludouic. Rodolph. *in tract. de suprema, seu absoluta Principis potestate cap. 6.* [illegible] 170. secundam, quando priuilegium consistit in absoluta dominij translatione, quod idem Soar. fatetur etiam reuocari non posse absque iusta causa: tertiam, quando consistit in mera facultate, vel licentia operandi aliquid præter Ius commune, in qua concludit procedere prædictam communem doctrinam, quod etiam sine causa à concedente potest reuocari, cum eo prosequere, eleganter enim, ac satis omnia ad istum articulum spectantia resoluit.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Sepeliendus vnusquisque de iure est in Parochiali Ecclesia, vel potius in ea, in qua maiores sui sepeliri consueuerunt.*
3 *Declaratur tex. in præsenti.*
4 *Persona deputata alicui Ecclesiæ quando censeatur Ecclesiastica, ostenditur.*
5 *Pluralitas aliquando resoluitur in singularitates.*
6 *Oblati dicuntur qui non tantum bona propria, sed se ipsos dant monasterio.*
7 *Priuilegium merè voluntarium tempore non perditur.*
8 *Actus meræ facultatis nunquam præscribuntur.*

Cap. Vt priuilegia. XXIV.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anch. Panorm. Marian. Soc. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag.* 204. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 717. est in Concilio generali Lateranen. sub Innoc. III. *cap.* 57. & refertur ab Anton. August. *collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 12. cap. 7.*

2 *Sepultura Ecclesiastica non negetur.* Intellige quando huiusmodi priuilegiati decedentes nullam eligunt sepulturam, tunc enim vigore priuilegij sepeliri possunt in Ecclesijs, ad quas de Iure pertinent, licet sint interdictæ, in parochialibus scilicet, vel potius in ijs, quibus Maiores sui sepeliri consueuerunt, iuxta reg. tex. *in cap. 1. in princip. de sepul. & in cap. 3. eodem tit. lib. 6.* & quæ latè prosequuntur Spin. *in specul. testamentoru, glos. 2. princ. à princip.* & omnino *num.* 38. Gutier. *de iuramento confirmat. par. 2. cap. 4. à princip.* Io. Garc. *de expensis, cap. 8. nu. 4.* Card. Tusch. *tom. 7. littera S. concl.* 194.

3 *Vel aliorum non interdictas Ecclesias.* Intellige, ne aduersetur vers. præcedenti in proximè relatis verbis, quando priuilegiati elegerunt sepulturam in loco non interdicto, quia tunc debent sepeliri, non verò in Ecclesia interdicta, licet ad eam de Iure pertineret, & ratio sumitur ex regula prædictorum Iurium, quibus conceditur vnicuique, vt relicta antiqua Maiorum sepultura, vel etiam parochiali, possit aliam eligere *d. cap. 1. & d. cap. 3.* adeo, vt etiamsi demissa antiqua in loco minus religioso alia eligatur, nequaquam debeat ea electio impugnari, *c. a. §. vlt. eodem tit. de sepulc. lib. 6.* quare multo minus debuit impugnari voluntas priuilegiati, qui cum in loco interdicto posset eligere sepulturam in non interdicto propter diuina Officia, quæ ibi sine aliquo Iuris impedimento celebrantur, eam elegit, atque ita post Abb. & Syluestr. hunc esse verum intellectum huius tex. asserit Couar. *in cap. alma mater, par. 2. §. 2. num. 7. in fine.*

4 *Qui vel adhuc manentes in seculo, &c.* Notatur ad hoc, quod persona deputata, & donata perpetuò alicui Ecclesiæ, siuè seculari, siuè regulari, saltem si defert habitum aliqua ex parte religiosum, licet non emittat tria substantialia vota, censetur ecclesiastica persona, & gaudet priuilegio ecclesiastico canonis, & fori, vt per Nauar. *in tract. de redditibus ecclesiasticis monitu 55. num.* 44. Cou. *in cap. alma mater, par. 2. §. 2. num.* 8. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 123. art. 1. in fine.*

5 *Quia licet pluraliter dictū sit, &c.* Notatur ad hoc, quod pluralitas resoluitur in singularitates, vt per Gonzales *ad reg. 8. cancellariæ glos. 21. nu. 2.*

6 In glos. [Pro duobus.] Notatur ad hoc, quod oblati dicuntur, qui non tantum bona propria, sed se ipsos dant monasterio, vt per Fr. Emman. *d. q. 123. art. 1. in princ.*

7 In glos. [Semel in anno] ibi (*sed si per centum annos, &c.*) Notatur ad hoc, quod priuilegium mere voluntarium, per quod scilicet aliquid faciendum ponitur in libera voluntate priuilegiati (quod contingere potest, quando in priuilegio exprimitur, vt eo vtatur priuilegiarius si voluerit) tempore non perditur, sequuntur Butr. & alij hic, illam peregrinam, auream, & valde notabile dicit Balb. *de præscript. par. 4. 5. princip. q. 4. num. 4.* & alij, quos refert communem testatus Padil. *in l. falso, num. 9. C. de diuersis rescriptis* Gail. *lib. 2. obseru 60. num. 9.* Soar. *de legibus lib. 8. cap. 34. nu. 28.* Mench. *vsufreq. cap. 2. num. 11.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 7. ad fin.* Tiber. Decian. *resp. 43. nu. 34. vol. 3.* optime Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 49. art. 8.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. conclus. 60. consid. 3. lib. 2.* Et con-
8 firmatur ex generali regula, quæ docet actus meræ facultatis nunquam præscribi, vt per tex. *in l. 2. ff. de via publica*, & multis alijs comprobat Gabriel. *commun. lib. 5. tit. de præscrip. concl. 10.* Menoch. *de arbitr. casu 74. à num.* 7. Card. Tusch. *littera P, concl.* 537. ad plura similia rectè inferentes.

9 Sed in contrarium melius arguit Abb. hic *num.* 4. sequitur Dec. *in cap. cum accessisset, de constitut. num. 17. vers. 3. prædicta*, alias *num. 36. cum seq. ex l. 1. ff. de nundinis*, vbi etiam priuilegium faciendi nundinas erat in potestate priuilegiati, & tamen decem annis amittitur, nec aliquid facit, quod in voluntatem expressam conferatur siquidem solum exprimit, quod à Iure inerat iuxta *reg. l. 3. ff. de legatis* 1. cum similibus, de quibus Duen. *reg.* 285, & relati ab Alphano *collect.* 33. & confirmatur, quia omnia priuilegia cōstituūtur in volūtate priuilegiati, quia nemo cogitur vti priuilegio suo, iuxta reg. tex. *in cap. si*

cap. si de terra, supra hoc tit. Argumentum vero ex *d. l. 2.* parum vrget, si aduertas tex. illum procedere in ijs, quæ sunt publicæ facultatis, nos vero loquimur in facultate priuata, explicat Couar. *lib. 1. variar. cap. 9. num. 2.* alij verò aliter, atque aliter intelligunt; & limitant, vt per Coras. *lib. 6. miscellan. cap. 25.* Ferret *in l. 3. à nu. 100. ff. de vsucap.* Gabr. Menoch. Card. Tusch. locis proxime citatis, & tandem, quia huiusmodi reg. si vera est, procedit tantum in præscriptione vera, quæ ex parte præscribentis requirit possessionem, quæ non datur in ijs, quæ facultatis sunt, nisi à tempore prohibitionis, non autem potest applicari nostris terminis, in quibus nō de præscriptione huiusmodi, sed de tacita renunciatione agitur, ad quā factum, vel possessio aduersarij minimè requiritur. Ex quibus hæc resolutio contra communem satis probabilis est, & ita in rigore disputationis facilè defendi potest, sed pro concordia vide distinctionem Ioan. Andr. quam refert, & explicat Abb. *d. num. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Priuilegium certis religiosis concessum, vt tempore interdicti possint diuina Officia celebrare, extenditur ad Episcopos.*
3 *Priuilegium ad instar quod dicatur, ostenditur.*
4 *Priuilegium ad instar alterius concessum, an alteri communicetur, si prius illud augeatur, minuatur, vel reuocetur, ostenditur.*
5 *Doctores referuntur agentes de priuilegijs aliquibus religionibus concessis, vt pro suis festiuitatibus, vel etiam professione nouitij facienda publicè interdicti tempore celebrare possint.*
6 *Priuilegia concessa aliquibus, vt tempore interdicti diuinis interesse possint, alijs tantum prosunt, qui interdicto causam non dederunt.*
7 *Interdicti tempore priuilegium habentes interessendi Diuinis, an teneantur audire Missam sub peccato mortali in diebus festiuis, ostenditur.*

Cap. Quod nonnullis. XXV.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panor. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ, par. 1.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 205.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 718.* est in Concilio generali Lateranen. sub Innoc. III. *cap. 58.* & refertur ab Anton Augustin. *collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 12. cap. 3.*

2 *Ad Episcopos extendentes.* Notatur ad hoc, quod priuilegium certis religiosis concessum, vt tempore interdicti possint diuina Officia celebrare, extenditur ad Episcopos, vt post Silu. Couar. & Henriq. atque alios resoluit Sayr. *de censuris, lib. 5. cap. 5. num. 16.* vbi etiam asserit non procedere in Ecclesia specialiter interdicta. Circa extensionem priuilegiorum de vna persona ad alias ab ipsa lege factam, generalis est reg. constituenda, quod extensio huiusmodi facta censetur iuxta modum, & cum omnibus qualitatibus, quæ inerant in primo, seu principali priuilegio, ad quod refertur, vt planè deducitur ex reg. tex. *in l. item quæritur, §. qui impleto, ff. locati, & in l. nihil, in fine, ff. de coniungendis emancipatis cum liberis eius*, cum alijs, ex quibus eandem generalem regulā colligunt Card. Tusch. *tom. 3. littera E, concl. 660.* & in materia priuilegiorum idem Tusch. *tom. 6. littera P, conclus. 763. à num. 2.* Soar. *de legibus, lib. 8. cap. 15. à num. 2.* Mastril. *Siciliæ decis. 156. num. 20 cum seqq.*

3 hinc notantes in ea forma priuilegij, quod dicitur ad instar, idem dicendum esse, quando scilicet alicui datur ad instar, vel similitudinem alterius, quod alteri datum erat, vel æquiualenter per particulam, sicut illi, per hanc enim relationem omnia, quæ in priori dispositione continebātur, censentur repetita iuxta reg. *l. asse toto, ff. de hered. instit.* cum similibus, de quibus Peregr. *de fideicom. art. 16. à nu. 2.* & adducti ab Alphan. *collect. 803.* & in ipsa conceptione verborum priuilegij ad instar, vel ad similitudinem probat tex. optimus *in l. omnia, ad finem, C. de Episc. & cler. & in l. ad similitudinem, C. de adnot. diuer. iudiciorum*, & de altera forma, sicut illi, tex. notabilis *in cap. 2. hoc tit. lib. 6.* ex quibus, atque alijs comprobant post Oldrad. *consil. 300.* Card. Tusch. *d. concl. 763.* & post Mandos. *de priuileg. ad instar, q. 4.* Soar. *d. cap. 15. num. 2.*

4 Vtrum autem, quando priuilegium conceditur ad instar alterius, vel vni concessum alteri communicatur, si prius illud augeatur, minuatur, vel reuocetur, auctum etiam, diminutum, vel reuocatum censeri debeat in persona illius, cui communicatur? quam quidem quæst. post Abb. & alios disputat Mandos. *d. tract. q. 6.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 1. q. 55. art. 19.* Azeued. *consil. 36.* per totum, Soar. *d. cap. 15. à nu. 5.* Ex quorum mente resolue distinguendo, vel enim communicatio fit non per se, & principaliter, sed quasi dependenter ab eo, cui concessum fuit primò, & principaliter, vt contingit in extensione priuilegiorum ad familiares religionum, Episcoporum, & similium, in quibus planum est, quod non possunt vti priuilegio nisi iuxta modum, secundum quem eo vtitur ipse principalis ex generali reg. *cap. translato de constitut.* cum similibus, & ideo aucto, diminuto, vel reuocato priuilegio principali, sequitur necessariò augeri, diminui, & reuocari priuilegium in persona eorum, quibus communicatum est; aut priuilegium communicatur non sic dependenter, sed directè per se, & æqualiter, itaut persona, cui communicatur, eo vti possit eodem modo, quo prior poterat, vel ipse posset si primò, & per se ei fuisset concessum, quæ forma frequentissima est communicationis pri-

uilegiorum inter religiones vnius scilicet ad alteram, vt latè prosequitur Fr. Emman. *d. q.* 55. *à princip.* & in his terminis regula constituenda est negatiua, quod aucto, vel diminuto, aut reuocato priuilegio principali, non augetur, nec minuitur, nec reuocatur in persona eorum, quibus communicatur: supponimus enim vtrumque priuilegium stare per se, vt re ipsa distinctum, solumque apponi particulam ad instar, vel relationem ad aliud, ad terminandam significationem verborum, cognita autem hac significatione, & modo, & qualitate priuilegij sic concessi nulla remanet dependentia vnius ab altero, & consequenter cessat reg. *accessorium de reg. Iuris lib. 6.* & locum habet *reg. l. Papinianus exuli, ff. de minoribus*, & ita procedit, quod ait Fr. Emman. *d. art.* 19. quod in communicatione priuilegiorum religionum non communicatur non vsus, quia licet religio, cui primò concessa sunt, illis non vtatur, & propter non vsum ea amittat, adhuc tamen vti poterit alia religio, cui independenter communicata sunt. Procedit autem hæc reg. nisi contrarium ex forma communicationis colligatur, quia scilicet facta est per modum causæ fiendæ, idest in futurum, vt loquitur Azeued. *d. conf.* 36. *num.* 4. quia scilicet verba referuntur ad modum, secundum quem prima religio in futurum vtetur priuilegio, veluti quia conceditur sub illa forma, concedo Societati IESV priuilegia, quibus prout Mendicantes vtentur, concessio enim, seu gratia huiusmodi dependet ab vsu Mendicantium, & iuxta tempus futurum, ad quod refertur, debet intelligi iuxta reg. tex. *in l. in delictis, §. si extraneus, ff. de noxalibus act.*

5 *Vt cum commune terra interdictum, &c.* De priuilegijs aliquibus religionibus concessis, vt pro suis festiuitatibus, vel etiam professione nouitij facienda publicè interdicti tempore celebrare possint, vel cum moderamine *cap. alma mater, §. adycimus de sententi excom. lib. 6.* plenè Collector *priuilegiorum singulorum ordinum, verbo interdictum*, Nauar. *in man. cap.* 27. *nu.* 179. *cum seqq.* & alij, de quibus Henriq. *in summa, lib.* 13. *cap.* 44. *§.* 6. & *cap.* 48. *§.* 3. latè Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 2. *q.* 112. & alij, de quibus Sayr. *de censur. lib.* 5. *cap.* 13. *à num.* 21.

6 *Verum hoc illis concedimus, &c.* Notatur ad hoc, quod priuilegia concessa aliquibus, vt tempore interdicti Diuinis interesse possint, illis tantum prosunt, qui interdicto causam non dederunt, seu aliàs in eo culpabiles non sunt, de priuilegijs Iuris loquitur tex. in præsenti, & notauit Abb. *notab.* 2. de priuilegijs hominis probat tex. *in cap. licet, vers. huiusmodi, hoc tit. lib.* 6. & in vtrisque est receptissima omnium scribentium traditio, vt constat ex Nauar. *d. cap.* 27. *nu.* 180. Henriq. *d. lib.* 13. *c.* 48. *§.* 5. *littera A*, Tolet. *lib.* 1. *cap.* 53. *num.* 2. *vers. nota*, 2. Sayr. *de censuris, lib.* 5. *cap.* 5. *nu.* 29. & 31. Ratio verò huius resolutionis ea est, quia illi, propter quos interdictum personale, etiam generale, vel etiam locale profertur, aut qui ei causam dederunt, vel aliàs culpabiles existunt, personaliter interdicti censentur, vt arg. tex. *in cap. si sententia, vers. cæterum, de sententia excommunicationis in* 6. notant DD. communiter ex Nauarr. & alijs, quos adducit Sayr. *d. lib.* 5. *c.* 4. *num.* 10. *vers. secundo*, satis autem constat concessionem etiam Iure communi factam aliquibus personis, vt tempore interdicti possint celebrare, vel interesse Diuinis, personaliter interdictis non prodesse, vt in terminis *d. §. adycimus*, post Couar. & alios, explicat Soar. *tom.* 5. *de censuris disp.* 34. *sect.* 3. *num.* 2.

7 Quæstio est ad præsens institutum non contemnenda, vtrum personæ illæ, quibus à Iure, vel ab homine conceditur, vt tempore interdicti possint interesse Diuinis, teneantur audire Missam sub peccato mortali in diebus festiuis, & de præcepto? in quo dubio verior est sententia affirmatiua, & ex eo probatur, quia cum Diuinis licitè interesse possint, ac subinde cesset impedimentum, quo à præcepto deobligabantur, fit locus generali præcepto Iuris, de quo *in cap. Missas, de consecr. distinct.* 1. cum similibus, quæ explicat Soar. *tom.* 1. *de religione tract. de diebus festis lib.* 2. *cap.* 15. & in terminis, de quibus agimus, expresè resoluit Nauar. *in man. cap.* 21. *num.* 3. *in fine*, & post Sot. Medin. & alios, sequuntur Henriq. *lib.* 7. *cap.* 13. *§.* 3. *iuncta littera I*, & *lib.* 13. *cap.* 48. *§.* 5. *iuncta littera B*, Nug. *in* 3. *part. q.* 83. *art.* 6. *prope finem*, *vers. respondetur tamen*, Bonacina *de censuris, disp.* 5. *punct.* 3. *num.* 19. vbi *num.* 20. resoluit à fortiori clericos, & religiosos teneri Missam audire diebus festis tempore interdicti localis generalis, & de habêtibus Bullam Cruciatæ Fr. Emman. *in eius explicatione*, *§.* 5. *num.* 6. & Sebast. Acosta *ad eandem quæst.* 28. *per totam*, confirmantes, quia nemo dubitat detentum in carceribus si habeat facultatem à Iudice exeundi mortaliter peccare, si non audiat Sacrum, ergo similiter illi, quibus facultas interessendi Diuinis tempore interdicti conceditur, mortaliter peccabunt si Missam nô audiant: neque probabile aliquod fundamentum adducunt Victoria, Cano, Marius, & alij Salmanticenses, quos supradicti referunt, & constanter sequitur Auila *de censuris, p.* 5. *disp.* 4. *sect.* 2. *dub.* 6. contendentes nullam culpam committere habêtes priuilegium interessendi Diuinis tempore interdicti si Sacrum omittant diebus festis; quorum fundamentum est, quod nemo cogitur vti priuilegio sibi concesso, *l. penult. C. de pactis, cap. si de terra, supra hoc tit.* cum simillibus: nam facilè respondetur hanc obligationem non prouenire ex priuilegio, sed ex illo remoueri impedimentum, quo excusabantur, eoque remoto succedere obligationem legis præceptum huiusmodi imponentis omnibus non impeditis; & confirmatur, quia vt fatetur Auila,

&

& reliqui omnes vtriusque opinionis auctores, tenentur clerici tempore interdicti audire Missam, quia secundum Ius commune non sunt prohibiti, sed potius seruata moderatione *cap. alma, de sententia excommun. lib. 6.* illis conceditur celebrare, atque aliorum Diuinorum vsus; ex qua ratione necessariò etiam concedere debuerunt hoc idem in reliquis omnibus priuilegiatis, quia supposito priuilegio prohibiti non sunt interesse Diuinis.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Cluniacen. Ordinis origo, remissiuè.*
3 *Censura lata contra formam, vel in fraudem priuilegiorum in exemptos & priuilegiatos ipso iure nulla sunt.*
4 *Priuilegij tenor & verba sunt attendenda, & ab eis non est recedendum.*

Cap. Quanto amplius. XXVI. *Honor. iij.*

1 SVper hunc text. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Henric. Panorm. Marian. Socin. Ximen Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viui. *in ration. lib. 5. Iuris Pontificij pag. 205.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 718.*

2 *Cluniacen.* De Ordine Cluniaceñ. & eius origine, & antiquitate vide Cassan. *in catalog. gloriæ mundi par. 4. consid. 31.*

3 *In fraudem priuilegiorum, &c.* Notatur ad hoc, quod censuræ latæ contra formam, vel in fraudem priuilegiorum in exemptos, & priuilegiatos ne ab Ordinarijs excommunicari possint, ipso iure nullæ sunt; ita *glos. verbo ad cautelam in cap. præsenti, de senten. excomm. lib. 6.* cum similibus, de quibus Nauar. *in manual. cap. 27. nu. 4.* & post illum Vgolin. Henriq. atque alios, Sayr. *de censuris lib. 1. cap. 16. num. 17.* rectè explicans hanc doctrinam procedere, quamuis Iudex excommunicationem, vel interdictum proferens ignoret priuilegium, ex ratione, quam in ijsdem terminis reddit tex. *in cap. 1. §. ex parte, de concess. preben. lib. 6.* quia scilicet etiam ignorans priuatur vsu suæ iurisdictionis, ac subinde succedit vulgaris doctrina, quod censuræ latæ à Iudice non suo omninò inualidæ sunt.

4 In glos. [Sola.] Notatur ad hoc, quod à verbis, & tenore priuilegii non est recedendum, nisi aliud de concedentis mente constet, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo libertis, num. 55. & 56.* Henriq. *in summ. lib. 7. cap. 30. §. 1.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 2. q. 46. art. 11.* Sanch. *de Matrim. lib. 8. disp. 1. nu. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Clericus sine habitu, & tonsura in crimine deprehensus à Iudice seculari an puniri possit, ostenditur, & numeris seqq.*
3 *Monitio trina requiritur vt clericus non deferens habitum, nec tonsuram priuetur priuilegio clericali.*
4 *Declaratur tex. in præsenti, & num. 5. & 6.*

Cap. Ex parte. XXVII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io Andr. Hostien. Butr. Anch. Panor. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 205.* Alagona *in compendio Canon. pag. 719.*

2 Notabilis est, & difficilis tex. hic, dum probat, quod si clericus sine habitu, & tonsura in crimine deprehendatur, à Iudice seculari puniri potest, etiamsi postea habitum, & tonsuram reassumat, notat Abb. & Butr. hic, ac alii, de quibus Couar. *practicarum cap. 32. num. 1.* & in clerico coniugato probat conclusionem tex. *in cap. vnic. de clericis coniug. lib. 6.* Guid. Papæ, & plures alii, quos refert, & explicat idem Couar. *pract. cap. 31. num. 7. vers. tertio,* D. Barbos. *in l. Titia n. 33. cum seqq. ff. soluto Matrim.* & plenè relati à Farin. *in praxi crimin par. 1. q. 8. n. 60.*

3 Verum in contrarium vrget, quia ad hoc, vt clerici non deferentes habitum, & tonsuram, priuentur priuilegio clericali trina requiritur monitio, neque sufficit, quod sine habitu, & tonsura in crimine deprehendantur, vt probat tex. expressus *in cap. in audientia 25. & in cap. contingit 45. de sententia excommunic.* notant omnes per tex. ibi *in cap. vlt. de vita, & honestate cleric.* ex quibus hanc regulam negatiuam constituendam esse, vt trina monitione non præcedente, clerici in crimine deprehensi sine habitu, & tonsura potestati seculari non subiiciantur, nec ab eo puniri possint, receptum est ab omnibus cõmuniter, vt comprobant D. Barbos. *in d. l. Titia nu. 34. vers. vltima concl.* Bellet. *disquisit. cleric. par. 1. tit. de fauore cleric. personali §. 8. à princip.* receptissimam esse scribentium sententiam attestatur Farin. *d. num. 60.*

4 Quapropter nõ immeritò decisio huius tex. difficilis reputari potest, subindeq; varios patitur intellectus: nam glos. hic, quam aliqui sequuntur, & præcipuè Abb. *nu. 4. in princip.* iuncto fine, interpretantur non constare ex littera tex. quod delinquentes, de quibus hic, fuissent clerici, sed quod clericos se esse allegabant, vt prætextu tonsuræ, & habitus clericalis postea reassumpti, seculare iudicium euaderent, quod tamen non probabant: cui intellectui applaudere videtur littera huiusmet tex. ibi, nonnulli litterati, quos nec habitus, nec tonsura clericos profitetur, iuncto

iuncto ibi, vt iurisdictionem tuam, idest Reginæ eludant, & Ibi, ne Igitur tonsura, vel habitu sic reassumpto malitia foueatur, &c. quæ videntur supponere fraudulenter à non clerico susceptum fuisse habitum, & tonsuram. Verum hic intellectus non plenè satisfacit, tum quia si clericos se esse non probabant, nulla manebat ratio dubitandi, vt clericali gauderent priuilegio iuxta reg. text. *in l. quod Labeo ff. Carbon. edict.* tū etiā quia in littera tex. supponi videtur clericatum probatum fuisse ibi, licet antea pro laicis ab omnibus haberentur, quasi supponat iam nunc constare, quod sit clericus, qui antea laicus communi existimatione reputabatur.

5 Alij igitur tenent text. hunc intelligendum esse non de omnibus clericis, sed ad coniugatos esse restringendum, quia in illis constat non aliter gaudere priuilegio clericali, nisi habitum deferant, & tonsuram, iuxta *d. cap. vn. de clericis coniugatis lib. 6.* eam adducentes coniecturam, quia hæc decisio pars est tex. *in cap. ex parte, de clericis coniug.* quod de clerico coniugato agere non est dubium, atque ita intelligebat Goffred. quem refert Abb. *d. num. 4.* Sed hic intellectus apertè violat litteram tex. non enim constat ex eo clericos, de quibus hic, fuisse coniugatos, nec Pontifex huius qualitatis mētionem omisisset, si ex ea penderet verus huius text. intellectus. Quare alij simpliciter intelligunt de omnibus clericis in minoribus, quos inquiunt priuilegio clericali non gaudere, si incedant sine habitu, & tonsura, contraria verò Iura, quæ trinam monitionem requirunt, procedere in clericis constitutis in Sacris. Sed nimis restringunt eorum Iurium generalitatem, & generale clericorum priuilegium, quod secundum Ius commune antiquum, æquale est in clericis in minoribus, atque maioribus, vt probat text. vbi notant omnes in *cap. 2. de foro compet.* & in *cap. clerici*, & in *cap. at si clerici, de iudic.* Vnde alij retenta hac distinctione inter maiores, & minores clericos partem posteriorem de clericis in minoribus intelligunt ad illos esse restringendā, qui habitu, & tonsura dimissis, frequenter grauibus criminibus se inuoluunt, vel etiam tonsura retenta committunt crimen aliquod atrocissimum, & Reipublicè maximè nociuum, his enim duobus casibus admittunt specialiter permissum esse à Iure, vt à Iudice seculari puniri possint, hoc deducentes ex tex. *in cap. perpendimus de sententia excommunic.* & probat glos. hic passim recepta secundum Couar. *pract. cap. 32. num. 2. vers. 2.* Clar. *in pract. §. finali q. 36. n. 33.* Bellet. *d. tit. de fauore clericorum personali §. 7.* Verum neque hic intellectus difficultatem plenè resoluit: Primò, quia non benè inter clericos maiores & minores videtur facere differentiam contra receptas resolutiones DD. *in d. cap. 2.* Secundo, quia ex tex. non constat agere Pontificem de solis clericis in minoribus. Tertiò, quia etiam non constat agere de criminibus grauissimis, & in maximum Reipublicæ damnum, ad quæ hic intellectus se restringit.

6 His ergo omnibus reiectis interpretationibus, illa facilior, & litteræ huius text. magis amica videtur, quod agat de his clericis, qui frequenter, & ferè semper habitum non deferunt, neque tonsuram, & ideò à laicis distingui non possunt, sed deprehensi in crimine clericos se dicunt, vt eludant iurisdictionem secularem, & debitā pro delictis punitionem euadant: his enim concurrentibus decidit text. non immeritò, quod priuilegio clericali non gaudent, & monitio trina necessaria non sit, quia cum à laicis non distinguantur, monitio præcedere non potuit, & dolus, atque fraus huiusmodi eis patrocinari non debet, contra reg. tex. *in cap. intelleximus, de iudicijs, cum similibus.* Hodiè post Concil. Trident. Sacra Congregatio Card. super *cap. 6. sess. 23. de reformat.* censuit, quod si non incedat clericus in habitu, & tonsura non requiritur alia monitio per dictionem, nisi, positam *in d. cap. 6.* quæ excipit *l. actione C. de transact.* refert Bellet. *d. tit. de fauore clericorum personali §. 8. num. 6. vers. propterea.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes*
2 *Leges sicut non dedignantur Sacros Canones immitari, ita etiam Sacri Canones non dedignantur Imperatoris leges immitari.*
3 *Leges sine Canone valent parum.*
4 *Leges seculares tanquàm inferiores Sacris Canonibus famulantur.*
5 *Canonica scientia Legali, & Doctor Iuris Canonici Doctori Legum est præferendus.*
6 *Leges publicè audire prohibitum est monachis Sacerdotibus, Archidiaconis, Decanis, Plebanis, & alijs personatum habentibus.*
7 *Francia non subest Imperatori.*
8 *Canonicis legibus deficientibus si leges Imperatorum municipalibus, seu Regijs contraria reperiantur, an Ecclesiastica causa secundum Ius Regium decidi debeant, ostenditur.*
9 *Parisijs quare Ius Ciuile doceri, aut audiri prohibeatur in hoc textu, ostenditur.*
10 *Canonica scientia dicitur quiddam mixtum ex morali, & Ciuili.*
11 *Declaratur tex. in præsenti, dum omnibus atque etiam laicis prohibet Parisijs audire, aut docere Ius Ciuile.*
12 *Vicini boni sicut singularis est commoditas, ita & mali incommoditas omnium maxima.*

Cap. Super specula. XXVIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ, par. 1.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 206.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 719.*

2 San-

2 *Sancta Ecclesia Legum, &c.* Licet varijs
Iuris decisionibus compertum sit, & compro-
batum, quod sicut leges non dedignantur sa-
cros Canones immitari, ita etiam & sacri
Canones, & ecclesiasticæ leges non dedi-
gnantur Imperatorias, & seculares leges imi-
tari, & ab ijs illæ debeant iudicari, ac ad
hanc conclusionem textus hic soleat allegari,
iuncto tex. *in cap. si in adiutorium, 10. distinct. c. 1.
& 2. de nouis operis nunc. auth. vt clerici apud pro-
prium Episcopum, collat. 6.* singularis tamen est
hæc decisio, dum modum exprimit, quo leges
Ciuiles ecclesiasticis inseruiunt, facit notabile
Baldi dictum in proœmio Decretal. dũ ait Iuris
Canon. sanctiones Iuris Ciuilis subtilitate deco-
rari, sequitur Palat. *in repetit. rubr. de donat. inter
virum, & vxorem,* multisq; similibus confirmat
latè disputans Felin. *in cap. Ecclesia, à num. 37. de
constitut.* & plenè Henric. Canis. *in tract. diffe-
rentiarum vtriusque Iuris, à princip.* Bobadil. *in sua
politica, lib. 1. cap. 17. num. 186.* Vnde emanauit
3 vulgare illud Leges sine Canone valent parum,
Canones sine lege nihil, Roman. *sing. 654.* & post
Rebuf. *in tract. nominationum, quæst. 5. à num. 14.*
Menoch. *de arbitr. casu 425. num. 29.* Salzed. ad
Bernard. *in practica, cap. 59. alias 62. in nouiss. im-
4 press.* Verum, quod leges seculares velut infe-
riores sacris Canonibus famulentur, Canones
vero illis superiores sint tex. hic probat cõsonat
cap. 1. 10. distinct. ibi, lex Imperatorũ non est su-
per legem Dei, &c. *cap. certum est, eadem distinct.
extrauag. vnam sanctam, vers. vterque, de maiorit.
& obed.* ubi post multa ad nostrum propositum
concludit oportere gladium esse sub gladio, &
temporalem auctoritatem spirituali subijci po-
testati, atque ita tex. in præsenti ad hoc com-
mendat Abb. *notab. 1.* hic, & resoluunt Viuald.
in candelabro aureo, par. 4. cap. 9. num. 1. Viguer. *in-
stitut. Theolog. cap. 17. §. 2. vers. 6.* Bobadil. *d. lib. 1.
cap. 18. num. 13. & 39.* Soar. *de legibus, lib. 4. cap. 11.
à num. 6. & 9.* Vnde etiam infert idem Abb. *in
5 cap. clerici, de iudic.* scientiam Canonicam Lega-
li, & Doctoré Iuris Canonici Doctori legum esse
præferendum, & post alios comprobat hic Dec.
num. 3. Cassan. *in catalog. gloriæ mundi, par. 10. con-
sider. 17.* & eleganti discursu comprobat For-
tun. *de vltimo fine Iuris à nu. 11. & 49. cum seqq.*
Bennius *de priuilegijs Doctorum in proœmio, par. 3.
num. 21.* Azeued. *l. 2. num. 4. tit. 14. lib. 6. nouæ re-
copil.* An vero Canonista eligi possit ad seculares
magistratus gerendos disputat affirmatiuè re-
soluens Bobadil. *d. lib. 1. cap. 6. num. 24. cum
seqq.*

6 Publicæ tamen Leges audire prohibitum est
Monachis, Sacerdotibus, Archidiaconis, De-
canis, Plebanis, Præpositis, Cantoribus, & alijs
personatum habentibus, vt *in cap. non magno-
pere, & in cap. vlt. supra, ne Clerici, vel monachi.*
Si vero de istorum numero non sint minime
clericis huiusmodi studium est prohibitum,
etiamsi in Sacris sint constituti, vel etiam si Pa-
rochiale habeant beneficium, vt probat tex. *in
cap. 1. ne clerici, vel monachi, lib. 6.* notat *glos.
verbo litterarum in cap. cum ex eo, de electione, lib. 6.*
quam singularem dicit, & sequitur Nau. *in man.
cap. 27. num. 116.* Graffis *in decis. aureis, par. 1.
lib. 4. cap. 21. num. 1.* Sayro *de censuris, lib. 3. cap. 32.
num. 9.* Soar. *tom. 5. eod. tract. disp. 23. sect. 3. nu. 9.
cum seqq.* & iuxta hanc resolutionem intelliges
tex. *in cap. 2. hoc tit. lib. 6.* dum clericis studen-
tibus Ius Ciuile in scholis Vrbis Romæ con-
cedit priuilegium percipiendi fructus in absen-
tia; vt scilicet procedat in clericis non sacer-
dotibus, aut dignitatem obtinentibus. Si vero
ad maiorem perfectionem, & intelligentiam
Canonum hoc faciant, tunc licitum est scho-
las ingredi, & Ius Ciuile publice audire, vt per
Abb. *in d. cap. non magnopere, num. 8.* Gom. *in
reg. de non tollendo iure quæsito, q. 3. in fine,* Prax.
Episc. *d. verbo studium, §. 5. vers. ad secũdum.* Neque
in contrarium facit statutum Vniuersitatis no-
stræ Conimb. *lib. 3. tit. 43. §. 1. & tit. 44. §. 9.* vbi
generaliter prohibet clericos, & beneficiarios
quoscumque admitti ad cursum Institutionum,
& Legum; quia solum procedit ad effectum ne
huiusmodi cursus probari possint, & ne valeant
admitti ad suffragia, vel actus faciendos, non
tamen vt contra studentes, & frequentantes
scholas ad Leges audiendas pro maiori Cano-
num perfectione culpam, aut pœnas incurrant
præscriptas Iure Canonico.

7 *In Francia, & nonnullis pro-
uincijs, &c.* Francia enim, & prouin-
ciæ illæ Romanis Imper.
subiectæ non sunt, sed potius legitima præscri-
ptione ab eius potestate exemptæ, de quo dixi
supra ad *cap. per venerabilem à num. 22. qui filij
sint legitimi,* vbi idem extendi ad Regna Hispa-
niarum, & Portugaliæ, & adde ibi citatis latè
Valdes. *de Regibus Hispaniæ,* Camil. Borrel. *de
præstantia Regis Catholici, cap. 47. cum seqq.* Card.
Tusch. *tom. 7. lit. R, concl. 344. cum seqq.*

8 *Occurrunt raro Ecclesiasticæ cau-
sæ, &c.* Aduerte, quod deficientibus legibus
Canonicis si leges Imperatorum mu-
nicipalibus, seu Regijs contrariæ reperiantur,
debent Ecclesiasticæ causæ secundum Ius Regiũ
decidi, vt per Perez *in proœmio Ordin. q. 3.* Soar.
de Pace *in praxi Eccles. tom. 1. annot. 5. à num. 36.*
Azeuedo *ad tit. 1. in princip. à num. 17. lib. 2. nouæ
recopil.* Morla *in emporio Iuris, par. 1. tit. de legibus,
q. 16. num. 13.* Sed contrarium verius est, vt de-
cidit summus Pontifex in confirmatione Concil.
Bracharensis IV. ex censura ad eius calcem adie-
cta, quam supra ponderauimus ad *cap. 1. nu. 5.
de nouis operis nunc.* Nam *cap. constitutus supra, de re-
stit. in integrum* quatenus probat in foro eccle-
siastico causas decidendas esse secundum con-
suetudines municipales, procedit in consuetu-
dine mixta laicorum, & clericorum, hæc enim
omnes clericos, qui ea vtuntur, ligat, secundum
Abb.

Abb. ibi, & *in cap. cum causam, notab. 3. de re iud.* quem sequitur Felin. *in cap. Ecclesia, num. 81. sup. de constitut.* Tiraq. *in tract. le mort. par. 3. declar. 8. num. 4,* Gregor. *l. 5. glos. 2. tit. 2. part. 1.* post Roch. & alios Soar. *de legibus, lib. 7. cap. 16. num. 9.* Card. Tusch. *tom. 2. lit. E, conclus. 891.* Si vero deficiente Canonum auctoritate reperiantur leges Ciuiles contrariæ Sanctorum Patrum dictis, veluti Hieronymi, Augustini, & similium, & agatur de materia spirituali, vel ad Fidem spectante, aut de interpretatione sacræ Scripturæ, & sanctorum Patrum, tunc eorum dicta legibus Ciuilibus sunt præferenda.

9 *Vt plenius Sacræ Paginæ insistatur.* Duplici ratione prohibet tex. noster doceri, aut audiri Ius Ciuile Parisijs, vna, quod paucæ sint causæ, quæ Iure Canonico decidi non possint, altera, vt sacræ Paginæ plenius insistatur, sic sentiens studium sacræ Paginæ, & Iuris Canonici idem esse, notat Butr. hic *num. 7.* vel saltem alterum alteri esse coniunctum, & inseparabiliter adhærere, quia purus Theologus, aut parum, aut nihil practicæ Ecclesiæ prodesse potest in gubernio animarum, multa enim desunt Theologis ad hoc munus, quæ à Canonibus petenda sunt, vt late prosequuntur Nauar. *de Orat. cap. 17. nu. 55. cum seqq.* Cassan. *d. par. 10. consid. 22.* Cano *de locis Theologicis, lib. 8. cap. 6.* benè Praxis Episcopalis *par. 1. verbo studium, §. primo.* Vnde merito scientia Canoni-
10 ca dicitur quoddam mixtum ex morali, & Ciuili, atque etiam diuina scientia, quia mores instruit, vt in toto tit. *de vita, & honest. cleric.* cum similibus, Fidem docet, vt in toto tit. *de summa Trinitate, & Fide Cathol.* praxim iudiciorum explicat, vt in tit. *de iudicijs, cum seqq.* Ex quo Host. *in procemio summæ, nu. 11.* & ex alijs decidit Viuald. *in candelabro aureo, par. 4. cap. 80. num. 10.* scientiam Canonicam non esse pure Theologiã, nec pure Ciuilem, cum vtrumque ius Diuinum, & humanum comprehendat, sed potius scientiã scientiarum esse nuncupandam. Indeque iam efficax, & validum argumentum deduci potest pro nostris Canonistis in ea vulgari quæstionem, vtrũ expediat magis Canonistam an Theologum promoueri ad Episcopatus, & alia beneficia habẽtia curam animarum. Nostri communiter resoluunt, quod licet in locis, vbi pullulant hæreses debeat Theologus præferri Canonistæ in promotione Episcopatuum, & parochialium, in reliquis tamen locis, vbi hæreses non vrgent debet præferri Canonista. Ita Host. & Abbas *in cap. 1. de consanguin. & affinit.* Cardin. *in procemio Decreti, num. 13.* Felin. *in cap. Clerici, n. 5. de iudic.* Cassan. *d. p. 10. consid. 16. in fine, & consid. 17. in fine,* Simanch. *de Cathol. tit. 25. nu. 53.* plures refert Cened. *ad Decretum collect. 51. nu. 5.* quibus adde Petr. Gregor. *res benefic. cap. 37. num. 14. ad finem,* Bennium *de priuilegijs Doctorum, par. 2. priuil. 25. & 26.* Episcopi enim cum sint iudices animarum, & cum ius dicere, ac iudicare debeant, vtriusque Iuris scientia pollere debent, ex adductis à Menoch. *de arbitr. casu 425. à num. 27.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 4. num. 64. & 68.* Quamuis Theologi constanter, seu magis pertinaciter suam tueantur causam, Sot. *de iustit. lib. 3. q. 6. art. 2. concl. 10. & lib. 10. q. 2. art. 3. ad finem,* & alij, quos refert Petr. Nauarra *de restit. lib. 2. cap. 1. num. 165.* & post Salon. Azori. *instit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 28. q. 10.* Rebello *de obligat. iustitiæ p. 1. lib. 3. q. 5. nu. 6.*

11 *Nec quisquam docere, vel audire Ius Ciuile præsumat, &c.* Difficilis est tex. hic dum omnibus, atque etiam laicis prohibet Parisijs audire, aut docere Ius Ciuile, vt per Butr. hic *num. 2.* & Abb. *notab. 2.* Rebuff. *in tract. nominat. q. 5. num. 15. & à nu. 42.* Imprimis idem Rebuff. *d. q. 5. à num. 15.* quem refert & sequitur Menoch. *de arbitr. casu 425. num. 34.* contendit tex. in præsenti non generaliter esse intelligendum de omnibus etiam laicis, sed potius restringendum ad monachos, sacerdotes, & alias Ecclesiasticas personas expressas *in cap. super specula, ne clerici, vel monachi,* vbi idem Honor. III. huius tex. auctor, monachis, sacerdotibus, & alijs de quibus ibi prohibuit audire Leges. Sed reiectis hoc intellectu, & alijs, quos Doctores in præsenti adducunt, dici potest hunc tex. generaliter loqui non solum in clericis, sed etiam in laicis, ex ea ratione, quia plenissima potestas Ecclesiæ suæ, ac supremo eius Præsidi Romano Pontifici à Christo Domino concessa fuit non solum in clericos, & Ecclesiasticas personas, & circa spiritualia, verum etiam in laicos, & quoad temporalia quoties oportuerit in ordinem ad spirituale bonum, vt dixi supra *ad cap. per venerabilem nu. 37. ibi, qui filij sint leg.* constat autem ex littera huius tex. prohibitionem hãc in eum dirigi spiritualem finem, vt sacræ Paginæ plenius insistatur, & vt remoueatur impedimentum, quod experientia docuit sacræ Paginæ doctrinæ afferri ex frequentia, & nimia curiositate studiorum Iuris Ciuilis in ciuitate Parisios, & alijs locis vicinis, vt etiam de alijs Academijs alij conqueruntur, quod scilicet homines ad huiusmodi Iuris gymnasia certatim confluunt Iustiniani, quærentes opes, & diuinarum litterarum despicientes thesauros. Sicut etiam potuit iustissimè Pontifex in ordine ad idem bonum spirituale modum docendi linguas Hebraicas, Arabicas, & similes ad fauorem sacrarum litterarum, & Diuini Verbi intelligentiam præscribere in *Clemen. 1. de magistris,* atque etiam modum expensarum in gradu cuiuslibet scientiæ assequendo *in Clemen. 2. eo tit.* atque ita hanc rationem ad tex. nostrum benè præsentit Butr. *nu. 2.* Abb. *notab. 2.* hic, & communem sæpius fatetur Rebuff. *d. loco præcipuè, num. 15. & 42.*

12 *Seu alijs locis vicinis.* Ex his verbis colligit glos. vulga-

vulgare illud, tàm apud Iuris interpretes, quàm bonos Auctores adagij loco pronunciatum, quod sicut boni vicini singularis est commoditas, ita & mali incommoditas omnium maxima, quod breui carmine expressit Hesiadus, Tam noceat malus vicinus tibi, quam bonus prosit, & illud Plauti omnibus notissimum, nunc ego verum esse illud verbum experior aliquid mali esse propter vicinum malum, quod eleganti emblemate expressit Alciat. consonat tex. *in principio 44. distinct. & in cap. sed est continuo, de Pœnit. dist. 1. & in l. quod sæpe 35 ff. contrahenda empt. l. si quis fundus, 54 ff. legat. 2. & l. 1. 5. & alias ff. si quid in fraudem patroni*, & multis latissimè exornat Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsump. 83. num. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Priuilegiorum innouationem nonum ius non tribuit, sed solum antiquum conseruat.*
3 *Priuilegij innouatio dupliciter potest fieri.*

Cap. Quia intentionis. XXIX.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collectar. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panor. Marian. Socin. Ximen Toletan. *in concordant. vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par. 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 207.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 714.*

2 Probat hic tex. innouationem priuilegiorum nouum ius non tribuere, sed solum antiquum conseruare, vt per Fr. Emmanuel. *quæst. regular. tom. 1. q. 8. art. 2.* P. Soar. *de legibus, lib. 8. cap. 20.* Facit receptissima confirmationis definitio, quod sit Iuris quæsiti corroboratio, de qua Cardin. Tusch. *tom. 2. concl. 705. lit. C,* Cabed. *par. 2. Lusitan. decis. num. 4.* innouatio enim priuile-

3 gij dupliciter potest fieri, cum priuilegium aliquando acci[illegible] pro charta, seu instrumento, in quo gratia, aut concessio Principis continetur, aliquando vero pro concessione ipsa, seu gratia, & pro eo, quod in charta, seu instrumento continetur ex citatis per Surd. *consil. 144. n. 13.* Card. Tusch. *tom. 4. lit. I, concl. 256.* Et quando agitur de innouatione solius chartæ, seu instrumenti, quia vel nimia vetustate consumptum, iuxta *cap. cum olim, vers. nolentes, de confirm. vtili*, vel quia est deperditum, certum est, quod talis innouatio nihil iuris de nouo tribuit, & in his terminis loquitur tex. in præsenti.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Priuilegium interpretandum est vt aliquid operetur præter Ius commune.*
3 *Papa concedit priuilegium Fratribus Minoribus & Prædicatoribus, vt vbicunque fuerint sine Parochialis iuris præiudicio, cum altari valeant viatico celebrare.*
4 *Episcopus an possit concedere, vt in sua diœcesi extra locum sacrum quis valeat celebrare, ostenditur.*
5 *Altare dicitur quasi alta res, vel alta ara.*

Cap. In his. XXX.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostiens. Butr. Anch. Panor. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par. 1.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontific. pag. 207.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 719.*

2 *Non maligna, &c.* Notatur ad hoc, quod interpretandum est priuilegium, vt aliquid operetur præter Ius commune, vt per Fr. Emman. *quæst. regular. tom. 1. q. 11. art. 9. & tom. 2. q. 63. art. 2. vers. obijciunt, & tom. 3. q. 51. art. 3. in medio*, D. Barb. *in l. 1. ff. solut. matri. par. 1. num. 19.* nam priuilegium dici non potest illud, quod nihil specialiter concedit, sed illud tantum, quod Iure communi concessum est ex illo vulgari princip. frustra precibus impetratur, quod à iure cōmuni competit *l. 1. C. de thesauris, lib. 10.* facit *cap. vlt. 25. q. 1.* ibi, neque priuilegia concederentur, nisi, &c. per quæ Iura ita resoluit glos. *in rubr. de rescrip. lib. 6.* Rebuff. *in praxi, tit. differentia inter priuilegium & rescriptum, num. 5.* Padil. *in rubr. C. de diuersis rescriptis, num. 3.* Syluest. *verbo priuilegium, q. 3.* Viguer. *Theolog. institut. cap. 17. §. 2. vers. 2.* Azor. *institut. moral. par. 1. lib. 5. cap. 22. q. 2.* [illegible]

3 *Duximus indulgendum.* Notatur ad hoc, quod Summus Pontifex Fratribus Minoribus, & Prædicatoribus concedit priuilegium, vt vbicunque fuerint sine parochialis iuris præiudicio cū altari valeant viatico celebrare, de quo priuilegio meminerunt omnes in hac materia, illud q; à Sixto IIII. Alexandro VI. & Gregor. XIII. renouatum, & ampliatum comprobat, & explicat Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 1. q. 43. art. 4.* alia similia adducens concessa Patribus Societatis IESV, quæ etiam referūt Henriq. *in summa, lib. 9. c. 27. §. 3.* [illegible] *H,* Soar. *tom. 3. disp. 81. sect. 3. vers. quarta exceptio.* [illegible]

4 *Prælatis annuentibus, &c.* Notatur ad hoc, quod Episcopus potest concedere, vt in sua diœcesi extra locum sacrum in altari portatili quis celebrare valeat, vt per Butr. *num. 7.* & Abb. hic *num. 2.* Card. Tusch. *tom. 1. lit. A. conclus. 31.* & ante Trid. hanc fuisse receptam omnium traditionem fatentur Gutier. *canon. lib. 1. cap. 30. num. 25.* Azor. *institut. moral. par. 1. lib. 10. cap. 26. q. 2.* Henriq. *d. cap. 27. §. 2.* Soar. *d. sect. 3. vers. secundo obseruandum,* Fr. Ludou. Beia *responsi. casuum conscien. par. 4. casu 33. vers. tertio dico.* Sed hanc facultatem Episcopis concessam per hunc

hunc textum, reuocatam esse per Concil. Tridentin. *seß. 22. in decreto de obseruandis in sacrificio Missa* tenent Henriq. *d. cap.* 27. §. 1. Fr. Beja *dict. vers. tertio dico.* Nauar. *cons.* 5. *num.* 2. *sub hoc tit. in nonis.* Fr. Emman. *d. q.* 43. *art.* 6. Soar. *d. sect.* 3. *vers. addit vero.* quamuis contrarium teneant Fusc. *de visit. lib.* 1. *cap.* 21, *num.* 8. Gutier. *nu.* 25. Azor. *q.* 3. *dictis locis.*

5 *Cum Altari.* Altare dicitur quasi alta res, vel alta ara, & antiquissima est inuentio, à Noe enim incœpit Genes. *cap.* 8. vt per Polyd. Virgil. *de inuentoribus lib.* 6. *cap.* 6. *ad med.* Durand. *in rationali Diuin. lib.* 1. *cap.* 2. & 7. Paul Fusc. *d. cap.* 21. Durant. *de ritibus Ecclesiæ lib.* 1. *cap.* 15. & 25. Henriq. *d. cap.* 28. Soar. *d. sect.* 3. *num.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Priuilegium super decimis noualium non extenditur ad decimas, quas tempore indulti alius possidebat, si de ipsis mentio facta non fuerit.*

Cap. Dudum. XXXI. *Greg. ix.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Henric. Panor. Marian. Socin. Ximen. Toletanus *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 207. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 719.

2 Probat hic text. priuilegium super decimis noualium non extendi ad decimas, quas tempore indulti alius possidebat, si de ipsis mentionem non fecerit, vt per Viu. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 10. *n.* 14. *vers. & potest.* Roderic. Soar. *allegat.* 28. *n.* 9. 22. & 23. Couar. *lib.* 1. *variarum cap.* 17 *n.* 14. Soar. *de religione tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 19. *nu.* 3. & *cap.* 22. *n.* 10. Azor. *instit. moral. par.* 1. *lib.* 7. *cap.* 26. *q.* 6. *vers. his positis*, vbi dicit in hoc text. solum agi de priuilegio, quo quidam erant exempti à decima noualium, & decernit Pontifex huiusmodi priuilegium non protendi ad decimam tempore priuilegij impetrati possessam ab alijs, nisi de possessione alterius facta sit in priuilegio mentio, nam, vt hic ait Panor. priuilegiũ, in quo nõ fit mentio de possessione alterius nõ nocet possessori, quod intellige, inquit, qñ impetratur circa decimas noualiũ; secus vbi priuilegiũ est impetratum simpliciter ne decimas quis soluat, quia tunc valet, etiãsi mentio non fiat de possessione alterius. Ratio verò diuersitatis est, quia decimæ ab aliquo possidentur, vnde cũ Põtifex concedit priuilegiũ, ne decimæ soluantur, eo ipso vult derogare possessoribus, quia tacitè mentionem facit de possessione. Aliud verò est in decimis noualium, quia priuilegium potest intelligi de agris, qui nondum sunt ad culturam redacti, proinde nullus possidet decimas illorum. Illud tamen aduertit Azor. *d. q.* 6. *vers.* 4. quod priuilegium non solùm eximit eos, quibus datur, à decimis soluendis ex his prædijs, quæ eo tempore, quo priuilegium impetrarunt, possidebant, sed etiam à decimis ex prædijs, quæ posteà in ipsorum dominium deuenerunt, quia tale priuilegium non solum est personale, quo personæ à decimis eximuntur, sed etiam reale, quo generatim quælibet prædia, & bona excipiuntur, & liberantur à decima, & vbi priuilegij verba nihil distinguunt, nec nos distinguere debemus, iuxta vulgaria Iura.

3 Vtrum autem tex. in præsenti extendi possit ad priuilegium non soluendi decimas ex agris incultis, itaut intelligendum sit absque præiudicio eorum, qui sunt in quasi possessionem earundem? contrariæ sunt DD. sententiæ, quas distinctione conciliant Couar. *d. nu.* 14. Gutier. *Canonicarum lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 129. *cum seqq.* prout apud illos videri potest.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes*
2 *Oblati, & Confratres, qui se religioni tradiderunt, an Ecclesiastica persona sint censendi, ostenditur.*
3 *Declaratur tex. in cap. vt priuilegia, vers. hoc autem, hoc tit.*
4 *Priuilegia, quæ alteri inferunt præiudicium, restringenda sunt.*

Cap. Quidam. XXXII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ, par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 208. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 710.

2 *In domibus suis fecerint, &c.* Ergo Confratres, seu Oblati, qui se religioni tradiderunt, Ecclesiasticæ personæ non sunt, nisi ad monasterium se transferant, & in eo inseruiant, vt per Card. *cons.* 21. Paul. de Castro *cons.* 69. *par.* 1. Capella Tolos. *decis.* 8. quos refert, & sequitur Card. Tusch. *tom.* 5. *lit.* O, *concl.* 16. *n.* 15. & est de mente *glos. verbo mutato habitu, in cap. vt priuilegia, supra hoc tit.* dum resoluit huiusmodi Oblatos, qui mutato habitu in seculo remanent, lato modo Ecclesiasticas dici personas, & est recepta communiter ex adductis per Couar. *in cap. alma mater par.* 2. §. 2. *num* 8. quem refert, & benè explicat Fr. Emman. *quest. regular. tom.* 1. *q.* 123. *art.* 1. & deducitur ex declaratione Illustrissimorum Card. qui super decretum Concil. Trid. *seß.* 24. *de reformat. cap.* 11. agentes de Oblatis religioni S. Ioannis Hierosolymitani in hæc verba responderunt. Non inseruiens actu militiæ, nec inseruiens in eius domo, nec sub illius obedientia, si non probauerit in ea legitimam professionem emisisse, non debet eius priuilegio

uilegio gaudere : ex quibus verbis colligit Moder. *de iurisdict. par. 4. cent. 2. casu* 113. *num.* 37. requirere Illustriss. Cardinales, quod sic oblati, vt gaudeant priuilegijs Ecclesiasticis se, & sua religioni offerant, & perpetuò stent, & seruiant religioni.

Nec obstat tex. *in d. cap. vt priuilegia, vers. hoc*
3 *autem*, dum decidit sufficere ad effectum, vt confratres gaudeant religionis priuilegio, quod manentes in seculo ordini sint oblati, mutato habitu seculari, vel quod bona sua dent religioni inter viuos retento sibi vsufructu, ex quo ita colligit Henric. ibi *num.* 4. quem sequitur Abb. *cons.* 53. *num.* 2. *par.* 1. nam facilè responder Card. loco citato, quod procedit solum ad effectum, vt confratres, seu oblati gaudeant priuilegio Ecclesiasticæ sepulturæ interdicti tempore, ad hoc enim sufficit, quod mutato habitu seculari manentes in seculo ordini sint oblati, vel modo requisito bonorum suorum donationem faciant religioni: quoad fori vero, & Ecclesiasticæ exemptionis à foro seculari, & tributis priuilegia non ità, quem verum intellectum fatentur plures, de quibus Henriq. *in summ. lib.* 13. *cap.* 48. §. 3. *iuncta lit.* D.

Ex ea ratio-
4 *Compellere poteris, &c.* ne, quia priuilegia cum alteri inferūt præiudicium, restringenda sunt ad hunc sanè modum, vt attentis, & maturè perpensis verbis, & mente concedentis in eo accipiantur sensu, qui minus alterius ius lædat, vt per Cabed. *Lusitan. decis.* 93. *num.* 1. *par.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Nouale semel, semper remanet nouale.*
3 *Nouale quod sit ostenditur.*
4 *Dictio, quoad, dispositionem restringit ad casum specialem.*
5 *Nouale quod definit esse nouale non reassumit eam, qualitatem per redditum ad priores.*

Cap. Consultationi XXXIII. & fin.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collectar. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ, par.* 1. Vivian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 208. Alagona *in compend. Iuris Canonici pag.* 720.

2 Singularis est tex. hic, & à Doctoribus cōmēdatus ad illam conclusionem, quod semel nouale semper remanet nouale, vt per *glos. vltim cap. ex parte* 10. *de decimis, & in cap.* 1. *de verborum significatione*, vltra Abb. & Ordinarios hic, Rebuf. *in l. sylua.* 30. §. *nouali, vers. septimo ff. de verborum significat.* Gutier. *canonicarum lib.* 2. *cap.* 21. *n.* 132.

3 Sed vt difficultatem, & veram huius text. resolutionem percipias, aduertere oportet inter alias Iuris Canon. & Ciuilis differētias illam esse in nostro proposito receptissimam, quod secundum Ius Canon. existimat communis nouale esse agrum, seu terram, nunc primum, seu de nouo procissam, de qua non extat hominum memoria, quod aliquando culta, seu cultiuata fuerit per tex. *in cap.* 1. *& in cap. qui per nouale, de verborum significat.* optimè Bellem *in Clemen. religiosi, num.* 187. *de decimis*, & ex Abb. *cons.* 71. & alijs comprobat Card. Tusc. *tom.* 1 *lit. N. conclus.* 115. Petr. Greg. *syntagmatum Iuris lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 2. Henric. Canis. *de decimis cap.* 11. *num.* 1. *& in summa Iuris Pontificij lib.* 2. *tit.* 26. §. *noualium*. At vero secundum Ius Ciuile explicant esse terram procissam, quæ anno præterito cessauit per tex. *in d. l. sylua, §. nouali, ff. de verborum significat.* testatur receptum Rebuf. ibi in princip. licet ipse aliter explicet, & in vtranque sensum etiam apud bonos Auctores reperiri comprobat Lauren. Valla *elegantiarum lib.* 6. *cap.* 41. Planè neque secundum hanc Iuris Ciuilis, neque secundum illam Iuris Canon. interpretationem videtur stare posse prædictam huius tex. decisionem; nam secundum vtranque requiritur, quod terra de nouo procissa sit, at verò secundum tex. in præsenti, semper, ex antiquo procissa nouale remanet.

4 Verum omissa disputatione circa veritatem huius differentiæ, de qua ingeniosè Rebuf vbi proxime, responderi potest adducta in contrariū procedere secundum propriam significationem; at vero tex. in præsenti procedere secundum Iuris interpretationem quoad effectum priuilegij immunitatis decimarum, vt constat ex ipsius littera ibi, quoad immunitatem de non soluendis decimis noualium Iure censeri, expendendo dictionem illam, quoad, quæ dispositionem restringit ad hunc specialem casum, vt ex Anch. & alijs comprobat Card. Tusc. *tom.* 2. *lit. D. concl.* 354. Cened. *singulari* 86. & deinde alia verba ibi, Iure censeri, quæ improprietatem, & interpretationem secundum Iuris censuram important.

Notatur ad hoc,
5 *Perpetuo debet, &c.* quod nouale, quod definit esse nouale, non reassumit eam qualitatem per redditum ad priores, vt per Tiraq. *in tract. cessante causa, limit.* 12. *num.* 5.

De Purgatione canonica. Tit. XXXIV.

SVPER hanc rub. scripserunt Zabarell. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Panormit. Marian. Socin. Ioan. de Londr. *in breuiario sanctorum Canonum fol.* 282. Petrus de Rauenna *in compendio Iuris Canonici* Dan. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontificij pag.* 707. Goffred. & Hostien. *in summa huius*

L tit.

tit. Alexand. Cassan. & Anastasi. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. sub hoc tit.*

De materia tit. vide Bonacos. *commun. crimin. par.* 1. *verbo iuramentum fol.* 104. *& par.* 2. *verbo purgatio fol.* 64. Syluest. *in summa verbo purgatio*, Clar. *in praxi lib.* 5. *§. fin. q.* 63. *num.* 4. *cum seqq.* Bernard. & Salzed. *in pract. cap.* 151. *& seq.* Siman. *de catholicis institut. cap.* 54. Hieron. Gabr. *cons.* 160. *volum.* 2. Direct. Inquisitorum *par.* 3. *in secundo modo processuum Fidei terminan.* vbi Peña *Schol.* 11. latè Martin. Delr. *disquisit. magicarum lib.* 4. *cap.* 4. *q.* 3. Fr. Emman. *quaest. regul. tom.* 2. *q.* 20. *art.* 1. *&* 2. Aldret. *de religiosa disciplina tuenda lib.* 2. *cap.* 11.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Purgatio Canonica quae, & an sit in vsu, ostenditur.*
3 *Nobilitas propter delictum amittitur.*
4 *Nobilitas per ingressum religionis an amittatur, ostenditur.*

Cap. Nobilis. j. *Ex Conc. Trib.*

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cũ legibus Castellae par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 224. Alagona *in compendio Iuris Canonic. pag.* 729. refertur à Burch. *lib.* 16. *Decret. cap.* 19. & ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. sub tit.* 30. *de purgat vulgari cap.* 1.

2 Antiquitus Sacri Canones illis, contra quos de crimine infamiae, aut graue scandalum, aut vehemens suscipio surgebant, purgationem canonicam indicẽdam decreuerunt. Quod adeò in vsu erat, vt multi Summi Pontifices de grauioribus criminibus diffamati, quamuis à nemine iudicari possent, ad remouendum tamen subditorum scandalum solemniter se purgare dedignati non sunt. Sic Damasus, Paschalis I. Symachus publicè purgati sunt, sic Greg. V II. coram Henrico I V. Pelagius I. coram Narsete expurgati publicè fuerunt, prout referunt Salzed. ad Bernard. *in pract. cap.* 151. *in nou. additione*, Fr. Emman. *quaest. regul. tom.* 2. *q.* 20. *art.* 1. *in princip.* Sed iam hodie omnes purgationes Canonicae sunt arbitrariae, vt per Bonacos. *commun. crimin. par.* 2. *verbo purgatio canonica fol.* 64. *verso*, Menoch. *de arbitr. casu* 274. *num.* 3. immo iam non sunt in vsu, nisi in causa haeresis, vt aduertunt Clar. *lib.* 5. *§. fin. q.* 63. *num.* 4. Salzed. *loco proximè citato*, Peña *in direct. Inquisitorum par.* 3. *commen.* 38. *pag.* 477. *& commen.* 43. *pag.* 502.

3 *Sicut qui ingenuus non est.* Notatur ad hoc, quod propter delictum amittitur nobilitas, vt per Tiraquel. *de nobilit. cap.* 24. *à princip.*

4 In glos. [Ingenuus non est, vlt.] ibi *(sicut per monachatum amittit quis nobilitatem.)* Notatur ad hoc, quòd nobilitas per ingressum religionis amittitur, intellige quantum ad ipsos monachos Deo dicatos, ne videlicet alter altero sit nobilior, ac superior, sed sint pares in omnibus, vt per Roman. *sing.* 37. Tiraq. *de nobilitat. cap.* 26. *in princip.* Rebuf. *in tract. nominat. q.* 12. *num.* 31.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Infamia est laesa dignitatis status moribus, ac legibus improbatus.*
3 *Infamia sola suspendere potest à beneficio iam obtento.*

Cap. Si quis. II. *Ex Conc. Agath.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusq; Iuris cum legibus Castellae par.* 2. Viu. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 225. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 729.

2 *Infamiam eius, &c.* Infamia est laesa dignitatis status moribus, & legibus improbatus *l. commissionum ff. de varijs, & extraord. cognit.* Farinac. *in praxi crimin. par.* 3. *q.* 56. *num.* 1. Cardos. *in praxi Iudicum, verbo infamia, num* 1. Quae autem infamia, & qualis debeat esse ad hoc, vt infamatus teneatur se purgare, declarat Bernard. *in praxi cap.* 51. *num.* 8. *cum seq.*

3 *Ab officio suspendatur.* Ergo sola infamia suspendere potest à beneficio iam obtento, vt per Boer. *decis.* 117. *num.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Sophia Regina de stupro accusata suo & septem honestarum, ac nobilium foeminarum iuramento se purgauit.*
3 *Virginitas quomodo probetur, remissiuè.*

Cap. Moniales. III. *Ex Conc. Meld.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordan. vtriusque Iuris cum legibus Castella par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iur. Pontif. pag.* 225. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 730. desumitur ex Concil. Melden. *cap* 70. *in impressis*, non *cap.* 2. vt tenet Burch. *lib.* 8. *Decret. cap.* 50.

2 *Si libidinibus inseruire, &c.* Sophiam Reginam de stupro accusatam suo, & septem honestarum, ac nobilium foeminarum iure-

iureiurando se purgasse scribit Martin. Delri. *disquisit. magic. lib. 4. cap. 3. q. 1. in princip.*

3 In glos. [Valuerit .] Quomodo virginitas probetur ad hoc vt stuprum, seu incestus attentatus non intelligatur, vide Baiard. *ad Clar. §. stuprum num.* 41. Mascard. *de probat. conclus.* 140. *num.* 2. *& concl.* 1337. *à princip.* Paeian. *eodem tract. lib.* 2. *cap.* 2. *à num.* 6. Thesaur. *Pedamont. decis.* 3. *num.* 2. Menoch. *de praesump. lib.* 6. *praesump.* 89. Gutier *canon. lib.* 1. *cap.* 37. *nu.* 7 Card. Tusch. *lit. V. concl.* 709. *n.* 39. Farinac. *in praxi crimin. par.* 3. *q.* 147. *num.* 35. *cum seqq. & à num.* 131.

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Raptor etiamsi raptam in vxorem habeat, fit infamis.*
3 *Agentes & consentientes pari poena puniuntur, quando consentientes cum agentibus cooperantur positiuè.*

Cap. Si quis. IIII.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb antiq Innocen. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panormit. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellae, par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 225. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 730. desumitur ex Concil. Melden. *cap.* 68. non *cap.* 5. vt refert Burchar. *lib.* 9. *Decret. cap.* 32.

2 *A propria gradu repellatur.* Hodie in Côcil. Triden. *sess.* 24. *de reform. Matrimon. cap.* 6. contra raptores sic statuitur. Et nihilominus raptor ipse, ac omnes illi consilium, ac fauorem praebentes sint ipso Iure excommunicati, ac perpetuò infames, omniumq; dignitatum incapaces; & si clerici fuerint de proprio gradu decidant. Cuius decreti decisionem procedere, ac perconsequens infamem fieri raptorem, etiamsi raptam in vxorem habeat, resoluunt Lessius *de iustit. lib.* 4. *cap.* 3. *dubitat.* 9. *num.* 69. Farinac. *in praxi crimin. q.* 145. *nu.* 14. *& n.* 102. quiequid raptorem huiusmodi infamem non fieri ex ea ratione, quia aliàs rapta cogeretur nubere infami, contra expressa Concilij verba, minus benè existimauerint Henriq. *in summa lib.* 12. *cap.* 14. *num.* 4. *vers. si ducat non sta. fit* Fr. Emman. *in summa tom.* 1. *cap.* 232. *nu.* 4. *vers. lo sexto*, Petr. Ledes. *in summa par.* 1. *de Sacramento Matrimon. cap.* 26. *dub. finali*. Circa vero excommunicationem in illo Côc. decreto comminatam, an sit latae sententiae, & de reseruatis Pontifici, vide Farinac. *d. q.* 145. *num.* 21. Sanch. *de Matrimon. lib.* 7. *disp.* 13. *à princip.* Bonae. *eod. tract. q.* 4 *punct.* 18. *num.* 9. *in fine*, Valer. Reginal. *in praxi fori poenit. lib.* 22. *num.* 31. *vers. de excommunicatione*.

3 In glos. [Consensorem .] ibi (*qui enim consentit, quandoque vt faciens punitur.*) Intellige, quando consentientes cum agêtibus cooperantur positiuè, praebendo causam efficacem, & propinquam principali auctori delinquenti, vt per Couar. *in reg. peccatum par.* 2. *§.* 12. *à princip.* Menoch. *de arbitr. casu* 348. Farinac. *in praxi crimin. par.* 4. *conf.* 66. *num.* 18. Flamin. *de confident. q.* 22. *nu.* 5. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 732. *sub num.* 1.

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Tallionis poena an hodie locum habeat, remissiuè.*
3 *Episcopalis dignitas est Ordo.*
4 *Purgatores debent esse bonae opinionis.*
5 *Qui non potest per se, non potest per alium.*

Cap. Quotiens. V. *Innoc. iij.*

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panor. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellae, par.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 226. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 730. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 29. *cap.* 4.

2 In glos. [Accusatores.] ibi (*puniri debent poena talionis.*) An hodie locum habeat vide Duen. *reg.* 72. Couar. *variar. lib.* 2. *cap.* 9. Bellett. *disquisit. clerical. par.* 1. *tit. de discipl. clericali §.* 10. *num.* 14. Clar. *§. fin. q.* 81. *vers. sed quaero.*

3 In glos. [Sui ordinis .] ibi (*quod Episcopalis dignitas sit Ordo.*) sequuntur Zabarel. *in Clem.* 2. *num.* 12. *de aetate, & qualitate*, Nauar. *in manuali cap* 22. *num.* 18. *vers. quare*, Bursat. *cons.* 125. *à princip. volum.* 1. Campanil. *in diuers. Iuris Canon. rubr.* 2. *num.* 7. Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi par.* 2. *allegat.* 1. *num.* 18.

4 In glos. [Religiosorum.] ibi (*compurgatores debent esse bonae opinionis.*) Vide Bernard. *in pract. cap.* 151. *num.* 4. Ioan. Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiastici par.* 3. *cap.* 6. *num.* 28.

5 In glos. [Summissam.] ibi (*non enim licet mihi per alium, quod per me non licet.*) Quia qui non potest per se, non potest per alium, de quo vide Thom. de Thomaset. *in floribus legũ reg.* 246. relatum *in libello de principijs vtriusque Iuris lit. F. num.* 1.

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Iudex Ecclesiasticus non cognoscit de criminibus laicorum nisi quatenus spectăt ad forum Conscientiae.*
3 *Lex Canonica in foro seculari seruanda est, vbi agitur de materia peccati etiam venialis.*

Cap. Nos inter. VI. *Alex. iij.*

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Io. Andr. Hostien. Butr. Anch. Panormit. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 226. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 730. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 29. *cap.* 7.

2 In glos.[Deficientibus.]ibi(*sed nunquid Episcopus potest de quolibet crimine,&c.*) Notatur ad hoc, quod de criminibus laicorum non cognoscit Iudex Ecclesiasticus, nisi quatenus spectat ad forum Conscientiæ, vt per D. Barbos. *in l. Titia nu.* 50. *ff. solut. Matrim.* Vnde optimo Iure Ordinatio Regia Lusitan. *lib.* 3. *tit.* 64. *in princ.* statuit in materia peccati seruandam esse legem Canonicam in suo foro seculari, & aduertunt Surd. *decis.* 159. *num.* 9. *& de aliment. tit.* 7. *q.* 29. *num.* 11. Camil. Borrel. *in summa omnium decis. tit.* 13. *de legibus, num.* 82. quod procedit, etiamsi agatur de solo peccato veniali, Ripa *in cap. sæpe nu.* 6. *de restitut. spoliat.* Alciat. *in cap. nouit, nu.* 19. *de iudicijs*, & *in cap. cum contingat, nu.* 5. *de iureiur.* Surd. *d. q.* 29. *num.* 12.

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Deficiens in purgatione quas pœnas incurrat, remissiuè.*

Cap. Cum P. VII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Soc. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 227. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 730. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *sub tit. de accusat. cap.* 12. & est pars *cap. cum P. sub illo tit.* & ad finem illius continuatur hæc pars.

2 *Deficiētē vero in purgatione, &c.* De pœnis quas pati debent deficientes in purgatione vide Bernard. *in pract. cap.* 152. Simanch. *de Catholicis institut. cap.* 54. *nu.* 7. Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 2. *q.* 20. *art.* 2. vbi refert, quod licet clericus accusatus puniatur tanquam conuictus, si defecerit in purgatione, religiosum tamen eodem modo non puniri nititur probare, vt apud ipsum videri potest.

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Purgationem suam qui rite perfecerit Iudex sine mora debet illum declarare innocentem.*
3 *Sententia nulla nunquam transit in rem iudicatam, nullaque indiget reuocatione.*
4 *Infamiam Iuris licet Princeps remouere possit, non potest tamen remouere infamiam facti.*

Cap. Ex tuarum. VIII. *Luc. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. And. Hostien. Henr. Butr. Anch. Panor. Marian. Socin. *Ximen.* Toletan. *in concordan. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 227. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 731. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 29. *cap.* 5. & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *par.* 50. *cap.* 50.

2 *Quam cum præstiterit, &c.* Notatur ad hoc, quod si quis suam purgationem ritè perfecerit, Iudex sine mora debet illum declarare innocentem, & ab infamia criminis absoluere, illumq; in pristinum statum restituere, vt per Fr. Emman. *tom.* 2. *quæst. regul. q.* 20. *art.* 2. *in princip.* Soar. *de relig. tom.* 1. *lib.* 1. *de irreligiositate cap.* 3. *nu.* 8.

3 In glos. [Non putantes.] ibi (*sententia, quæ nulla est, non liberat aliquem.*) Quia sententia nulla nunquam transit in rē iudicatam, Azeued. *l.* 2. *num.* 28. *tit.* 17. *lib.* 4. *nouæ recopil.* Cald. Pereira *quæst. forens. lib.* 2. *q.* 37. *à princip.* Ainat. Roder. *in pract. cap. vlt. par.* 2. *num.* 10. *&* 11. nullaq; indiget reuocatione, Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 266. *num.* 13. nec inducit exceptionem litis pendentiæ, idem Stephan. Gratian. *cap.* 531. *num.* 61.

4 In glos[Absoluas.] ibi (*quia infamia facti omnino remouere solius Dei est.*) Aduerte, quod licet Princeps possit delinquēti famam restituere, & Iuris infamiam ex delicto incursam tollere, Cacher. *decis.* 101. *num.* 2. Sfort. *de in integrum restitut. par.* 2. *q.* 92. non potest tamen remouere infamiam facti, quia opinio hominum de bonitate, vel de malitia alicuius non potest ab aliquo, etiam maximo, vel supremo Principe remoueri, Princepsq; non potest facere, vt homines credant illum esse bonum, quem credunt, & credere volunt esse malum, immo non nisi à Deo infamia facti aboleri potest, vt per Roman. *sing.* 469. *incip. dubicatio est magna.* Verum Sfort. quem refert, & sequi videtur Farinac. *in praxi crimin. par.* 1. *q.* 6. *nu.* 45. *vers. in proposito*, dicit quod Princeps restituit etiam ab infamia facti, si hoc ei placeat, & exprimat.

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Patria ordinandorum inuestiganda, vt exinde sciatur, quibus ipsi sint imbuti moribus.*
3 *Verbum, genus, in Concil. Trident. sess.* 23. *de reformat. cap.* 7. *propriè significat illud, quod legitimus, vel liber.*

4 Neo-

4 *Neophyti, & qui à Mauris, vel Iudais originem ducunt an sint incapaces officiorum publicorum, & beneficiorum ostenditur.*

Cap. Constitutus. IX.

1 SVper hunc tex. scripserũt Abb. antiq. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iur. Pontif. pag.* 227 Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 731.

2 *De nationibus*. Notatur ad hoc, quod patria ordinandorum
inuestiganda, vt exinde sciatur, quibus ipsi sint
imbuti moribus, vt per Tiraq. *ad l. 7. connub.*
glos. 1. par. 7. num. 17. Vnde in Concil. Triden.
sess. 23. de reformat. cap. 7. præcipitur Episcopis,
vt genus promouendorum ad Ordines inquirãt,
an scilicet sit filius ancillæ, vel seruus, qui pro-
moueri desiderat, vel filius, aut nepos hæreti-
corum, fautorum, defensorum, receptatorum,
quos Ius à suscipiendis Ordinibus excludit vsq;
ad secundum gradum via masculina, vel vsque
ad primum via fœminina. Ita Salzed *in pract.*
Bernardi cap. 22. num. 24. Fr. Emman. *in summa*
tom. 1. cap. 160. nu. 2. & quæst. regul. tom. 1. q. 24.
art. 7. Henriq. *in sum. lib. 10. cap. 17. num. 2. in*
commento lit. G Auila *de censuris par. 7. disp. 4. dub. 4.*
& verba Concil. Triden. dicto loco ibi, Ordinan-
3 dorum genus, propriè significare idem, quod
legitimus, vel liber, non autem referri ad de-
scendentes ex genere Hebræorum tenet Cened.
ad Decretal. collect. 77. nu. 2. Vnde nullibi repe-
ritur prohibitum, quod conuersi ex Iudæis ad
Ordines non promoueantur, vel quod Episcopi
4 de genere illorum inquirant. Nam *cap. constitut.*
17. q. 4. desumptum ex Concil. Tolet. 4. *Can. 65.*
dum decernit Iudæos, aut eos, qui ex Iudæis ori-
ginem ducunt, ineptos esse ad officia publica,
intelligitur, qui ex Iudæis sunt de illis nuper
ad Fidem ex Iudaismo conuersi, non autem
de illis, qui iam ex infantiæ tempore bapti-
zati ex Iudæis originem trahunt, ita Soar. *tom. 5.*
disp. 43. sect. 3. num. 9. quem refert, & sequitur
Sanch. *in præcepta Decalogi lib. 2. cap. 28. num.* 15.
vbi *num.* 16 aduertit quod possunt testes iurare
esse illum Christianum veterem, nec ab Hæreti-
cis, Mauris, aut Iudæis descendere, quando
non est Neophitus ex Iudæis, vel Mauris, sed
ab infantia baptizatus, & quando non est filius,
aut nepos per viã masculinã, aut filius per viã
maternam Hæretici defensoris, receptatoris,
vel fautoris Hæreticorum. Ideò extrauagantes,
& Constitutiones Summorum Pontificum pro-
hibentes ne descendentes ex Mauris, Iudæis,
aut Hæreticis vsque ad quartam generationem
admittantur ad aliquam dignitatem, certumvè
genus beneficiorum, esse intelligendas ex Iuris
æquitate non habere locum in descendentibus
ex illis, qui sponte propria, nulloq; metu coacti
sunt conuersi, tenent Nauar. *cons. 1 sub tit. de Iu-*
dæis in antiq. & cons. 22. sub tit. de hæreticis, in no-
uis, Auila *de censur. par. 7. disp. 4. dub.* 3. vbi addit
se recepisse à quibusdam viris doctis, & in praxi
peritis prædictas constitutiones super hac re
editas non esse vsu receptas, Sanch. *d. lib. 2. c. 27.*
n. 3. Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 1. q. 14. art. 1. &*
2. vbi eod. *art. 1. in fine* ait Extrauag. Pauli IV.
confirmatam à Greg. XIII. posteà restrictam
fuisse à Sixto V. vsque ad secundam generatio-
nem paternam, & primam maternam iuxta re-
strictionem tex. *in cap. statutum in 2. de hæreticis*
lib. 6.

5 In glos. [Ordinandos.] ibi (*& inquirendum est de natione, in qua nati sunt, &c.*) De requisitis necessarijs in ordinandis latè agit Campanil. *in diuersor. Iuris Canon. rubr. 3. nu.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Infamatus propter delicti grauitatem à beneficio quoque ne dum ab officio suspendi potest.*
3 *Recusans se purgare de hæresi officio & beneficio debet priuari.*
4 *Fama sufficit ad inducendam purgationem Canonicam.*
5 *Purgatio Canonica potest indici quando contra inquisitum adsunt indicia sufficientia ad torturam.*
6 *Processus in materia Fidei per Canonicam purgationem quomodo terminandus, remissiuè.*
7 *Compurgatores debent esse Catholici, & vita probati.*
8 *Fama & honoris restitutio facienda est ijs, qui eius læsionem propter vitia falsò obiecta passi fuerint.*
9 *Infamatus de hæresi tenetur se purgare.*
10 *Deficiens in purgatione, aut eam subire sibi Iure indictam recusans præsumptione admodum vrgenti conuincitur.*
11 *Clericali priuilegio nemo priuandus est nisi conuincatur per veras probationes.*

Cap. Inter sollicitudines. X. *Innoc. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuia. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag.* 228. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 731. refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 17. cap.* 1.

2 *Etiam à beneficio*. Notatur ad hoc, quod propter de-
licti grauitatem infamatus à beneficio quoque
nec dum ab officio suspendi potest, donec se ca-
nonicè purgauerit, vt per Tiraq. *de pœnis temper.*
causa 49. num. 35. Et qui recusat se purgare de
3 hæresi, officio, & beneficio debet priuari, vt per
Sanctarel. *in tract. de hæresi cap. 41. num.* 9.

4 *Fama publica deferente.* Notatur ad hoc, quod fama sufficit ad indicendam purgationem canonicam, vt per Mascard *de probat.concl.*773.
5 *num.*23. Et purgatio canonica potest indici, quando contra inquisitum adsunt indicia sufficientia ad torturam, vt per Marc. Anton. Genuen. *in praxi Curia Archiepisc. Neapolit. cap.*32.

6 *Attendentes autem, &c.* De forma terminandi processum in materia Fidei per canonicam purgationem, vide Peñā *in direct. Inquisit. par.*3.*comment.* 42.*nu.* 181. *cum seqq.*

7 *Sint Fide Catholici, & vita probati.* Notatur ad hoc, quod compurgatores debent esse Fide Catholici, vita probati, & qui conuersationem purgandi clerici, non tam moderno tempore, quàm transacto nouerint, vt per Bernard. *in pract. cap.*151. *num.*4. *In nouiss. impress.* Peñam *in direct. Inquisit. par.*3.*comment.* 38. *vers. in causa*, Ioan. Franc. Leon. *in thesauro fori Ecclesiast. par.* 3. *cap.* 6. *num.*28.

8 *Vt infamia conuertatur in bonam famam, &c.* Notatur ad hoc, quod famæ & honoris restitutio facienda est iis, qui ob vitia falsò obiecta, eius læsionem passi fuerunt, vt per Couar. *variarum lib.* 1. *cap.* 11. *nu.* 4. *in fine.*

9 *In pœnam autem familiarit. &c.* Notatur ad hoc, quod infamatus de hæresi ob familiaritatem cum his, quos hæreticos esse agnouit, vehementer de hæresi est suspectus, & tenetur se purgare, & publicè abiurare, vt per Peñam *in direct. Inquisit. par.* 2. *q.* 56. *nu.*7. *pag. mihi* 381. nam talis ille præsumitur, qualis est, cum quibus conuersatur, vt per Tiraq. *in l.* 5. *connubiali par.* 5. *num* 29.

10 In glos. [In arctum monasterium.] ibi (*cum deficiens in purgatione, &c.*) Notatur ad hoc, quod is, qui deficit in purgatione, aut eam subire sibi Iure indictam recusat, præsumptione admodum vrgenti conuincitur, vt per Couar. *in cap. alma mater par.* 1. §. 3. *num.* 4. *in princip.*

11 In ead. glos. ibi (*cum aliquis condemnatus est verè non præsumptiuè.*) Notatur ad hoc, quod nemo priuandus est priuilegio clericali, nisi conuincatur per veras probationes, & non per præsumptas, vt per Felin. *in cap. afferte num.* 6. *de præsump.* Auend. *de exequendis mand. lib.* 1. *cap.*22. *num.* 4. Gammam *Lusit. decis.*179. & 281.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Vicinus præsumitur scire facta vicini, & an sit bonæ famæ.*
3 *Vicinus quis dicatur, ostenditur.*

Cap. Cum dilectus. XI.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. And. Hostien Henric. Butr. Anchar. Panor. Marian. Soc. Casal. *in annot.* Ximen. Toletan. *in concordantiis vtriusq. Iuris cum legibus Castella par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 229. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 732. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 17. *cap.* 2.

2 *Quæ vicinæ sint.* Ergo vicinus præsumitur scire facta vicini, vt per Socin. *reg.* 98. & perconsequens an sit bonæ vocis, conditionis, & famæ, vel an decesserit, aut viuus sit, vt per Menoch. *de præsump. lib.* 6. *præsump.* 24. *nu.* 12. *cum seqq.*

3 Vicinus dicitur ille, qui proximè habitat, Ioseph. Sesse *Aragon. decis.* 99. *num.* 5. & propriè ille dicitur, qui alta voce acclamando audiri potest, Ignat. del Villar *in sylua respons. lib.*1. *respons.* 5. *par.* 1. *num.* 41. & tractant DD. per tex. ibi *in l. si vicinis C. de nupt.* Menoch. *de arbitr. casu* 222. Mascar. *de probat. conclus.* 1406. *n.*4. Flores de Mena *var. q.* 1. *n.* 6. Christoph. de Pace *ad leges styli l.* 64. *nu.* 4. *cum seqq.* vbi etiam de locis vicinis. Non dicitur tamen vicinus loci, qui ex causa aliqua temporali, vel ratione alicuius officii detinetur in aliquo loco, vt per Ioseph. Sesse *Aragon. decis.* 9. *nu.* 6. & 7.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Multitudo facile sequitur vnius dictum.*
3 *Rescriptum omne impetratum contra Ius, censetur per importunitatem obtentum.*
4 *Purgatio canonica non indicitur si infamia sit simplex, & absque scandalo.*
5 *Infamati, vel inimici quando fuerint illi, qui sunt eiusdem ordinis, non admittuntur ad purgationem, sed alii.*

Cap. Cùm in iuuentute. XII.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Io. Andr. Hostien. Butr. Ancharan. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantiis vtriusque Iuris cum legibus Castella par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 229. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 732. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 17. *cap.* 3. & pars alia huius Decretalis, est sup. *in cap. cum in iuuentute, de præsumpt.*

2 *Scientes quod dictum vnius facile sequitur multitudo.* Vide Anton. Mariæ *tom.* 1. *commun. opin. in præfat. nu.*4. *pag.* 2.

3 *Sed importunitate petentis, &c.* Notatur ad hoc, quod omne rescriptum impetratum

tratum contra Ius censetur per importunitatem obtentum, vt per Perez l. 1. tit. 12. lib. 3. Ordin. Azeued. l. 1. à num. 1. tit. 14. lib. 4. noua recopil. & l. 2. nu. 27. tit. 13. eod. lib. 4.

4 *Nos autem postulationem, &c.* Notatur ad hoc, quod si infamia sit simplex, & absque scandalo, & originem habuit à maleuolis procurantibus, purgatio Canonica non indicitur, vt per Bernar. in pract. cap. 151. num. 9. Fr. Emman. quaest. regul. tom. 2. q. 20. art. 1. vers. aduertere.

5 *Quia inter eum, &c.* Notatur ad hoc, quod quando illi, qui sunt eiusdem ordinis fuerint inimici, vel infamati non admittuntur ad purgationem, sed alij, vt per Bernard. d. cap. 151. num. 6. vbi num. 8. aduertit, quod infamatus ille iudicandus non est, quem dicta paucorum infamant, si opinio eius apud bonos viros læsa non sit.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Compurgator iurare debet de credulitate.*

Cap. De testibus. XIII.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Ancharan. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. in concord. vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par. 2. Viuian. in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 229. Alagona in compendio Iuris Canonici pag. 732. refertur ab Ant. August. collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 17. cap. 4.

2 Probat hic tex. compurgatorem iurare debere de credulitate, prout & alij, quorum certa non est scientia, vt per Bernard. in pract. cap. 151. num. 5. Tiraq. de retractu tit. 1. §. 2. glos. 2. n. 10.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Ordines Sacros suscipere volens probare debet se legitimè natum, quoties de se contraria fama extat.*
3 *Negatiua probari non potest directè, nisi resoluatur in affirmatiuam.*

Cap. Accedens. XIIII.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. in concordantijs vtriusque Iuris cũ legibus Castellæ, par. 2. Viuian. in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 230. Alagona in compendio Iuris Canon. pag. 732. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 17. cap. 5.

2 Notatur hic text. ad hoc, quod Ordines Sacros suscipere volens probare debet se legitimè natum quoties de se contraria fama extat, secus illa cessante, vt per Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsump. 54. num. 26. Hodie verò ex noua dispositione Concil. Triden. sess. 23. de reformat. cap. 5. volens ad maiores Ordines promoueri per mensem ante ordinationem Episcopum adire debet, qui Parocho, aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat, vt diligenter de ipsorum ordinandorum natalibus, &c. inquirat, id est, an legitimi, vel illegitimi sint, vt interpretatur Campanil. in diuers. Iuris Canon. rubr. 3. nu. 5. vers. natalitia.

3 In glos. [Purgatione.] ibi (*quia negatiua probari non potest directè.*) ita Donat. à Fina. tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 9. n. 20. 28. & 35. Mascard. de probat. concl. 1087. Carot. de locato. par. 3. tit. de negat. proban. Rebuf. de exceptionibus à n. 160. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsump. 50. à nu. 8. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 38. Cardos. in praxi Iudic. verbo probatio, num. 29. Probatur tamen si resoluatur in affirmatiuam, Menoch. d. præsump. 50. num. 14 cum seqq. Mendez à Castro in praxi Lusit. lib. 5. cap. 1. nu. 61. vel si habet affirmatiuam implicitam Flamin. de resign. lib. 8. q. 2. nu. 27.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Notorium facti quod sit, ostenditur.*
3 *Laicus contra Clericum in criminibus notorijs testis esse potest.*
4 *Res inter alios acta nocet alijs ratione connexitatis.*
5 *Citatio in notorijs an requiratur, ostenditur.*

Cap. Cum dilectis. XV.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anch. Panorm. Marian. Soc. Ximen. Toletan. in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2. Viuian. in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 230. Alagona in compendio Iuris Canonici pag. 732. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 17. cap. 6.

2 *Nullus inficiationi locus, &c.* Notatur ad hoc, quod notorium facti est finita, & communiter indubitata probatio immediata ex natura facti, vel rei continuæ, vel interpollatæ, aut momentaneæ, se oculis hominum, aut maioris partis ita exhibens, vt nulla possit tergiuersatione celari, aut negari, vtpotè cuius vniuersus populus, aut maior pars testis esse possit, vt per Farinac. in praxi crimin. par. 1. q. 21. num. 11. Mench. illustrium cap. 2. nu. 11. & cap. 20. num. 23. Menoch. de arbitr. casu 166. num. 4.

3 *Vtpote cuius vniuersa vicinia populus, &c.* Ergo laicus contra clericum admittitur testis in criminibus notorijs, vt per Panorm. in cap. de cætero nu. 4. de testibus, vbi Felin. num. 6. Mascard. de probat. concl.

concl. 962. num. 8. & concl. 1358. num. 48. cum seq. Crot. *de testibus num. 67.* Bellet. *disquisit. clerical. par. 3. tit. de clerico teste § 5. nu. 6. vers. quinto,* vbi etiam aduertit laicum idoneum esse testem ad probandam infamiam contra clericum.

4 Notatur hic tex. etiam ad hoc, quod res inter vnos acta, nocet alijs ratione connexitatis, vt per Tiraq. *in tract. res inter alios, vers. limita igitur vigesimo secundo.*

5 In glos. [Non erat illi indicenda.] ibi (*citatio tamen facienda, &c.*) Notatur ad hoc, quod in notorijs etiam citatio requiritur, quando nõ constat citatum esse inexcusabilem, nullamque habere posse defensionẽ, vt per Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 2. q. 18. art. 1. vers. hæc opinio.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Nemo potest scire se esse in gratia Dei.*
3 *Vendentes iustitiam, vel bonum litis euentum quam pœnam incurrant, ostenditur.*
4 *Venalis sententia nulla est, nisi sit arbitri.*

Cap. Accepimus. XVI. & fin.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collectar. Zabar. Ioan. Andr. Host. Henr. Butr. Anch. Panor. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordant. vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 230.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 732.*

2 *Quia non debebat asserere, &c.*

Quia nemo potest scire se esse in gratia Dei, immo contrarium asserere est Hæreticum, & error Lutheri, quem damnat Alphons. de Castro *lib. 7. aduersus hæreses in verbo gratia hæresi 3.* & apertè damnatus fuit in Concil. Trident. *sess. 6. cap. 6. Can. 14.* Nemo enim scit (vt ait *Eccles. cap. 9*) an amore, vel odio dignus sit, & Apost. ad *Corinth. 1. cap. 4.* nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, vide plura ad hoc propositum per Nauar. *in man. cap. 9. nu. 10. & cap. 11. num. 8. & in cap. si quis il primo num. 18. de Pœnitentia dist 7.* Iansen. *in Prouerbia Salomonis cap. 20. Prouerbio 9.* optimè Menoch. *cons. 82. n. 5. & 6. num. 58. & 63. cum seqq. & de præsumpt. lib. 6. præsump. 94. num. 95.*

3 In glos. [Venditionem iustitiæ.] De illis, qui vendunt iustitiam multa tradit Azeued. *l. 7. n. 4. & 5. tit. 3. lib. 7. noua recopil.* De illis verò, qui vendunt bonum litis euentum, & ad illum obtinendum cum partibus componuntur, vide DD. per tex. ibi *in l. qui explicandi C. de accusat.* Bobadil. *in sua politica lib. 13. cap. 9. pag. 365. cum seqq.* Farinac. *in praxi. crimin. q. 111. n 297. cum seqq.* vbi *num. 284.* agit de illis, qui hoc faciunt extra curiam, & promittunt bonum litis euentum apud Iudices, & de Aduocato hoc faciente. Hos impostoros vocat Martial. *lib. 4. Epigram. 5.* fumi venditores, vbi P. Raderus eius scholiastes aliqua adducit: inde factum fuit, vt Alexander Seuerus Imperat. vt refert Aelius Lãpridius *in eius vita* quendam Vetronium Turinum his fallacijs vtentem fumo necari iusserit, clamante præcone fumo moritur, qui fumum vendidit, refert etiam, multa in hoc propositum adducens Horten. Caualcan. *de brachio Regio par. 5. nu. 69. & 70.* Sebast. Orozco *en el thesoro de la lengua Castellana verbo humo.* fit enim offensa Regi, & fraus, & mendacium, & furtum litigantibus deceptis, de quo idem Orozco *in suis moralibus emblem. lib. 2. embl. 19.*

4 In ead. glos. ibi (*venalis etiam sententia nulla est.*) Ita dispositum est apud Lusitanos *in Ordinatione Regia lib. 3. tit. 75. in princip.* & apud Castellanos *l. 13. tit. 22. partit. 3.* resoluunt Menoch. *de arbitr. casu 343. num. 6.* Mench. *vsufrequen. cap. 37.* Auiles *ad cap. 1. prætorum, verbo donatione num. 6.* Peregr. *de Iure fisci lib. 7. tit. 4. nu. 5. cum seqq.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. par. 5. collect. 1449.* Farinac. *in praxi crimin. par. 3. q. 111. num. 197.* Venalis vero sententia arbitri est valida *glos. verbo exceptio, in fine in l. ita demum ff. de arbitr.* Camil. Borrel. *in summa omnium decis. tit. 63. num. 384.*

De Purgatione vulgari. Tit. XXXV.

SVper hanc rubr. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Anchar. Panor. Butr. Marian. Soc. Martin. Mesnart. *in epithome Decretal. fol. 197.* Petrus de Rauenna *in compendio Iuris Canon.* Dan. Venat. *in analysi methodica Iuris Pontificij pag. 709.* Goffred. & Hostien. *in summa huius tit.* Alexan. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. sub hoc tit.*

De materia tit. vide Cou. *lib. 4. variar. cap. 23.* Ambros. de Morales *in historia Hispaniæ par. 2. lib. 11. fol. 56. verso.* Henriq. *in summa lib. 8. de Eucharistia, cap. 56. num. 5.* Decian. *tract. crimin. tom. 1. lib. 5. cap. 48. num. 3.* Ioan. Ferdinan. *in thesauro, verbo aqua, num. 9.* Soar. *tom. 1. de relig. lib. 1. de irreligiositate cap. 3. num. 8.* latè Martin. Delri. *disquisit. magicar. lib. 4. cap. 4. q. 4. sect. 3. & 4.* Anton. de Gouuea *in lib. de itinere seu visit. Archiepiscopi D. Alexy de Meneses lib. 2. cap. 4. in fine. & cap 5.* Bernard. de Britto *in monarchia Lusitana par. 2. lib. 2. cap. 10. à princ.* Emman. do Valle *de incantat. & ensalm. sect. 2. cap. 15. num. 7.* Azeued. *in l. 10. num. 12. tit. 8. lib. 8. noua recop.* Franc. Leon. *in thesauro fori Ecclesiast. par. 3. cap. 26. num. 27.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Duella, & aliæ purgationes vulgares sunt prohibitæ.*

Cap.

Cap. Cura. I. *Cælest. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Cened. *collect.* 117. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 232. Alagona *in compend. Iuris Canonici pag.* 733. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 16. *cap. vnico.*

2 Probat hic text. duella, & alias purgationes vulgares prohibitas esse, quia per ea multoties condemnatur absoluendus, & Deus tentari videtur, vide Orozco *de vera, & falsa prophetia lib.* 1 *cap.* 29. *fol.* 73. Soar. *tom.* 1. *de religione lib.* 1. *de irreligiositate cap.* 3. *nu.* 8. De duello, & eius pœnis dixi latè *ad tit. de clericis pugnantibus in duello.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Sententia quando est ipso iure nulla potest reuocari per Iudicem, qui eam tulit.*
3 *Sententia, quam pars iniustam profitetur non debet exequi.*
4 *Testibus receptis contra Iuris prohibitionem non est fides adhibenda.*

Cap. Significantibus. II. *Inn. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostiens. Hen. Butr. Anch. Panor. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 232. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 733. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 18. *cap. vnic.*

2 Notatur hic tex. ad hoc, quód quando sententia est ipso iure nulla potest reuocari per Iudicē qui eam protulit, vt per Azeued. *in rubr. tit.* 8. *num.* 5 *lib.* 8. *nouæ recopil. &* l. 10. *num.* 3. *eodem tit.*
3 & sententia, quam pars iniustam confitetur, non debet exequi, vt per Corset. *in sing. verbo sententia* 6. & 7. Rebuf. *tom.* 1. *ad leges Galliæ tract.*
4 *de senten. execut. art. vlt. num.* 6. Sic etiam testibus receptis contra Iuris prohibitionem, nulla fides adhibenda est, & sententia lata virtute talium probationum est ipso iure nulla, vt per D. Barb. *in l. si de vi, num.* 106. *ff. de iudicijs.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc text. scribentes.*
2 *Ferri candentis iudicium interdicitur.*
3 *Purgatio vulgaris olim triplex.*
4 *Miraculum insigne refertur quod accidit cuidam Lusitano Omuræ.*

Cap. Dilecti. III. & fin. *Hon. iij.*

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Collect. Zabarel. Io. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletanus *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 232. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 733.

2 Refert hic text. ferri candentis iudicium penitus esse interdictum, vt potè in quo Deus tentari videtur, & mandat Templarios, qui Liuones hoc iudicium subire compellebāt, per censuras Ecclesiasticas cogi ab eo abstinere, vt per Mart. Delr. *disquisit. magic. lib.* 4. *cap.* 4. *q.* 4. *sect.* 3. *in fine, & q.* 5. *sect.* 3. *vers. secundò probatur.*

3 Triplex olim fuit purgatio vulgaris, per rogū scilicet, per prunas, per ferrum, hoc est vmores, seù lateres, seù conticulas, vel chirothecas cādentes innocentia probabatur, si illæsus quis abiret; sin nocens habebatur, quæ aliquando sponte suscepta, aliquando verò iniuncta prouocato erat, prout asserit idem Martin. Delr. *d. q.* 4. *sect.* 3. *in princip.* vbi testatur de ferro candente hodie apud Iaponios obtinere, & narrat
4 illustre miraculum, quod accidit Omuræ ex epistola Luisij Froes scripta anno 1595. in hæc verba. Fuerat Christianus quidam (Lusitanus erat) degens inter ethnicos accusatus furti, & quia hoc crimen sæuissimè accusatur in Iaponia, sic vt de eo quantumuis minimo conuictus, morte cum nulla veniæ spe mulctetur, nec tamen possunt hunc Christianum verè conuincere. Ecce mox gentiles eum obsident, & dum aliud non possunt, opportunè compellunt, vt ritu ipsis cōsueto iuramentum edat, qui erat, vt in folio chartæ subscripto scriberet, quod erat iurandū, deinde folio in palmam manus deposito imponeret ferrum candens, manumq; constringendo in suam rapiat vindictam, & iram Chamis imprecaretur, si obiecti criminis reus foret. Quod si fortè manus amburatur, aiunt experientia probatum eum noxæ esse reum, si verò à læsione cum folio maneat immunis esse innoxium. Cum igitur hic Christianus in has angustias abductus esset, quippè vel iurandum illi erat, vel repudiato iuramento, quo se reum faciebat vitæ discrimen adeundum, innocentiæ suæ cōfisus dixit fas sibi non esse, vtpotè Christiano per falsum Deum Chamis iurare, sed tantum per verū. Consentiunt Gentiles, vt per suum Deum iuret. Ille ergo signo Crucis in folio expresso, ferroq; candēti imposito, quia id facere cogebatur, magna animi præstantia ferrum manu constrinxit. Res mirabilis, nec manus, nec folium comburitur. Itaque non solum solutus est pœna, verum etiam culpa, quam falsò illi impingebant.

De Iniurijs, & damno dato. Tit. XXXVI.

SVper hanc rubr. scripserunt Zebarel. Io. Andr. Anchar. Panorm. Butr. Marian. Soc. Aloys. Ricc. *collect.* 1875. Durand. *in breuiario aureo Iur. Canon. fol.* 151 Petr. de Rauenna, *in compendio Iuris Canon.* Ioan. de Londris *in breuiario Sanctorum Canonum, fol.* 182. Martin. Mesnar. *in epithome Decretal. fol.* 197. *verso*, Daniel. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontificij à pag.* 710. Goffred. & Hostien. *in summa huius tit.* Alexan. Cassan. & Anast. Germon. *in paratitles ad quinque libros Decretal. sub hoc tit.*

De iniurijs vide Clarum *in pract. §. iniuria*, Menoch. *de arbitr. casu* 263. Bellac. Soar. & alios *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 9. *tit.* 25. *de iniur.* Perez *ad tit.* 9. *lib.* 8. *Ordin.* Surd. *decis.* 89. Farinac. *in praxi crimin. par.* 3. *q.* 105. Bernard. Græuæ, *ad pract. Camera Imper. lib.* 2. *concl.* 100. Iniuria non solum dicitur verbalis, quæ dicitur verbo tenus, sed & ea, quæ in scribendo fit; quia scriptura loquitur, *l. non figura* 37. *vers. quatinus ff. de actionibus, & obligationibus, glos. verbo conijciunt in l.* 1. *ff. hoc tit.* Farinac. *d. q.* 105. *nu.* 4. Bernard. Græuæ. *d. lib.* 2. *concl.* 104. *consider.* 1. Sine dolo, & animi iniuriandi non committitur *l. si non conuincij C. hoc tit.* Surd *d. decis.* 89. *num.* 23. *&* 27. Farinac. *in praxi crimin. par.* 1. *q.* 16. *num.* 67. Menoch. *cons.* 109. *num.* 1. Iniuriandi animus non præsumitur, quando potest sumi alia coniectura, Surd. *d. decis.* 89. *num.* 31. Farinac. *dict. q.* 16. *nu.* 53. Irrogatur vero, si quis dicat alteri tu mentiris, ex *Clar. §. iniuria, num.* 13. *&* 14. Menoch. *cons.* 41. *num.* 10. Bellacomb. *tom.* 2. *commun. opinion. lib.* 9. *tit.* 25. *nu.* 49. vbi Viu *n.* 127. Soar. *receptarum sententiarum lit. I. nu.* 36. Fachin. *controuers. lib.* 9. *cap.* 12. *in princip.* Bernard. Græuæ *d. lib.* 2. *concl.* 100. *num.* 9. *cum seqq.* Farinac. *d. q.* 105. *num.* 310. vbi *num.* 321. asserit procedere, quamuis fiat cum protestatione, saluo scilicet honore mentiti, quia talis protestatio contrario facto protestantem non releuat. Similiter infertur per verba generalia, puta si dicatur, ite in pace, quia in meo genere, non sunt Iudæi, Mauri, latrones, &c. Perez *l.* 2. *vers. igitur maiores tit.* 9. *lib.* 8. *Ordin. pag.* 228. Capic. *decis.* 48. *num.* 3. Farinac. *q.* 105. *num.* 12. 104. *& seq.* Menoch. *cons.* 107. *nu.* 10. Atrox vero iniuria, quæ dicatur, vide Couar. *lib.* 2. *variar. cap.* 10. *num.* 7. *vers. hæc omnia*, Gomez *tom.* 3. *variar. cap.* 6. *nu.* 1. 2. *&* 4. Plac. *de delict. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 3. Perez *l.* 27. *in glos. verbo palabra tit.* 19. *lib.* 8. *Ordinam.* Menoch. *de arbitr. casu* 263. Rebel. *de oblig. iustit. par.* 2. *lib.* 18. *q.* 9. *num.* 3. *vers. prima*, Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 176. *vers. secunda, & disp.* 281. *vers. prima ist.*

De damno dato vide Brunor. à Sole *in locis communibus verbo damnum*, Mascard. *de probat. concl.* 470. *cum seqq.* Dicitur non solum, quod prouenit à casu, sed etiam à culpa, Surd. *decis.* 326. *num.* 3. Et illud alleganti incumbit onus probandi, Mascard. *concl.* 470. *num.* 1. & in dubio præsumitur illatum ab inimico, Brunor à Sole, *d. verbo damnum* 2. Mascard. *concl.* 472. *num.* 1. & à vicinis, quando sunt malæ opinionis, & famæ, Bart. *in l. si ita, ad finem ff. fundo instructo, & in l. dominus horreorum, ad finem ff. locati*, Menoch. *de arbitr. casu* 208. *&* *cons.* 384. *n.* 6. *& de præsump. lib.* 2. *præsump.* 89. *n.* 94. *&* *lib.* 5. *præsump.* 21. *à n.* 18. *& lib.* 6. *præsump.* 24. *n.* 45. Mascar. *concl.* 472. *n.* 3. *& concl.* 831. *nu.* 13. *&* *concl.* 1224. *nu.* 3. Diuersa namq; sunt iniuria, & damnum, quia remittens omnem iniuriam, & violentiam, non censetur remittere damna, Couar. *d. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 7. *vers. tertium*, Anton. Gomez *tom.* 3. *variar. cap.* 6. *num.* 13. Menoch. *remed.* 1. *recuper. num.* 307. *& de præsump. lib.* 3. *præsump.* 114. Surd. *de alimentis tit.* 7. *q.* 16. *num.* 85. *& decis.* 261. *nu.* 4. vbi *nu.* 5. resoluit quod expensas non censetur remittere, qui damna remittit, de quo etiam Perez *ad lib.* 4. *Ordin. pag.* 832. Et ideò si facta sit remissio iniuriæ, siuè offensæ in foro Conscientiæ non propterea censebitur sublatum ius accusandi; Couar. *d. cap.* 10. *post num.* 6. *vers. tertio*, Clar. §. *fin. q.* 58. *n.* 39. Bonacos. *commun. crimin. par.* 2. *verbo iniuria fol.* 38.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes*
2 *Vulnerans tenetur vulnerato ad damna & interesse intellige vt ibi.*

Cap. Si rixati. I.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collectar. Zabar. Ioan. Andr. Host. Henr. Butr. Anch. Panor. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordant. vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 253. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 738. desumitur ex Exodo *cap.* 21. & refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 11. *cap.* 1.

2 Probat hic text. quod vulnerans tenetur vulnerato ad damna, & interesse, ad æstimationem operarum amissarum, ac lucri cessantis propter illatum vulnus, necnon ad expensas medicorũ, medicinarum, & aliarum rerum, in curatione adhibitarum, de quo vide latè Bellacom. *tom.* 2. *commun. opinion. lib.* 9. *tit.* 25. *num.* 94. *pag.* 521. Ioseph. Ludouic. *tom.* 3. *earumd. commun. opin sub tit. ad legem Aquil. concl. vnic. per totam*, Marania *de ordine iudic. par.* 4. *distinct.* 1. *num.* 4. Baiard. ad Clar. §. *homicidium n.* 90. Anton. Gomez *tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 37. Put. *decis.* 280. *lib.* 2. *in antiquis* Menoch. *de præsump. lib.* 3. *præsump.* 114. *num.* 2. Farinac. *in praxi crimin. par.* 5. *q.* 119. *num.* 15. latè Sayr. *in claui regia lib.* 11. *cap.* 2. Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 4. *q.* 11. *num.* 2. *cum seqq.* quam quidem restitutionem damnorum, & interesse

tereſſe, expenſarum curationis,& æſtimationis operarum deberi de Iure diuino per hunc text. tenent Menoch. *de arbitr. caſu* 122. *in princip.* Farinac. *d. q.* 119. *num.* 110. Principalis igitur tex. concluſio adeo vera eſt, quod etiam vulneratis ad æſtimationem operarum ammiſſarum, & lucri ceſſantis propter vulnus, quando ex illo ſecuta eſt aliqua corporis debilitatio, vel aliquod membru inutile redditum, aut abſciſſum, quia tunc tenetur etiam ad amiſſas operas, & lucrum ceſſans in futurum propter dictam debilitationem, & poſtquam fuerit vulneratus reſanatus durante vita ipſius vulnerati, vt per Plac. *de delictis lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 32. *ante finem verſ. quod ſi mutilus*, Gomez *d. tom.* 3. *cap.* 6. *nu.* 11. optime Farinac. *d. q.* 119. *num.* 117. vbi *nu.* 120. limitat in homicidio caſu commiſſo, in quo dicit non venire reſtitutionem intereſſe damnorum, & *num.* 122. limitat etiam non procedere in eo, qui vulneraūit, aut occidit ad ſuam neceſſariam defenſionem.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Ciſternam fodens, & non cooperiens ſi bos ceciderit tenetur dominus ciſternæ pretium bouis reddere.*

Cap. Si quis aperuerit. II.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Hoſtien. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ par.* 2. Viuia. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 233. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 734. deſumitur ex Exodo *cap.* 21. & refertur ab Iuone *par.* 16. *cap.* 349. & ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 31. *cap.* 3.

2 Probat hic tex. quod ſi quis aperuerit, vel foderit ciſternam, & eam non cooperuerit, cecideritq; bos, vel aſinus in ea, dominus ciſternæ tenetur reddere pretium bouis, vel aſini, quod autem mortuum eſt, ipſius domini ciſternæ erit, vt per Cæpol. *de ſeruit. Vrban. præd. cap.* 47. *nu.* 8. Alber. *par.* 2. *ſtatutorum q.* 69. & 76. Palat. *in repetit. rubr. de donat. inter virum* §. 65. *num.* 30. vbi etiam argum. huius tex. reſoluit quod in caſu, in quo tenetur aliquis ad reſtitutionem rei alienæ per vim ſubtractæ, vel aliàs iniuſtè acquiſitæ, aut damnificatæ, non ſatisfacit ſpoliator exhibendo domino rem damnificatam, & ſupplendo illius deteriorationem; vnde ſi tempore inuaſionis, vel violentiæ occidit bouem, vel aliud animal, aut aliam rem damnificauit, tenetur lege Aquil. & non ſatisfacit reddendo carnes, & corium, & ſupplendo in pecunia deteriorationem vſque ad veram æſtimationem, immo tenetur reſtituere verum pretium in pecunia numerata, & quod plus eſt erit in optione domini damnum paſsi, vel recipere animal mortuum, aut damnificatum, & agere ad ſupplementum deteriorationis, vel ſimpliciter agere ad rei æſtimationem.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Animal quod nam fuerit aggreſſum quando dubitatur, dominus occiſoris non tenetur.*
3 *Aggreſſor quod quis fuerit quomodo probetur, remiſſiuè.*

Cap. Si bos. III.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hoſtien. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ, par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 234. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 734. deſumitur ex Exodo *cap.* 21. & refertur ab Iuone *par.* 16. *cap.* 150. ab Ant. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 31. *cap.* 4.

2 In gloſ. [Reddet bouem.] ibi (*ſeu cum dubium eſt, quis bos primò aggreſſus eſt, &c.*) Notatur ad hoc, quod vbi dubitatur quodnam animal fuerit aggreſſum, dominus occiſoris non tenetur, vt per Boer. *deciſ.* 287. *à princip.* Tiraquel. *de pœnis temperandis cap.* 62. *à princip.* & *de iure primog. q.* 17. *opin.* 7. *num.* 7.

3 Et aggreſſor quod quis fuerit, quomodo probetur latè proſequitur Farinac. *in praxi crimin. par.* 5. *q.* 125. *n.* 436. *cum ſeqq.* & quod præſumatur eſſe in culpa tradit Menoch. *remed.* 9. *recup. n.* 47. & *de præſumpt. lib.* 5. *præſump.* 3. *nu.* 13.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Iniuriarum actione tenetur qui inuito domino, & contra illius prohibitionem fundum ingreditur.*
3 *Damnum quod datur in frumento in herbis, non pluris æſtimatur quam quod in herbis valeat.*
4 *Animal in ſuo fundo repertum non poteſt quis retinere recluſum niſi quando ignoratur dominus.*

Cap. Si læſerit. IIII.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Hoſt. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Ximen. Tolet. *in concord. vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iur. Pontif. pag.* 234. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 734. deſumitur *ex Exodo cap.* 22. & refertur ab Iuo. *p.* 16. *cap.* 354. & ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 31. *cap.* 5.

2 *Agrum, vel vineam.* Nota, quod poteſt cogi actione iniuriarum, & ad pœnam aduerſus eum, qui inuito domino, & contra illius prohibitionem fundum ingreditur, vt per Couar. *in reg. peccatum par.* 2. §. 8. *num.* 4. *verſ. tertiò ex hoc fal-* *ſum*

sum, Clar. §. *iniuria, num.* 5. Hippol. *cons.* 80. *à num.* 4. Surd. *cons.* 191. *nu.* 7. *in fine*, Steph. Gra-
3 tian. *discept. forens. cap.* 129. *num.* 19. Et damnũ quod datur in frumẽto in herbis non pluris æstimatur quàm in herbis valeat, considerata qualitate præsenti, non autem futura, quæ non dum apparet, vt per Afflict. *in cap. quicunque nu.* 10. *de pace tenen. lib.* 3. *feudorum*, Clar. *lib.* 5. §. *fin. q.* 68. *num.* 43. Cassan. *in consuetud. Burgund. tit. de iustices rub.* 1. §. 6. *in fine, num.* 9. Tiraq. *de iure mariti glos.* 2. *nu.* 35. Menoch. *de arbit. casu* 149. *num.* 21. Auend. *de exequen. mand. par.* 1. *cap.* 13. *nu.* 2. latè Stephan. Gratian. *Marchiæ decis.* 57. In necessitate vero spiccas colligere, & comedere in alieno fundo, sed non exportare, licitum esse de Iure communi tenet glos. *verbo fas, in cap. omnes* 1. *dist.* itaut non valeat statutũ, quo huiusmodi facultas viatoribus interdicitur, quia esset contra Ius diuinum, vt per Couar. *d. par.* 2. §. 1. *num.* 5. Surd. *de alimen. tit.* 8. *privileg.* 39. *num.* 7. & 8.

4 *Vt depascat aliena, &c.* Nota dominum nõ posse retinere animal in suo fundo repertum, nisi quando ignoratur cuius sit, si tamen statutum, vel consuetudo sit, vt includatur semper, ita fieri debet, vt animal ex fame, aut siti detrimentum non patiatur, de quo vide Cassan. *in consuetudinibus Burgun. rubr.* 1. §. 6. *verbo en mesugage*, Greg. *l.* 24. *verbo encierre tit.* 15. *partit.* 5. Menoch. *remed.* 9. *recuper. nu.* 283. Capic. *decis.* 45. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 697. *nu.* 23. Steph. Gratian. *d. decis.* 57. *nu.* 12.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc text. scribentes.*
2 *Incendiarius tenetur ad omnia damna, & interesse propter incendium illata, & nu.* 5.
3 *Incendium à quibus in dubio præsumatur emissum, remissiuè.*
4 *Vicinus vicino de damno incendij culpa aborti an teneatur, remissiuè.*

Cap. Si egressus. V.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordan. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 234. Alagon. *in compendio Iuris Canon. pag.* 734. desumitur ex Exodo *cap.* 22. refertur ab Iuone *par.* 6. *cap.* 354. & ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 31. *cap.* 6.
2 Probat hic tex. incendiarium, præsertim si dolo incendium immittat, teneri ad omnia damna, & interesse propter incendium illata, vt per Francis. Marc. Delphin. *decis.* 417. *num.* 1. *par.* 3. Ioseph. Ludouic. *Perusina decis.* 25. *post num.* 4.
3 Farinac. *in praxi crimin. par.* 3. *quæst.* 110. *nu.* 10. Incendium à quibus in dubio emissum præsumatur, vide Menoch. *de arbitr. casu* 390. Thesaur. Pedam. *decis.* 24. Polid. Ripa *in tract. de nocturno temp. cap.* 27. Mascard. *de probat. concl.* 892. *n. vlt.* Dominus vtrumne, & quando teneatur de incendio per familiam suam admisso, vide Ceph. *cons.* 361. Francis. Marc. *Delphin. decis.* 112. *n.* 34. Decian. *resp.* 29. *vol.* 1. Aloys. Ricc. *in collectan. decis. par.* 4. *collect.* 797. Menoch. *cons.* 390. *nu.* 20. *cum seq. & cons.* 53. Bapt. Costa *de factis scientiæ & ignorantia, inspect.* 42. Bernard. Græuæ. *ad*
4 *pract. Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 21. *in coronide.* Vicinus vicino de damno incendij culpa aborti an teneatur, vide Francis. de Rãpon. *cons.* 17. *vers. tertio quæri potest.* Rauden. *Pisan. decis.* 6. *num.* 61. *par.* 1. Mascard. *de probat. concl.* 892. *num.* 4. & 5.
5 In glos. [Reddet damnum.] ibi (*si fuerit in culpa, &c.*) Notatur ad hoc, quod ex lata culpa incendiarius tenetur ad damna, & interesse, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 390. *nu.* 24. Ioseph. Ludouic. *d. decis.* 25. *num.* 10. Farinac. *d. q.* 110. *num.* 18. vbi *nu.* 24. resoluit, quod ex incendio commisso culpa leuissima in omittendo non tenetur incendiarius ad damna, & interesse, secus si in committendo.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc text. scribentes.*
2 *Domus appellatione non continetur tugurium.*
3 *Domus appellatione non venit apotheca.*

Cap. Si quis domum. VI.
Ex Pœnit. Rom.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. par.* 235. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 734. refertur ab Ant. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 31. *cap.* 7. & similis sẽtẽtia reperitur apud Burchar. *lib.* 19. *Decretor. cap.* 5. *tit. de sacrileg.* §. *concremasti domũ.*
2 *Domum.* Appellatione domus non continetur tugurium, vt per Roman. *sing.* 374. Tiraquel. *de indic. in rebus exiguis, vers. his accedis, pag.* 49. Hyppol. *sing.* 276. Mench. *illustrium cap.* 34. Cotta *in memorab. verbo*
3 *domus appellatione, & verbo supellectilia*: nec etiã apotheca domus appellatione venit, vt per tex. *in l. prædijs* §. *fin. ff. de legat.* 3. resoluit Aloys. Riccius *in collect. decis. par.* 3. *collect.* 669. intellige si detur aditus de domo ad apothecam, secus vero si sit incorporata, & introducta in ipsa domo, vt per Ioseph. Sesse *Aragonia decis.* 224. *num.* 15.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Clericus agere potest actione iniuriarum similiter.*

3 *Cle-*

3 *Clericus licet odium & rancorem ex præcepto dimittere teneatur, satisfactionem autem non ita.*
4 *Iniuriam clerico inferens potest puniri per Iudicem Ecclesiasticum.*
5 *Clericus laicos, qui sibi iniuriam fecerunt coram seculari, vel ecclesiastico accusare potest.*
6 *Iniuria æstimatio debet fieri per partem cum iuramento, non sine eo.*
7 *Iuramentum parti præstari debet in expensis, & damnis post taxationem Iudicis.*

Cap. Olim. VII. *Honor. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordan. vtriusque Iuris cum legibus Castella, par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 235. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 734.

2 *Propter iniuriam, &c.* Notatur ad hoc, quod clericus agere potest actione iniuriarum ciuiliter, vt per Hostien. *num.* 5. Ioan. Andr. *num.* 4. Panorm. *notab.* 3. *num.* 3. *in præsenti*, Farinac. *in*
3 *praxi crimin. par.* 3. *q.* 105. *num.* 36. vnde licet odium, & rancorem ex præcepto dimittere teneatur, satisfactionem autem non ita, *glos.* 3. *in cap.* 2. *de homicidio lib.* 6. Anton. Gomez *tom.* 3. *Variar. cap.* 1. *num.* 29. *in fine*, Couar. *lib.* 2. *variar. cap.* 10. *num.* 7. Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 12.

4 *Episcopo Mutinen. &c.* Ergo iniuriã clerico inferens potest puniri per Iudicem Ecclesiasticum, vt per Guid. Papæ *decis.* 562. *nu.* 2. & 3. Roland. *cons.* 24. *n.* 11. *vol.* 2. Couar. *variar. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 8. Clar. *§. fin. q.* 36. *num.* 42. Thesaur. *decis.* 224. *nu.* 2. & 3. Decian. *in tract. crimin. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 26. *num.* 1. & 22. quos refert, & sequitur Bellet. *disquisit. clerical. tit. de fauore cleri-*
5 *corum reali §.* 4. *num.* 13. Clericus tamen laicos, qui sibi iniuriam fecerunt coram Ecclesiastico, vel seculari accusare poterit, vt docent Clar. *d. q.* 36. *num.* 47. Rebuf. *in tract. in quibus casibus seculares cognoscere possint, num.* 43. & *in tract. excep. num.* 239. Azeued. *l.* 4. *num.* 4. *tit.* 1. *lib.* 4. *noua recopil.* Curia Philip. *par.* 3. *§.* 2. *num.* 2. Farinac. *in praxi crimin. par.* 1. *q.* 8. *num.* 153.

6 *Taxatione iuramento permissa.* Notatur ad hoc, quod æstimatio iniuriæ debet fieri per partem cum iuramento, non autem sine eo, vt per Farinac. *d. q.* 105. *nu.* 47.

7 In glos. [Taxatione.] ibi (*& postea debet iurare, &c.*) Notatur ad hoc, quod in expensis, & damnis post taxationem Iudicis iuramentum parti præstari debet, de quo vide Clar. *in §. iniuria, num.* 7. *vers. sed nunquid*, Maranta *de ordine Iudic. par.* 4. *in princip. nu.* 6. Mascard. *de probat. concl.* 903. *à nu.* 1. Farinac. *d. q.* 105. *n.* 49. Cardos. *in praxi Iudic. verbo expensa, nu.* 18. Card. Tusch. *lit. E. concl.* 624. *nu.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Casus omissus à Statuto, vel consuetudine pro omisso habetur.*
3 *Expensas remittit, qui damna remittit.*

Cap. In nostra. VIII. *Greg. ix.*

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. And. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panor. Marian. Soc. Casal. *in annot.* Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castella par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 235. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 735.

2 *Statutum editum, &c.* Notatur ad hoc, quod casus omissus à Statuto, vel consuetudine, pro omisso habetur, vt per Tiraquel. *de iure primog. q.* 40. *num.* 194.

3 *Super damnorum articulo, &c.* Notatur ad hoc, quod expensas remittit, qui damna remittit, vt per Perez *ad lib.* 4. *Ordin. pag.* 832. Boer. *decis.* 52. *num.* 7. Surd. *decis.* 261. *num.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Damnum vbicunque subsequitur ex aliqua culpa quantumuis leuissima, videlicet in commodato, vel deposito, ille, cui res commodata, vel in depositum data fuit, tenetur semper ad restitutionem in vniuersum de toto damno.*
3 *Damni qui occasionem dat, damnum ipsum dedisse videtur.*

Cap. Si culpa. IX. & fin.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Host. Henr. Butr. Ancharan. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castella par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 236. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 735.

2 Notatur hic tex. ad hoc, quod in commodato, locato, vel deposito, aut vbicunque damnum subsequitur ex aliqua culpa quantumuis leuissima, siuè Theologicè, siuè Iuridicè sumpta, ille, cui res commodata, locata, & in depositum data est, tenetur semper ad restitutionem in vniuersum de toto damno, vt per Beiam *responsf. casuum Consc. par.* 2. *casu* 20. *vers. probat*, Sayr. *in claui Regia lib.* 10. *tract.* 3. *cap.* 1. *nu.* 10.

3 *Qui occasionem damni dat, &c.* De hoc principio vide Deci. *cons.* 218. *num.* 4. Surd. *decis.* 326. *num.* 23. & 24. Ferrer. *in constitut.*

M

ſtitut. Cathaloniæ gloſ. 5. *nu.* 287. Cardin. Tuſch. *tom.* 1. *lit. C. concl.* 138. *num.* 4. *& tom.* 2. *lit. D. concl.* 6. Thomas de Thomaſet. *in floribus legum reg.* 244. vbi ait procedere, quando cauſam propinquam dedit.

De Pœnis. Tit.XXXVII.

SVper hanc rubr. ſcripſerunt Zabarel. Ioan. Andr. Anchar. Panor. Butr. Marian. Socin. Durand. *in breuiario aureo Iuris Canon.fol.*151 Ioan.de Londris *in breuiario Sanctorum Canonum fol.* 182. *verſo* Martin. Meſnart. *in epithome Decretal. fol.* 198. Petrus de Rauenna *in compendio Iuris Canon.* Dan. Venat. *in analyſi methodica Iuris Pontificij pag.* 716. Goffred. & Hoſtien. *in ſumma huius tit.* Alexan. Caſſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. ſub hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Iteratio eiuſdem criminis ex interuallo nouum delictum eſt.*
3 *Subreptitia dicitur Principis venia non facta mentione de iterato crimine.*

Cap. Ea,quæ. I *Concil.Tolet.*

1 SVper hunc tex.ſcripſerunt Abb.antiq.Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr.Hoſtien.Henr. Butr.Anchar. Panor.Marian. Socin.Ximen.Toletan. *in concord. vtriuſq; Iuris cum legibus Caſtellæ par.* 2. Viuian. *in rationali lib.*5. *Iuris Pontificij pag.* 238. Alagona *in compendio Iuris Canonici, pag.*736. deſumitur ex Concil.Tolet.vt vulgo tribuitur, ſed ex quo Concilio ſumptum ſit non dum inuētum eſt,referunt Burchard. *lib.*19. *Decretor. cap.* 158. & Iuo *par.* 15. *cap.* 160. & Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 32. *cap.* 1.

2 Probat hic text. quod quoties quis deliquerit, toties puniri debet, nam iteratio eiuſdem
3 criminis ex interuallo, nouum delictum eſt, vt per Couar. *variar. lib.*2. *cap.*10. *num.*8. *verſ. quod vero*. Vnde ſubreptitiam dici Principis veniam, non facta mentione de iterato crimine tenuerunt Padil. *in l. tranſigere, num.* 63. *C. de tranſact.* Tiraquel. *de pœnis temperan. cauſa* 10. *num.* 4. Henriq. *in ſumma lib.* 13. *cap.* 30. §. 1. plures per Cened. *ad Decretal. collect.*34. *num.* 4. quibus adde Farinac. *in praxi crimin. par.* 1. *q.* 6. *num.* 49. Nicol.Garc. *de benef. par* 8. *cap.* 3. *nu.* 28.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Pœna vbi à Iudice infertur ob iniuriam clerico irrogatam, & ea pecuniaria ſit, dimidia pars competit Eccleſia, altera in vtilitate m læſi eſt diſtribuenda.*

Cap. Presbyteri. II. *Conc.Trib.*

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hoſtien. Henric. Butr. Anch. Panorm. Marian. Soc. Caſal. *in annot.* Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 238. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 736. deſumitur ex Concil. Triburien. ſub Arnulpho Imperatore *cap.*4. ſed alijs verbis referunt Burchar. *lib.* 6. *Decretor. cap.* 11. Iuo *par.*10. *cap.*140. Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 32. *cap.* 2.

2 Probat hic tex. quod vbi à Iudice pœna infertur ob iniuriam clerico irrogatam, & ea pecuniaria ſit, dimidia eius pars competit Eccleſiæ cuius rector ipſe iniuriam paſſus exiſtit, altera pars in vtilitatem læſi eſt diſtribuenda, vt per Iaſ. *in l. tranſigere num.* 4. *C. de tranſact.* Roman. *ſing.* 443. Couar. *lib.* 2. *variar. cap.* 9. *num.* 10. vbi aduertit, quod dum hic tex. dicit, & alteram in eius eleemoſynam iuſtè diſpertiat, intelligendus ita eſt, vt ad eleemoſynam pro anima clerici interfecti ea diſtributio referatur.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc text. ſcribentes.*
2 *Epiſcopus correctionis zelo pœna pecuniaria clericos punire poteſt.*
3 *Pœnas pecuniarias Epiſcopus non poteſt conuertere in ſuos vſus, ſed ne quidem in fabricam Eccleſiæ Cathedralis, aut mercedem Vicarij.*
4 *Epiſcopus vbi admodum pauper eſt pœnas pecuniarias ſibi aſſumere poteſt.*
5 *Pœna pecuniaria concubinarum in prima admonitione Epiſcopus punire poteſt.*

Cap. Licet. III. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex.ſcripſerunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel.Io. Andr.Cened. *collect.* 170. Hoſt. Henric.Butr. Anchar.Panor.Marian.Socc. Ximen.Tolet. *in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtella par.*1 & 2.Viuian. *in rationali lib.*5. *Iuris Pontif.pag.* 238. Alagona *in compendio Iuris Canon.pag.* 736. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*1. *Decretal. lib.*5. *tit.*32. *cap.*3. & eſt poſt Conc. Later. ſub Alex. III. *par.* 2. *cap.* 3.

2 Licet Epiſcopus correctionis zelo pœna pecuniaria clericos punire poſsit, potiſſimum vbi ea magis timeretur, iuxta gloſ. & Panor. in præſenti, & quæ tradit Bernard. *in pract. c.*145. *n.*1. & 2. *in nouiſſ. impreſſ.* Cou. *lib.* 1. *var. c.* 9. *n.* 9. *verſ. ſecundum*, non ſunt tamen huiuſmodi pœnæ ad imburſandum, quia tunc præſumitur emanare ex fonte auaritiæ, vt tex. in præſenti ponderat, quo caſu neceſſariò intelligendus eſt, ſed cauſa correctionis

ctionis, ex fonte charitatis, quod præsumitur
iustè fieri, dum iudex non imbursat, sed paupe-
ribus erogat, quod quidem Conc. Trid. *sess. 25.*
de reformat. cap. 3. non solum nobis demonstrat,
sed etiam præcipit, vt mulctæ pecuniariæ eo ip-
so, quod taxatæ fuerint, pijs locis assignentur,
3 adeò quod refertur Sacram eiusd. Conc. Con-
gregationem censuisse non posse Episcopum ip-
sas pœnas, non solum in suos vsus, sed ne qui-
dem in fabricam Ecclesię Cathedralis, aut mer-
cedem Vicarij, aut aliorum officiorum curiæ
conuertere, prout referunt Galet. *in margarita*
casuum conscientia verbo pœna 1. optimè Quaran-
ta *in summa bullarij verbo pœna pecuniaria*, Sbroz.
de officio Vicarij lib. 2. in addit. quæst. 143. Aloysius
Riccius *in praxi fori ecclesiast. decis.* 349. *in* 1. *edit.*
& resolut. 300. *num.* 3. *in* 2. *edit.* vbi refert
eand. Sacram Congregationem censuisse de ipsis
pœnis nec posse Episcopum portionem aliquam
assignare Vicario pro sua mercede, & minus
Cameræ Episcopali, non obstante contraria cō-
suetudine, etiam in minima parte. Item, & per
4 eandem Sacram Conc. Trident. Congregationem
fuisse declaratum, vbi Episcopus admodum
pauper esset, eas sibi assumere posse referunt
Andr. Molfes. *in commen. ad consuetudines Neapol.*
p. 4. *q.* 64. *sub num.* 24. Aloysius Riccius *d. re-*
5 *solut.* 300. *num.* 3. *vers. limita.* Vtrùm autem
Episcopus in prima admonitione possit pœna
pecuniaria concubinarium punire vide Thom.
Valasc. *allegat. Iuris tom.* 1. *allegat.* 34. *num.* 11.
& 12. Aloys. Ricc. *in praxi fori ecclesiast. decis.* 377.
in 1. *edit. & resolut.* 319. *num.* 3. *vers. si accedat, in*
2. *edit.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Victus victori in expensis condemnandus est, parte*
petente n. 3.
4 *Fiscus victus non condemnatur in expensis.*
5 *Causa iusta litigandi potest excusare à pœna expen-*
sarum.
6 *Causa iusta litigandi quæ sit arbitrio iudicis relin-*
quitur.
7 *Litigandi iustam causam habere censetur, qui habet*
pro se opinionem alicuius magni Doctoris.
8 *Litigandi iustam causam victum non habuisse in du-*
bio præsumitur.
9 *Victus in expensis non condemnatur si ex semiplena*
probatione, & ob delationem iuramenti suppletorij
pars aduersa obtinuerit.

Cap. Calumniam. IV.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc.
Collect. Zabarel Io. Andr. Host. Henric. Butr.
Anch. Panor. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in*
concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ part. 1.
& 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pont. pag.* 339.
Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 736. refer-
tur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 32.
cap. 5. & est post Conc. Lateranen. sub Alex. III.
par. 3. *cap.* 2.
2 Probat hic tex. victum victori in expensis cō-
demnandum esse, vt per Rebuf. *tom.* 3. *ad leges*
Galliæ, tract. de expens. art. 1. *glos. vnic. num.* 6. Viui
tom. 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 1. *nu.* 95. *pag.* 365. *cum*
seqq. Azin. *in praxi Floren. §.* 32. *cap.* 1. *num.* 1.
Bonacos. *commun. crimin. par.* 1. *verbo victus, fol.*
183. Hyppol. *cons.* 36. *num.* 1. *& cons.* 44. *nu.* 23.
& 27. Seraph. *de priuil. iuram. priuil.* 13. Soar.
de Pace *in pract. tom.* 1. *par.* 1. *temp.* 4. *num.* 37.
Viui. *Neapol. decis.* 47. *num.* 2. *& decis.* 479. *n.* 7.
Gutier. *pract. lib.* 1. *quæst.* 135. *num.* 2. Fachin.
controuer. lib. 1. *cap.* 42. Cened. ad *Decretal. collect.*
60. *num.* 4. Stephan. Gratian. *discep. foren. cap.* 33.
num. 39. Marta *in votis nouiss. decis. voto* 87. *num.* 5.
D. Barb. *in l. eum, qui temerè, à princip. ff. de iudic.*
3 Intellige petente parte victum in expensis cō-
demnari, aliàs secus, vt docent citati à Cened.
d. collect. 60. *nu.* 5. quibus adde Viuium *d. tom.*
1. *commun. opinion. lib.* 4. *tit.* 1. *nu.* 95. *vers. hocq.*
intelligitur, Perez *l.* 1. *tit.* 15. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 735.
Amat. Roder. *in pract. cap.* 5. *num.* 34. D. Barb.
in d. l. eum, qui temerè, num. 174. *cum seqq.* nisi actor
in libello petierit ius, & iustitiā ministrari, quia
tunc vigore huius clausulæ potest iudex, actore
non petente, reum conuentum condemnare in
fructibus, vel victum in expensis, vt per Viuium
d. n. 95. *vers. & eam, pag.* 365. Bernard. Græuæ. *ad*
pract. Cameræ Imper. lib. 1. *concl.* 61. *consid.* 3. *n.* 4.
quos refero ego ipse *clausul.* 35. *num.* 2.
4 Limita in fisco victo, qui non condemnatur
in expensis, vt per Azeued. *l.* 1. *num.* 6. *tit.*
22. *lib.* 4. *nouæ recopil.* Peregr. *de iure fisci lib.* 7. *tit.* 4.
num. 14. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 33.
num. 41. *cum seq.* D. Barbos. *in d. l. eum, qui temerè*
num. 195. *cum seqq.* vbi *à num.* 199. agit de pro-
curatore fisci, de quo etiam Surd. *decis.* 18. *num.* 4.
5 Limita etiam existente iusta causa litigandi,
quæ aliquando potest excusare à pœna expen-
sarum, de quo vide Rebuf. *d. glos. vnic. num.* 47.
Ioseph Ludouic. *Perus. decis.* 51. *num.* 10. Surd.
de alimen. tit. 6. *q.* 3. *num.* 27. Gutier. *practicar.*
lib. 1. *q.* 135. *n.* 5. Farinac. *in praxi crimin. q.* 16.
num. 4. *&* 73. Steph. Gratian. *d. cap.* 33. Card.
Thusc. *tom.* 3. *lit. E, concl.* 625. *à num.* 7. D. Bar-
bos. *in d. l. eum qui temerè, à num.* 77. *& à n.* 170.
Cened. *d. collect.* 60. *num.* 7. vbi sublimat in ex-
pensis debitis expressè dispositione hominis, vt-
pote dispositione testatoris, vel contrahentis.
6 Quæ autem sit iusta causa litigandi arbitrio iu-
dicis relinquitur, Menoch. *de arbitr. cas.* 177.
Flamin. *de resignat. benef. lib.* 5. *quæst.* 3. *nu.* 209.
7 Farinac. *d. q.* 16. *n.* 40. Ille autem dicetur habuisse
iustam litigandi causam, qui habet pro se opi-
nionem alicuius magni Doctoris, de quo vide
Menoch. *d. casu* 177. *nu.* 4. Mexiam *in tract. tas-*
sa panis concl. 3. *num.* 6. Rebuf. *in auth. habita,*
C. ne filius pro patre, verbo examinatione, vers. sex-
tum, pag. 579. Gutier. *pract. lib.* 1. *q.* 136. Surd.
decis. 58. *num.* 9. Marta *in votis nouiss. decis. voto*
8 87. *num.* 8. *&* 9. In dubio autem præsumi iu-

stam litigandi causam victum non habuisse asserunt Menoch. *de præsump. lib. 2. præsumpt. 87. n. 1.* Amat. Roder. *in pract. cap. 5. num. 37.*

9 Limita denique ne procedat dum quis ex probatione semiplena, & ob delationem iuramenti suppletorij obtinuerit, vt per Iafred. Lanfranc. *decis. 171. incip. quando actor, & decis. 334. incip. actor,* Caualc. Fiuiz. *decis. 15. num. 32. lib. 1.* Camil. Borrel. *in summa omnium decis. tit. 54. de iuramento suppletorio, nu. 61.* vbi *nu. 63.* sub' imitat, si ille, cui iuramentum delatum est plusquam semiplenè probasset, & aduersarius nihil.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Clerici nauem ad pugnam gubernantes, & conflictum personaliter exercentes, ac alios ad pugnam incitantes deponendi sunt, nisi faciant causa defensionis.*

Cap. Quod in dubijs V. Innoc. iij.

1 SVper hunc tex scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anch. Panor. Marian. Soccin. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 319.* Alagona *in cōpendio Iuris Cano. pag. 737.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 19. cap. vnic.*

2 Probat hic tex. quod clerici nauem ad pugnā gubernantes, & conflictum personaliter exercentes, ac alios ad pugnam incitantes, deponendi sunt, nisi faciant causa defensionis, ita Bernard. *in pract. cap. 104. num. 1. & 2. in nouiss. impress.* Valer. Reginald. *in prax. fori pœnit. lib. 30. num. 148.* Vtrum autem, & quando clericus militans, aut incitans ad pugnandum, incurrat irregularitatem, vide DD. *ad cap. 24. de homicidio.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Clericus pro furtis conuictus, & confessus deponitur, intellige vt ibi.*
3 *Depositionis, & priuationis beneficij pœna pro graui dumtaxat crimine imponitur.*
4 *Clericus pro homicidio vltra depositionem in monasterium detruditur.*
5 *Incestus crimen clericus committens ab Ordinibus perpetuò deponitur.*

Cap. Tuæ. VI.

1 SVper hunc tex scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panor. Marian Soc. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par 1.* Viuian *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 240.* Alagona *in compendio Iuris Canon pag. 737.* refertur ab Anton August. *collect. 3. Decretal. lib. 3. sub tit. de vita, & honestate clericorum, cap. 3.*

Notatur ad hoc, quod
2 *In latrocinijs.* clericus pro furtis conuictus, aut confessus deponitur, vt per Maiol. *de irregul. lib. 5. cap. 28. num. 1.* Greg. per tex. ibi in *l. 61. tit. 6. partit. 1.* Bernard. *in pract. cap. 93.* vbi Salzed. *lit. A in nouiss. edit.* optimè Farinac. *fragmen. criminal. lit. C, verbo Clericus, num. 316.* vbi *num. 317.* resoluit, quòd clericus se in latrocinijs immiscens non solùm deponitur, sed etiam in monasterium detruditur, *& num. 318.* aduertit, quòd si clericus in furtis se immiscuit, idest noctu, & sine violentia furando, deponitur; si verò in latrocinijs, idest publicè, vel per vim furando, degradatur, & in monasterium detruditur. Hæc tamen pœna depositionis imponenda non est, quando furtum est pauci momenti, vt tenet Panor. in præsenti, quem sequuntur Greg. *d. l. 61. in verbo el furto,* & Salzed. *loco proximè citato.*

3 *Vel alys magnis criminibus.* Ergo pro omni crimine non imponitur pœna depositionis, & priuationis beneficij, sed pro graui dumtaxat, vt per Flamin. *de resign. benef. lib. 3. q. 16.*
4 *num. 2.* Et ita clericus pro homicidio vltra depositionem in monasterium detruditur ad peragendam pœnitentiam, quia cum tex. in præsenti loquatur in latrocinijs, & alijs magnis sceleribus, benè comprehendit homicidium, ita Bernard. *in pract. cap. 97. num. 3. vers. & post depositionem, in nouiss. impress.* Placa *in epitome delictorum lib. 1. cap. 31. nu. 13.* Farinac. *in praxi cri-*
5 *min. par. 5. q. 119. num. 48.* Sic etiam clericus incestus crimen committens ab Ordinibus perpetuò deponitur, Cou. *de spons. par. 2. cap 6. §. 8. num. 3. à princip.* Clar. *in pract. §. incestus vers. sed quaero,* Bernard. *in pract. cap 87. nu. 1.* vbi Salzed. *lit. B. in nouiss. impress.*

6 *Degradati.* Huiusmodi degradationem verbalem, non verò actualem debere esse tradunt Bernard. *d. cap. 93. num. 1. in fine, vers. degradationem,* Farinac. *d. lit. C. verbo clericus num. 319.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Pœna, quæ promittitur in contractu nullo non debetur.*
3 *Pacem si duo fecerunt promittentes sub certa pœna non se offendere, & postea se inuicem offenderint, nec constet quis prius incœperit, neuter tenebitur de pace rupta.*

Cap. Constitutus. VII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric.

Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cũ legibus Castellæ par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 240. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 737.

2 *Contractum non seruans.* Validum scilicet, nam pœna, quæ promittitur in contractu nullo, non debetur, vt docent Couar. *in cap. quamuis pactum par.* 2. §. 4. *num.* 4. Tiraquel. *de constituto par.* 2. *limit.* 9. *num.* 28. *& de iure mariti glos.* 5. *n.* 110. Pinel. *in l.* 2. *C. de rescindenda vendit. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 26. Gutier. *in l. nemo potest, num.* 400. *ff. de legat.* 1. *& de iuramen. confir. par.* 1. *cap.* 36. *num.* 6. Valasc. *consul.* 85. *num.* 2. Sardos. *in praxi Iudic. verba pœna* 2.

3 *Vtramque partem, &c.* Per hunc text. tenet Tiraq. *de pœnis temper. causa* 62. *num.* 2. quod si duo pacem fecerunt, vel promiserunt se sub pœna non offendere, & postea se inuicem offenderint, nec constat quis prius incœperit, neuter tenebitur de pace rupta.

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Delegatus potest punire testem, qui in testimonio ferendo coram se deliquit.*
3 *Iudex secularis clericum in testimonio ferendo coram se delinquentem nullo modo punire potest.*
4 *Testi vario, & sibi ipsi contrario non est fides adhibenda.*

Cap. Super his. VIII.

1 SVper hunc tex. scripserũt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Henr. Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 240. Alagona *in compend. Iuris Canonici pag.* 737. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit. de accusat. cap.* 3.

2 Notatur ad hoc, quod delegatus potest punire testem, qui in testimonio ferendo coram se aliquod crimen commiserit, nempè periurium, falsitatem, aliudvè simile, vt per Couar. *pract. cap.* 18. *num.* 8. Secularis vero clericum delinquentem in testimonio ferendo coram se, nec in bonis, nec in corpore, nec principaliter, nec incidenter punire potest, vt per Couar. *d. nu.* 8. Maranta *de ordine Iudic. par.* 6. *tit. de inquisit. nu.* 150. *& actu* 12. *à princip.* Padil. *in l. transigere, nu.* 112. *C. de transact.* Clar. §. *vlt. q.* 38. *n.* 14. *vers. hinc quæro*, Bernard. *in pract. cap.* 97. *num.* 2. & ibi Salzed. *verbo non potest, in nouiss. impress.* Gutier. *pract. lib.* 1. *q.* 24. *num.* 1. Fachin. *controuer. lib.* 9. *cap.* 27. *vers. tertia verior.* Farinac. *in praxi crimin. par.* 1. *q.* 8. *num.* 26. Surd. *cons.* 396. *num.* 27. Moder. *de iurisd. par.* 4. *casu* 128. *nu.* 7. *cum seqq.* remissiuè. Cabed. *Lusitan. decis.* 77. *num. vlt. par.* 1. plures refert Gened. *ad Decretum collect.* 37. *nu.* 10. *& ad Decretal. collect.* 139. *nu.* 2.

4 In glos. [Variauerat.] ibi (*& ideò non fuerat ei credendum.*) Notatur ad hoc, quod non est fides adhibenda vario testi, vel sibi ipsi contrario, immo de falso puniendus venit, l. *qui falso ff. de testib.* canonizata *in cap. qui falso* 4. *q.* 3. Clar. §. *falsum vers. testis*, Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præsump.* 2. *in prin.* & 2. Farinac. *in praxi crimin. q.* 63. *à n.* 56. *& par.* 4. *cons.* 39. *n.* 9. *cum seqq.*

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Obligatus soluere certam quantitatem ad certum tempus, alias non soluendo in tempore designato teneatur ad certam pœnam, si soluit maiorem partem debiti, non incidit in pœnam propter minorem partem non solutam.*
3 *Pœna conuentionalis adiecta obligationi dandi quantitatem intra certum terminum non solutam, licitè exigi potest.*
4 *Declaratur tex. in l. Iulianus §. idem Papinianus ff. de action. empti, & in l. cum allegas ff. de vsuris.*
5 *Pœna cõuentionalis post impletæ conditionis tempus debita, exigi potest, etiamsi nihil interfit dantis rem habere.*
6 *Pœnæ conuentionales etiam in foro Conscientia debentur si petat creditor.*
7 *Pœna conuentionalis quæ continet lucrum immoderatum non potest licitè exigi, cum tunc censeatur posita in fraudem vsurarum.*
8 *Pœna conuentionalis apposita dationi quantitatis à solito fœnerari non debetur.*
9 *Pœna apposita obligationi dandi quantitatem intra certum terminum si conditioni paritum non sit pœna committitur pro illa parte tantum, quia respondeat quantitati non solutæ.*
10 *Conciliantur tex. in præsenti, & l. hæredis §. in illa ff. familiæ herciscundæ, l. in executione §. item si ita, & l. stipulationum §. si sortem, ff. de verb. signif. & nu.* 11. 12. 13.
14 *Ecclesia non est prona ad pœnas, sed cultrix & auctrix iustitiæ, ac mater æquitatis.*

Cap. Suam. IX.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Io. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anch. Panormit. Marian. Socin. Casal. *in annot.* Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 241. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 737. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 3. *sub tit. ne clerici, vel monachi cap.* 2.

2 Probat hic text. quod obligatus soluere certã quantitatem ad certum tempus alias non soluendo in tempore designato teneatur ad certam pœnam, si soluit maiorem partem debiti, non incidit in pœnam propter minorem partẽ

non solutam, vt per Valasc. *consult. 86. nu. 1. in fine* vbi *nu. 2.* etiam in fine aduertit hunc tex. loqui, quando pœna debita ex non solutione erat quãtitatis. & sic ex sui natura diuisibilis.

Notatur ad

3 *Termino constituto, &c.* hoc, quod pœna conuentionalis adiecta obligationi dandi quantitatem intra certum terminum, non solutam licitè exigi potest, ita tenent Innocent. *in præsenti*, Panorm. *in cap. dilecti, col. 3. vers. sexta, de arbitr.* Ias. & alij *in l. 4. §. Cato. ff. de verborum obligat.* Turrecremat. *in summa 14. q. 3. vers. ad rationem*, Couar. *de spons. par. 2. cap. 6. §. 8. n. 11.* Conrad. *de contract. q. 31. concl. 3.* Corn. *cons. 226.* Rebuf. *in l. vnic. verbo proferuntur nu. 34. & 40. C. de sententijs, quæ pro eo,* Gutier. *de iuram. confirm. par. 1. cap. 26. à nu. 10. & canon. lib. 2. cap. 20. nu. 11.*

4 Non obstant tex. *in l. Iulianus §. idem Papinianus ff. de action. empti, & in l. cum allegas, ff. de vsuris, & in l. cum pœnam ff. eodem*, dum probant pœnam adiectam dationi quantitatis vltra modũ à Iure Ciuili approbatum illicitam esse, & in fraudem vsurarum censeri appositam, ac proinde hodie omnem pœnam censeri in fraudem vsurarum, vt ex mente communis deducit Bero. *in d. cap. dilecti nu. 81.* & Rebuf. *in d. l. vnic. glos. 1. num. 57.* in primis enim responderi potest cum Imola *in præsenti*, & alijs citatis *à glos. in dict. §. idem Papinianus*, præcitata Iura procedere tantum vbi creditor solitus erat vsuras exercere, tunc enim pœna censebitur in fraudem, attenta consuetudine eam adijcientis, arg. *text. in c. illo vos, de pignor.* Vel melius supradicto relecto intellectu dicendum puto, quod attento Iure Ciuili, quando præfinitus erat certus vsurarum modus pœna vltra illum apposita in fraudem illarum censebatur, & Iura loquẽtia de pœna in datione quantitatis adiecta intelligebantur vt pœna haberet locum intra terminum vsuris Iure præscriptum: Nihilominus tamen licet hodie vsuræ omnino sint prohibitæ, non ideò sequitur quamlibet pœnam adiectam dationi quantitatis præsumendam esse appositam in fraudem vsurarum: patet siquidem, quando lex Ciuilis terminum vsuris præfiniuit, etiam taxauit terminum pęnæ, quæ sufficiens erat, vt debitor metu illius allioeretur ad soluendum tempore statuto: vnde adeò in conuentionibus pœna, & vsura affines erant, vt vsura, quæ rationẽ interesse non haberet, pœna communiter diceretur *l. Caius ff. de vsuris, l. penult. & vlt. ff. de nautico fœnore*, & insuper qui obligationi quantitatis maiorem pœnam adijciebat, quam esset vsurarum modus, iam præsumebatur eam adijcere, non ad securitatem solutionis, sed velle vsuras exercere vltra modum prohibitas, easque sub nomine pœnæ fraudulenter inuoluere: quare cum hodie nullus sit terminus intra quem vsuræ concedantur, nec subinde pœnæ modus taxetur, si moderata pœna obligationi quantitatis adiecta fuerit, non præsumetur in fraudem vsurarum, cum nulla lex sit, quæ huiusmodi præsumptionem inducat contra creditorem, & pro illo adest præsumptio licita in dubio sumenda, quod sibi voluit prospicere, dum pœnam adijcit pro maiori securitate cõuentionis, & ad coarctandum recipientem promissa obseruare, vt optimè aduertit Turrecremata *in summa 14. q. 3.*

5 Amplia primò, vt locum habeat etiamsi nihil intersit dantis rem habere, adhuc enim pœnam post impletæ conditionis tempus debitam exigere potest, ita Innoc. *in præsenti*, glos. & DD. *in cap. quamquam 25. dist.* Corn. *lib. 2. consil. 69. circa finem* Panorm. *in d. cap. dilecti col. 3.* Conrad. *concl. 3.* Angel. *in summa, verbo pœna, num. 12.* Armil. *eodem verbo num. 5.* Tabien. *verbo vsura 9. in fine princip.* Cald. Pereira *de emptione cap. 29. num. 8.* & patet, nam certum est licitè exigere posse, nec iniustitiam committere, qui extorquet pœnam, quæ vel lege iustè debetur, vel licita conuentione fuit in contractum deducta, tradunt Donel. *in l. ad diem num. 1. ff. de verborum obligat.* Couar. *de spons. par. 2. cap. 6. §. 8. num. 11.* Gutier. *de iuramenti confir. par. 1. cap. 36. num. 11. vers. & licet, & Canon. quæst. d. nu. 11.* quamuis contrarium, immo in pœnis conuentionalibus, si manifestè appareat nihil parti interesse, Iure Canonico inspecto pœnam non esse exigendam, nec Iudicem in ea condemnare debere teneant Sarmien. *lib. 3. select. cap. 6 nu. 10.* & alij, de quibus Menoch. *de arbitr. casu 260. num 37.* nisi eorum resolutionem recipiamus in foro exteriori duobus insimul concurrentibus, nempè quod ex conuentione non seruata nullum damnum parti adueniat, deinde, quod probetur consuetudo non exigendi similes pœnas, siquidem consuetudo excusat à pœna, *cap. cum venerabilis, de consuetudine*, quamuis alias de rigore Iuris pœna conuentionalis semper exigi possit, siue intersit, siue non, vt tenet Gutier. *d. num. 11.* & ibi *num. 6.* per tex. *in l. cum pœna vbi glos.* & Bartol. *ff. de arbitr.* concurrentibus tamen supradictis requisitis eatenus pœna conuentionalis exigitur, quatenus interest, & non vltra, Gutier. *d. num. 11. in fine*, Afft. *decis. 135.* Arend. *in suo dictionar. verbo pœna conuentionalis*, affirmans de stylo Curiarũ non fieri condemnationẽ in huiusmodi pęnis, sequitur Azeued. *l. 4. num. 57. cum seqq. tit. 21. lib. 4. noua recopil.*

6 Amplia secundò conclusionem procedere non solum in foro exteriori, sed etiam in foro Conscientiæ, nam certum est pœnas conuentionales in Cõscientia deberi, vt per Felin. *in cap. 1. de constitut. nu. 46. vers. limita tertiò*, Couar. *d. §. 8. num. 11.* Corne. *cons. 69. in fine lib. 2.* Gutier. *vbi supra à num. 12.* Gabriel. *lib. 7. commun. tit. de crimin. concl. 14. num. 9.* Molin. *de iustit. disp. 97. ad finem*, Cened. *ad Decretal. collect. 2. num. 4. & collect. 143. num. 51.* quamquam contrarium sine fundamento velit Maranta *disp. 7. num. 26.* attamen dum creditor non petierit talem pęnam, nõ tenebitur debitor eã offerre, quia illius exactio tantum operabitur in pęnis conuentionalibus, quantum in legalibus Iudicis executionibus, at

in

in pœnis legalibus etiã ipso iure impositis certum est illas deberi incipere, quando legis rigor frangitur, & præceptum transgreditur, sed illas neminem teneri soluere antequam petatur, aut executio contra se fiat, vt per Couar. *d.§.8.n.10.* Gabriel. *d.concl.34.* ergo similiter, & idem dicendum videtur in pœnis conuentionalibus, illi enim, qui eas promittunt, iusta coniectura præsumunt alios nolle pœnas exigere si eas petere neglexerint, Couar. *d.num.* 11. Rebuf. *d.glos.* 1. *verbo proferuntur, num.* 41. Ex quo iam colligitur pœnam adiectam mutuo, sicut cuilibet alij obligationi, exigi posse in foro Conscientiæ, si non interueniat fraus, aut iniustitia, Sot. *in 4. distin.* 15. *q.* 1. Conrad. *de contract. q.* 31. Syluest. *verbo vsura* 1. *num.* 18. Nauar. *in manual. cap.* 17. *num.* 215. Rebuf. *d.glos.* 1. *nu.* 69. Gutier. *d.cap.* 20. *nu.* 11.

7 Limita primò conclusionem, quando pœna continet lucrum immoderatum, quia tunc censebitur posita in fraudem vsurarum, *d.§. idem Papinianus, d.l. cum allegat,* nam vt supra dixi Iure Ciuili pœna conuentionalis vsque ad duplum extendi potest, cum ibi constituatur terminus moderatus vsuris, vt post alios tenet Roderic. *de annuis redditib. lib.* 3. *q.* 4. *num.* 32. Petr. Greg. *syntagm. Iuris par.* 3. *lib.* 22. *cap.* 4. *à princip.* Gemin. *de vsur. commen.* 1. *q.* 3. *num.* 50. & attento Iure Canon. ille est terminus moderatus pœnæ, qui satis sit ad coarctandum debitorem ad obseruantiam fidelitatis promissæ, vt per Turrecrem. vbi supra; necessariò igitur dicendum est, quod si pœna excedat illum legitimum modum, cum censeatur in fraudem vsurarum, non potest exigi in vtroque foro.

8 Limita secundò in solito fœnerari, quem adeo leges detestantur, vt antiqui eum peiorem, quàm furem censuerint, teste Roder. *d. loco n.* 15. ratio limitationis est, quia, vt dixi, si pœna conuentionalis posita sit in fraudem vsurarum in nullo foro exigi potest; talis autem præsumitur, quando dationi quantitatis apponitur ab homine solito fœnerari, vt per Innocen. *in præsenti*, Turrecrem. *in summa* 14. *q.* 3. Gregor. per text. ibi *in l. fin. tit.* 11. *partit.* 5. Rebuf. *dict. verbo proferuntur, num.* 47. *& glos.* 1. *nu.* 68. Gutier. *canon. d. loco num.* 17. *& de iuram. confir. par.* 1. *cap.* 26. *nu.* 10.

9 *Septem librarum solutione, &c.*

Notatur ad hoc, quod pœna apposita obligationi dandi quantitatem intra certum terminum si conditioni paritum non sit, pœna committitur pro illa parte tantum, quæ respondeat quantitati non solutæ, ita *glos. verbo persolutis,* Innocen. Zabarel. Panorm. Butr. & Socin. *in præsenti*, Bero. *in d. cap. dilecti num.* 82. *de arbitr.* communis ex Gutier. *canon. lib.* 2. *cap.* 20. *num. vlt. & de iuramen. confirm. par.* 3. *cap.* 17. *num.* 6. Padil. *in l. si quis maior, num.* 26. *C. de transact.*

10 Obstat tamen maximè text. *in l. hæredes §. in illa ff. familiæ herciscund. l. sed an scire, ff. de pignoribus l. inexecut. §. item si ita, & l. stipulationum §. si sortem ff. de verborum oblig.* vbi habetur soluta parte sortis principalis debitæ propter aliã partem non solutam in totum pœnam committi. Deinde obstat, quia in text. pœna apposita fuit sub conditione si principale debitum quadraginta librarum solutum non erit, sed conditio siquidem est indiuidua facit indiuiduum actum, in quo concipitur, & illius forma contingit ex consummatione actus, vt probat text. *in l. si is, qui quadraginta. §. quadam ff. ad legem Falcidiam*, ergo pro parte diuidi non potest, sed in solidum debetur, deficiente scilicet integra solutione principalis. Major patet ex text. *in præsenti*, ibi, nisi ea soluerent in termino, &c. minor ex *l. cum fundus §. si. l. qui duobus* 23. *l. pænal. ff. de condit. & demonst.* Denique obstat littera huius tex. dum enim Pontifex iubet Episcopum contentum esse cum solutione quadraginta librarum, & super pœna triginta librarum silentium imponit, expressè docet pœnam nec in totum, nec pro parte fore exigendam; necessariò igitur dicendum videtur, aut pœnam in totum committi, vt conditio postulat, aut nullam ex parte deberi, vt tex. habet.

11 Ex quibus huius tex. decisio valde dubia reputatur, & à DD. varij adduci solent intellectus; inter quos noster Mendes de Cabedo *diuers. Iuris arg. lib.* 2. *cap.* 18. *à nu.* 11. intelligit pœnam in tex. esse indiuiduam, & ideò pro parte peti non posse *l. in executione §. item si ita, l.* 5. *§. si sortem. ff. de verb. obligat.* eo maximè, quia Episcopus, de quo in præsenti, iam receperat sortem principalẽ, & in Iure cõstat recepta sorte principali amplius de pœna agendum non esse, *l.* 2. *in princip. ff. si quis caut. l. vlt. ff. de eo, quod certo loco.* Sed hic intellectus displicet, quia ex tex. constat non esse solutum totum principale, quo casu commissa pœna est censenda, etiam ratione paruæ quantitatis debitæ, siquidẽ si in stipulatione deest vnus nummus, quando stipulatur decem, existit conditio, & pœna in solidum committitur, *d. §. si sortem,* Aquilin. *in l.* 2. *§. item etsi in facto par.* 1. *num.* 43. *ff. de verborum obligat.* deinde quia obligationi dandi indiuiduè non censetur satisfactũ deficiente aliqua parte, immo sequitur in præstatione deformitas, putà soluendo, aliter quàm in obligatione continetur: nec satisfacit idem Cabed. dum existimat non esse attendendum ad quantitatem septem librarum, quæ principali deerant, quia in Iure non considerantur minima *l. scio ff. de restit. in integrum,* adhuc enim stat proposita difficultas, vt sensu percipitur.

12 Quare reiecto etiam eodem ferè intelligendi modo, quo vtitur Socin. *in præsenti, à num.* 24. communis DD. schola autumat, quod licet attento Iure Ciuili pœna sit indiuidua, tamen attẽta æquitate Canonica diuiduam esse, & solum deberi, quatenus proportionem habuerit cum parte debiti principalis, non soluta, itaut pro rata eius, quod solutum est, pœna minuatur, vt ex alijs tenet Gutier. *d.cap.* 20. *n. vlt.* dicit communẽ

Bero.

Bero. *in d. cap. dilecti num. 83. vers. pœna,* Socin. *in præsenti d num.* 11. eam tamen improbat Cabed. *d. cap.* 18. *num.* 6 ex eo scilicet, quod Pontifex nihil de nouo videtur inducere, sed secundum Iuris regulas respondere, assumens rationem à Iure Ciuili ex tex. *in l. nam hoc natura ff. condictione indebiti,* maximè quia inter Ius Ciuile, & Canonicum quoad indiuiduitatem stipulationis pœnalis nulla est facienda differentia, siquidem non reperitur tex. qui prohibeat pœnam esse indiuiduam, vnde succedit regula *cap.* 1. *de noui operis nunt.* intendit Sarmien. *lib.* 5. *select. cap.* 6 *num.* 11. & Cabed. *d loco num.* 6.

13 Ego vero dicendum puto pœnam appositam stipulationi dandi esse indiuiduam per tex. *in d. l.* 5. §. *si sortem, & d. l. in executione* §. *item si ita ff. de verb. obligat.* Nec huiusmodi resolutioni obstat tex. *in præsenti,* quatenus habet quod licet totum principale solutum non fuerit, non tamen ob id possit integra pœna peti, non excludit enim indiuiduitatem pœnæ, secundum quam attento Iure Ciuili tota committitur, quoties totum principale solutum non est, immo eam decidendã relinquit dispositioni Iuris Ciuilis, vt ex multis suadetur: Primò quia nulla verba in hoc tex. reperiuntur, per quæ recedere censendus sit Pōt. à regulis Iuris Ciuilis, vt benè aduertit Cabed. *d. loco*: secundò, quia Summus Pontifex in hoc tex. respondet consultationi, vnde videtur de Iure respondere, iuxta doctrinam *glos. vlt. in cap. consultationi, de temporibus ordin.* communiter receptæ, vt per Nauar. *in cap. accepta, opposit.* 1. *num.* 2. *de rescrip.* tertio, quia Pontifex in præsenti rationem assumit à Iure Ciuili, nempe à *l. nam hoc natura, ff. condict. indebiti,* ergo secundũ Ius Ciuile respondere censetur, atque ita intellexere hunc tex. Zazius *in d.* §. *si sortem num.* 5. Fachin. *controuers. Iuris lib.* 10. *cap.* 62. *nu. penult.* Cabed. *d. nu.* 6. Minus obstant verba huius tex. ibi (super pœna triginta librarum memoratos rectores amplius non molestes) quia respondetur mentem Romani Pontif. eò solum tendere, vt reprobet excessum pœnæ, quæ constat contineri in summa illa triginta librarum, habito respectu ad septem libras non solutas, quarum ratione tantum, non autem residui iam soluti pœna potuit deleri, enim illo recepto pœnæ renunciatum censetur, vt benè aduertit Socin. *vbi supra.* Cum igitur eo respectu pœna illa immoderata sit, meritò per hunc text. reprobatur, ad exemplum etiam Iuris Ciuilis, secundum quod immoderata pœna reijcitur, vt supra dictum est, non tamen negat hanc pœnam pro ea parte, qua moderata est, in totum committi, vtpotè ex ipsa lege, vel partium voluntate indiuiduam.

14 *Pontificalis modestia, &c.* Notatur ad hoc, quod Ecclesia non est prona ad pœnas, vt per Ioseph. Ludouic. *Perus. decis.* 90. *nu.* 36. dicitur enim vltrix, & auctrix iustitiæ, & mater æquitatis, vt per Sigismund. Scaccia *de appellat. q.* 7. *num.* 49.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Beneficia amittere debet is, qui Prælatum interfecit Ecclesiæ, vbi illa obtinet.*
3 *Episcopum iniuriose, aut temere percutientes sunt excommunicati, nisi causa propria defensionis percusserint, & num.* 5.
4 *Ciuitas aliquid committens contra suum Episcopum incidit in pœnam interdicti.*

Cap. Ad aures. X.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legib. Castellæ, par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 241. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 737. refertur ab Ant. August. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 12. *cap.* 1.

2 Probat hic tex. omnia beneficia debere amittere illum, qui Prælatum interfecit Ecclesiæ, vbi illa obtinet, vide ad *cap. in quibusdã* 12. *inf. hoc tit.*
3 & iam hodie in occidente, capiente, vel banniente Episcopum auctæ sunt pœnæ *in clem.* 1. *hoc tit.* vbi percutientes iniuriose, aut temere Episcopũ sunt excommunicati, Nauar. *in man. cap.* 27. *num.* 66. Clar. *in* §. *fin.* 9. *q.* 77. *n.* 23. & Ciuitas
4 aliquid committens contra suum Episcopum incidit in pœnam interdicti, Clar. *d.* §. *fin. q.* 76.
5 *n.* 3. Henriq. *in summa lib.* 13. *cap.* 43. §. 5. *lit. M.* nisi percusserit, aut offenderit causa suæ propriæ defensionis, Clar. *d.* §. *fin. q.* 77. *num.* 23. Fichar. *tom.* 1. *commun. opin. tit.* 12. *nu.* 28. *pag.* 199.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Iniuria facta officiali Regis videtur facta ipsi Regi.*
3 *Magistratum Regium offendens dicitur saluaguardium infringere.*
4 *Iudex potest cognoscere, & punire iniuriam sibi factam contemplatione officij, quando pœna determinata est à Iure, & nu.* 6.
5 *Iniuria in dubio præsumitur non vt Iudici, sed vt priuatæ personæ illata.*
7 *Iudicem, qui est in syndicatu, offendens qua pœna puniatur, remissiuè.*

Cap. Dilectus. XI.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostiens. Hen. Butr. Anch. Panor. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 241. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 738. refertur ab Anton. August. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 2. *sub tit.* 6. *de probat. cap.* 1.

2 Temere

2 *Temere prorumpentis, &c.* Iniuria enim facta officiali Regis, videtur facta ipsi Regi, ex Cyn. *in l. si non conuicij, C. de iniur.* quem refert, & sequitur Auiles *ad cap. 1. Prætor. verbo Tierra*
3 *n. 4. fol. 45.* Farin. *in praxi crimin. q. 105. n. 126. & 199.* Et offendens Regium magistratum dicitur Saluaguardium infringere, cum omnes officiales sint sub securitate Regis; vide Rebuff. *in comment. ad l. 57. ff. de verb. significat. pag. 296.*
4 & ideò ipse Iudex potest cognoscere, & punire iniuriam, quæ sibi facta fuit, Gregor. *l. 26. verbo mesurados tit. 23. partit. 3.* Menoch. *de arbitr. casu 263. num. 7. & 8.* Fachin. *lib. 6. controuers. cap. 9.* Decian. *in tract. crimin. lib. 4. cap. 42. num. 1. & lib. 7. cap. 38. num. 15.* Farinac. *in praxi crimin. par. 1. q. 17. num. 44. cum seqq.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Camera Imper. lib. 1. concl. 39.* Intellige de iniuria facta contemplatione officij, non autem de illa, quæ illata fuit, vt priuatæ personæ, vt per Steph. Gratian. *discept. foren. cap. 54. num. 7.* Triuisan. *Venetia decis. 10. nu. 34.* quem refert Aloys. Ric. *in collect. decis. par. 1. collect. 138. post princip.* Alex. Rauden. *respons. 50. volum. 1.*
5 Bernard. Græuæ. *d. concl. 39. a nu. 5.* vbi etiam resoluit, quod in dubio præsumitur iniuria, non vt Iudici, sed vt priuatæ personæ illata. Intellige
6 etiam, quando iniuria facta Iudici est notoria, & habet pœnam determinatam à iure, Bonacos. *commun. crimin. par. 1. verbo iniuria fol. 91. in fine, & verbo Iudex fol. 100.* Gail. *lib. 1. obseruat. 39.* Aloys. Ricc. *d. collect. 138.* Franc. Viui. *Neapolit. decis. 278. num. 2.* Alexan. Rauden. *d. num. 81.*
7 Bernard. Græuæ. *d. concl. 39. à num. 9.* De offendente autem Iudicem, qui est in syndicatu, vide Clar. *lib. 5. §. fin. q. 68. n. 21.* Hyppol. *cons. 115. à num. 16.* Tiraquel. *de nobilit. cap. 28. num. 7.* Auiles ad *cap. 1. Præt. fol. 73. num. 8.* Vincent. de Franch. *decis. 403. num. 2.* Menoch. *de arbitr. casu 263. nu. 10.* Perez *l. 5. tit. 12. lib. 8. Ordin. glos. 1.* Cotta *in memorab. verbo potestas, pag. 695.* Farinac. *d. q. 17. nu. 38. & par. 3. q. 105. nu. 200.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Beneficiatus occidens Prælatum, aut combeneficiatum ipso iure priuatur beneficio, quod obtinet in eadem Ecclesia.*
3 *Verba, prorsus amittant, sententiam ferendam significant.*
4 *Iura vbi absolute dicũt posse dispensari, intelliguntur de Episcopo.*
5 *Episcopum occidens, vel capiens, & eius posteri vsq; ad tertiam generationem perdunt quicquid habent ab Ecclesia.*

Cap. In quibusdam. XII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panormit. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ, par. 1.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 242.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 738.* desumitur ex Concil. generali Lateranen. sub Innocen. III *cap. 45.* & refertur ab Anton. August. *collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 13. cap. 2.*

2 Probat hic text. beneficiatum occidentem Prælatum, aut combeneficiatum ipso Iure priuari beneficio, quod obtinet in eadem Ecclesia, vt per Rebuff. *in praxi tit. de modo amittendi beneficia, num. 45.* Tolet. *in summa lib. 1. cap. 88. vers. 7. in nouiss. edit.* Turzan. *tom. 1. commun. opinion. lib. 1. tit. 9. num. 50. pag. 185.* Hieronym. Gabriel. *cons. 196. num. 6. lib. 1. & cons. 187. n. 8. lib. 2.* Petr. Gregor. *de benefic. cap. 26. à num. 11.* Gonzal. *ad reg. 8. cancell. glos. 15. à nu. 77.* Nicol. Garc. *de benefic. par. 11. cap. 10. num. 57.* Farin. *in praxi crimin. par. 5. q. 119. num. 68.* vbi asserit, quod hæc priuatio ipso iure procedit ea ratione speciali in beneficio illius Ecclesiæ, in qua videtur deliquisse, non autem in alijs beneficijs,
3 quæ obtinet in alijs Ecclesijs. Quamuis Azor. *institut. moral. par. 2. lib. 7. cap. 18. q. 1. vers. Deinde queres,* dicat, quod in hoc text. non dicitur ipso iure, vel ipso facto amittat, sed simpliciter, amittat, quod verbum non continet sententiam ipso iure latam, sed Iudicis sententiam ferendam, & sic ex hoc cap. non constare talem priuationem ipso iure ait Abb. *hic num. 7.* Respondetur enim potius dictum verbum, amittant, de quo in hoc text. sententiam latam significare, vt resoluit Sayr. *in claui Regia lib. 3. cap. 8. nu. 21. vers. fallit deinde;* non dicit enim text. simpliciter, sed prorsus amittant, quæ dictio, prorsus, importat ipso iure, vt per Boer. *decis. 344. n. 4.* Tiraquel. *in l. si vnquam verbo reuertantur nu. 71.* Bernard. Muscatel. *de modo fideiubendi par. 1. modo 14. num. 12.* Sanch. *de Matrimon. lib. 3. disp. 53. num. 8.* quæ omnia habentur in meo tract. *de officio, & potest. Episcopi par. 3. allegat. 57. num. 239.*

4 *Dispensatum.* Ab Episcopo scilicet, quia dispensatio non fuit reseruata Papæ, ita Sanch. *de Matrim. lib. 8. disp. 5. num. 1.* vbi enim Iura absolutè dicunt posse dispensari, intelligũtur posse Episcopum, vt per *glos. fin. in præsenti,* & Henriq. *in summa par. 2. lib. 14. cap. 19. §. 2. lit. P.*

5 In glos. [Ad hæredes.] ibi *(quartam generationem.)* Notatur ad hoc, quod occidens, vel capiens Episcopum, aut contra Ecclesiam delinquens, & eius posteri, vsque ad quartam generationem perdunt quicquid habent ab Ecclesia vt per Duen. *reg. 345. limit. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Insordescens per annum in excommunicatione est suspectus de hæresi.*
3 *Declaratur tex. in præsenti.*

4 *No-*

4 *Nobiles lenius puniuntur.*
5 *Vaßalli per excommunicationem dominorum absoluuntur ab obsequijs, & muneribus illis post excommunicationem præstandis.*
6. *Pœna temporalis sumitur ab Ecclesia propter excommunicationis contemptum.*
7 *Nobilitati prouidendum in beneficijs.*

Cap. Grauem. XIII. & fin. *Honor. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io Andr. Host. Henr. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusq; Iuris cum legib. Castellæ par. 1. & 2.* Viu. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 143.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 738.*

2 *Nõ careat scrupulo hæretica, &c.* Aduerte, quod insordescens per annum in excommunicatione est suspectus de hæresi; de quo vide quæ dixi *ad cap. excommunicamus, 13. §. qui*
3 *ante de hæreticis*, vbi plures DD. retuli, multipliciterq; declaraui; Neque obstat, quod text. in præsenti faciat mentionem de triennio, quia vt respondet Palat. *in repetit. cap. per vestras, de donat. inter virum §. 18. num. 24.* facti contingentiam narrat, idem sentire videtur Menoch. *de arbitr. casu 416. nu. 49. & 50.* dum habet text. etiam *in cap. cum bone, de ætate, & qualitate* requirentem triennium non se fundare super illo, sed super temporis diuturnitatem vltra annum, additq; tex. in præsenti licet loquatur de laico, esse quoque in clerico intelligendum, cum vel nulla in ijs sit differentia, vel si est, validius ligatur clericus, tanquam is, qui magis parere tenetur.

4 *Nobilitati parcere.* Notatur ad hoc, quod nobiles leuius puniuntur, vt per Cassan. *in cathalogo gloria mundi par. 8. consider. 33.* Tiraquel. *de nobilit. cap. 20. à nu. 108. & de pœnis temper. caus. 31.* Farinac. *par. 3. q. 98. nu. 93.*

5 *Ab eius fidelitatis iuramento, &c.* Notatur ad hoc, quod propter excommunicationem dominorum, vassalli, qui illis Sacramento fidelitatis sunt obligati, obsequiorum, & munerum, quæ præstabant eis, post excommunicationem immunitatem adipiscũtur ita S. Antonin. 3. *par. tit. 25. cap. 1. vers. etiam*, benè Paul. Comitol. *responsor. moral. lib. 6. q. 34. nu. 6. & 7.* Anton. Ricciul. *in tract. de iure person. extra grem. Ecclesiæ existentium, lib. 4. cap. 2. nu. 1.* vbi *nu. 3.* rationem præstat, quare Ecclesia diuersimodè agat cum superioribus ratione iurisdictionis, quàm agat cum superioribus respectu potestatis dominicæ.

6 *Penitus absolutos.* Idest ipso iure, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur, num. 87.* Nam propter excommunicationis contemptum sumitur per Ecclesiam pœna temporalis, absoluendo subditos ab eius subiectione, & debitores ab eius debito, vt per Palat. *in repetit. cap. per vestras, de donat. inter virum, notabili 2. §. 1. nu. 5.*

7 In glos. [Nobilitati.] ibi (*& in beneficijs etiam magis prouidendum est nobilitati.*) vide Tiraq. *de nobilit. cap. 20. num. 10. cum seqq.* Auiles *ad cap. 1. Prætorum verbo à las partes, nu. 26. fol. 44.*

De Pœnitentijs, & Remissionibus. Tit. XXXVIII.

SVper hanc rubr. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Durand. *in breuiario aureo Iuris Canonic. fol. 162.* Ioan. de Londris *in breuiario Sanctorum Canonum, fol. 183.* Martin Mesnart. *in epitome Decretal. fol. 199.* Petr. de Rauẽna, *in cõpendio Iuris Canon.* Daniel. Venat. *in analysi methodica Iuris Pontificij à pag. 723.* Goffr. & Host. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. sub hoc tit. & vol. 4. repet. super Iure Canonico ad lib. 5. Decretal.* Io. à Capistr.

De materia huius tit. vide Bonacos. Villalob. & alios *tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 13. pag. 204. cum seqq.* Prax. Episcop. *verbo Pœnitentia*, latè de Pœnitentiæ Sacramento Theologi cum Magistro *in 4. distinct. 14.* S. Thom. *par. 3. q. 84.* Soar. *tom. 4. de Pœnitent.* Viuald. *in cãdelabro aureo de Sacram. Pœnit.* Petr. de Ledesma *in summa par. 1. tract. de Pœnit.* Card. Bellarmin. *in suis controuersijs tit. de Pœniten.* Luc. Pinel. *de Sacramen. Pœnit.* Henriq. *in summa lib. 4.* Greg. de Valentia *tom. 4. disput. 7. q. 3. cum tribus seqq.* Valer. Reginald *in praxi fori Pœnit. lib. 29.* Zerol. *in speciali tract. de Pœnit.* Bonac. *de Sacramen. disp. 5. de Pœnit. Sacramento.*

De Indulgentijs, & Iubileo vide Thom. Leui. Vincen. Filliuc. Quintil. Mandos. Marian. Socin. Luc. Pinel. Io. Friger. Io. Agoman. Conuer Francisc. Rodriquez, Hieron. Gratian. Rutil. Benzon. Anton. Sanctarel. Iul Lauor. & alios in suis particularibus tract. *de Indulgentijs*, Nauar. *in opere de Iubileo, & Indulgentijs*, Henriq. *in summa lib. 7.* Fr. Emmanuel. *tom. 2. quæst. regul. q. 85.* Prax. Episcop. *par. 2. verbo Annus Sanctus pag. 14.* Valent. *tom. 4. disp. 7. q. 20.* Soar. *tom. 4. prope finem*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 7. à num. 94. cum multis seqq.* Aegid. de Coninck *de Sacramen. & censur. tom. 2. disp. 12.* Balduin. Iun. *super opera controuers. Bellarm. par. 1. lib. 6. de Indulgent.* Ioan. Francis. Leoni. *in thesauro fori Ecclesiast. par. 1. cap. 7.* Indulgentiæ enim tantum valent, quantum sonant, vt per Bonacosiam *commun. crimin. par. 2. verbo Indulgentia fol. 36. verso.* & qualiter sit intelligenda regula ista vide Iul. Lauor. *in tractat. de Indulgent. par. 2. cap. 14. num. 28.* & quando incœperint, vide Henriq. *dict. lib. 7. cap. 15. §. 6.* Fr. Hieronym.

Roman.

Roman. *lib.* 1. *de Republica Christiana cap.* 23. Fr. Emman. *d. q.* 85. *art.*4.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes*
2 *Publica pœnitentia qua sit, ostenditur.*

Cap. Manifesta. I. *Alex.*

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collectar. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordant. Vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 250. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 743. & *vol.* 4. *super Iure Canon. ad lib.* 5. *Decretal.* Io. à Capistrano, reperitur apud Gregor. *lib.* 11. *epist.* 31. *registri ad Felicem Siciliæ Episcopum* refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 33. *cap.* 1. vbi tribuitur Calixto Papæ.

2 *Non sunt occulta, &c.* Notatur ad hoc, quod publica pœnitentia est, quæ absque vlla solemnitate publicè fit ex Episcopi, vel Sacerdotis mandato, vbi peccatum publicè commissum fuerit, vt per Couar. *lib.* 2. *variar. cap.* 10. *nu.* 3. Nauar. *in cap. consideret* §. *ponat, nu.* 14. *ad finem de Pœnit. dist.* 5. & *in cap.* 1. *nu.* 88. & *in cap. Sacerdos à nu.* 86. *de Pœnit. dist.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Miles ordinum Militarium si clericum occidat, perdit priuilegium, & cingulum militiæ, & remanet mere secularis.*
3 *Iudex Ecclesiasticus potest priuare laicum militia temporali.*
4 *Presbyterum occidens in pœnam prohibetur Matrimonium contrahere.*
5 *Incestus impedit Matrimonium contrahendum.*

Cap. Qui presbyterum. II.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostiens. Hen. Butr. Anch. Panor. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs Vtriusq; Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. & 2. Viu. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 251. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 744. & *vol* 4. *repet. super Iure Canonico, ad lib.* 5. *Decretal.* Ioan. à Capistrano, desumitur ex Concil. Moguntin. sub Rabano Archiepiscopo, refertur Burchar. *lib.* 6. *Decretor. cap.* 7. & Iuo *par.* 10. *cap.* 156.

2 *Sua militia cingulo careat.* Notatur ad hoc, quod si aliquis miles ordinum Militarium clericum occidat perdit priuilegium, & cingulum militiæ, & remanet merè secularis, & potest cõueniri coram Iudice seculari, vt per Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 2. *q.* 61. *art.* 15. Vnde Bobadil. *in sua Politica lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 86. resoluit, quod si Miles ordinum Militarium, Doctor, aut alius à Rege, aut Imperatore creatus Miles occidat clericum, potest Iudex Ecclesiasticus eum priuare cingulo militiæ, vel insignijs Do-
3 ctoralibus, quæ ipso iure amisit, & ita Iudicem Ecclesiasticum priuare laicum militia temporali resoluit Palat. *in repetit. cap. per vestras, de donat. inter virum, & vxorem, notab.* 2. §. 1. *num.* 5.

4 *Et absque spe coniugij maneat.* Notatur ad hoc, quod si quis clericum presbyterum occiderit in pęnam prohibetur Matrimonium contrahere, vt per Couar. *de spons. p.* 2. *cap.* 6. *in initio num.* 5. Ludouic. Lopez *in instructorio Conscientiæ par.* 2. *cap.* 46. *vers. præterea*, Vitual. *in candelabro aureo de Sacramentis par.* 1. *de Matrimon. num.* 105. Henriq. *in summa lib.* 12. *cap.* 2. §. 1. *in fine*, Sanch. *de Matrimon. lib.* 7. *disp.* 6. *num.* 9. vbi ex alijs concludit, quod quãuis non videatur desiderari, quod interfector sit conuictus in foro contentioso, tamen tenendum est desiderari, quia text. in præsenti petit, vt conuictus sit, nec potest dici loqui in foro Conscientiæ cum in eo nulla sit conuictio.

5 In glos. [Absque spe coniugij, fin.] ibi (*quædam crimina impediunt Matrimonium contrahendum, vt incestus, &c.*) vide Couar. *d. cap.* 6. *in initio num,* 4. Nauar. *in man. cap.* 22. *num.* 29. Gutier. *canonicarum lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 7. Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *num.* 191.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Pœnitentiæ hodie sunt arbitrariæ.*
3 *Pœnitentiam tolerabilem, & humanæ fragilitati accommodatam tenetur pœnitens acceptare, acceptatamq; adimplere.*
4 *Punitur mitius ille, qui prouocatus fecit.*

Cap. Significauit. III. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butt. Anchar. Panor. Marian. Socin. Ioan. à Capistr. Casal. *in annot.* Ximen. Tolet. *in concordantijs Vtriusque Iuris cum legibus Castellæ, par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 251. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 744. refertur ab Anton August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 33. *cap.* 2.

2 *Misericorditer imponatis.* Notatur ad hoc, quod pęnitentiæ sunt arbitrariæ, & prudentis Confessarij arbitriò relinquuntur, vt per Perez *l.* 3. *glos.* 1. *pag.* 45. *vers. punitur tit.* 1. *lib.* 5. *Ordin.* & alios citatos *ad cap. quæsitum* 7. *nu.* 5 *infr. hoc tit.* Fr. Emman. *in addit. ad Bullam Cruciatæ*
3 §. 9. *num.* 100. *fol. mihi* 181. Quam quidem pœni-

pœnitentiam tolerabilem, & humanæ fragilitati accommodatam tenetur pœnitens acceptare, acceptatamq; adimplere, vt tenent plures citati à Cened. *ad Decretum collect.* 40. *num.* 2. quibus adde Henriq. *in summa lib.* 4. *cap.* 8. §. 1. *iuncto commento litt.* B. Soar. *tom.* 4. *disp.* 38. *sect.* 7. *n.* 2. Luc. Pinel. *de Sacramento Pœnitentiæ tract.* 3. *de satisfact. dub.* 4. Aegid. *de Sacramen. tom.* 2. *disp.* 10. *num.* 79. Ioan. Rebel. *in historia miraculorum Sanctissimi Rosarij Beatiss. Virginis lib.* 3. *dialogo* 7. nouè Iulius Lauor. *in tract. de Iubilao, & Indulg. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 9. Vasquez *q.* 94. *art.* 2. *dub.* 1. *num.* 5. Nugn. *q.* 15. *art.* 1. & *q.* 13. *art.* 2. *difficul.* 3. Valen. *tom.* 4. *disp.* 7. *q.* 14. *punct.* 4. Bonac. *de Sacramen. disp.* 5. *q.* 5. *sect.* 3. *punct.* 4. *n.* 1. Paul. Comitol. *respons. moral. par.* 1. *q.* 35. *per totam.* Quamuis non posse Confessorem pœnitentem inuitum obligare ad pœnitentiam, ac perconsequens nec ipsum pœnitentem, qui iustam pœnitentiam à Confessore datam non vult acceptare, peccare ob id lethaliter contra aliquod Diuinum, aut humanum præceptum minus benè teneant Scot. Gabr. Medin. Syluest. Caiet. Armil. Nauar. & alij, quos refert, & sequitur Ludouic. Beia *respons. casuum Conscientiæ par.* 3. *casu* 3. & quicquid etiam posse pœnitentem licitè Confessario dicere se nullam pœnitentiam velle acceptare, cum illam soluendam seruet post mortem dicant minus benè Nauar. *in manuali, cap.* 26. *num.* 20. Fr. Emman. *in addit. ad Bullam Cruciata in princip.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 7. *num.* 15.

4 *Quod pro libertate sua, &c.* Notatur ad hoc, quod mitius punitur ille, qui prouocatus fecit, vt per Tiraq. *de pœnis temper. causa* 1. *num.* 5. vel dolore commotus, vt per Couar. *de spons. par.* 2. *cap.* 7. §. 7. *num.* 11.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Indulgentias alienis subditis Prælatus concedere non potest, nisi proprij Episcopi consentiant.*
3 *Indulgentias suis subditis in aliena diœcesi existentibus potest Episcopus concedere.*
4 *Pœna duplex, temporalis scilicet, & aterna pro omni peccato debetur.*

Cap. Quod autem. IIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. And. Hostien. Henr. Butr. Anch. Panor. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordan. vtriusque Iuris cum legibus Castella par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 251. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 744. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 33. *cap.* 3. & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *par.* 35. *cap.* 4.

2 Probat hic text. Indulgentias illis tantum prodesse, qui Prælato indulgenti subsunt, nam alienis subditis Indulgentias concedere non potest, vt per Nauar. *de Iubilao notabil.* 31. *n.* 13. latè Iul. Lauor. *de Iubilao, & Indulgentijs par.* 2. *cap.* 11. *à num.* 28. Sed si proprij Episcopi consentiant alieni subditi lucrantur, idem Lauor. *d. cap.* 11. *num.* 29. vbi *num.* 32. cum Nauar. *loco proximè citato*, consulit, vt peregrinantes muniantur facultate Episcoporum suorum ad quærendas Indulgentias alienorum Episcoporum, aliàs Indulgentiæ concessæ ab Episcopo, exteris ad suam diœcesim venientibus non prosunt, & tali concessione non facta propter meritoria opera facta in alienis diœcesibus, non reciperet Indulgentias. Quod intellige de Indulgentijs concessis ab Ordinarijs inferioribus à Summo Pontif. secus de Indulgentijs ab eo concessis, quas quilibet per opera meritoria ad illas recipiendas constituta recipit, quia respectu Papæ non magis dicitur subditus vnus, quam alter, *cap. cuncta per mundum*, 9. *q.* 3.

3 Vtrum autem Episcopus existens extra Episcopatum possit concedere homini eiusdem Indulgentiam intra suum Episcopatum quærendã? affirmatiuè respondet Lauor. *d. cap.* 11. *n.* 35. Vtrum verò possit Episcopus concedere Indulgentias nisi subditis in aliena diœcesi existentibus? similiter affirmant Soar. *tom.* 4. *dispnt.* 55. *sect.* 3. *nu.* 17. & citati DD. per me *de officio, & potestate Episcopi par.* 3. *allegat.* 88. *nu.* 25. & 26. & me citato idem Lauor. *d. cap.* 11. *num.* 36. vbi *num.* 37. resoluit posse Episcopum concedere suo subdito Indulgentiam quadraginta dierum visitanti talem Ecclesiam, quamuis ea sit in aliena diœcesi.

4 In glos. [Vt prosint.] ibi (*nam pro omni peccato duplex pœna debetur temporalis, & aterna, &c.*) De his latè Iul. Lauor. *d. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 17. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Pœnitens verè ille dicitur quando sua peccata mortalia displicuerit, vt ob nullum bonum quærendum, vel malum vitandum ea denuo admittere proponat.*
3 *Pœnitens verè vt quis censeatur non est necessarium credere se nunquam denuo lethaliter peccaturum, sed sufficit concipere odium omnis peccati mortalis, & dolere quod concipere nequeat.*
4 *Contritio an requirat propositum implicitum vitandi peccata in futurum, an verò requirat implicitum, ostenditur.*
5 *Meretrices debent audiri in Sacramentali Confessione.*
6 *Opera bona facta extra charitatem quos effectus operentur, ostenditur.*
7 *Pœnitentia facta in peccato mortali an reuiniscant adueniente gratia quoad effectum satisfaciendi ex operi operato, remissiuè.*

Cap.

Cap. Quod quidam. V.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hoſt. Henric. Butr. Anchar. Panor. Marian. Soc. Ioan. à Capiſtr. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ par. 1. & 2.* Viuian *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 252.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 745.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. 17. cap. 1.*

2 Probat hic tex. non eſſe verè pœnitentem, qui peccandi animum non deponit, tunc enim ille dicitur vere pœnitens, quando ita peccata mortalia diſplicuerit, vt ob nullum bonum quærendum, vel malum vitandum, ea denuo admittere proponat, vt per Nauar. *de Iubilæo, & Indulgentijs notab. 17. num. 9.* quem refert, & ſequitur Iul. Lauor. *eodem tract. par. 2. cap. 14. n. 76.*
3 reſoluentes non eſſe neceſſarium ad veram pœnitentiam credere nunquam nos denuo lethaliter peccaturos, ſed ſufficere concipere odium omnis peccati mortalis, & dolere, quod concipere nequeamus, & ita nòn requiri, vt pœnitens habeat huiuſmodi credulitatem ſe non amplius peccaturum mortaliter, ſed ſufficere, vt habeat propoſitum non amplius peccandi in futurum, tenent Soar. *tom. 4. diſput. 4. ſect. 3. num. 5.* Zerola *de Pœnitent. cap. 7. quæſt. 9.* Valer. Reginald. *in praxi fori Pœniten. lib. 5. nu. 34. & 56.* & alij, quos refert, & ſequitur Bonac. *de Sacramen. diſput. 5. quæſt. 5. ſect. 1. punct. 8. num. 3.* vbi *num. 2.* diſputat quæſtionem illam,
4 vtrum ad contritionem ſufficiat propoſitum implicitum vitandi peccata in futurum, an vero requiratur explicitum, & poſtquam pro vtraque parte plures retulit DD. vtramque opinionem veram eſſe affirmat, & in praxi tenet conſulendum eſſe propoſitum actuale, cum hoc ſit tutius, & ſecurius remedium ad iuſtificationem, & vſu magis receptum, quanquam non videtur æſtimandum inualidum Sacramentum ſuſceptum ab eo, qui bona fide deteſtatur peccatum, illudq; confitetur abſque formali propoſito, & citat Soar. *d. tom. 4. diſput. 20. ſect. 4. num. 34.* Reginald. *d. lib. 5. num. 58.* Bellarm. *de Pœnit. lib. 2. cap. 6. ad finem* Pitigian. *par. 2. diſtinct. 14. q. 3. art. 8. concl. 3.*

5 *Confeſsionem recipere debes, &c.* Notatur ad hoc, quod meretrices debent audiri in Sacramentali Confeſſione, vt per Praxim Epiſcop. *par. 1. verbo lupanaria, §. 2.* vbi etiam reſoluit, quod non ſunt abſoluendæ, niſi certò promittant abſtinere in futurum, quod probabiliter tunc credi poteſt quando relinquunt re ipſa tùm peccata, tùm peccatorum occaſiones.

6 In gloſ. [Non ſit vero.] ibi (*nam omnia bona, quæ quiſque facit in vita, &c.*) Multos effectus, quos operantur bona opera facta extra charitatem commemorant Nauar. *in cap. alma mater par. 1. §. 4. num. 12. & §. 5. num. 1. colum. 4. & 5.* Nauar. *in manuali cap. 27. nu. 277.* Soar. *tom. 4. diſput. 37. ſect. 1.* & alios plures, quos refert Iul. Lauor. *d. tract. de Indulgentijs par. 2. cap. 5. num. 45. & cap. 14. nu. 60. & 61.* Bonacin. *de Sacramen. diſput. 5. q. 6. ſect. 4. puncto 1. num. 2. verſ. reſpondeo,* Zerol. *de Pœniten. cap. 25. quæſito 28.* ex quibus colligitur quod proſunt ad adimplenda præcepta, ad excuſandum à nouo peccato, ad illuſtrandam mentem peccatoris, vt ſuum malum peccatum agnoſcat, & eius pœniteat, ad quærendum virtutes morales ne peccatum ad aliud ſuo pondere trahat, ad quærendam cordis lætitiam, ne Angelus cuſtos nos omnino deſtituat, ne tam cito Deus nos puniat. Non tamen opera facta in peccato mortali proſunt ad quærendam, vel augendam gratiam gratum facientem, vel gloriam beatificantem *cap. nihil, de conſecrat. diſtin. 5.* cuius vniuerſale dictum limitat gloſ. ibi, vt procedat quoad vitam, ideſt, quo ad gratiam, & gloriam præfatas, quia quo ad temporalia prodeſt, *cap. ſi qualibet, 22. q. 2.* Nauar. *in cap. quærat. §. quod autem, de Pœnitent. diſtinct. 3.*
7 An pœnitentiæ factæ in peccato mortali reuiuiſcant adueniente gratia quoad effectum ſatisfaciendi ex opere operato, vide eundem Lauor. *d. par. 2. cap. 5. num. 35. in fine.* Et an opera mortificata per peccatum, valeant per ſubſequentem pœnitentiam ad vitam æternam conſequendam, vide Bonacin. & ab eo citatos. *d. puncto 1. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc text. ſcribentes.*
2 *Ieiunare qui tenet dies aliquos in pane & aqua, exigente neceſſitate cum ſuperioris auctoritate poteſt vti leguminibus, piſcibus, aut alijs cibis ad ſuſtentationem.*

Cap. Licet. VI.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anch. Panor. Mar. Socin. Io. à Capiſtr. Ximen. Tolet. *in concord. vtriuſq; Iuris cum legib. Caſtellæ p. 2.* Viu. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. par. 252.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 745.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 2. Decretal. lib. 2. tit. 5. cap. 3.* & alia pars eſt ſupra *in cap. licet, de ferijs.*

2 *Si neceſsitas id expoſcat,* Ergo ſi neceſſitas cœpta non ſit, neceſſaria eſt Prælati ſuperioris auctoritas, vt qui promiſit, vel tenetur ex alia cauſa dies aliquos ieiunare in pane, & aqua, poſſit vti leguminibus prioribus aut alijs cibis ad ſuſtentationem, ita Couar. *in cap. quamuis pactum, par. 1. §. 3 num. 4. propè finem.*
3 In Canonibus pœnitentialibus ad hoc propo-

 ſitum

pœnitentiam tolerabilem, & humanæ fragilitati accommodatam tenetur pœnitens acceptare, acceptatamq; adimplere, vt tenent plures citati à Cened. *ad Decretum collect.* 40. *num.* 2. quibus adde Henriq. *in summa lib.* 4. *cap.* 8. §. 1. *iuncto commento litt.* B. Soar. *tom.* 4. *disp.* 38. *sect.* 7. *n.* 2. Luc. Pinel. *de Sacramento Pœnitentiæ tract.* 3. *de satisfact. dub.* 4. Aegid. *de Sacramen. tom.* 2. *disp.* 10. *num.* 79. Ioan. Rebel. *in historia miraculorum Sanctissimi Rosarij Beatiss. Virginis lib.* 3. *dialogo* 7. nouè Iulius Lauor. *in tract. de Iubilæo, & Indul. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 9. Vasquez *q.* 94. *art.* 2. *dub.* 1. *num.* 5. Nugn. *q.* 15. *art.* 1. & *q.* 13. *art.* 2. *difficul.* 3. Valen. *tom.* 4. *disp.* 7. *q.* 14. *punct.* 4. Bonac. *de Sacramen. disp.* 5. *q.* 5. *sect.* 3. *punct.* 4. *n.* 1. Paul. Comitol. *respons. moral. par.* 1. *q.* 35. *per totam.* Quamuis non posse Confessorem pœnitentem inuitum obligare ad pœnitentiam, ac consequens nec ipsum pœnitentem, qui iustam pœnitentiam à Confessore datam non vult acceptare, peccare ob id lethaliter contra aliquod Diuinum, aut humanum præceptum minus benè teneant Scot. Gabr. Medin. Syluest. Caiet. Armil. Nauar. & alij, quos refert, & sequitur Ludouic. Beia *respons. casuum Conscientiæ par.* 3. *casu* 3. & quicquid etiam posse pœnitentem licitè Confessario dicere se nullam pœnitentiam velle acceptare, cum illam soluendam seruet post mortem dicant minus benè Nauar. *in manuali, cap.* 26. *num.* 20. Fr. Emman. *in addit. ad Bullam Cruciatæ in princip.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 7. *num.* 15.

4 *Quod pro libertate sua, &c.* Notatur ad hoc, quod mitius punitur ille, qui prouocatus fecit, vt per Tiraq. *de pœnis temper. causa* 1. *num.* 5. vel dolore commotus, vt per Couar. *de spons. par.* 2. *cap.* 7. §. 7. *num.* 11.

SUMMARIUM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Indulgentias alienis subditis Prælatus concedere non potest, nisi proprij Episcopi consentiant.*
3 *Indulgentias suis subditis in aliena diœcesi existentibus potest Episcopus concedere.*
4 *Pœna duplex, temporalis scilicet, & æterna pro omni peccato debetur.*

Cap. Quod autem. IIII.

1 Super hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. And. Hostien. Henr. Butr. Anch. Panor. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordan. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 251. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 744. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 33. *cap.* 3. & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *par.* 35. *cap.* 4.

2 Probat hic text. Indulgentias illis tantum prodesse, qui Prælato indulgenti subsunt, nam alienis subditis Indulgentias concedere non potest, vt per Nauar. *de Iubilæo notabil.* 31. *n.* 13. latè Iul. Lauor. *de Iubilæo, & Indulgentijs par.* 2. *cap.* 11. *à num.* 28. Sed si proprij Episcopi consentiant alieni subditi lucrantur, idem Lauor. *d. cap.* 11. *num.* 29. vbi *num.* 32. enim Nauar. *loco proximè citato*, consulit, vt peregrinantes muniantur facultate Episcoporum suorum ad quærendas Indulgentias alienorum Episcoporum, aliàs Indulgentiæ concessæ ab Episcopo, exteris ad suam diœcesim venientibus non prosunt; & tali concessione non facta propter meritoria opera facta in alienis diœcesibus, non reciperet Indulgentias. Quod intellige de Indulgentijs concessis ab Ordinarijs inferioribus à Summo Pontif. secus de Indulgentijs ab eo concessis, quas quilibet per opera meritoria ad illas recipiendas constituta recipit, quia respectu Papæ non magis dicitur subditus vnus, quam alter, *cap. tunctâ per mundum*, 9. *q.* 3.

3 Vtrum autem Episcopus existens extra Episcopatum possit concedere homini eiusdem Indulgentiam intra suum Episcopatum quærendā? affirmatiuè respondet Lauor. *d. cap.* 11. *n.* 35. Vtrum vero possit Episcopus concedere Indulgentias nisi subditis in aliena diœcesi existentibus? similiter affirmant Soar. *tom.* 4. *disput.* 55. *sect.* 3. *nu.* 17. & citati DD. per me *de officio, & potestate Episcopi par.* 3. *allegat.* 88. *nu.* 25. & 26. & me citato idem Lauor. *d. cap.* 11. *num.* 36. vbi *num.* 37. resoluit posse Episcopum concedere suo subdito Indulgentiam quadraginta dierum visitanti talem Ecclesiam, quamuis ea sit in aliena diœcesi.

4 In glos. [Vt prosint.] ibi (*nam pro omni peccato duplex pœna debetur temporalis, & æterna, &c.*) De ijs latè Iul. Lauor. *d. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 17. *cum seqq.*

SUMMARIUM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Pœnitens verè ille dicitur quando ita peccata mortalia displicuerit, vt ob nullum bonum quærendum, vel malum vitandum ea denuo admittere proponat.*
3 *Pœnitens verè vt quis censeatur non est necessarium credere se nunquam denuo lethaliter peccaturum, sed sufficit concipere odium omnis peccati mortalis, & dolere quod concipere nequeat.*
4 *Contritio an requirat propositum implicitum vitandi peccata in futurum, an vero requirat implicitum, ostenditur.*
5 *Meretrices debent audiri in Sacramentali Confessione.*
6 *Opera bona facta extra charitatem quos effectus operentur, ostenditur.*
7 *Pœnitentia facta in peccato mortali an reuiuiscant adueniente gratia quoad effectum satisfaciendi ex opere operato, remissiuè.*

Cap.

Cap. Quod quidam. V.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panor. Marian. Soc. Ioan. à Capistr. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 252.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 745.* refertur ab Anton. August. *collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. 17. cap. 1.*

2 Probat hic tex. non esse verè pœnitentem, qui peccandi animum non deponit, tunc enim ille dicitur vere pœnitens, quando ita peccata mortalia displicuerit, vt ob nullum bonum quærendum, vel malum vitandum, ea denuo admittere proponat, vt per Nauar. *de Iubilæo, & Indulgentijs notab. 17. num. 9.* quem refert, & sequitur Iul. Lauor. *eodem tract. par. 2. cap. 14. n. 76.*

3 resoluentes non esse necessarium ad veram pœnitentiam credere nunquam nos denuo lethaliter peccaturos, sed sufficere concipere odium omnis peccati mortalis, & dolere, quod concipere nequeamus, & ita non requiri, vt pœnitens habeat huiusmodi credulitatem se non amplius peccaturum mortaliter, sed sufficere, vt habeat propositum non amplius peccandi in futurum, tenent Soar. *tom. 4. disput. 4. sect. 3. num. 5.* Zerola *de Pœnitent. cap. 7. quæst. 9.* Valer. Reginald. *in praxi fori Pœniten. lib. 5. nu. 34. & 56.* & alij, quos refert, & sequitur Bonac. *de Sacramen. disput. 5. quæst. 5. sect. 1. punct. 8. num. 3.* vbi *num. 2.* disputat quæstionem illam,

4 vtrum ad contritionem sufficiat propositum implicitum vitandi peccata in futurum, an vero requiratur explicitum, & postquam pro vtraque parte plures retulit DD. vtramque opinionem veram esse affirmat, & in praxi tenet consulendum esse propositum actuale, cum hoc sit tutius, & securius remedium ad iustificationem, & vsu magis receptum, quanquam non videtur æstimandum inualidum Sacramentum susceptum ab eo, qui bona fide detestatur peccatum, illudq; confitetur absque formali proposito, & citat Soar. *d. tom. 4. disput. 20. sect. 4. num. 34.* Reginald. *d. lib. 5. num. 58.* Bellarm. *de Pœnit. lib. 2. cap. 6. ad finem* Pitigian. *par. 2. distinct. 14. q. 3. art. 8. concl. 3.*

5 *Confessionem recipere debes, &c.* Notatur ad hoc, quod meretrices debent audiri in Sacramentali Confessione, vt per Praxim Episcop. *par. 1. verbo lupanaria, §. 2.* vbi etiam resoluit, quod non sunt absoluendæ, nisi certò promittant abstinere in futurum, quod probabilites tunc credi potest quando relinquunt re ipsa tùm peccata, tùm peccatorum occasiones.

6 In glos. [Non fit vero.] ibi (*nam omnia bona, quæ quisque facit in vita, &c.*) Multos effectus, quos operantur bona opera facta extra charitatem commemorant Nauar. *in cap. alma mater par. 1. §. 4. num. 12. & §. 5. num. 1. colum. 4. & 5.* Nauar. *in manuali cap. 27. nu. 277.* Soar. *tom. 4. disput. 37. sect. 1.* & alios plures, quos refert Iul. Lauor. *d. tract. de Indulgentijs par. 2. cap. 5. num. 45. & cap. 14. nu. 60. & 61.* Bonacin. *de Sacramen. disput. 5. q. 6. sect. 4. puncto 1. num. 2. vers. respondeo*, Zerol. *de Pœniten. cap. 25. quæsito 28.* ex quibus colligitur quod prosunt ad adimplenda præcepta, ad excusandum à nouo peccato, ad illustrandam mentem peccatoris, vt suum malum peccatum agnoscat, & eius pœniteat, ad quærendum virtutes morales ne peccatum ad aliud suo pondere trahat, ad quærendam cordis lætitiam, ne Angelus custos nos omnino destituat, ne tam cito Deus nos puniat. Non tamen opera facta in peccato mortali prosunt ad quærendam, vel augendam gratiam gratum facientem, vel gloriam beatificantem *cap. nihil, de consecrat. distin. 5.* cuius vniuersale dictum limitat glos. ibi, vt procedat quoad vitam, idest, quo ad gratiam, & gloriam præfatas, quia quo ad temporalia prodest, *cap. si quælibet, 22. q. 2.* Nauar. *in cap. quærat. 6. quod autem, de Pœnitent. distinct. 3.*

7 An pœnitentiæ factæ in peccato mortali reuiuiscant adueniente gratia quoad effectum satisfaciendi ex opere operato, vide eundem Lauor. *d. par. 2. cap. 5. num. 35. in fine.* Et an opera mortificata per peccatum, valeant per subsequentem pœnitentiam ad vitam æternam consequendam, vide Bonacin. & ab eo citatos. *d. puncto 1. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc text. scribentes.*

2 *Ieiunare qui tenet dies aliquos in pane & aqua, exigente necessitate cum superioris auctoritate potest vti leguminibus, piscibus, aut alijs cibis ad sustentationem.*

Cap. Licet. VI.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panor. Mar. Socin. Io. à Capistr. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusq; Iuris cum legib. Castellæ p. 2.* Viu. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. par. 252.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 745.* refertur ab Ant. August. *collect. 2. Decretal. lib. 2. tit. 5. cap. 3.* & alia pars est supra *in cap. licet, de ferijs.*

2 *Si necessitas id exposcat,* Ergo si necessitas cœpta non sit, necessaria est Prælati superioris auctoritas, vt qui promisit, vel tenetur ex alia causa dies aliquos ieiunare in pane, & aqua, possit vti leguminibus prioribus, aut alijs cibis ad sustentationem, ita Couar. *in cap. quamuis pactum, par. 1. §. 3. num. 4. prope finem.*

3 In Canonibus pœnitentialibus ad hoc propositum

situm ita habetur. Insuper notandum est, quod si pœnitentia in pane, & aqua imponatur, non habenti panem potest loco panis, leguminibus, & pisciculis vesci, & etiam alijs, si necessitas illud requirat, extra *de pœnit. & remiss. licet, in tex. & glos.* aliàs non licet, refert Iulius Lauor. *in tract. de Iubilao, & Indulgen. par. 2. cap. 2. n. 47. vers. insuper, pag. 25.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Matrimonio ante Ordines licitum est Sacerdotibus Græcis.*
3 *Ignorantia crassa est, quæ ex lata culpa in adhibenda diligentia procedit.*
4 *Irregularis fit parens, qui infantem lecto positum oppressit.*
5 *Pœnitentia hodie sunt arbitraria Confessoribus.*

Cap. Quæsitum. VII. *Cœlest. iij.*

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anch. Panorm. Marian. Soc. Ioan. à Capistr. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 252.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 744.* refertur ab Anton. August. *collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. 17. cap. 2.*

2 *Quibus legitimo Matrimonio licet vti.* Notatur ad hoc, quod Sacerdotibus Græcis licitum est vti Matrimonio ante Ordines, vt per Ludouic. Lopez. *in instruct. Conscientiæ par. 2. de Matrimon. cap. 49. colum. 1. vers. ad verbum,* Couar. *de spons. par. 2. cap. 6. §. 3. num. 2.* Azor. *institut. moral. par. 1. lib. 13. cap. 12. q. 1.* Sanch. *de Matrimon. lib. 7. disp. 28. num. 6.*

3 *Vel studiose negligentibus, &c.* Notatur ad hoc, quod ignorantia crassa est, quæ ex lata culpa in adhibenda diligentia procedit, vt per Sanch *de Matrimon. lib. 9. disp. 28. num. 32.* vbi *num. 34.* per hunc tex. resoluit solam culpam latam, quæ ex ignorantia, & negligentia crassa procedit, sufficere ad irregularitatem.

4 *Ab officio Altaris debent, &c.* Notatur ad hoc, quod fit irregularis parens, qui infantem lecto positum oppressit casu fine lata culpa, vt per Henriq. *in summa lib. 14. cap. 15. §. 1. in fine, & §. 7. prope finem, vbi in commen. lit. B.* dicit, quod Sacerdos Græcus, cùm vtatur Matrimonio tenetur cautius euitare periculum comprimendi infantem suum in lecto positum, Ludouic. Beia *respons. casuum Conscientiæ par. 2. casu 26. vers. & quod omissio.*

5 *Eis pœnitentia pro arbitrio, &c.* Notatur ad hoc, quod hodie pœnitentiæ sunt arbitrariæ Confessoribus, vt per Viuald. *in candelab. aureo tit. de satisfact. num. 18.* Rebuf. *in repetit. cap. omnis vtriusque sexus, infra hoc tit. verbo, iniunctam pœnitentiam, vers. hodie vero,* latè & eleganter Coriolan. Capuccin. *de casibus reseruat. par. 1. sect. 2. art. 1. num. 7. cum seqq.* Humad. *l. 25. glos. 13. tit. 4. partit. 1.* Menoch. *de arbitr. casu 391. à num. 1.* plures per Cened. *ad Decretal. collect. 9. num. 5.* vbi *num. 6.* dicit, quod in tantum Sacerdotis arbitrio tribuitur circa pœnitentiam, quod ipse potest absoluere nulla imposita pœnitentia, si maximam viderit contritionem per glos. *verbo doloris, in cap. mensuram, de pœniten. distinct. 1.* Duen. *regul. 248. limit. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Circumstantiæ in Confessione necessariò explicandæ quæ? ostenditur.*

Cap. Deus qui. VIII. *Innoc. iij.*

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henr. Butr. Anchar. Panor. Marian. Socin. Ioan. à Capistr. Ximen. Toletan. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 253.* Alagona *in compendio Iuris Canonici, pag. 795.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 20. cap. 1.* & est pars tex. *in cap. Deus, qui, de vita, & honestate Clericorum, & de diuortijs.*

2 *Consideratis circumstantijs omnibus.* De circumstantijs in Confessione necessariò explicandis vide Nauar. *in man. cap. 6. num. 3. & in cap. consideret, de Pœnitentia distinct. 1. num. 10. cum seqq.* Henriq. *in summa lib. 5. cap. 6. cum seqq.* Pesan. *in addit. q. 10. §. de integritate Confessionis, disput. 3.* Zerola *in praxi Pœnit. cap. 12.* Nugn. *in addit. ad 3. par. q. 9. art. 2. dub. 2.* Sayr. *in claui Regia lib. 2. cap. 3.* Luc. Pinel. *de Sacramen. Pœniten. tract. 2. de Confess. cap. 3. cum seqq.* Petr. Ledes. *in summa par. 1.* vbi *de de Sacramen. Pœnit. cap. 18.* Valent. *tom. 4. disp. 7. q. 11. punct. 1.* Valer. Reginal. *in praxi fori Pœnit. lib. 6. num. 110. cum seqq.* Aegid. *de Sacramen. & censur. tom. 2. disput. 7. num. 8. cum seqq.* latè Bonac. *de Sacramen. disp. 5. q. 5. sect. 2. punct. 2. §. 3. difficul. 3.* ex quibus tres propositiones in hac materia certissimæ cõstituuntur. Prima est, quod circumstantiæ notabiliter minuentes non sunt necessariò exprimẽdæ, nisi speciem mutent, quia in Tridentino Concil. *sess. 14. de Sacramen. Pœnit. cap. 5. vers. colligitur,* generaliter asseritur omnes circumstantias mutantes speciem confitendas esse, ergo licet inferre circumstantias notabiliter minuentes non esse necessariò explicandas in Confessione, nisi speciem mutent,

mutent, alioquin Concil. Trident. videretur defecisse in traditione doctrinæ adeò necessariæ: tùm quia, cum circunstantiæ minuentes adiuuent potius ad excusandum pœnitentem, quàm ad exprimenda peccata, necesse non videtur per se loquendo tales circunstantias exprimere, nisi fortè Confessarius iusta de causa de illis pœnitentem interroget, aut nisi tales ità minuant peccatum, vt peccati speciem mutent, quod nouè tradit Iulius Lauor. *in tract. de Iubilæo. & Indulgentia par. 1. cap. 14. num. 51.* Secunda habet circunstantias notabiliter aggrauantes intra eandem speciem non esse necessariò explicandas, quia Concil. Triden. dicto loco tradens exactam doctrinam eorum, quæ necessaria sunt ad Pœnitentiæ Sacramentum, asserit illas circunstantias explicandas esse in Confessione, quæ mutant speciem, ergo videtur virtualiter supponere, & implicitè indicare non esse necessariò explicandas circunstantias tantummodo aggrauantes: tum quia nimis angerentur fideles ex tali obligatione, cum pauci benè cognoscant, & ritè intelligant quænam sint circunstantiæ aggrauantes; tum quia hæc sententia videtur magis vsu recepta etiam ab hominibus probatæ, & timoratæ Conscientiæ, quamuis contraria, quam sustinent Gabr. Maior, Sot. Adrian. Henriq. & alij, quos refert, & sequitur Iulius Lauor. *d. cap. 14. num. 53.* non sit improbabilis. Tertia est, quod circunstantiæ mutantes speciem necessariò explicandæ sunt in Confessione ob expressam decisionem Concil. Trident. *d. cap. 5.* quæ autem sint huiusmodi circunstantiæ mutantes speciem vide per Doctores supra citatos.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Mulier, quæ viro cohabitans ex adulterio concepit minimè tenetur in vtroque foro suum crimen marito, vel filio reuelare.*

3 *Mulierem de adulterio concipientem quomodo Confessarius possit absoluere eo casu, quo adulterinus filius in bonis mariti succedat, & excludat legitimum, ostenditur.*

4 *Mulier ex adulterio filium habens an teneatur cum periculo infamiæ cessante mortis periculo veritatē patefacere, si reuelatio profutura speretur, ostēditur.*

Cap. Officij. IX.

1 SVper hunc tex scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ioan. à Capistrano, Casal. *in annot.* Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 253.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 745.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 20. cap. 2.* & pars huius cap. sunt tex. in *cap. officij, de testibus, & de senten. excom.*

2 *Non est Pœnitentia deneganda.*

Ergo mulier, quæ viro cohabitans ex adulterio concepit minimè tenetur in vtroq; foro, exteriori, scilicet, & interiori, suum crimen marito, aut etiam filio reuelare, nam certū est in vtroq; foro filium non teneri matri asserenti illum ex adulterio conceptum, fidē adhibere, vt ex Corn. Sot. Medin. & alijs cōprobat Gutier. *canon. lib. 1. c. 38. n. 30.* & ante eum Menoch. *de arbitr. casu 89. n. 28.* Mantic. *de coniect. vlt. volun. lib. 2. tit. 14. n. 8.* atque ita hæc proprij criminis reuelatio in notabile honoris, & famæ ipsius mulieris detrimentū, nullum speratur habitura effectum, & quod propter eā hæreditas mariti, cuius filius creditur, ad legitimos deferatur hæredes; principium antē est, quod nemo tenetur crimen suum reuelare, nec debet pati honoris iacturam, præcipuè sine fructu, & spe aliqua, quod erit profutura, *c. quis aliquando §. nō tibi dico, de Pœnit. dist. 1.* ergo meritò sic decidit tex. in præsenti, vbi omnes docēt, Nauar. *in manu. c. 16. à nu. 43.* Couar. *in reg. peccatum p. 1. in initio, à nu. 3.* Ludou. Lopez. *in instruct. consc. p. 1. cap. 88.* Hēriq. *in summa lib. 11. c. 21. §. 3.* Viual. *in candelabro aureo p. 3. cap. 21.* Gutier. *d. c. 38.* Sayr. *in claui Regia lib. 8. cap. 3. nu. 5.* plures per Cened. *ad Decretal. collect. 75. nu. 3.* qui omnes ampliant, etiamsi mulier probabiliter credat reuelationē profuturam, si enim imminet periculum mortis non tenebitur cū detrimento, & periculo vitæ crimen suum detegere ad resarciendum dānum legitimis hæredibus illatum in hæreditate, quæ pertinet ad bona ordinis inferioris, ad quorum restitutionem nemo tenetur cum iactura bonorū superioris ordinis, ex doctrina Scot. *in 4. dist. 15. q. 2. art. 4.* Caiet. *2. 2. q. 62. art. 6.*

3 De modo antem, quo se gerere debeat mulier, atq; etiam Confessarius vt eam absoluat, multa scribūt nostri, & Theologi supra citati. Primò vt suadeat spurio intrare religionem, in qua professus non succedat in bona, ad quod tamen nō tenetur mater ex iustitia, quia fortè spurius nō habet vires, & aptas cōditiones ad onera religionis, nec vocationē Dei. Secūdò quod mater prope mortē debeat id aperire spurio, aut alijs, præsertim vt legitimus succedat in primogenitura mariti: sed quia spurius nō tenetur in suum præiudicium matri reuelanti credere, etiā in mortis articulo, perpendat Cōfessarius ne vltra modum compellat matrē, quia illa vix tenetur pro ea spe parū probabili ac inutili detegere crimē adulterij cum magno sui honoris, ac filij spurij detrimento; Satis ergò erit, vt de bonis proprijs filium legitimū melioret, vel alijs hæredibus in tertio, & quinto, itaut hoc modo resarciet damnū quoad potest. Sed quia ad hoc DD varios exquisierunt modos restituēdi damnum in terminis, de quibus agimus, & vniuscuiusq; opiniones recensere longum esset, ideò remitto Lectorem ad DD. supra citatos, quibus addo Nauar. *in cap. inter verba, concl. 4. num. 15.* Guillelm. *in cap. Raynuntius, de testamen. verbo in extremis positus.*

num.24. Medin. in Cod. de restitut. q.3. causa 4 Ant. Cordub. in tract. casuum Conscientiæ q.102. Paleot. de nothis, & spurijs cap 24. Petr. Nauar. tom.2. de restitut. lib.3. cap.1. à num.151. Anton. Gomez l.9. Tauri n.3. Mench. illustrium lib.1. cap.48. à nu.26. & à num. 34. Boer. decis.299. Mascard. de probat. concl.708. à num.2. Perez l.2. vers. dubium autem, tit.15. lib.8. Ordin. pag.300. Viu. tom.2. commun. opin. lib.9. tit.7. num.3. col. penult. versic. quid ergo, pag.468. Henriq. in summa lib.9. cap.21. §.3. Sayr. in claui Regia lib.10. tract.5. cap.6. num.43.

4 Si autem cessante mortis periculo, reuelatio profutura speretur, an cum periculo infamiæ teneatur veritatem patefacere? variæ sunt opiniones, quas videbis apud Sayr d. cap.3. nu.14. vbi sequitur distinctionem Ludouic. Lopez in d. cap.88. & Talet. in summa lib.5. cap.11. omnes autem post Alciat. de præsump. reg.3. præsump.37. num.6. vers. sed vide, reprobant cautelam, qua vsa est quædam vidua plures habens filios, quorum vnus erat ex adulterio conceptus, morti enim proxima omnes ad se venire iussit, & dixit vnus vestrum ex adulterio natus est, ne moriar cum tam graui periculo, intendo reuelare, vt omnes ad inuicem remittatis, quod vnus habet aduersus alterum, vnusquisque de se ipso dubitari cœpit, atque ita omnes concesserunt: sed meritò contra Alciat. notant reliqui omnes minimè tutam esse, sed fraudis, & doli plenam huiusmodi cautelã, vt post Couar. d. par.3. §.1. num.6. & Menoch. d. casu 89. à num.29. notant Gutier. d. cap.38. à num.25. & post Salon, Sayr. d. cap.3. num.15.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc text. scribentes.*
2 *Abbatissæ & moniales benedicere, & prædicare non possunt.*
3 *Mulieres ordinari non possunt.*
4 *Declarantur text. in cap. mulieres 32. dist. & in cap. diaconissam 27. q.1.*
5 *Mulieres sunt incapaces beneficiorum.*
6 *Excommunicare, aut interdicere non possunt mulieres, nisi ex Papæ commissione, siuè priuilegio.*

Cap. Noua. X.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Ioan. à Capistrano, Hostien. Henric. Butr. Anch. Panor. Marian. Soccin. Ximen. Tolet. in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.1. & 2. Viuian. in rationali lib.5. Iuris Pontif. pag.254. Alagona in compendio Iuris Canon. pag.745. refertur ab Anton. August. collect.4. Decretal. lib.5. tit.14. cap.1.

2 Probat hic text. moniales, etiamsi sint Abbatissæ, minimè posse benedicere, aliarumq; Confessiones audire, & publicè prædicare, vt per Dec. in cap.2. num.149. & seqq. de iudic. Bellet. disquisit. clerical. par.1. tit. de discip. clericali §.8. nu.9. nam licet apud Ethnicos mulieres fungerentur officio Sacerdotum, vt refert Plat. lib.6. de legibus, & Dyon. Halicarn. in 2. antiq. Roman. tamen in lege Gratiæ potestas Clauium non cadit in sexum fœmineum, ac perconsequens fœminæ ordinari non possunt, quia nusquam legitur Christum alios ministros instituisse, quàm viros, tùm etiam quia si fœminis in Ecclesia lo-
3 qui non licet, Apost. 1. ad Timoth. 2. multò minus licebit Sacramenta ministrare, quod est quid maius, quàm loqui in Ecclesia; quare mulieres ordinari non posse tenent Felin. in cap. dilecta, num.4. & 5. de maiorit. & obedien. S. Thom. in 4. distinct. 25. q.2. art.1. & 2. Soar. de censur. disput.51. sect.2. in princip. Vasquez disp.245. num.12. cap.2. vers. ego vero, Aegid. de Sacramen. & censur. disp.20. dub.10. num.94. Valer. Reginal. in praxi fori pœnit. lib.32. nu.29. Henriq. in summa lib.14. cap.8. nu.6. Valen. tom.4. disp.9. q.4. punct.1. ad finem, Bonac. de Sacram. disp.8. q. vnic. punct.5. num.5. respondentes tex. in
4 cap. Diaconissam 27. q.1. & in cap. Mulieres 32. dist. vbi habetur mulieres Presbyteras, & Diaconissas prohiberi ordinari ante quadragesimum ætatis annum, esse intelligendos de Diaconissis, non verè initatis Ordine Diaconatus, sed destinatis ad quædam obsequia diuina in instruendis mulieribus Cathecuminis ad Baptismum, ac perconsequens de Presbyteris illis, non quidem insignitis Sacro Presbyteratus Ordine, sed habentibus curam quarundam rerum Ecclesiæ; vel melius forsan intelligendos de Diaconissis, & Presbyteris vxoribus Diaconorum, & Presbyterorum, vt alij respondent, & omnium latissimè Fr. Basil. Ponc. de impedimentis Matrimon. cap.10. per totum.

5 Eodem etiam modo mulieres incapaces esse beneficiorum tenent Lamber. de iure patronat. lib.2. par.1. q.76. num.1. cum seqq. Hoieda de incompatibil. benefic. par.1. cap.24. num.73. Rebuf. de pacif. possessor. num.260. Gonz. ad reg.8. Cancel. glos.4. num.200. sic etiam nec
6 excommunicare, nec interdicere posse, nisi ex Papæ commissione, siuè priuilegio tenent Nauar. cons.73. de sentent. excomm. Couar. in cap. alma mater par.1. §.11. num.2. Vgol. de censur. tab.1. cap.2. §.7. num.7. Soar. eodem tract. disp.2. sect.3. nu.7. Sayr. eodem tract. lib.1. cap.5. num.16. & 17. Bonac. eodem tract. q.1. punct.2. num.4. Fr. Emman. quæst. regul. tom.2. q.107. artic.1. Gonz. ad regul.8. Cancell. glos.21. num.19. Valent. tom.4. disput.7. q.16. punct.3. versus finem, vbi cum Sot. rectè asserit prælatas mulierum religiosarum non habere propriam potestatem iurisdictionis spiritualis, sed solùm habere commissionem quorundam actuum per ordinem ad correctionem, & disciplinam domesticam subditorum, & consequenter non posse sub mortali præcipere id, cuius transgressio non esset alioquin ex se peccatum mortale.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Pœnitentiæ Sacramentum tempore interdicti non solum morientibus, & infirmis, sed etiam sanis, & beneualentibus conceditur.*
3 *Excommunicatis non nisi in articulo mortis Pœnitentiæ Sacramentum concedendum.*
4 *Eucharistiæ Sacramentum quatenus viaticum morientium tempore interdicti conceditur.*
5 *Declaratur tex. in præsenti.*
6 *Eucharistiæ Sacramentum dandum est tempore interdicti damnatis ad mortem.*
7 *Mortis articulus quis dicatur, ostenditur.*
8 *Sacramentum Extremæ vnctionis nulli laico, vel etiā clerico interdicti tempore ministrari potest.*
9 *Sacramentum Extremæ vnctionis tempore interdicti ministrari potest, quando infirmus nullum aliud recipere valeat.*
10 *Sepultura ecclesiastica vsus per omne interdictum siuè locale, siue personale prohibetur etiam infantibus vsu rationis carentibus.*
11 *Sepultura ecclesiast. prohibitio tempore interdicti, an locum obtineat in festiuitatibus, quibus Diuina fieri Iure conceditur, ostenditur.*
12 *Clerici etiam prima tonsura, dummodo priuilegijs gaudeant clericalibus, interdicti tempore possunt in cœmeterio Ecclesiæ sepeliri.*
13 *Clerici an tempore interdicti possint sepeliri in Ecclesia specialiter interdicta, ostenditur.*

Cap. Quod in te. XI.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Io. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anch. Panormit. Marian. Socin. Ioan. à Capistr. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cũ legibus Castellæ par.* 1. & 2. Viui. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificy pag.* 258. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 746. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 14. *cap.* 3.

2 *Pœnitentia morientibus, &c.* Quamuis per tex. in præsenti Sacramentum Pœnitētię tēpore interdicti concedatur tātum morientibus, & infirmis, tamē nouiori Iure *c. alma*, post principiū, *vers. quia verò, de sẽt. excõ. in.* 6. cōceditur sanis, & beneualētibus, vbi redditur ratio ibi, propter pronitatē, & facilitatē hominis ad peccandum summè necessaria est, & notant Nauar. *in manuali cap.* 27. *num.* 178. Sayr. *de censur. lib.* 5. *cap.* 7. *num.* 8. Soar. *tom.* 3. *disp.* 26. *sect.* 1. *à num.* 13.

3 Dupliciter tamen hæc doctrina limitatur, primò, vt non procedat in excommunicatis, his enim non nisi in articulo mortis Pœnitentiam concedendam esse decidit tex. in *d. cap. alma*, de cuius tamen intellectu non mediocris est inter scribentes varietas. Angel. enim Syluest. & alij Summistæ, quibus magis assentiri videtur Soar. *d. sect.* 1. *nu.* 16. *in fine*, iuncto præcedenti, interpretantur intelligendam esse hanc limitationem de solis excommunicatis propter causam interdicti, quia tempore interdicti non est prohibitū excommunicare, & absoluere ab excommunicatione, sicut neque prohibentur alij casus ad iurisdictionem fori exterioris pertinentes, vt post multos adductos resoluit Sayr. *d. lib.* 5. *cap.* 5. *à* 12. At verò Vgol. *d. cap.* 7. *§. cæterum*, quem sequitur Sayr. *d. cap.* 7. *num.* 9. contendunt tex. esse intelligendum generaliter de excommunicatis quocunque alio nomine, etiam extra causam interdicti, ex generalitate tex. qui violenter restringitur ad excommunicatos ob solam interdicti causam. Ego tamen verius censeo esse, quod Auctores prioris sententię resoluūt, quòd scilicet tex. ille vel debet intelligi de absolutione excommunicationis reseruatæ, vel de absolutione solemni, vel, quod magis litteræ tex. adaptatur, de excommunicatis ob causam interdicti. Limitatur secundò eadem concesio in ijs, qui interdicto causam dederunt, vel consilium, auxilium, aut fauorem delicto propter quod latum est, non debent enim admitti ad Pœnitentiā, nisi prius satisfecerint, vel de satisfaciēdo idoneā dederint cautionem, vt expresè decidit tex. *in d. cap. alma, versiculo etiam*; vnde pignoratiam, aut fideiussoriam necessariam esse, nec nudam sufficere rectè notat glos. ibi *verbo idoneam*, iunctis, quæ diximus ad *c.* 8. *de rest. spoliat.*

4 *Viaticum etiam, &c.* Probat hic tex. Sacramentum Eucharistiæ, quatenus viaticum morientium, tempore interdicti concedi posse, vt notant *glos. verbo Sacramentum, in d. cap. alma*, & sequuntur ibi scribentes omnes, docent Calder. *de interdict. par.* 2. *num.* 3. Nauar. *in manuali, cap.* 27. *num.* 178. Couar. *in d. cap. alma, par.* 2. *§.* 2. *num.* 7. & *§* 3. *à princip.* Henriq. *in Summa, lib.* 13. *cap.* 45. *§.* 2. Vgol. *de censur. tab.* 5. *c.* 7. *§.* 6. Say. *eod. tract. lib.* 5. *cap.* 7. *à n.* 16. & notabiliter ex communi sententia ampliauit Zamoran. *in tract. casuum Conscientiæ in articulo mortis, cap.* 3. *dub.* 6. *n.* 5. non tantum semel sed quoties expedierit sine Bulla, & priuilegio posse constitutis in articulo mortis dari Eucharistiā tenēt Soar. *tom.* 5. *disp.* 33. *sect.* 1. *vers. de Eucharistia*, Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib.* 3. *tract.* 32. *n.* 26. qui etiam resoluunt per contrarium Eucharistiam, si per se non vt viaticum, & extra mortis periculum consideretur, interdicti tempore sanis ministrari non posse, ex ea ratione, quia in hac materia Sacramentorum tempore interdicti regula est, quod ea solùm licent, quæ specialiter permittuntur; constat autem Eucharistiam solummodo concessam reperiri in hoc tex. per modum viatici pro morientibus, nec iure nouo *in cap. alma*, circa hoc Sacramentum, vt tale aliquid immutatum est, licet ibi permittatur vt Sacrificium *in §. adycimus.*

5 Nec obstat si arguas ex ratione huius tex. ex eo enim quod tempore interdicti morientibus

Pœnitentia concedebatur, colligitur, quod etiā Eucharistia denegari non debet, quare cum iam nouo Iure Sexti non solùm morientibus, sed etiam sanis Pœnitentia concedatur, vt supra dixi, videtur inferri, quod etiam Eucharistia eis denegari non debet: quia respōdetur distinguendo maiorem, quod scilicet non simpliciter conceditur Eucharistia in hoc tex. illis, quibus Pœnitentia conceditur, sed solùm per modum viatici, quod solùm, & propriè dicitur respectu morientium, vt post Durand. & alios, explicant Sayr. *num.* 23. & Soar. *num.* 31. *locis proximè citatis.*

6 Vnde damnatis ad mortem, quia verè morientes, & in articulo mortis constituti dici possunt, dandam esse tempore interdicti receptissima est scribentium omnium traditio, vt post Calder. testantur Cou. *d.* §. 1. *nu.* 3. Henriq. *d.* §. 2. Vgolin. *d. cap.* 7. *num.* 3. Sayr. *d. cap.* 7. *nu.* 17. Zambran. *d. dub.* 6. *n.* 6. Auila *de censuris, p.* 5. *disp.* 4. *sect.* 1. *dub.* 4. *concl.* 2. Soar. *tom.* 5. *disp.* 35. *sect.* 1. *nu.* 29. *in fine*, Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 2. *q.* 109. *art.* 3 Prax. *Episcop. p.* 2. *verbo Eucharistia, pag.* 47. Sayro *in claui regia, lib.* 7. *cap.* 11. *nu.* 8. *cum seqq.* & faciunt tradita per Gam. *in tract. de Sacramentis prastandis vltimo supplicio damnatis, q.* 1. *à num.* 1. resoluentes generaliter articulum mortis in hoc proposito non strictè esse intelligendum, sed fauorabiliter, sufficere probabile periculū mortis, etiam violentæ, quamuis euidens non sit, veluti mulieris prægnantis, vel inchoantis periculosā maris nauigationem, aut intrantis periculū, vel si obsessi sint à validis hostibus, his enim & similibus casibus, quia probabile mortis vertitur periculum, interdicti tempore detentibus denegandam non esse Eucharistiam fauorabi-

7 liter interpretantur citati Doctores. Obseruabis autem casu, quo Eucharistiā, vt viaticum defertur ad infirmos tempore interdicti, licitam esse pompam, & solemnitatem consuetam, & comitatum cum luminibus, & campanula, recitatione hymnorum, & psalmorum, licitèq. Sacerdotem in redditu, vt mos est, Hostiam populo ostendere, & Confessionem facere generalem: hæc enim omnia pertinent ad maiorem tanti Sacramenti ornatum, & reuerentiam, fideliumq. augendam deuotionem, Nau. *n* 179 Cou. §. 3. *n.* 7. Henriq. §. 2. *lit. V*, Vgolin. *n.* 6. Sayr. *n.* 26. Soar. *n.* 27. Auila *concl.* 4. *dictis locis*, Aegid. de Conink *de Sacram. & censur. tom.* 2. *disp.* 17. *num.* 44.

8 *Tam Vnctio.* Notatur ad hoc, quòd Sacramentum extremæ Vnctionis nulli laico, vel etiam clerico, aut religioso, si sufficienti priuilegio muniti non sint, potest interdicti tēpore ministrari, vt per Cou. *in cap. alma, p.* 2. §. 2. *n.* 7. *vers. Extrema vnctionis*, Vgolin. *de censur. tab.* 5. *c.* 7. §. 1. *& cap.* 10. §. 1. Tolet. *in Sum. lib.* 1. *cap.* 53. *num.* 4. Henriq. *in sum. lib.* 13. *cap.* 46. §. 4. Soar. *tom.* 5. *disp.* 33. *sect.* 1. *num.* 38. Sayro *de censur. lib.* 5. *cap.* 7. *à n.* 29. Fr. Emman *d. quæst.* 109. *art.* 3. Auila *de censu. par.* 5. *disp.* 4. *sect.* 1. *dub.* 7. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 32. *tract.* 3. *num.* 27. Fr. Ludouic. Miranda *in manuali Prælatorum, tom.* 2. *q.* 37. *art.* 8. *concl.* 3. *in medio.*

9 Verum quando infirmus nullum aliud potest recipere Sacramentum, tunc Vnctionis tempore interdicti ministrari potest, vt per Henriq. *in sum. lib.* 3. *cap.* 10. §. 3. *lit. F*, latè Zambran. *in tract. de casibus in articulo mortis, cap.* 5. *dub.* 7. *à n.* 5. & licet hunc casum rarissimè posse contingere aduertat, eo tamen dato, præcepti necessitatē fatetur Soar *tom.* 4. *disp.* 44. *sect.* 1. *num.* 7.

10 *Licet autem, &c.* Notatur ad hoc, quòd vsus Ecclesiasticæ sepulturæ per omne interdictum siue locale, siue personale prohibetur, vt per Cou. *in cap. alma, par.* 2. §. 1. *num.* 3. *vers. hoc autem.* Vgolin. *d. tab.* 5. *cap.* 9. Henriq. *d. lib.* 13. *cap.* 44. §. 4 Auila *d. disp.* 4. *sect.* 3. Soar. *tom.* 5. *disp.* 35. *sect.* 1. Fr. Emman *quæst. regul. tom.* 2. *quæst.* 110. Non solùm adultis, verum etiam infantibus vsu rationis carentibus, vt per Cou. *d. par.* 2. §. 4. *n.* 5. *vers.* 12. Henriq. *d.* §. 4. *iuncto com. lit. I*, Ludouic. Miranda *in manuali Prælat. tom.* 2. *q.* 37. *art.* 8. *concl.* 4 Soar. *d. sect.* 1. *num.* 2. *ad finem.* Fr Emman. *d. q.* 110. *art.* 1. *vers. paruulos.* post Vgolin. Sayro *d. lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 41. *& cap.* 4. *num.* 22. vbi dixit, quod ideò infantes quoad Diuina audienda interdicto non includuntur, quia prohibitio interdicti quoad Diuina officia est ne celebret, & ne Diuina audiat officia, qui actus aliquam prærequirit cognitionem, quæ non cadit in huiusmodi infantes. At verò sepulturæ prohibitio in eo consistit, quia Ecclesia interdicti tempore nullum cadauer admittit ex Iuris prohibitione, ad quod nullo rationis discursu opus est. Aegid. *d. disp.* 17. *à num.* 51.

11 Prohibitio hæc Ecclesiasticæ sepulturæ tempore interdicti locum non obtinet in festiuitatibus, in quibus Diuina celebrari Iure conceditur, & resoluunt Syluest. Angel. & alij, quos refert, & sequitur Henriq. *d. cap.* 44. §. 5. *iuncto commento lit. A*, & tanquam fauorabiliorem seruandam esse hanc partem scribit Nau. *in man. cap.* 27. *num.* 181. *in fine*, eandem benigniorem, Iureq. & æquitate defendi posse scribit Cou. *d. par.* 2. §. 5. *num.* 6. *vers.* 8. constanter defendit Sayro *d. cap.* 8. *à num.* 10. Verum contrariam opinionem, quod scilicet prohibitio generalis Ecclesiasticæ sepulturę locum obtineat in dictis festiuitatibus, & in omnibus priuilegiatis casibus, in quibus conceditur facultas audiendi Diuina tenet glos. *verbo A Iure, in clem.* 1. *de sepulturis*, quæ sequuntur ibi Cardin. Bonif Imola, & alij communiter *in cap. alma, de sentent. excomm. lib.* 6. magis communem fatetur Cou. *d.* §. 5. *n.* 6. *vers.* 8. Vgol. *d. cap.* 9. §. 1. & constanter Soar. *d. disp.* 35 *sect.* 1. *num.* 11. & 13. & hanc probabiliorem, & Iuri magis conformem concludit Auila *d. disp.* 4. *sect.* 3. *num.* 3.

12 Clerici tamen etiam primæ tonsuræ, dummodo priuilegiis gaudeant clericalibus, interdicti tempore possunt in cœmeterio Ecclesiæ sepeliri,

vt per

vt per Nauar. *d. num.* 171. *in fine*, Cou. *d. nu.* 7. *vers. clericis*. Vgolin. *d. cap.* 9. §. 2. Henriq. *d.* §. 4. *in princ. iuncto commento lit.* X. Fr. Emman. *d. q.* 110 *art.* 1. Auila *d. disput.* 4. *sect.* 3. *conclus.* 3. Sayr. *d. cap.* 8. *num.* 6. Soar. *d. disp.* 35. *sect.* 1. *à num.* 4. qui omnes aduertunt quod quamuis tex. in præsenti concedat clericis tempore interdicti vt in cœmiterio sepeliantur, hodie tamen liberum & licitum eis erit intra Ecclesiam sepeliri, quia olim honor iste sepulturæ intra Ecclesiam Episcopis, alijsq; personis insignibus deferri cœpit vt probat text. *in cap. nullus* 13. *q.* 2. iuxta communem intellectum de quo post glos. Turrec. ibi *in fine*, quem alij sequuntur, vt constat ex Conrado Bruno *de cærem. lib.* 2. *cap.* 2. *vers. illud tamen.* Petr. Greg. *syntag. Iuris lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 12. Hodie vero consuetudine effectum est, vt quod solis Episcopis, & personis insignibus concedebatur, quibuscunq; siue clericis, siue laicis licitum & liberum iam sit, vt per Durant. *de ritibus Ecclesiæ lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 7. & 8. Spino *in speculo testam. glos.* 2. *princip. à num.* 30. Cened. *ad Decretum collect.* 46. *num.* 1.

13 *Per generale interdictum, &c.* Notatur ad hoc, quod gratia facta clericis vt tẽpore interdicti in loco Sacro possint sepeliri, procedit tantum tempore interdicti generalis, vt per Innocen. & Ioan. Andr. in præsenti. At vero Host. tuetur quod etiam habet locum quando Ecclesia est specialiter interdicta. Has contrarias opiniones sub distinctione nititur conciliare Abb. *in præsenti num.* 10. vt scilicet prior procedat in clericis alienis, qui sunt de alijs Ecclesijs, qui cum habeant Ecclesias proprias non interdictas, ad quas facile referri possunt, in eis sepeliri debent, neque expedit vt in alijs speciatim interdictis sepeliantur: altera vero habeat locum in clericis eiusdem Ecclesiæ, in ea enim etiam speciatim interdicta sepeliri posse operatur priuilegium. Cæterum circa prius illud distinctionis membrum subdistingunt alij, vel enim in loco interdicto plures sunt Ecclesiæ, quarum vna solùm interdicitur, vel interdicuntur omnes; si vna tantum interdicitur procedit distinctio Abb. vt in ea sepeliantur clerici proprij, non vero alieni; si vero interdicantur omnes, poterunt sepeliri in qualibet earum clerici etiam alieni, ita Syluest. *verbo interdictum* 5. *q.* 8. *vers.* 5. Henriq. *d.* §. 4. Sed alij distinctionem improbant indistinctè resoluentes clericos eiusdem Ecclesiæ, vel etiam extraneos in Ecclesia speciatim interdicta posse sepeliri, etiamsi aliæ eius loci interdictæ nõ sint, hi sunt Sayr. *d. cap.* 8. *nu.* 13. Auila *d. concl.* 3. At vero Soar. inter alienos, vel eiusdem Ecclesiæ clericos minimè distinguendum putat, sed an omnes Ecclesiæ, vel vna tantum interdicatur; nam si omnes interdicantur concludit omnes clericos siue eiusdem, siue alterius Ecclesiæ sepeliri posse in qualibet specialiter interdicta: si vero vna tantum interdicta sit, nec alienos, nec eiusdem Ecclesiæ clericos in ea sepeliendos esse, rationem inquit esse quia priori casu interdictum omnium Ecclesiarum quoad hunc effectũ generali æquiparat.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Papa vi præcepti humani ad semel in anno confitendum non tenetur.*
3 *Pueri censentur rationis compotes in ea ætate, in qua cognoscunt se grauiter peccare, & discernere sciunt bonum à malo.*
4 *Peccata venialia tantum habens non obligatur præcepto confitendi, quod intellige vt ibi.*
5 *Præcepto annuæ Confessionis satisfit quocunque anni tempore confitendo.*
6 *Annus quoad Confessionem computatur à Paschate vsque ad Pascha.*
7 *Sacerdos proprius sufficienter ad Pœnitentiæ Sacramentum ille censeri debet esse, cuius assistentia, siuè per se, siuè per Sacerdotem à se ad eam delegatum ad Matrimonij validitatem requiritur.*
8 *Proprius contrahentium parochus quis dicatur, remissiuè.*
9 *Pœnitens an iniunctam pœnitentiam teneatur acceptare, remissiuè.*
10 *Communicans in hebdomada Sancta, vel infra octauam Paschæ satisfacit præcepto Ecclesiæ.*
11 *Confessionem omittentes, & Sacram Communionem semel in anno sunt suspecti de hæresi.*
12 *Sacramentalis absolutio non potest dari absenti.*
13 *Religiosus crediturus est pœnitenti dicenti se habere licentiam à proprio Parocho, vt illi ministret Sacramentum Confessionis, & Eucharistiæ.*
14 *Sacerdos proprius existens extra territorium potest absoluere Parochianum suum confiteri volentem.*
15 *Doctores referuntur de sigillo Confessionis agentes.*
16 *Confessionis sigillum tam strictè obligat, vt ob nullum omnino, quantumcunque magnum incommodum euitandum pœnitente inuito liceat aliqua, quæ sub sigillo cadunt, reuelare.*
17 *Confessarius quomodo se gerere debeat, si pœnitens confiteatur deliberationem deseminandæ hæresis, vel perpatrandi aliquod magnum crimen, ostenditur.*
18 *Confessarius in testem præsentatus, & iuramento adductus ad dicendũ veritatem, dicere potest se nihil scire, vel audiuisse, si de ijs interrogetur, quæ per solam Sacramentalem Confessionem nouit.*
19 *Confessarius potest eos Matrimonio coniungere inter quos legitimum impedimentum cognouit ex Confessione.*
20 *Peccata declarata in Confessione, & etiam alia, quæ in eorũ noticiam possunt alium adducere sub Sacramentali cadunt sigillo.*
21 *Confessarius potest peccatum auditum in Cõfessione reuelare de licentia pœnitentis.*
22 *Sacerdoti fide digno asserenti mortuum seù morientem dedisse sibi licentiam de reuelanda Confessione creditur.*
23 *Sacerdoti non iurato creditur super pœnitentia alicuius facta.*

24 *Probatio Cõfesſionis reuelata de licentia pœnitentis, cui incumbat, oſtenditur.*

25 *Sacerdoti dicta in Confesſione à pœnitente ſine propoſito confitendi, & abſolutionem obtinendi, an cadat ſub Sacramentali ſigillo oſtenditur.*

26 *Confeſſarius quibus caſibus audita in Cõfeſſione reuelare poſſit, oſtenditur.*

27 *Confeſſor dicens tale peccatum in Cõfeſſione audiui, dummodo in perſonæ cognitionem deuenire minimè poſſit non frangit ſigillum confeſſionis.*

28 *Confeſſionem reuelans ſacerdos deponendus eſt, & in monaſterium ad agendam perpetuam pœnitentiam detrudendus.*

Cap. Omnis vtriuſque ſexus. XII.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hoſt. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Io. à Capiſtrano, Marian. Socin. Alciat. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtella par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag.* 255. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 746. & vol. 4. repet. ſuper Iure Canonico ad lib. 5. Decretalium* Iacob. de Zochis, deſumitur ex Concil. generali Lateranen. ſub Innocen. III. *cap. 21.* & refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 14. cap. 2.*

2 *Omnis vtriuſque ſexus, &c.* Nota Summum Pontificem vi præcepti humani, & Conſtitutionis huius cap. ad ſemel in anno confitendum non teneri, vi inquam coactiua: ſiquidem vi directiua huius tex. ſub reatu peccati mortalis ſaltem ſemel in anno peccata ſua mortalia confiteri (& idem de Euchariſtiæ ſumptione in Paſchate dicendum eſt) tenetur, tum ratione naturali, quæ docet Principem legibus humanis ſubditum eſſe; eò quod præceptum hoc de Confeſſione annua, licet aliqua ex parte humani Iuris ſit, non omnino diuini, verè tamen eſt Iuris diuini limitati per humanum. Vide Nau. *in princip. dist. 5. num. 32. & in cap. Sacerdos num. 50. de Pœnit. diſt. 6.* Cou. *in cap. alma mater par. 1. §. 1. nu. 5.* Viuald. *in candelabro aureo par. 4. cap. 8. num. 57.* Henriq. *in ſum. lib. 1. de Sacramen. Pœnit. cap. 3. num. 2.* Flam. *de reſignat. lib. 3. q. 18. num. 131.* Sayr. *in claui Regia lib. 3. cap. 4. num. 14.* Azor. *inſtitut. moral. par. 1. lib. 7. cap. 39. q. 11.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 1. q. 101.* Valer. Reginald. *in praxi fori Pœnit. lib. 6. nu. 49.*

3 *Poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit, &c.* Pueri cenſentur rationis compotes in ea ætate in qua cognoſcunt ſe grauiter peccare, in qua diſcernere ſciunt bonũ à malo, honeſtũ à turpi, nã tunc quãdo lethaliter delinquunt incipiunt hoc Sacramento tanquam remedio poſt Baptiſmum indigere, in quibuſdam pueris citius, in alijs tardius incipit rationis vſus, in pleriſq; contingit ad finem ſeptennij, vel ad octauum ætatis annum. Vide Nau. *in man. cap. 21. num. 88.* poſt Riccard. & Gabr. Azor. *inſtit. moral. par. 1. lib. 7. cap. 40. q. 6.* Valer. Reginald. *d. lib. 6. de Sacramen. Confeſſione num. 50.* Aegid. *de Sacramen. & cenſur. tom. 2. diſp. 5. num. 51.*

4 *Omnia ſua ſolus peccata.* Intellige mortalia, habens enim ſolum venialia non obligatur præcepto confitendi. Vide Henriq. *in ſum. lib. 4. cap. 4. in fine.* Azor. *d. lib. 7. cap. 39. q. 3.* Soar. *tom. 4. diſput. 36. ſect. 2. nu. 6.* Luc. Pinell. *tract. 2. de Confeſſ. cap. 7. dub. 2. & cap. 8. poſt princip.* Aegid. *d. diſp. 5. à num. 51.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 6. num. 7.* Fr. Ludou. Beja *reſp. caſuum Conſcien. par. 3. caſu 37.* Valer. Reginald. *d. lib. 6. num 44. & num. 92.* vbi *num. 93.* aſſerit dari duos caſus in quibus neceſſariò de veniali, ſicut & de mortali facienda eſt Confeſſio Sacramentalis, alter quando de aliquo veniali dubitatur an ſit mortale; alter vero quando quis tantopere afficitur ad aliquod peccatum veniale, vt timeat ſe per illud inducendum ad mortale, niſi confitendo refrænet fortiter talem affectum, nam conſentiret alioqui in mortale conſenſu ſaltem interpretatiuo.

5 *Saltem ſemel in anno.* Notatur ad hoc, quod ſatisfit huic præcepto annuæ Confeſſionis quocunque anni tempore confitendo, vt per Henriq. *in ſum. lib. 4. cap. 4. § 7.* Vaſquez *in 2. 2. D. Th. q. 90. art. 3. dub. 1. nu. 5. & 15.* Aegid. *d. diſp. 5.*
6 *num. 58.* Computatur hic annus à Paſchate, vſq; ad Paſcha, vt per Soar. *tom. 4. diſp. 36. ſect. 3. nu. 8.* Azor. *d. lib. 7. cap. 36. q. 6.* Valer. Reginal. *d. lib. 6. num. 36.* Luc. Pinell. *d. tract. 2. de Confeſſ. cap. 7. dub. 1.* Aegid. *d. diſp. 5. nu. 56.* Et ſi quis facta Confeſſione hoc anno aliqua peccata mortalia omiſerit per obliuionem excuſabilem, vel aliquam cauſam rationabilem non tenetur vi præcepti Eccleſiaſtici ſtatim confiteri eadem peccata. Vide Luc. Pinell. *d. tract. 2. de Confeſſ. cap. 7. dub. 3.* Valer. Reginald. *d. lib. 6. num. 40.*

7 *Proprio Sacerdoti.* Proprius Sacerdos ſufficiẽter ad Sacramentum Pœnitentiæ cenſeri debet ille eſſe, cuius aſſiſtentia ſiue per ſe, ſiue per Sacerdotem à ſe ad eam delegatum ad Matrimonij validitatem requiritur, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 31 num. 178.*

8 Proprius contrahentium Parochus quis dicatur vide Thom. Triuiſ. *Venetiæ deciſ. 23. lib. 1.* Menoch *de præſump. lib. 6. præſumpt. 88.* Henriq. *in ſum. lib. 11. cap. 3. num. 3.* Petr. de Ledeſma *de Matrimon. q. 45. art. 5. puncto 3.* Stephan. Grat. *diſcept. forenſ. cap. 76. num. 18.* latè Cened *pract. lib. 1. q. 30. à num. 45.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 2. different. 11. num. 88. cum ſeqq.* Gutier. *in tract. de Matrimon. cap. 63. num. 6. & cap. 73.* reſoluit habentem duplicem Parochiam

poſſe

posse in qualibet Matrimonium contrahere.

9 *Et iniunctam sibi pœnitent. &c.* An pœnitens iniunctam pœnitentiam teneatur accipere? quæstio est controuersa, de qua pro vtraque parte plures citaui Doctores ad tex. *in cap. significauit 3. supra hoc tit.* An autem pœnitentiam in Confessione iniunctam possit quis per alium implere? vide Iulium Lauor. *de indulgent. par. 2. cap. 5. nu.* 48.

10 *In Pascha Eucharistia Sacramētum, &c.* Eugenius IIII. declarauit quod communicans in hebdomada Sancta, vel infra Octauam Paschæ satisfacit præcepto Ecclesiæ, die 8. Iunij 1446. Pontificatus sui anno X. prout testantur Stephanus Quaranta *in summa Bullarij verbo Communio,* Azor. *instit. moral. par. 1. lib. 7. cap. 41. quæst. 2.* Praxi Episcopali, *par. 1. verbo Eucharistia, §. 7.* Henriq. *in sum. lib. 8. cap. 5. §. 1. à princip.* vbi dicit quod in pluribus diœcesibus consuetudo extendit à principio Quadragesimæ, vsque ad decimum quintum diem post Pascha, & potest etiam extendi in longius tempus ex Episcopi, aut confessarij dispensatione rationabili. Peccat enim mortaliter qui sine iusta causa in Paschate non communicat, vt per Sayr. *in Claui*
11 *Regia lib. 3. cap. 7. num.* 25. Immo Confessionem omittentes, & Sacram Communionem semel in anno sunt suspecti de hæresi, quia hoc est signum hæresis, & malæ credentiæ, ita Peña *in direct. Inquisit. par. 3. commen.* 24. Zerola *in praxi Episcop. par. 1. verbo Casus, vers. Confessionem, pag.* 78. Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 6. n.* 27. Fr. Ludou. Beja *respons. casuũ Conscientiæ, p. 4. casu* 4.

12 *Sua confiteri peccata, &c.* In generali congregatione Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis habita in palatio Apostolico in Monte Quirinali coram S. D. N. Clem. diuina prouidentia Papa VIII. proposita fuit quæstio. Vtrum liceat per litteras, seu internuntium confessario absenti peccata Sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere? Sanctissimus D. N. auditis votis Patrum Theologorum, & re cum Illustriss. & Reuerendiss. Dominis Cardinalibus contra hæreticam prauitatem generalibus Inquisitoribus mature, ac diligenter considerata, hanc propositionem scilicet licere per litteras, seu internuntium confessario absenti peccata Sacramentaliter cōfiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere, ad minus ita falsam, temerariam, & scandalosam damnauit, ac prohibuit, præcepitq; ne deinceps ista propositio publicis, priuatisque lectionibus, concionibus, & congressibus doceatur, ne vè vnquam tanquam aliquo casu probabilis defendatur, imprimatur, aut in praxim quouis modo deducatur, quod si quis illam docuerit, defenderit, imprimi fecerit, aut de ea etiam disputatiuè tractauerit (nisi forsan impugnauerit) vel ad praxim directè, seu indirectè deduxerit, præter excommunicationē latæ sententiæ, quā ipso facto incurrat, à qua non possit (præterquā in articulo mortis) ab alio quacunq; etiam dignitate fulgente, etiam S. R. Ecclesiæ maiori Pœnitentiario, nisi à pro tēpore existēte Romano Pōtifice absolui, alijs etiam pœnis pro arbitrio infligendis subiaceat. Quintilianus Adrianus Not. publicata fuit Romæ 19. Iunij 1602. refert Prosper. de Augustino *in addit. ad Steph. Quarantā in summa Bullarij, verbo Confessio Sacramētalis pag.* 202. de ea agūt Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 6. cap. 1. nu.* 5. Aegid. de Coninck *de Sacramen. & censuris tom. 2. disput. 4. num.* 68. Et ita inualidè absoluis absentem, etiamsi prius præsentis Confessionem audieris, vt per Cardin. Tolet. *in sum. lib. 3. cap. 6.* Valent. *par. 3. disput. 7. q. 11. puncto 1. §. quod autem,* Soar. *tom. 4. disp. 19. sect. 3. num.* 7. Aegid. *d. disput. 4. num.* 69.

13 *Licentiam prius postulet, & obtineat.* Aduerte quòd Religiosus crediturus est dicenti se habere licentiam à proprio parocho, vt illi ministret Sacramenta Confessionis, & Eucharistiæ, & Parochus crediturus est Parochiano dicenti se fassum esse habenti legitimam licentiam ipsum absoluendi, atque ita debet illi ministrare Eucharistiam, vt per Sanch. *de Matrim. lib. 3. disp. 37. n.* 1

14 Aduerte etiam, quod proprius Sacerdos, & Parochus existens extra territorium suum potest absoluere Parochianum suum confiteri volentem, de quo vide Victor. *de Sacram. n.* 136. Fr. Emman. *in explicat. Bullæ Cruciatæ, §. 9. dub. 4. fol.* 78. Prax. Episc. *par. 1. verbo Parochus, pag.* 274. Sanch. *de Matrim. lib. 3. disp. 34. num.* 1. Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 62. num.* 9. In foro pœnitentiæ non requiritur remissio, nec forensis sortitur forum delicti, vt per Mich. Grass. *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 13. num. 7. pag.* 400. Bonacos. *commun. crimin. par. 2. verbo Forum, fol. 30. & 32.* Clar. *lib. 5. §. fin. q. 38. num.* 5.

15 *Caueat autem, &c.* De sigillo Confessionis, & qua pœna afficiātur Confessores peccata pœnitentis publicare præsumentes, vide plures Doctores, quos plena manu refert Cened. *ad Decretum, collect. 60. num.* 1. quibus adde Henriq. *in summa, lib. 6. cap. 19. cum sex seqq.* Soar. *tom. 4. disp. 33. & 34.* Fr. Ludou. Beja *responsor. casuum conscien. par. 3. casu 12. cum seqq.* Menoch. *lib. 6. de præsumpt. præs.* 95. Vasq. *de Pœnit. quæst. 93. art.* 4. Sayr. *de Pœnit. cap.* 26. Hieron. Onuphr. *de sacro sigillo,* Zerol. *de Pœnit. cap.* 20. Pesant. *in addit. ad 3. par. q.* 11. F. Emman. *quæst. regul. tom. 2. q. 35. art.* 1. Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib. 1. concl. 100. cons.* 2. Farinac. *in praxi crimin. par. 2. q. 51. num. 93. cum seqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 3. per totum,* Aegid. de Conink *de Sacram. & censur. tom. 2. disp.* 9. Martin. Delri. *disquisit. magic. lib. 6. sect. 2. cap. 1. pag.* 473. Al-

473. Aldrete *de religiosa disciplina tuenda*, *lib. 2. cap. 9.* latè Bonacin. *de Sacram. disp. 3. quæst. 6. sect. 5.*

16 Hoc sigillum tam strictè obligat, vt ob nullũ omnino quantumcunque magnum incommodũ euitandum, vllo vnquam casu inuito pœnitente liceat aliqua, quæ sub sigillo cadunt, reuelare; etiamsi aliàs integrum Regnum debeat perire, vt per Henriq. *lib. 6. cap. 19.* Aegid. *disp. 9. nu. 19.* Valer. Reginal. *d. lib. 3. nu. 12.* vbi *n. 13.* dicit procedere etiamsi Confessio censenda sit inualida nec dãda confitenti absolutio tanquam non petenti sufficienter, de quo etiam Zerol. *de Pœnit. c. 20. quæsito 12.* Bonaci. *d. sect. 5. puncto 2. n. 6.* Intellige quoties pœnités peccatũ manifestauit Cõfessario animo se accusandi, seu per modum accusationis coram Deo, secus si pœnitens declarauit non animo se accusandi, sed potius peruertendi Confessarium, illumq; incitandi ad malum; quamobrem quidam Cardinalis, teste Soto, mulctatus fuit à Summo Pontifice, eò quod non manifestauerit conspirationem in Summum Pontificem, quã alter ipsi aperuerat in Confessione, non intentione se accusandi, sed animo illum trahendi ad eandem conspirationem, ita Sot. *in 4. dist. 18. q. 4. art. 5.* Valer. Reginald. *d. lib. 3. n. 66.* Onuph. *de sigillo, sect. 4. q. 6. concl. vni.* Bonac. *d. puncto 2. num. 7.*

17 Occurrente casu, in quo Pœnitens confitetur deliberationem disseminandæ hæreseos, vel perpatrandi alterius criminis quãlibet magni, à quo desistere nolit: immo & quod proponat executioni mandare, potest Confessarius Episcopũ, aliumuè, cui res ea cura fuerit, mouere generaliter, vt inuigilet super gregem suum, eò quod lupus rapax tentet eum inuadere, potest etiam cætera facere, quibus obuietur delicto committendo, sine aliqua tamen eius, qui confessus est, manifestatione, etiamsi hæc sola remedium esset hæreseos, vel alterius grauissimi criminis impediendi, vt per omnia prospiciatur sigilli Sacramentalis integritati, & diuinæ legi minimè aduersetur. Vide Nau. *in cap. Sacerdos, num. 124. de Pœnit. dist. 6.* Cou. *de Sponsal par. 2. cap. 8. §. 12. num. 10.* Salzed. ad Bernard. *in pract. cap. 109. lit. A, vers. erit tamen clericus*, plures refert Doctores Cened. *d. collect. 60. n. 5.* quibus adde Sanch. *de Matrim. lib. 3. disp. 16. q. 1.* Martin. Delri. *d. sect. 3. vers. Quoad secundam*, Valer. Reginald. *d. lib. 3. n. 15.* vbi *num. 16.* cum Sanch. resoluit Abbatem, qui ex Cõfessione monachi nouit vergere in perniciem religionis, quod is maneat in aliquo officio, poterit illum admouere, dummodo id fiat sine reuelatione Confessionis. Vide etiam Zerol. *de Pœnit. cap. 20. quæsito 9.* Onuph. *de sacro sigillo sect. 2. q. 2. dub. 2. vers. sequitur quarto*, & *sect. 4. q. 6. vers. sequitur secundo*, Sayr. *de Pœnit. cap. 32. num. 2.* Bonacin. *d. sect. 5. puncto 4. num. 19.*

18 Confessarius in testem præsentatus, & iuramento addactus ad dicendam veritatem dicere potest nihil se scire, vel audiuisse, si de ijs interrogetur, quæ per solam sacramentalem Confessionem nouit, etiamsi interrogatio expressè fiat, an tale quid audiuerit in Confessione. Vide Nau. *in d. cap. Sacerdos, num. 141.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 11. num 74.* Cened. *d. collect. 60. n. 3.* Soar. *tom. 4. disp. 33. sect. 6. num. 6. & 7.* Valer. Reginald. *d. lib. 3. n. 22.* Martin. Delri. *d. sect 2. cap. 1.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. par. 1. lib. 1. cap. 23. n. 1.* Nugn. *in addit. ad 3. par. q. 11. art. 1. diffic. 1. vers. ad quartum*, Soar. *de Pœnit. disp. 33. sect. 6. n. 6.* Aegid. Conink *d. disp. 9. dub. 1. n. 25.* Onuphr. *de sigillo sect. 2. q. 2. dub. 1. vers. respondeo*, Bonacin. *d. sect. 5. puncto 4. num. 31.*

19 Vlterius potest Confessarius eos matrimonio coniungere inter quos legitimum impedimentum esse nouit ex Confessione, vt si quis confessus sit se cognouisse carnaliter sororem illius, cum qua vult matrimonium contrahere, quia Parochus ex Confessione tantummodo sciens publicè petenti coniugi nequit id ei negare ob impedimentum sic cognitum. Vide Cou. *de sponsal. par. 2. cap. 8. §. 12. à n. 9.* Salzed. *d. cap. 109. lit. A, vers. sunt etiam ex nostris*. Mascard. *de probat. concl. 377. num. 4 cum seqq.* Cened. *d. collect. 60. num. 6.* Henriq. *lib. 6. cap. 19. §. 5. lit. V.* Valer. Reginal. *d lib 3. num. 23* Gutier. *de Matrim. cap. 61. num. 11.* Aegid. Coninck *d. disp. 9. n. 67.* Bonacin. *d. q. 6. sect. 5 puncto 2. num. 8.*

20 Sub sacramentale sigillum cadunt non modo peccata declarata in Cõfessione, sed etiam alia, quæ in eorum notitiam possunt alium adducere, etiamsi non fuerit necessarium ea exprimi in ipsa Confessione, item quæ verecundiam, vel detrimentum possunt afferre pœnitenti. Vide Soar. *d. disp. 33. sect. 3. à n. 5.* Valer. Reginald. *d. lib. 3. à n. 38.* Et semper est peccatum mortale sine venia pœnitentis aliquid, quod cadit sub sigillum, etsi sit leuissimum peccatum veniale, reuelare, Henriq. *lib. 6. cap. 19. §. 3.* Aegid. *d. disp. 9. n. 24. & 25.*

21 De licentia pœnitentis potest Confessarius peccatum in Confessione auditum reuelare. Vide Cou. *de sponsal. par. 2. cap. 8. §. 12. num. 11.* Viuald. *in candelabro aureo, tit. de sigillo Cõfess. n. 13.* Salzed. *d. cap. 109. vers. vnus tamen casus*, Mascard. *d. concl. 377. nu. 9.* & 10. Cened. *d. collect. 60. n. 2.* Henriq. *lib 6. cap. 23. §. 1. lit. D*, Coriolan. *de casibus reseruatis, par. 1. sect. 2. art. 15.* Valer. Reginald. *lib. 3. nu. 55. cum seqq. & num. 57.* disserit quomodo possit Confessarius aliquid auditum in Confessione reuelare de licentia pœnitentis, cum non possit de licentia Papæ, & *n. 59.* resoluit, quod non sufficit licentia præsumpta, sed requiritur actu data, saltem tacite, ita etiam Aegid. *d. disp. 9. nu. 22. & 23.* Bonacin. *d. q. 6. sect. 5. puncto 4. n. 9.*

22 Dicto Sacerdotis fide digni asserentis mortuum, seu morientem dedisse sibi licentiam de reuelanda Confessione creditur, vt per Viui. *tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 17. n. 7. vers. sed hoc fallit, pag. 204.* Menoch. *de arbitr. casu. 414. n. 8. & de præsumpt. lib. 6. q. 95. nu. 5.* Mascard, *d. con-*

d. concl. 377. *n.* 9. *& concl.* 982. *n.* 4. Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 2. *q.* 35. *art.* 1. Valasc. *consf.* 73. *n.* 1. Sigillum enim Confessionis durat etiam post mortem, Sayro *in claui Regia lib.* 11. *cap.* 7. *nu.* 32. Et super pœnitentia alicuius facta creditur Sacerdoti non iurato, vt per Rebuff. *de reprobat. testium n.* 316.

24 Aduertendum est, quod si quis tertius dicat Sacerdotem reuelasse Confessionem, & ipse cōcedat se licentiā reuelādi habuisse à pœnitente, illi tertio incumbit onus probandi factam esse reuelationem sine pœnitentis licentia; cui oneri satisfacere censebitur si ostendat, quod idem Sacerdos simpliciter reuelauerit, aut se reuelasse dixerit pluribus, nihil addendo de habita reuelandi licentia. Si verò ille, qui Confessionis reuelationē Sacerdoti obijcit, sit peccator, qui ei confessus est, tunc standum est ipsius Sacerdotis iuramento, maximè si vir probus sit, & bonæ famæ; cum de nullo, maximè de Sacerdote, præsumendum sit malum sine probatione, atque reuerentia Sacramenti (ne scilicet temerè, credatur sigillum ipsius fractum) exigat, vt in dubio declinetur in Confessarij fauorem, nisi id quod obijcitur sit dictum, aut factum ab eodem Cōfessario in pœnitentis, aut alterius detrimentum, de qua re vide Iacob. à Graff. *in decis. aureis lib.* 1. *cap.* 23. *nu.* 22. Henriq. *in summ. lib.* 6. *cap.* 19. *in fine*, Soar. *tom.* 4. *disp.* 33. *in fine*, Valer. Reginald. *d. lib.* 3. *n.* 68. Aloys. Ricc. *in decis. Curia Archiep. Neap. p.* 1. *decis.* 190. Menoch. *de arbitr. casu* 414. Mascard. *concl.* 1286. Martin. Delri *disquis. magic. lib.* 6. *c.* 1. *sect.* 1. Farinac. *q.* 51. *à n.* 112. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *q.* 35. *art.* 1. Aldrete *de relig. discipl. tuenda, lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 6. *cum seq.*

25 Quando pœnitens sine proposito confitendi, & absolutionem obtinendi dicit Sacerdoti. Hoc tibi aperio in Confessione: etiamsi dicat flexis genibus, & fronte signo Crucis signata, cū ad sacramētalem Confessionem id nō sufficiat, nō obligat ad sigillum Confessionis, sed obligat tantum eo secreti vinculo, quo alia facta extra Confessionem, Salzedo *d. cap.* 109. *vers. est autem perpetua memoria dignum*, Viuald. *d. tit. de sigillo Confessionis, num.* 15. *post med. & n.* 37. Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 47. plures refert Cened. *d. collect.* 60. *n.* 4. *& ad Decretal. collect.* 27. *num* 1. quibus adde Victor. *de Sacram. nu.* 173. Anton. Gom. *tom.* 3. *Varia. cap.* 13. *nu.* 9. Menoch. *consf.* 107. *num.* 7. *cum seqq.* Sanchez *de Matrim. lib.* 3. *disp.* 13. *n.* 6. Sayro *in claui Regia, lib.* 12. *cap.* 16. *n.* 15. Bernard. Grauz. *ad pract. Cam. Imper. lib.* 1. *concl.* 100. *consid.* 2. *n.* 13. Henriq. *lib.* 6. *cap.* 21. §. 3. *lit. P*, Valer. Reginald. *d. lib.* 3. *nu.* 67. Bonacin. *d. q.* 6. *sect.* 5. *puncto* 2. *nu.* 3.

26 Aliqui sunt casus præter supra adductos in quibus sine licentia confitentis licet reuelare aliquid auditum in Confessione. Primus si ipsemet confitens extra Confessionem illud detexerit. Secundus cum Sacerdos indigens consilio circa peccatum auditum consulit virum doctum, dummodo persona, quæ peccauit nequeat inde venire in notitiam, vt probat tex. *in cap. officij, supra hoc tit.* Tertius quando Confessarius ea, quæ per Confessionem nouit, adhuc alia via didicit, siue Confessarius talia nouerit antequam Confessio fieret, siue postea. Quartus cum quis confitetur peccatum aliquod à se perpetrandum nolens mutare tale malum propositum, ea intentione, vt Confessarium peruertat, moueatq; ad malum, quos casus adducit Valer. *d. lib.* 3. *n.* 61. *cum seqq.*

27 Confessor dicens tale peccatum mortale in Confessione audiui, dummodo in personæ cognitionem deueniri minimè possit, nō frangit sigillum Confessionis, vt per Victor. *de Sacram. nu.* 189. Viuald. *d. tit. de sigillo Confess. num.* 33. Cened. *d. collect.* 60. *n.* 8. Bonacin. *d. q.* 6. *sect.* 5. *puncto* 4. *num.* 1.

28 *Non solum à Sacerdotali officio deponendum, &c.* Notatur ad hoc, quod Sacerdos reuelans Confessionem deponendus est, & in monasteriū ad agendam perpetuam pœnitentiam detrudendus, vt per Menoch. *d. casu* 474. *n.* 9. Iacob. de Graff. *in aureis decis. par.* 1. *lib.* 1. *cap.* 23. *ad fin. n.* 45. Zerol. *de Pœnit. cap.* 20. *quæsito* 5. Nugn. *in addit. q.* 11. *art.* 1. *diffic.* 1. *vers. circa Iura*, vbi aduertit pœnam peregrinationis, quæ olim iniungebatur frangenti sigillum Confessionis, mutatum fuisse in pœnam perpetuæ relegationis in monasterio, Onuph. *de sacro sigillo, sect.* 5. *q.* 2. *concl. vnic.* vbi *q. vlt. concl. vnic.* benè aduertit improbabilem esse illorum opinionem, qui asserunt Sacerdotem infringentem sigillum Confessionis incurrere irregularitatem.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc text. scribentes.*
2 *Morbi ab anima peccatis, & pestilentia ex sceleribus originem trahunt.*
3 *Medici vocati ad medendum infirmo in lecto iacenti eum ante omnia tenentur monere, & inducere, vt confiteatur, & quid attenta Constit. Pij V. ostenditur.*
4 *Infirmum morbi periculo carentem an teneatur medicus admonere, vt confiteatur, ostenditur.*
6 *Anima cæteris rebus anteponenda.*

Cap. Cum infirmitas. XIII.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Io. à Capistr. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusque Iuris cum legib. Castellæ par.* 1. *&* 2. Viui. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 256. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 747. desumitur ex Concil. Later. sub *Innoc. III. cap.* 22. & refertur ab Anton. Aug. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 14. *cap.* 4.

2 Non-

2 *Nonnunquam ex peccato proueniunt.* Et ita morbi ab animę peccatis originem trahunt, & pestilentiæ ex sceleribus oriuntur, vt per Tiraq. *de nobilit. cap. 31. num. 306.* Cened. *ad Decretal. collect. 107. nu. 1.* Nam,vt inquit D. Chrysost. *homil. 28. in cap. 8. Matthæi*, ægrotationes plurimæ ab animæ peccatis originem trahunt.

3 *Præsenti decreto, &c.* Præcipit, & districtè mandat Innoc. III. auctor huius tex. vt medici ad medendum infirmo in lecto iacenti, vocati, eum ante omnia moneant, & inducant, vt confiteatur, quod postea innouauit Pius V. suo Motu proprio edito anno 1566. incipien. *Supra gregem Dominicum*, quem ad litteram refert Steph. Quaranta *in summa Bullary, verbo, medicus*, vbi additum præceptum est, vt medici vltra tertium diē ægroti nō visitent, nisi per Confessarij scriptum ipsis de infirmi Confessione fides fiat, vel nisi Confessarius ex iusta causa longius tempus infirmo concedendum iudicet. Item præcipit Vniuersitatibus, & Collegijs, vt cum licentiam medendi alicui concesserint, aut ad Doctoris gradum promouerint, exigant ab eo iuramentum hæc seruandi, de quo Motu proprio agunt citati à Cened. *ad Decretal. collect. 107. num. 6. & collect. 166. n. 5.* quibus adde Ludouic. Beiam *respons. casuum Conscientiæ par. 1. casu 11.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum, Nauar. lib. 3. tit. 23. l. 3. de medicis*, latè Sanchez *in præcepta Decal. lib. 3. cap. 16. à princip.*

4 *Ad infirmos.* Quidam intelligunt de infirmis à morbis vitæ periculum afferentibus, quasi secus sit quando constat morbum periculo carere, vt per Nauar. *in manuali, cap. 25. n. 61.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. par. 1. lib. 3. cap. 14. n. 7.* Vega *tom. 2. summa, cap. 35. casu 3.* Fr. Emman. *in summa tom. 1. cap. 246. in fine.* Alij verò intelligunt, quando infirmitas est talis, vt nec delitijs, nec ex solo podagræ impedimento, sed ex se lectum petat, vt per Soar. *tom. 4. disp. 35. sect. 3. n. 3. & 4.* Sanchez *d. cap. 16. n. 7.* afferentes tex. in præsenti non de solo morbo periculoso, sed de quocunque graui intelligi, & prædictam admonitionem satis esse, siue sciat per ipsummet medicum, siue per alium, aduertentes attento Motu proprio Pij V. medicum teneri deferere infirmum, qui tertia die à monitione transacta Confessionis fidem non fecerit per scriptum Confessarij, tamen libenter admittunt, si credatur eam admonitionem nihil profuturam ob ægri obstinationem, non teneri medicum admonere, nec eum deserere.

5 *Ante omnia.* Idest antequam medicus medicinas applicet, vt per Nauar. *d. cap. 25. num. 61.* Sanch. *d. cap. 16. num. 4.*

6 *Vt medicos aduocent animarum.* Est enim anima cæteris rebus anteponenda, Tiraq. *de pia causa, in præfat. pag. 9. vers. sed si hoc*, Maschard. *de probat. concl. 1171. n. 5.* Menoch. *de præsumptionibus lib. 4. præsump. 112. num. 4. & præsump. 152. num. 4.* Gutier. *in repetit. l. nemo potest, num 486. ff. de legatis 1.* Card. Mant. *de tacitis, & ambig. conuentionibus tom. 2. lib. 13. tit. 28. num. 10.* Card. Tusch. *tom. 1. litt. A, concl. 333.*

7 *Fuerit promulgata.* Ergo requiritur promulgatio in partibus, vt per Azor. *institut. moral. par. 1. lib. 5. cap. 3. col. 365*, vide tamen, quæ dixi ad *cap. 2. supra de constit.*

8 In glos. [Arceatur] ibi *(per sententiam, non ipso iure)* Sequuntur Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur, num. 39.* Sayr. *in claui Regia lib. 3. cap. 8. num. 21.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc text. scribentes.*
2 *Quæstores eleemosynarum sine Apostolicis, vel diœcesanorum litteris admitti non debent, nec aliud prædicare possunt quàm in forma contineatur litterarum.*
3 *Quæstorum eleemosynarum nomen & vsum in Christiana religionis locis abolendum præcipit Concil. Trident.*
4 *Quæstores eleemosynarij nullo modo nec per se, nec per alium prædicare debent.*
5 *Indulgentias in suis diœcesibus qualiter Episcopi concedere possint, ostenditur.*
6 *Episcopi si concedant Indulgentias vltra numerum taxatum an corruant in totum, vel in excessu, ostenditur.*
7 *Indulgentias concedendi facultatem habent Episcopi ex commissione Papæ, ac proinde Iure communi Canonico, non vero Diuino.*
8 *Indulgentias concedere potest Episcopus electus & confirmatus, non dum consecratus.*
9 *Vicarius generalis Episcopi, aut alius Clericus ex demandata Episcopi facultate potest Indulgentias concedere.*
10 *Capitulum Sede vacante an possit Indulgentias concedere, remissiuè.*
11 *Episcopi an possit religiosis Indulgentias concedere iuxta suam facultatem, ostenditur.*
12 *Indulgentia de iniunctis pœnitentijs qua sit, ostenditur.*
13 *Episcopi plures simul vnam Ecclesiam consecrantes an quilibet possit indulgere annuam Indulgentiam, ostenditur.*

Cap. Cum ex eo, XIV.

1 Super hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panormit. Marian. Socin. Ioan. à Capistr. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ, par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif.*

tif. pag. 257. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 747. desumitur ex Concil. generali Lateranen. sub Innocen. III. *cap.* 62. & refertur ab Anton. August. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 14. *cap.* 5.

2 *Eleemosynarum quoque quæstores, etc.* Probat hic tex. eleemosynarũ quæstores sine Apostolicis, vel Diœcesanorum litteris admitti nõ debere, nec aliud prædicare posse, quàm in forma contineatur litterarum. Hodiè verò in noua dispositione
3 Conc. Trid. *sess.* 21. *de reformat. cap.* [illegible] statuitur, vt in posterum quibuscunque Christianæ religionis locis eorum nomen, atque vsus penitus aboleatur, nec ad officium huiusmodi exercendum vllatenus admittantur, de quo latè agunt Henriq. *in summ. lib.* 7. *cap.* 19. *à princip.* Nau. *de Iubil. not.* 31. *nu.* 45. *& seq.* Praxis Episcop. *par.* 1. *verbo quæstores*, vbi latè, Quaranta *in sum. Bullarij, verbo Archiepiscopi auctoritas, vers.* 26. *in fine*, Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *q.* 57. *art.* 7. *& q.* 98. *art.* 1. Gallett. *in margarita casuum Conscientiæ, verbo, eleemosyna* 1. Cened. *ad Clemen. collect.* 9. latè Iuli. Lauor. *de indulgent. par.* 2. *cap.* 13. *à princip.*

4 *In sua prædicatione, &c.* Hodiè attẽta noua dispositione Conc. Trid. *sess.* 5. *c. vlt. in fin.* quæstores eleemosynarij, qui etiã quęstuarij vulgò dicuntur, cuiuscunque conditionis existant, nullo modo, nec per se, nec per alium prædicare debent, itaut contrarium facientes ab Episcopis, & Ordinarijs locorum, priuilegijs quibuscũque non obstantibus, opportunis remedijs omninò arceri debeant, vt per Cened. *d. collect.* 9. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 3. *q.* 32. *art.* 11.

5 *Quadraginta dies, &c.* Notatur ad hoc, quòd Episcopi concedunt Indulgentias in suis diœcesibus, limitatiuè tamen, videlicet vt nõn excedant quadraginta dies in anniuersario, vel aliàs, & tempus vnius anni in dedicatione Ecclesiæ, ita Sot. *in* 4. *distinct.* 21. *q.* 2. *art.* 1. Cordub. *de indulgen. q.* 14. Triumph. *q.* 29. *art.* 6. Soar. *tom.* 4. *disp.* 55. *sect.* 3. *n.* 5. Bonacin. *de Sacramentis, disp.* 6. *quæst.* 1. *puncto* 3. *n.* 2. *ad finem*, Azor. *instit. moral. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 54. *q.* 6. Frãc. Leo. *in thesauro fori ecclesiast. par.* 1. *cap.* 7. *num.* 18. Vgolin. *de potestate Episcop. cap.* 41. §. 1. *in princ.* Sanctarel. *in tract. de Iubilæo, cap.* 2. *dub.* 2. *lit.* G, Iul. Lauor. *de Iubilæo, & indul. par.* 2. *cap.* 11. *num.* 18. vbi *num.* 22. refert aduertere Soar. loco citato, quod quando datur facultas in hoc tex. dandi Indulgentias in dedicatione Ecclesiæ, non addit particulam illam, de iniunctis pœnitentijs, prout addi solet in Indulgentia quadraginta dierum, & sic quod videtur amplior prior facultas, additq; aliqua discrimina inter dictas duas Indulgentias, vt apud ipsum videri licet. Licet autem Episcopi non possint vltra taxatum numerũ Indulgentias concedere, possunt tamen in minori; quia sub maiori summa comprehenditur minor, non è contra, ita Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi par.* 3. *allegat.* 88. *nu.* 22. & me citato, Iul. Lauor. *d. cap.* 11. *num.* 4.

6 Quid autem si Episcopi concedunt indulgentias vltra numerum taxatum, an corruant in totũ, vel in excessu? in quo additio ad glos. *verbo pluribus*, in præsenti, tenet per tex. *in cap. fin. hoc tit. lib.* 6. Indulgentiam sic concessam esse ipso iure nullam quoad excessum, ac per consequẽs valere vsque ad facultatem concessam inclusiuè, quia numerus dierum est separabilis, quo casu vtile per inutile nõ debet vitiari, tum quia hæc est quædam liberalitas, & donatio, quæ valida est vsque ad legitimum modum, *l. sancimus, C. de donat.* quare ita tenent Soar. *d. disp.* 55. *sect.* 3. *n.* 11. Nau. *de Iubilæo, not.* 31. *num.* 16. Azor. *instit. moral. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 55. *q.* 6. Bonacin. *de Sacram. d. puncto* 3. *n.* 4. Iul. Lauor. *d. cap.* 11. *num.* 41. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 7. *num.* 120. Sanctarel. *in tract. de Iubilæo, cap.* 3. *dub.* 2. *lit.* G.

7 Hæc autem facultas sic restricta concedendi Indulgentias, conceditur Episcopis à Sede Apostolica circa suos subditos, & ita ex commissione Papę, ac Iure communi Canonico, & Ordinario, non verò Diuino, licet enim dignitas Episcopalis, quoad potestatem Ordinis sit de Iure Diuino, & ex Christi institutione, & quoad Pastorale munus, quod iurisdictionem requirit, sit ex Christi mandato in communi loquendo; in particulari tamen quoad talem, & talem potestatem est ex Ecclesiæ ordinatione, quare ita tenent plures DD. quos refero Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, par.* 3. *allegat.* 88. *n.* 8. *&* me citato Iul. Lauor. *d. tract. de Iubil. & indul.*
8 *cap.* 11. *num.* 45. *cum seqq.* Ex quo infertur posse Episcopum tantummodo electum, & confirmatum nondum consecratum Indulgentias concedere, quia cum earum concessio sit actus Iurisdictionis, benè poterit ab Episcopo non consacrato exerceri, ita Soar. *disp.* 49. *sect.* 3. *num.* 3. Graff. Nugn. Valer. Reginal. & alij, quos refert, & sequitur Bonac. *de Sacram. disp.* 6 *q.* 1.
9 *punct.* 3. *num.* 6. Hinc etiam infertur posse Vicarium generalem, aut alium clericum ex demandata Episcopi facultate Indulgentias concedere, quia facultas hæc spectet ad Episcopum Iure Ordinario, vt supra dixi, & quæ competunt alicui Iure Ordinario, possunt alijs delegari, nisi adsit in contrarium prohibitio, ergo Episcopus poterit eam cuilibet, dummodo non sit laicus, demandare, ita Nauar. *de Iubilæo notab.* 31. *n.* 6. Soar. *disp.* 55. *sect.* 6. *n.* 6. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 43. *q.* 13. & plures alij, quos referunt, & sequuntur Bonac. *d. punct.* 3. *num.* 11. & Iul. Lauor.
10 *d. cap.* 11. *n.* 51. Vtrum autem Capitulum Sede vacante possit Indulgentias concedere, vide per citatos à me *d. alleg.* 88. *num.* 21. quibus adde
11 Iul. Lauor. *d. cap.* 11. *n.* 52. *cum seqq.* Vtrum verò Episcopus possit religiosis Indulgentias concedere iuxta suam facultatem, vide citatos per

Oo Bonac.

Bonac. *d. punct. 3. num.* 15. vbi ipse affirmatiuè respondet, & *n.* 16. resoluit posse Episcopum gaudere, & frui Indulgentijs, quas alijs cõcesſit. Hęc & alia plura, quæ in hac materia occurri posſũt, ne dicta repetamus, vide *in meo tractatu de Officio, & potestate Episcopi, par. 3. allegat.* 88. *per totam.*

12 *De iniunctis pœnitentijs.* Indulgentia de iniunctis pœnitentijs illa est, quæ valet ad delendas pœnas respondẽtes pœnitentijs iniunctis, & ita quãdo alicui cõceditur Indulgentia de pœnitẽtijs iniunctis, tanta cõceditur pęnæ remissio, quãta respondet pœnitentijs taxatis à Cõfessore, ita Bonac. *d. disp. 6. q. 1. punct. 2. num. 1. & 4.*

13 In glos. [Pluribus.] Notatur ad hoc, quod quando plures Episcopi simul consecrant vnam Ecclesiam, quilibet potest indulgere annum Indulgentiæ, ex ea ratione quia in hoc text. non additur decretum irritans, & vbi non apponitur in mandato, licet fiat contra mandatum, tenet quod factum est, argum. *cap. dilectus el 2. de preben.* Contrarium tamen videtur verius per expressa huius tex. verba, ibi, siue ab vno, siue à pluribus, vt aduertit Iul. Lauor. *d. cap.* 11. *num.* 38.

Cap. Nostro XV. *Honor. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panor. Marian. Socin. Ioan. à Capistr. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ, par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag.* 258. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 748.

2 Probat hic tex. Archiepiscopum in prouincia sua posse Indulgentias concedere, vt per Nauar. *de Iubileo, & Indulg. notab.* 31. *num.* 13. Steph. Quaranta *in summa Bullarij, verbo Archiepiscopi auctoritas, vers.* 31. Bonac. *de Sacram. disp. 6. q. 1. punct. 3. num. 2. vers. obserua*, quos refero Ego ipse *de Officio, & potestate Episcopi, par. 3. allegat.* 88. *n.* 15. & ibi citatis adde Marc. Anton. Genuen. *in praxi Archiep. Neap. cap. 70. num.* 15. & me citato, Iul. Lauor. *de Iubileo, & Indulgen. par. 2. cap. 11. num. 28. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Episcopi, & Prælati exempti possunt sibi eligere Confessorem.*
3 *Episcopi suffraganei inuito Archiepiscopo possunt eligere Confessorem approbatum ab Ordinario.*
4 *Cardinales possunt sibi eligere Confessorem.*
5 *Episcopus non potest eligere in Confessorem Sacerdotem non subditum, qui à proprio Episcopo non sit approbatus.*

Cap. Ne pro dilatione XVI. & fin. *Greg. ix.*

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Collect. Zabarel. Io. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panor. Marian. Socin. Io. à Capistr. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag.* 258. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 748.

2 Probat hic tex. Episcopos, & Prælatos exemptos posse sibi eligere Confessorẽ, vt per Henriq. *in summa, lib. 6. cap. 4. num. 3. in commento litt. I, & cap. 7. num. 5. in comment. lit. B, & cap. 13. §. 3. & lib. 7. de Indulg. cap. 28. num. 1. in commento litt.* H, *& lib. 14. de irregul. cap. 18. §. 3.* Aloys. Ricc. *in praxi fori ecclesiast. decis.* 548. *n. 1. in 1. edit. & resolut.* 470. *in 2. edit.* Anton. Gomez. *in exposit. Bullæ Cruciatæ clausula* 10. *num.* 85. Sayr. *de censuris lib. 7. cap. 14. n. 5.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 1. quæst. 20. art. 28.* Soar. *tom. 5. disp. 41. sect. 2. n. 9.* Erasm. Cochier *de Iurisd. Ordin. in exemptos par. 4. q. 35.* Sanch. *de Matrim. lib. 8. disp. 3. n. 3.* idem resoluentes in Prælatis religionis, potest enim Confessor ab ipsis electus, ex eorum commisione, cum ipsis dispensare in omnibus, in quibus ipsi Prælati possunt cum subditis.

3 Amplia, vt locum habeat principalis tex. cõclusio, etiam in Episcopo suffraganeo inuito Archiepiscopo, quia hæc potestas non prouenit ab Episcopo eligente, sed à Iure committente, vt aduertit Prosp. de August. *in addit. ad Quarant. verbo Archiepiscopi auctoritas, vers. decimo septimo. in addit. lit. A*, quod quidem, & in exempto locum habet, & in quolibet Episcopo, non solùm in suâ diœcesi, sed etiam extra, dummodo Cõfessarius sit approbatus ab Ordinario, vt infra dicetur; ita Quaranta *d. verbo Archiepiscopi auctoritas, n.* 7.

4 Amplia etiam in Cardinalibus, quibus communicatur priuilegium concessum Episcopis, & Prælatis exemptis in hoc tex. vt per Henriq. *d. cap. 13. §. 3.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 1. q. 101. n. 4.* Azor. *instit. mor. par. 2. lib. 4. cap. 3. q. 16.* vbi etiam credit non esse verisimile decreto Conc. Trid. *sess. 23. de reformat. cap.* 15. derogatum fuisse priuilegium, quod erat concessum in hoc tex. Quicquid autem de hoc sit, illud

5 est verissimum Sacram Cõgregationem censuisse Episcopum vigore priuilegij, de quo in hoc tex. non posse sibi eligere Sacerdotem non subditum, qui à proprio Episcopo non sit approbatus, prout referunt Gallet. *in margarita casuum conscientiæ, verbo Episcopus.* Prosper. de Aug. *loco proximè citato*, Azor. *d. q. 16. vers. quæres an Cardinales*, Aloys. Ricc. *d. resolut.* 470.

De

De Sententia excommunicationis. Tit. XXXIX.

Vper hanc rubr. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anchar. Panor. Marian. Socin. Io. de Londris *in breuiario Sanctorum Canonum fol.* 184. Gulliel. Durand. *in breuiario aureo Iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epithome Decretal. fol.* 200. *verso*, Petrus de Rauēna *in compendio Iuris Canon.* Dan. Venat. *in analysi methodica Iuris Pontificij*, *pag.* 728. Goffred. & Hostien. *in summa huius tit.* Alexan. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. sub hoc tit.*

De materia huius tit. vide Menoch. *de arbitr. casu.* 416. Clar. *in pract. lib.* 5. §. *fin. q.* 77. Viui. Vezi. & alios, *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 12. Perez *l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 8. *Ordin.* Spin. *in speculo testam. par.* 11. *rubrica*, Card. Cæsar. Baron. *tom.* 1. *annal. Ecclesiæ anno Christi* 57. *pag. mihi* 511. Stephan. Quaranta *in summ. Bullarij*, *verbo Excommunicatio ad finem reuelationis*, & *verbo Excommunicatorum vitatio*. Rendina *in promptuario recept. sent. tom.* 1. *tit.* 41. *de excommunicat.* Prax. Episc. *verbo, excōmunicatio*, Cald. Pereira *de renouat emphyt. q.* 7. *à princip.* Anton. de Sousa *in relect. de censuris Bullæ in Cœna Domini, cap.* 2. Cardos. *in praxi Iudicum, verbo excommunicatio*, Franc. Leo *in thesauro fori ecclesiast. par.* 4. *cap.* 7. *de excommun.* Fr. Ludou. Mirand. *in manu. Prælat. tom.* 2. *q.* 35. Farinac. *fragmen. crimin. p.* 1. *verbo, Excōmunicatio*, Henriq. *in summa par.* 2. *lib.* 13. *de excomm.* Vasquez *tom.* 4. *in* 3. *part. tract. de excom.* Vgol. *de censur. tab.* 2. Soar. *eod. tract. disp.* 8. Auila *eod. tract. p.* 2. Sayr. *eodem tract. lib.* 1. 2. & 3. Bonac. *eod. tract. disp.* 2. Mar. Alter. *eod. tract. tom.* 1. Aegid. *de Sacram. & censur. tom.* 2. *disp.* 14. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 3. *de censur. ecclesiast.* Anton. Ricciul. *de Iure person. extra gremium Ecclesiæ exist. lib.* 4. Galganet. *de Iure publico lib.* 1. *tit.* 15.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes*
2 *Impuberes clerici se ad inuicem percutientes possunt ab Episcopo absolui.*
3 *Pueri ratione vtentes possunt ligari censuris.*
4 *Magister puniens discipulos clericos intuitu correctionis non incurrit excommunicationem, modo non percutiat principaliter ex odio, vel ira.*
5 *Clericus percutiens per iocum non excommunicatur.*
6 *Pueri doli incapaces non ligantur excommunicatione.*

Cap. Super eo. I. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Host. Henric. Butr. Anch. Panor. Felin. Mar. Socin. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusq; Iuris cum legib. Castellæ p.* 1. & 2. Viu. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. p.* 266. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 752. refertur ab Ant. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5 *tit.* 34. *cap.* 2. & est post Conc. Later sub Alexandro III. *par.* 14. *cap.* 7.

2 Probat hic tex. quod clerici impuberes ad inuicem se percutientes possunt ab Episcopo absolui, vt per Bellet. *disquisit. Clericalium, par.* 1. *tit. de fauore cleric. canon.* §. 3. *num.* 20. Molin. *de iustit. tract* 3. *tom.* 4. *disp.* 59. Bonac. *de censur. disp.* 2. *q.* 4. *punct.* 5. *num.* 3. *vers. quintus.* Hinc colligunt Doctores excommunicationem ob violentam manuum iniectionem in clericum non euadere, qui illas infert in clericum excommunicatum, nam in præsenti clericus primo loco percutiens jam erat excommunicatus, & nihilominus repercutiens est etiam excommunicatus, ita Carol. de Grassis *de effectibus clerical. effectu* 9. *n.* 120. vbi *n.* 124. cum Amescua *de potestate in se ipsum, par.* 1 *cap.* 12 *n.* 21. resoluit, quod licet clericus percussus possit remittere actionem iniuriarum, non poterit remittere excommunicationem.

3 *Non sunt ab Apost. Sede, &c.* Ergò pueri ratione vtentes possunt ligari censuris, vt per Soar. *tom.* 5. *de censur disp.* 5. *sect.* 1. *num.* 17. Aegid. *de Sacram. & censur. tom.* 2. *disp.* 13. *n.* 45.

4 *Si scholarem clericum, &c.* Notatur ad hoc, quod ludi magister puniens discipulos clericos intuitu disciplinæ, vel correctionis excommunicationem non incurrit, modo non percutiat principaliter ex odio, vel ira, vt per Soar. *d. tom.* 5. *disp.* 22. *sect.* 1. *nu.* 49. Bonac. *d. q.* 4. *puncto* 4. *num.* 4. Molin, *d. tom.* 4. *disput.* 56. *num.* 10. Auila *de censur. par.* 2. *cap.* 5. *disp.* 3. *dub.* 13. Aegid. *d. tom.* 2. *disp.* 14. *num.* 192. idem resoluentes de patre respectu filij, Carol. de Grassis *d. effectu* 9. *num.* 224. *cum seqq.*

5 *Sed leuitate iocosa, etc.* Notatur ad hoc, quod percutiens clericum per iocum, & non ex odio, & indignatione excommunicationem non incurrit, vt per Bellet. *d. tit. de fauore clericorum canonis*, §. 2. *num.* 1. Bonac. *d. q.* 4. *punct.* 4. *n.* 3. bene Coriolan. Capuccin. *de casibus reseruatis, p.* 2. *casu* 10. *de iudic. regul.* §. 10. *nu.* 23.

6 In glos. [Excusat] ibi (*non ab excommunicatione, &c.*) Intellige si sūt doli capaces, aliàs ab excommunicatione excusarentur, vt ex Host. & Abb. hic resoluit Bellet. *d.* §. 3. *num.* 21. ratio est, quia puero doli incapaci deficit iudicium ad peccatum mortale committēdum, & excommunicatio nō incurritur, nisi ob peccatum mortale, *cap. nemo* 2. 11. *q.* 3. Nauar. *in manuali, cap.* 27. *n.* 9. & 76. Anton. de Sousa *in relect. de censur. Bullæ Cœnæ, cap.* 2. *disp.* 16. *num.* 2. & *cap.* 8. *disp.* 51. *num.* 3. Salas *de legibus disp.* 16. *sec.* 9. *ad finem*,

finem, Bonac. *de censur. q. 1. punct. 3. à princip.* Farinac. *fragmen. crimin. par. 1. verbo excommunicatio, num,* 12. Ioseph. Sesse *Aragoniæ decis.* 220. *num.* 2. Henriq. *in summa lib. 13. cap. 11. §. 3.* & alij citati ab Aloys. Ricc. *in praxi fori ecclesiast, decis.* 464. *num. 2. in 1. edit. aliàs resolut.* 438. *in 2. edit.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc text. scribentes.*

2 *Regulares se ad inuicem percutientes possunt à suis Prælatis absolui.*

3 *Episcopus an possit absoluere regulares exemptos excommunicatos ob violentam manuum iniectionem in clericos, remissiuè.*

4 *Prælatus percutiens subditum regularem potest absolui à Sacerdote subdito suo ab ipso in Confessorem electo.*

5 *Prælati religionum an possint absoluere nouitium ab excommunicatione contracta ante nouitiatum.*

Cap. Monachi. II.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag.* 267. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 752. refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 34. cap. 3.* & est post Concil. Lateranen. *par. 14. cap. 8.*

2 Probat hic tex. regulares se adinuicem percutientes posse à suis Prælatis absolui, vt per Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 1. q. 20. art. 2.* Bellet. *disquisit. clerical. par. 1. tit. de fauore cleric. canonis. §. 3. num.* 3. Carol. de Crassis *de effectibus clericalib. effectu 9. nu.* 166. Bonac. *de censur. disp. 2. q. 4. punct. 5. num. 1. post princip.* vbi *in vers. hinc sequitur*, dicit Abbatem, Priorem, Guardianum, seù Præpositum monasterij, seù alium quemcunque, dummodo sit monasterij supremus superior, posse ab excommunicatione pro violenta manuũ iniectione in similes regulares suos subditos absoluere, additq; prædictos Superiores monasterij posse non solum per se ipsos, verum etiam per alios absoluere, de quo etiam Coriolan. Capuccin. *de casibus reseruatis par. 2. casu 10. de Iudic. regul. §. 10. num. 20. pag.* 804. vbi *num. 22. in fine vers. sed quid*, resoluit quod quando religiosi diuersorum ordinum se percutiunt ad inuicem, tunc debet absolui vnusquisq;
3 à suo Prælato. Vtrum autem Episcopus possit absoluere regulares exemptos cadentes in sententiam *Canonis, siquis suadente*, sunt sententiæ diuersæ, & videre licet apud Bellet. *d. §. 3. nu.* 7.

4 *Se in claustro percusserint.* Hæc verba nonponuntur, quasi innuant, quod si extra claustra se percusserint, ab Episcopo, & non à suo Prælato debeant absolui, sed quia hoc crebrius in claustro contingit, vt resoluunt Coriolan. Capuccin. *d. §. 10. nu.* 22. Fr. Emman. *d. quæst. 20. art. 12.* vbi etiam aduertit, quod si superior aliquis percusserit suum subditum potest ipse secundum priuilegia absolui ab alio Sacerdote subdito suo, electo ab ipso in Confessorem, & si subditus, & Prælatus se ad inuicem percusserint, & in Conuentu non sit aliquis, qui eos possit absoluere, possunt se ad inuicem absoluere, Coriolan. *d. §. 10. num. 17. vers. nam licet*, aduertens quod licet de Iure communi excommunicatus maiori excommunicatione non possit alium excommunicatum maiori excommunicatione absoluere, ex notatis *in cap. audiuimus 24. q. 1.* in casu tamen necessitatis vbi non est alius religiosus, qui possit eos absoluere, potest excommunicatus alium excommunicatum absoluere; quo loco idem Coriolan. *num.* 26. resoluit percutientem excommunicatum incurrere in excommunicationem, quia excommunicatus retinet Ordinem, ratione cuius inducta est immunitas, & ideo durante causa durat effectus. Aduertendum est etiam in hac materia cum Fr. Emman. *d. q. 20. art. 19.* quod si Prælatus regularis non sit Sacerdos, & nullus alius sit Sacerdos regularis in Conuentu, vel si sit excommunicatus, aut aliter impeditus, potest eius subditus absolui ab Episcopo à minori læsione clerici.

5 Vtrum autem huiusmodi Abbates, seù Religionum Prælati possint absoluere nouitium ab excommunicatione contracta ante nouitiatum, vide Tiraq. *de retract. tit. 1. §. 1. glos. 8. num.* 31. Bonac. *d. punct. 5. num. 1. propè finem*, vbi resoluit posse absoluere religiosos, nō solum professos, sed etiam nouitios, quamuis contraxerint excommunicationem ante nouitiatum; addit tamen nouitium egredientem teneri postea sese præsentare illi, qui aliàs habebat facultatem absoluendi.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc text. scribentes.*

2 *Ostiarij, aliiq; officiales, qui dum turbam tenent, irruentem Clericum fortuito casu lædunt, ab excommunicatione excusantur.*

3 *Delinquens in officio mitius punitur.*

4 *Clericum percutiens ad suam necessariam defensionem, non incurrit aliquam excommunicationem.*

5 *Iniuriam leuem Clerico inferens potest ab Episcopo absolui.*

6 *Excommunicatus non est percutiens, vel occidens Clericum turpiter agentem cum matre, filia, sorore, vel vxore, modo percutiat incontinenti.*

7 *Turpiter inueniri cum vxore, vel filia alicuius quibus modis dicatur, ostenditur.*

8 *Clericus percutiēs turpiter inuētū cū propria matre vxore, vel filia, non incidet in excommunicationem, non ita si cum filia adoptiua, aua, nepta, &c.*

9 *Clericum turpiter inuentum cum sua sponsa de præsenti percutiens, non est excommunicatus.*

j. Cap. Si vero. III.

1 SVper hunc text. ſcripſerunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hoſtien. Henric. Butr. Anchar. Panormit. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ, par.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 267. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 753. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 34. *cap.* 4. & eſt poſt Concil. Lateranen. *par.* 14. *cap.* 9.

2 *Alicuius poteſtatis oſtiarius.* Aduerte ab excommunicatione excuſari oſtiarinm, aut alium officialem, qui dum arcet turbam irruentem, clericum fortuito caſu lædit: quod ſi tamen id faceret animo maligno, ex propoſito ſcilicet, intendens clericum verberare ſine ſufficienti neceſſitate, videtur incurrere excommunicationē, ſed ſoli Epiſcopo reſeruatam, à quo abſolui poteſt, niſi clericum grauiter vulnerauit, ita Sayr. *de cenſur. lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 27. Aegidius *de Sacramen. & cenſur. tom.* 2. *diſp.* 14. *num.* 193. Bellet. *diſquiſit. clerical. par.* 1. *tit. de fauore clericorum Canon.* §. 3. *nu.* 28. Bonac. *de cenſur. diſp.* 2. *q.* 4. *punct.* 5. *nu.* 2. *verſ. ſecundus.*

3 *Prætextu officij.* Ergo delinquens in officio mitius punitur, vt per Tiraq. *de pœnis temper. cauſa* 58. *à princip.* Et Curiales, ſeù Aulici in hoc priuilegiantur, quod eis facilius parcitur, quàm alijs, vt per Caſſan. *in cathalogo gloriæ mundi par.* 6. *confider.* 38.

4 *Si vero clericum, &c.* Notatur ad hoc, quod qui clericum percutit, ac vulnerat ad ſuam neceſſariam defenſionem, non incurrit aliquam excommunicationem, vt per Anton. Gomez *Variar. tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 20. *ad medium*, Clar. §. *homicidium num.* 23. *verſ. præterea*, Vgol. *de cenſur. par.* 2. *cap.* 11. §. *prœpoſuimus num.* 1. & 2. Iacob. Ayrer *de homicidio neceſſario par.* 1. *num.* 63. Farinac. *in praxi crimin. par.* 5. *q.* 125. *num.* 32. Carol. de Graſſis *de effectibus clerical. effectu* 9. *num.* 196. *cum ſeqq.*

5 *Grauiter percuſſerit.* Notatur ad hoc, quod vbicunque eſſet illata leuis iniuria, etiam perſonalis ipſi clerico, eam inferens vti excommunicatus non tenetur Romam proficiſci, ſed poteſt illum Epiſcopus abſoluere, vt per Viui. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 12. *num.* 10. *pag.* 196. Clar. *lib.* 5. §. *fin. q.* 77. *num.* 14. Mari. Antonin. *Vari. reſolut. lib.* 3. *reſolut.* 11. *num.* 1. Et ex leui percuſſione inter pueros, vel perſonas infimæ conditionis non incurritur excommunicatio, vt per Henriq. *in ſumma lib.* 13. *de excommun. cap.* 17. §. 2. *in medio.*

6 *Nec ille compellendus eſt, &c.* Notatur ad hoc, quod excommunicatus non eſt percutiens, vulnerans, vel occidens Clericum inuentum turpiter agentem cum matre, filia, vxore, vel ſorore, modo percutiat incontinenti, & non ex interuallo, vt per Couar. *de ſponſal. par.* 2. *cap.* 7. §. 7. *num.* 12. Nauar. *in manuali cap.* 27. *nu.* 84. Emman. sà *de excommunic. Papæ reſeruatis num.* 2. Clar. §. *homicidium, nu.* 48. *& lib.* 5. §. *fin. q.* 77. *num.* 9. Perez. *l.* 4. *gloſ. ſua hija tit.* 13. *lib.* 8. *Ordin. pag.* 268. Anton. Gomez *l.* 8. *Tauri n.* 55. Fr. Emman. *in ſumma tom.* 1. *verbo de eſcommunion Papal. num.* 5. Ceual. *commun. contra commun. q.* 833. *num.* 30. Farinac. *in praxi crimin. par.* 5. *q.* 121. *num.* 6. *& num.* 73. Molin. *de iuſtit. tom.* 4. *tract.* 3. *diſp.* 7. *num.* 3. *& diſp.* 55. *num.* 6. Henriq. *in ſumma lib.* 12. *cap.* 14. §. 1. *lit. E.* Sayr. *de cenſur. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 23. Prax. Epiſcop. *verbo excommunicatio*, Cenod. *ad Decretum collect.* 12. *num.* 2. *&* 3. Inerigl. *de caſibus Conſcientiæ cent.* 1. *caſu* 9. *num.* 18. Carol. de Graſſis *de effectibus clericalibus effectu* 9. *nu.* 186. Bonac. *de cenſur. diſput.* 2. *q.* 4. *puncto* 4. *num.* 5. Aegid. *de Sacramen. & cenſuris tom.* 2. *diſput.* 15. *nu.* 195. reſoluentes, quod quamuis percutiens in his caſibus grauiter peccet percutiendo priuata auctoritate, nihilominus eximitur ab excommunicatione, eo quod Eccleſia non reputet huiuſmodi percuſſionem factam eſſe ſuadente Diabolo, ſed vehementi paſſione, cum ſit difficillimum in huiuſmodi caſu iuſtum temperare dolorem.

7 *Turpiter inuentum.* Ergo ſufficit, vt inueniatur in quolibet turpi actu, veluti in oſculis, vel amplexibus, aut in loco ſuſpecto, vt ſi ſolus inueniatur cum ſola in loco apto ad turpes actus exercendos, & de illo adſit rationabilis ſuſpicio, ita Soar. *tom.* 5. *de cenſur. diſp.* 22. *ſect.* 1. *num.* 37. Aegid. *d. diſput.* 14. *nu.* 196. Prax. Epiſcop. *d. verbo excommunicatio* §. 4. Bonac. *d. num.* 5. *ver. rogabis ſecundò*, vbi addit cum Syluest. ſufficere, vt maritus percutiat clericum loquentem cum ſua vxore abſque alio turpi actu, quando illum prius ter admonuerat, & ipſe noluit deſiſtere. Hinc ſequitur, inquit Nauar. *conſ.* 41. *ſub hoc tit.* quem referunt, & ſequuntur Molin. *d. diſp.* 55. *n.* 6. *ad finem*, & Bonacin. *dict. num.* 5. *hinc ſequitur*, maritum excuſari ab excommunicatione quando de induſtria ſe abſcondit domi expectans clericum hoc ignorantem, vt eum in flagranti deprehenſum occidat, adhuc enim dicitur occidere clericum turpiter inuentum cum vxore, &c. modo adſit dolus, qualis eſſet, ſi curaſſet eum ad dictas perſonas clam adeundas inuitari.

8 *Matre, ſorore, vel filia.* Intellige veram, & propriam matrem, ſororem, & filiam, etiam illegitimam, non tamen adoptiuam; nam vt percutiens clericum excuſetur ab excommunicatione, requiritur, vt illum percutiat turpiter inuentum cum propria matre, vxore, vel filia, aut ſorore, non verò ſufficit, ſi percutiat inuen-

tum cum aua, nepta &c. quia verba huins text. propriè sunt accipienda, præsertim cum simus in materia pœnali, & odiosa restringente priuilegia clericorum, ità Molin. *d. disp.* 55. *ad finem*, Aegid. *d. disp.* 14. *num.* 196. Bonac. *d. n.* 5. *vers. rogabis primo.*

9 In glos. [Cum vxore.] ibi *(idem est in sponsa de præsenti.)* Notatur ad hoc, quod nomine vxoris hic intelligitur etiam sponsa de præsenti, cum qua contractum est Matrimoninm, quamuis nondum sit consumatum, & ità non esse excommunicatum percutientem clericum turpiter inuentum cum sua sponsa de pręsenti tenent Couar. *de sponsal. par.* 1. *cap.* 1. *num.* 8. Clar. *lib.* 5. §. *homicidium num.* 49. Perez *l.* 1. *glos.* 1. *pag.* 3. *vers. hinc etiam, tit.* 1. *lib.* 5. *Ordin.* Praxis Episcop. *par.* 1. *verbo adulterium, & verbo excommunicatio, vers. tertio*, Farinac. *d. par.* 3. *q.* 121. *num.* 73. Sanch. *de Matrimon. lib.* 1. *disp.* 1. *nu.* 6. Aegidius *d. disp.* 14. *num.* 196. *vers. per vxorem*, Bonac. *d. num.* 5. *vers. respondeo nomine vxoris*, sed Gutier. *de Matrimon. cap.* 1. *num.* 13. *cum duobus sequentibus*, contra Couar. resoluit sponsum de futuro percutientem clericum cum sponsa turpiter inuentum in pœnam excommunicationis incidere, quod etiam tenet Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol.* 228.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Clericum percutiens ignorans eum esse clericum non est excommunicatus.*

3 *Excommunicationem non incurrit percutiens clericum, ignorans tamen crasse, & lata culpa clericatum.*

4 *Excommunicatio incurritur ab illo, qui percutit casu clericum credens illum non esse Caium, sed Titium similiter clericum.*

5 *Clericum verberans credens esse laicum non incurrit excommunicationem.*

6 *Excommunicationem incurrit percutiens clericum cum hac intentione, volo occidere hunc hominem, etiamsi sit clericus.*

7 *Iuramentum vbi propria manu exigitur non admittitur procurator, etiam habens speciale mandatum ad iurandum.*

8 *Iuramento eius, qui ignorauit, statur ad probandam ignorantiam.*

9 *Ignorantia plenè probatur iuramento ipsius se ignorasse dicentis.*

ij. Cap. Si vero. IIII.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Casal. *in annot.* Ximen. Tolet. *in concord. vtriusque Iuris cum legib. Castellæ par.* 1. & 2. Viui. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 296. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 753. refertur ab Anton. August. *coll.* 4. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 34. *cap.* 5. & est post Concil. Lateranen. *par.* 14. *cap.* 1.

2 *Dummodo ipsum esse Clericum ignorauerit.* Probat hic text. quod percutiens clericum ignorans probabiliter eum esse clericum, excommunicatus non est, ita Victor. *de excommunicatione num.* 8. Soar. *de censur. tom.* 5. *disput.* 22. *sect.* 1. *num.* 54. Aegid. *de Sacramen. & censur. tom.* 2. *disput.* 14. *num.* 197. Mascard. *de probat. concl.* 848. *nu.* 4. *cum seqq.* latè Sayr. *de censuris lib.* 3. *cap.* 27. Mari. Alter. *eod. tract. tom.* 1. *de excommun. lib.* 2. *cap.* 3. *vers. quia in re.* Carol. de Grassis *de effectibus cleric. effectu* 9. *num.* 189. Bonac. *de censur. disput.* 1. *q.* 2. *punct.* 1. *num.* 16. *cum seqq.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 5. *q.* 3. Cened. *ad Decretum collect.* 24. *num.* 11. Vnde primò colliges
3 non incurri excommunicationem ab eo, qui ignorabat etiam crasse, & lata culpa clericatum, & resoluit Fr. Emman. *in summa tom.* 1. *cap.* 80. *concl.* 1. *n.* 11. *in fine*, S. Antonin. Abb. Syluest. Alexand. de Neuo, & alij, quos refert Sanch. *de Matrimon. lib.* 10. *disp.* 32. *num.* 41. vbi tandem asserit huiusmodi percussorem clerici non excusari ex lata culpa, & crassa ignorantia, quia ignorans in præsenti non excusatur defectu doli, sed quia culpa lata caruit, immo probabiliter, & iuste ignorauit eum clericum esse, qui contra solitum clericorum morem comam nutriebat, Sayr. *d. cap.* 37. *num.* 2. Carol. de Grassis *d. effectu* 9. *num.* 192.

4 Secundo colliges incurri excommunicationem ab eo, qui percutit Caium clericum, credens illum non esse Caium, sed Titium similiter clericum, ratio est, quia tàm intentio, quàm opus externum est iniuriosum statui clericali, propter cuius reuerentiam imposita fuit excõmunicatio: tùm quia nulla ignorantia excusat in hoc casu, cum habeat intentionem percutiendi clericum, & re ipsa percutiat hunc clericum, quamuis credat esse alium clericum, ita Placa *in epithome delict. cap.* 27. *num.* 17. Vega. *tom.* 1. *summa cap.* 85. *casu* 107. Sanch. *d. disp.* 32. *num.* 27. Facinac. *in praxi crimin. par.* 5. *q.* 125. *num.* 164. Bonac. *d. disp.* 1. *q.* 2. *punct.* 1. *num.* 20. Secus si percusserit Titium clericum volẽs percutere Seium laicum, Couar. *in cap. alma mater par.* 1. §. 10. *num.* 15. *vers.* 12. Graff. *in decis. aureis par.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 43. Vega. *d. cap.* 85. *casu* 107. Fr. Emman. *in summa tom.* 1. *cap.* 80. *num.* 11. *conclus.* 11. Sanch. *d. disp.* 32. *num.* 28. Farinac. *d. num.* 164. Sic etiam non est excommunicatus, qui volens percutere clericum, percusserit laicum, quem credebat esse clericum illum, quem percutere volebat, vt post Vgol. resoluit Farinac. *d. num.* 164.

5 Tertiò colliges, quod verberans clericum credens esse laicum, quia incedit in habitu laicali, non incurrit excommunicationem, nisi percutiens eum clericum sciret, vt per Mascard. *d. concl.* 848. *à num.* 4. Menoch. *de præsumption.*

lib. 6.

lib. 6. præsumpt. 76. num. 12. Seraphin. *de priuilegijs Iuramen. priuileg. 4. nu. 38.* Iacob. de Graſſ. *in aureis decision. par. 2. lib. 3. cap. 5. num. 1.* & plures alij, quos refert, & ſequitur Carol. de Graſsis *de effectib. cleric. effectu 9. num. 125.* Nullam vero excommunicationem incurret ſi quis percutiat clericum, qui ab Epiſcopo, vel ab alio iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in eum habente, ter fuit admonitus in generali, vel in particulari, vt tonſuram, & habitum clericalem deferret, & ipſe clericus nihilominus non vult deferre, ratio eſt quia quandiu huiuſmodi clericus non geſtat habitum caret priuilegio clericali, ſi ter fuerit admonitus, *cap. contingit il 2. infra, hoc tit.* ita Sayr. *de censur. lib. 7. cap. 27.* Auil. *eod. tract. par. 2. cap. 5. disput. 3. dub. 13. casu 4.* Carol. de Graſſis *d. effectu 9. num. 126.* Molin. *d. tom. 4. disp. 54. num. 1.* Bonac. *de censur. disp. 2. q. 4. punct. 4. nu. 6.* aduertens non amittere priuilegium Canonis per ſolam dimiſſionem habitus clericalis, niſi ter fuerit admonitus, vt ſupra dixi.

6 Quarto colliges ligari excommunicatione percutientem clericum cum hac intentione, volo occidere hunc hominem, qui eſt laicus, aut ſi eſt clericus, volo adhuc illum occidere, quia actus externus eſt malus, & efficaciter dependet ab illo actu interno, quod percutiens vult hunc hominem occidere, quod non occidit, quando non adeſt ignorantia committans, tunc enim actus externus non prouenit ab interno actu iniuſto, ità Auila *d. par. 2. c. 5. disp. 5. dub. 6. ad finem,* Sanch. *in præcep. Decal. lib. 1. cap. 16. num. 14* quos refert, & ſequitur Bonac. *d. tract. de censur. disp. 1. punct. 1. num. 21.*

7 *Propria manu.* Notatur ad hoc, quod vbi iuramentum nõ ſolum proprium, ſed etiam propria manu exigitur, non admittitur procurator etiam habens ad iurandum ſpeciale mandatum, vt per Caſſador. *decis. 1. de iureiurando,* Couar. *de sponsal. par. 2. cap. 3. §. 5. num. 8. vers. sit igitur, ad finem,* Soar. *de religione tract. de iuramento lib. 2. cap. 31. nu. 7;* Sayr. *in claui Regia lib. 5. cap. 6. nu. 27.*

8 *Præstiterit iuramentum, &c.*

Notatur ad hoc, quod ad probandam ignorantiam ſtatur iuramento eius, qui ignorauit, vt per Sayr. *in claui Regia lib. 3. cap. 5. nu. 4.* Statur enim iuramento in ijs, quæ pendent à conſcientia alicuius, quando aliter veritas haberi non
9 poteſt, Maſcard. *de probat. concl. 414. num. 4.* Et ideò ignorantia plenè probatur iuramento ipſius ſe ignoraſſe dicentis, quia in cordis penetralibus latẽtia minimè teſtibus probari poſſunt, vt tenet gloſ. *hic, verbo propria,* & reſoluũt Couar. *lib. 2. variar. cap. 10. num. 1. vers. tertio admittenda est,* Greg. *l. 12. verbo, que lo no supiera tit. 1. partit. 3.* Salzed. *ad Bernard. regul. 323.* Maſcard. *de probat. concl. 881. num. 1.* Auiles *ad cap. 52. Pratorum glos. e la tierra, num. 12.* Sanch. *d. lib. 9. disp. 32. num. 5.* Admittitur tamen probatio in contrarium, Tiraquel. *de retract. tit. 1. §. 4. glos. 1. num. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Absolui quis potest in articulo mortis ab excommunicatione contracta ob violentam manuum iniectionem in clericos.*
3 *Excommunicationis sententiam incurris percutiens conuersos Ecclesiæ regularis.*
4 *Conuersi religiosorum veri sunt religiosi, & Ecclesiastica persona.*
5 *Nouitij religiosorum sunt de foro Ecclesiæ, itaut eos percutientes incurrant sententiam excommunicationis.*

Cap. Non dubium. V.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Ioan. à Capiſtrano, Hoſtien. Henric. Butr. Anch. Panor. Martian. Soccin. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 269.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 754.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 34. cap. 6.*

2 Probat hic text. imminente periculo mortis; vel graui infirmitate poſſe quemuis ab excommunicatione ob violentam manuum iniectionem in clericos contracta à quolibet Sacerdote abſolui, vt per Bonac. *de censur. disp. 2. quæst. 4. punct. 5. num. 3. vers. quartus,* Bellet. *disquisit. cleric. par. 1. tit. de fauore Canonis §. 3. nu. 8.* Carol. de Graſsis *de effectibus clericalibus effectu 9. n. 153.* quod quidem ſpeciale non eſt in hoc excommunicationis genere, ſed in omni alio ſimiliter conceſſum, cum quilibet ſimplex Sacerdos in articulo mortis poſsit à quibuſcunque cenſuris, & peccatis reſeruaris abſoluere, vt clarè colligitur ex Trident. Concil. *sess. 14. cap. 7.* quod quidem an verum ſit quando patet additus ad Superiorem, cui cenſuræ, & caſus ſunt reſeruati, vel ad Confeſſarium approbatum, & quis dicatur mortis articulus, vide per citatos *in tractat. de officio & potest. Episcopi par. 2. alleg. 25. num. 49. cum seqq.* quibus adde Thom. Actium *in tract. de infirmit. par. 1. cap. 15.*

3 *Conuersos.* Notatur ad hoc, quod excommunicationis ſententiam incurrit conuerſos percutiens Eccleſiæ regularis, vt per Rendin. *in promptuario recept. senten. tom. 1. tit. 41. num. 18.* Iacob. de Graſſ. *in aureis decis. p. 2. lib. 3. cap. 5. num. 21.* Carol. de Graſſis *de*
4 *effect. cleric. effectu 9. num. 70.* Huiuſmodi enim conuerſi verè ſunt religioſi, eo quod tria vota caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ emittũt, & ideo vulgo dicũtur fratres laici, nõ quod Eccleſiaſticæ perſonæ, aut religioſæ non ſint, ſed quia Ordinibus carent, & clerici non fiunt, ſicut monachi,

nachi,& alij religiosi, de quibus Praxis Episcop. *par.* 1. *verbo oblati*. Peregr. *variar. lib.* 6. *num.* 70. Nicol. Garcia *de benef. par.* 1. *cap.* 4. *num.* 11. An idem sit in percutiente conuersum Ecclesiæ secularis in dubium ab Ordinarijs in præsenti reuocari solet, nam glos. hic arguit pro vtraq; parte, & tandem concludit quod ij, ex quo se, & sua diuino obsequio, siue in regulari Ecclesia, siue in seculari obtulerunt, iam Ecclesiasticæ personæ censentur, & ex hoc ex toto in forum Ecclesiæ translati sunt, cum hac glos. transeunt hic Host. *num.* 2. Ioan. Andr. *num.*4. Butr. *nu.*6. Panorm. *num.* 4. & alij, quos refert, & sequitur Rendina *loco proximo citato*; Graff. & Carol. de Grassis citatis locis.

5 Vnde etiam nouitij, qui sunt de foro Ecclesiæ, non possunt coram Iudice seculari conueniri, vt tenent Moder. *de iurisdict. par.* 4. *casu* 121. *num.* 24. Azor. *institut. moral. par.* 1. *lib.* 12. *cap.* 2. *q.* 11. Canonis enim priuilegio gaudent, itaut eos percutientes incidant in illius excommunicationem, vt tenent plures citati à Cened. *ad Decretum collect.* 24. *num.* 12. quibus adde Henriq. *in summa lib.* 13. *de excommun. cap.* 49. §. 1. *in commen. lit.* G. Fr. Emmanuel. *quæst. regul. tom.* 3. *q.* 21. *art.* 4. Graff. *d. cap.* 5. *num.* 26. Farin. *in praxi crimin. q.* 8. *num.* 16. Carol. de Grassis *d. effectu* 9. *num.* 82. Azor. *d. lib.* 12. *cap.* 3. *q.* 2. Bobadil. *in sua politica lib.* 2. *cap.* 18. *nu.* 88. Aegid. *de Sacrament. & censur. tom.* 2. *disp.* 14. *dub.* 15. *num.* 164. quamuis nouitij sint vnius diei, ex Coriolan. Capuccin. *de casibus reseruatis par.* 2. *cap.* 10. *de Iudic. regul.* §. 10. *num.* 19. *pag.* 803. vbi limitat in percutiente de proximo vestiendum, qui in monasterio est in habitu seculari sub cura Magistri nouitiorum.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc text. scribentes.*

2 *Mulieres ab excommunicatione ob violentam manuum iniectionem in clericos ab Episcopo absolui possunt.*

3 *Delicati ob clerici percussionem excommunicati ab Episcopo absolui possunt.*

4 *Consulens, vel mandans percuti clericum excommunicatus est, si sequatur percussio.*

5 *Excommunicatio incurritur ab eo, qui mandauit percussionem clerici, sed postea pœnitencia ductus reuocauit mandatum, qua reuocatione non intimata mandatario adhuc sequutus est mandati effectus, secus si prius intimatio ei facta fuisset.*

6. *Mandans percuti clericum si post mortem ipsius mandantis, is, cui hoc mandatum erat, clericum percusserit, non excommunicatur.*

Cap. Mulieres. VI.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Casal. *in annot.* Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 269. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 754. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 34. *cap.* 7. & est post Concil. Lateranen. *par.* 24. *cap.* 12.

2 Probat hic tex. mulieres ab excommunicatione ob violentam manuum iniectionem in clericos, ab Episcopo absolui posse, cum periculosum sit peregrè proficisci, & se virorum cœtibus immiscere: ita Tiraq. *l.* 10. *connubialis glos.* 1. *par.* 10. *num.* 33. Sayr. *de censur. lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 18. *vers. tertius*. Bonac. *eodem tract. disp.* 2. *q.* 4. *puncto* 5. *num.* 3. *vers. sextus*, Carol. de Grassis *de effectibus clericalibus effectu* 9. *num.* 159. Bellet. *disquisit. clerical. par.* 1. *tit. de fauore clericorum Canonis* §. 3. *num.* 17. ampliantes etiamsi sint diuites, vel sui Iuris, & aptæ ad conficiendum iter.

3 *Et ita delicati, &c.* Notatur ad hoc, quod delicati, qui scilicet laborem accedendi ad Sedem Apostolicam sustinere nequeunt, quod tamen remittitur ad arbitrium Episcopi, vt ait *glos. verbo laborem*, in præsenti, absolui possunt ab Episcopo ab excommunicatione incursa ob violentam manuũ iniectioné in clericos, intimato prius Sũmo Pótifici statu personæ, & veritate negotij, vt secundum eius consilium de commisso scelere corrigi valeant, ita Bellet. *d.* §. 3. *nu.* 23.

§. *Illi vero.*

4 Probat hic §. consulentem, vel mandantem percuti clericum excommunicatum esse, acsi ipsum clericum proprijs manibus percussisset, si sequatur percussio, ita Syluest. *verbo excommunicatio* 7. *nu.* 24. Soar. *de censur. disp.* 22. *sect.* 1. *num.* 55 Auil. *eodem tract. par.* 2. *cap.* 5. *disput.* 3. *dub.* 6. Sayr. *eodem tract. d. lib.* 3. *cap.* 15. *nu.* 10. Bonac. *eod. tract. disput.* 2. *q.* 4. *punct.* 3. *num.* 1. Molin. *de Iustit. tom.* 4. *disp.* 52. *num.* 2. Aegid. *de Sacramen. & censur. tom.* 2. *disput.* 15. *num.* 27. *cum seqq.* Farinac. *in praxi crimin. par.* 5. *q.* 129. *num.* 57

5 In glos. [Auctoritate, vel mandato.] ibi (*sed pone, quod mandat, sed ante manuum iniectionem pœnitens, &c.*) Notatur ad hoc, quod incurritur excommunicatio ab eo, qui mandauit percussionem clerici, sed postea pœnitentia ductus reuocauit mandatum, qua reuocatione non manifestata mandatario, adhuc sequutus est mandati effectus, quamuis curauerit reuocationem mandati innotescere mandatario, cui re ipsa non innotuit, ita Molin. *d. disp.* 52. *nu.* 3. Lessius *de instit. lib.* 2. *cap.* 13. *dub.* 3. *num.* 17. quos refert, & sequitur Bonac. *d. punct.* 3. *num.* 2. Carol. de Grassis *de effectibus clericalibus effectu* 9. *nu.* 30. Si vero reuocatio mandati mandatario fiat, & post illam delictum, siue prius mandatum committat, non tenetur mandans, vt per Anton. Gomez *variar. tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 40. Menoch. *de arbitr. casu* 352. *num.* 7. Decian. *in tractatu crimin.*

min. lib. 9. cap. 36. nu. 32. Iacob. Ayrer. *in tract. de homicidio par.* 2. *cap.* 48. latè Farinac. *in praxi crimin. par.* 5. *q.* 135. *num.* 174. *cum seqq. & n.* 175. resoluit mandatum reuocari non solum expressè, sed etiam tacitè, veluti quando mandans contraxit parentellam, vel fecit pacem cum suo inimico, & *num.* 178. tenet quod mandato reuocato, & reuocatione intimata mandatario, mandans amplius non tenetur, etiam quod talis reuocatio non fuerit intimata occidendo.

6 In ead. glos. ibi (*sed pone, quod mandator ante iniectionem manuum moriatur, &c.*) Notatur ad hoc, quod mandans percuti clericum si post mortem ipsius mandantis, is, cui hoc mandatum erat, clericum percusserit, non excommunicatur, vt per Sayr. *de censur. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 12. Azor. *institut. moral. par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 26. *q.* 2. *vers. sed dubiæ quæstionis est*, Carol. de Graffis *de effectib. clerical. effect.* 9. *num.* 40. nam tacitè censetur reuocatum mandatum morte mandantis, vt considerat Farinac. *d. q.* 135. *nu.* 180.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Iniuria facta clerico si per eum remittatur non per hoc censetur remissa ea, quæ fuit facta Ecclesiæ.*
3 *Episcopi attento Concilio Tridentino sess.* 24. *de reform. cap.* 6. *possunt quoscunque sibi subditos absoluere ab excommunicatione propter enormem clerici percussionem, modo delictum sit occultum.*

Cap. Porro. VII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Host. Henric. Butr. Anch. Panor. Felin. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordan. Vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iur. Pontif. pag.* 754. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 270. *& tom.* 4. *repet. super Ius Canonicum ad lib.* 5. *Decretal.* Francisc. Arias, refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 34. *cap.* 9. & est post Concil. Lateranen. *par.* 14. *cap.* 12.

2 *Congruè satisfaciant.* Aduertit Auila *de censur. p.* 2. *cap.* 7. *disp.* 3. *dub.* 11. censeri satisfactum parti læsæ, quando præstatur satisfactio personæ, quæ passa est iniuriam, aut ab ea obtinetur remissio, quamuis sit clericus, nam licèt huius percussio redundet in iniuriam status Ecclesiastici, tamen principaliter tangit infamatum, & minus principaliter bonum publicum, & itá videtur sufficere satisfactio, vel remissio principalis. Verum hanc Auilæ doctrinam meritò improbat Bonac. *de censuris disput.* 2. *q.* 4. *puncto* 5. *num.* 5. existimans etiam necessariam esse Ecclesiæ, & statui Ecclesiastico satisfactionem præstari, quia per remissionem iniuriæ factæ clerico, non censetur remissa ea, quæ fuit facta Ecclesiæ, vt optimè resoluit Farinac. *in praxi crimin. par.* 3. *q.* 105. *num.* 291. quem refert, & sequitur Parens meus *in commentarijs ad Ordinationes Regias Lusitanorum lib.* 1. *tit.* 6. §. 25. *nu.* 10. quam quidem satisfactionem delinquens regulariter exhibebit si absoluenti se ipsum humiliter subijciat, ostendendo se paratum ad acceptandam pœnitentiam, quæ sibi fuerit imposita cum iuramento obediendi Ecclesiæ, nec amplius in futurum percutiendi clericum, &c.

3 *Non conuicti, sed priuatim, &c.* Probat hic tex. secundum omnes in præsenti, quod excommunicatus propter violentam manuum iniectionem in clericum, licet occultus, absoluitur per solum Papam; hodie verò virtute Concil. Triden. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 6. poterunt Episcopi quoscunq; sibi subditos absoluere ab excommunicatione, etiam propter enormem percussionem, modo delictum sit occultum, nec sit deductum ad forum contentiosum, & me citato resoluit Bonac. *d. punct.* 5. *n.* 4. addens prædictum excommunicatum ab Episcopo ex Concil. Triden. priuilegio absolutum, non teneri postea adire Papam, vel Legatum.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Priuilegio Sedis Apostolicæ nulli se tueri possunt quominus vitare debeant excommunicatos.*
3 *Communicatio cum excommunicatis an sit prohibita de Iure diuino, ostenditur.*
4 *Ratio vera decidendi ad hunc text. quæritur, & num.* 5. *&* 6.

Cap. Nulli. VIII.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Marian. Socin. Ximen. Toletan *concord. Vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 271. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 755. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 34. *cap.* 10. & est post Concil. Lateranen. *par.* 14. *cap.* 4.

2 Probat hic tex. nullū se posse priuilegio Apostolicæ Sedis tueri, quominus excommunicatos vitare debeat, itá ex eo colligunt Anton. Ricciul. *de Iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium lib.* 4. *cap.* 42. *num.* 12. *in fin.* Mari. Alter. *de censuris tom.* 1. *de excommunic. lib.* 1. *disp.* 9. *cap.* 1. *vers. & quamuis*, & alij relati *ad cap. cum, & plantare* §. *excommunicatos, supra de priuileg.* cuius est pars, & fragmentum tex. in præsenti, vt aduertit idem Ricciul. *vbi supra num.* 13. Sed quia *in d.* §. *excommunicatos* per summa capita materiam hanc, & illius difficultates pertractaui, nunc verò pro clariori text. explicatione, eius rationem altius inquirendam operæpretium duxi.

3 Quæ igitur fuerit ratio ob quam Pontifex in præ-

præsenti regulam generalem constituit, quod nemini suffragari potest priuilegium Sedis Apostolicæ quominus excommunicatos vitare debeat, disceptatio est inter DD. non contemnenda: quidam enim inquiunt præceptum de vitandis excommunicatis, & interdictis Iuris Diuini esse, iuxta auctoritatem Christi Domini *Mathei* 16. quodcunque ligaueris super terrã, &c. & aliã eiusdem Christi *Mathæi cap.* 18. si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus, iuncto *cap. nemo contemnat*, 11. q. 3. ibi, enim non est homo, qui ligat, sed Christus, &c. Quare cum Pontif. contra legem Diuinam dispensare nequeat ex reg. tex. *in cap. sunt quidam* 25. q. 1. *cap. litteras, de restit. spoliat.* cum similibus, rectè sequitur nullum priuilegium posse suffragari, quominus quis excommunicatos vitare teneatur, atque ità hanc rationem tradit Felin. *in præsenti*, Cosmus, & alij, quorum meminit Couar. *in cap. alma mater par.* 1. §. 1. *num.* 1. *vers. hinc adducitur*, vbi hanc rationem verissimam censet in communicatione in Diuinis, hâc enim Iure Diuino cum excommunicato interdictam esse resoluit, & consequenter infert peccare Pontificem si in Diuinis cum excommunicato communicet, & generaliter præceptum hoc de vitandis excommunicatis non posse in Diuinis relaxari ab ipso Pontifice. Sed neque ratio Felin. neque distinctio Couar. defendi potest, vt optimè aduertit Ricciul. *d. cap.* 42. *num.* 5. nam verius est, quod licet excommunicandi potestas sit Iuris Diuini, iuxta prædictam auctoritatem, quodcunque ligaueris, & *d. cap. nemo contemnat*, atque etiam in lege Diuina veteri, & apud Gentiles aliqua fuerit excommunicationis, qua vtimur, similitudo, & in eum sensum sit accipienda alia auctoritas, sit tibi sicut Ethnicus, & multa similia, quæ adducit Henriq. *in summa lib.* 13. *cap.* 2. §. 4. & post Vgol. plenius Sayr. *de censur. lib.* 1. *cap.* 4. *à princip.* modus tamen, forma, & effectus priuandi hos, vel illos, hac vel illa cõmunione, ab Apostolis incœpit, iuxta cap. *sicut Apostoli* 11. q. 3. & sic ad legem Canonicam humanam pertinet, vnde Ecclesiastica vincula excommunicationem appellat tex. *in d. cap. nemo contemnat*, & notat post Sot. Nauar. & alios, Henriq. *d. cap.* 2. §. 3. *vers. modus*, explicant post alios Sayr. *d. cap.* 4. *num.* 8. Auila *eod. tract. de censur.* 2. *par. cap.* 6. *disp.* 7. *dub.* 1. *concl.* 3. Soar. *d. tom.* 5. *de censur. disp.* 2. *sect.* 1. *num.* 9. deinde quia manifestissimum est ecclesiastica lege varijs in casibus relaxatum esse præceptum hoc de excommunicatis vitandis, de quibus *in cap. quoniam multos*, 11. q. 3. *cap. inter alia*, *cap. responso*, *cap. quod in dubijs*, *cap. cum voluntate, inf. hoc tit.* & generaliter in extrauag. Martini V. *Ad euitanda*, dum generaliter decidit necessarium non esse vitare excommunicatos antequam publicè sine denunciati, refert post Felin. Nauar. *in manuali cap.* 107. *à nu.* 51. latè Gutier. *lib.* 1. *canon. cap.* 1. *à princip.* & alij, de quibus Henriq. *d. lib.* 13. *cap.* 5. §. 1. *ad finem*, & Geued. *ad Decretum* 1. *par. col-*

lect. 19. & passim alij resoluentes concessionem istam procedere, etiam respectu Diuinorum, vt benè contra Couar. ostendit Henriq. *vbi supra lit.* I. confirmans quotidiano exemplo de Ecclesia orante pro excommunicatis in Feria Sexta Parasceuis, & disputat Nauar. *de oratione cap.* 19. *nu.* 71. Quare Abb. in præsenti distinguit inter priuilegia clausa in corpore Iuris, quidicit concedi posse à Summo Pontifice in hac materia, & procedere *d. cap. quoniam multos*, cum similibus, & inter priuilegia specialia, quæ ait sine causa concedi non posse, vt quis excommunicatos vitare non teneatur, & procedere text. *in præsenti*, & *in d.* §. *excommunicatos*, huius differentiæ rationem assignat, quia priuilegia in corpore Iuris clausa, cum per modum legis ferantur, semper ratione nituntur ex reg. *tex. in cap. erit autem*, 4. *distinct.* per contrarium ea, quæ specialiter conceduntur, sunt contra tenorem rationis, iuxta *l. Ius singulare ff. de legibus*, & scandalum generant in mentibus aliorum, & turbant statum vniuersalis Ecclesiæ, quod tolerandum non est, iuxta regulam text. *in cap.* 2. *de præscript.* & *in cap. etsi illa* 1. q. 7. quia sic facilè dirumpitur neruus Ecclesiasticæ disciplinæ, vt ait tex. *in cap. cum inter, de consuetud.*

4 Sed meritò hæc distinctio displicuit Felino, & Vgolin. & alijs supra citatis, & statim referendis, quia quemadmodum Abb. considerat in omni lege rationem prærequiri, ità etiam in omni priuilegio necessariam esse constat iustam causam; deinde quia falsum est vniuersalis Ecclesiæ statum turbari, ex eo, quod in casu particulari, vel huic, aut illi personæ priuilegium concedatur ne excommunicatos vitare teneatur, immò magis turbari videtur, quando Statuto, vel generali lege hoc conceditur, cum magis præceptum ipsum relaxatur, quemadmodum videmus non turbari statum Ecclesiasticum in quacunque alia materia, si iusta dispensatione cum priuilegio Ecclesiastica præcepta relaxentur.

5 Quare intellectus in nostris scholis Conimb. receptissimus ille est, quod non negat tex. hic, *in d.* §. *excommunicatos*, potestatem Summo Pontifici concedendi priuilegium aliquibus, ne teneantur vitare excommunicatos, sed solum huiusmodi priuilegijs se tueri non posse priuilegiatos in genere ex defectu iustæ causæ, vt voluit Io. Andr. & alij communiter teste Vgolin. *d. cap.* 23. qui cum hac ratione tandem videtur remanere, & eam sequuntur alij, quos refert, & sequitur Graffis *d.* 2. *par. lib.* 4. *cap.* 12. *num.* 11. Sed non placet, nam si supponamus Templarios, de quibus hic, & *in d.* §. *excommunicatos*, priuilegium habuisse à Summo Pontifice de excommunicatis non vitandis, non deest causa, & iusta ratio, ex qua priuilegium cohonestari valeat, fauor scilicet religionis, quæ optima est, & cui leges magis deferre solent, vt *in l. sunt*, & *personæ*, *ff. de religiosis*, & *sumptibus funerum*, cum alijs, de quibus nostri *in cap. 1. de re iudicata*. Deinde cum

hoc

hoc præceptum ad solum Ius humanum pertineat, defectus iustæ causæ solum operabitur, vt Principes concedendo peccauerit, non tamen inualidum reddit ipsum priuilegium, sed potius eo iustè vtitur priuilegiatus, ex ijs, quæ in eadem materia priuilegiorum ex communi sententia secundum multos, quos refert, explicat Soar. *de legibus lib.* 8. *cap.* 21. *à num.* 3. & in materia dispensationis idem Soar. *eodem tract. lib.* 6. *cap.* 19. *num.* 6. & latè Sanch. *de Matrim. lib.* 8. *disp.* 8. *à num.* 4.

6 Reiectis igitur his, & alijs vera ratio est, quã sentit Couar. *d. §.* 1. *nu.* 2. scilicet Templarios, de quibus hic, & *in d. §. excommunicatos*, non habuisse priuilegium in specie, ne excommunicatos vitare tenerentur, sed quia erant exempti à potestate Ordinariorum, virtute huius priuilegij, & exemptionis generalis contendebant non teneri vitare excommunicatos, & interdictos ab ipsis Ordinarijs, quod Pontifex meritò reprehendit, quia licet priuilegium generale exemptionis profit exemptis, ne ab Ordinarijs, à quorum iurisdictione exempti sunt, valeant excommunicari, ex resolutis per Sayr. *d. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 36. sicut etiam religiosis prodesse potest priuilegium ne excommunicari valeant iuxta tex. *in cap. ne aliquid, hoc tit. in* 6. minimè tamen ex eo, quod exempti sunt, sequitur non debere vitare alios, qui ab Ordinarijs ritè sunt excommunicati, vt benè notauit Vgol. *tabul.* 1. *cap.* 13. *§.* 8. *de censuris*, quia obligatio eos vitandi non prouenit ex iurisdictione Ordinarij excommunicantis, à qua exempti sunt, sed ex legis dispositione, à qua religiosi nõ eximuntur.

7 In glos. [Visitare.] ibi (*sed nunquid Papa communicando excommunicato incidit in Canonem? dic quod non.*) Sequitur Mari. Alter. *de censuris tom.* 1. *de excommunicat. lib.* 1. *disput.* 11. *cap.* 4. *vers. hinc infertur.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Cõuersi religiosi priuilegio Canonis & fori gaudẽt.*
3 *Dictio, sicut, significat omnimodam similitudinem.*
4 *Monacho facta iniuria censetur etiam facta Abbati, vel Monasterio.*

Cap. Parochianos. IX.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panor. Felin. Mar. Socin. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 271. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 755. refertur ab ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 34. *cap.* 14. & est post Concil. Lateranen. *par.* 14. *cap.* 11.

2 ***Et conuersos.*** Notatur ad hoc, quod Conuersi religiosi priuilegio Canonis gaudent, itaut eos percutientes incurrant illius excommunicationem, vt per Nauar. *in manuali cap.* 22. *num.* 79. Soar. *de censur. disp.* 22. *sect.* 1. *à num.* 19. Nicol Garci. *de benef. par.* 1. *cap.* 4. *num.* 11. Fr. Paulin. Berti Lucens. *in praxi crimin. Regular. tit.* 1. *cap.* 3. *num.* 2. Henriq. *in summa lib.* 13. *de excommun. cap.* 49. *§.* 1. *in comment. lit.* G. Aegid. *de Sacrament. & censur. tom.* 2. *disput.* 14. *num.* 164. & priuilegio fori, ac exemptionis à potestate seculari, & à tributis gaudent, vt per Flores *variar lib.* 2. *q.* 21. *num.* 194. Vide sup. *ad cap. non dubium, num.* 3. *hoc tit.*

3 ***Sicut excommunicatos.*** Notatur ad hoc, quod dictio, sicut, significat omnimodam similitudinem, vt per Tiraquel. *de Iure primog. q.* 40. *num.* 30. Brunor. a Sole *in locis commun. verbo, dictio, num.* 29.

4 In glos. [In monachos.] ibi (*sed nunquam monachus poterit agere ratione iniuriarum.*) Notatur ad hoc, quod monacho facta iniuria, facta etiã censetur Abbati, vel monasterio, & pro ea competit actio Abbati, vel monasterio, vt per Nauar. *commen.* 2. *de regular. num.* 64. Farinac. *in praxi crimin. par.* 3. *q.* 105. *num.* 295. *cum seqq.* Molina *de iustit. tom.* 4. *tract.* 3. *disp.* 2. *num.* 7.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Excommunicato propter enorme crimen ante absolutionem dandum est iuramentum.*
3 *Iuramentum ab excommunicato ante absolutionem exigendum est de parendo mandatis Ecclesiæ, & Iudicis.*
4 *Absolutus sub promissione de parendo mandatis si non paret an maneat excommunicatus ipso Iure, an vero requiratur noua intrusio, remissiue.*

Cap. Ex tenore. X.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostien. Henr. Butr. Anchar. Panor. Marian Socin. Felin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris & legibus Castellæ par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 272. Alagona *in compendio Iuris Canonic. pag.* 755. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 34. *cap.* 15.

2 ***Recepto ab eo iuramento.*** Notatur ad hoc, quod ab excõmunicato propter enorme crimen ante absolutionem exigendum est iuramentum, vt per Henriq. *in summ. lib.* 13. *cap.* 28. *§.* 4. Soar. *tom.* 5. *disput.* 19. *sect.* 2. *num.* 10. Aegid. *de Sacram. & censur. tom.* 2. *disp.* 14. *num.* 204. Sayr. *de censur. lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 31. & 32. Sanch. *in præcepta Decalog. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 17. vbi *n.* 18. cum Couar. *in cap. alma mater par.* 1. *§.* 11. *nu.* 11. resoluit huiusmodi iuramentum exigendum esse, etsi excommunicatus iam parti satisfecerit.

3 In

3 In glos. [Debeat.] Notatur ad hoc, quod iuramentum ab excommunicato ante absolutionem exigendum est de parendo mandatis Ecclesiæ, & Iudicis, cum vtrunque idem sit, vt per Sanch. *d. cap.* 13. *num.* 20. Vnde infero minus benè Vgolinum *de censur. tab.* 1. *cap.* 19. §. 5. *nu.* 2. *& de censur. Bulla Cœnæ Papæ reseruatis par.* 3. *cap.* 2. *verbo nec etiam tunc, in princip. num.* 3. asserere hoc iuramentum esse de parendo mandatis eius, cui extra mortis articulum erat reseruata absolutio: & ideò ait virtute huius iuramenti debere Confessorem iniungere illi, vt si incolumis euaserit, præsentet se ei, eiusq; mandato obediat, & idem Sanch. *num.* 22. asserit, quod vi huius iuramenti non contrahitur noua obligatio seruandi quæcunque Ecclesiæ præcepta, sed illud solum, quod absoluens se iniunxerit. An autem absolutus sub promissione de paren-
4 do mandatis, si non paret, maneat excommunicatus ipso iure, an verò requiratur noua reintrusio, vide Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existen. lib.* 4. *cap.* 66. *nu.* 14. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Excommunicatus ob clerici percussionem si propter capitales inimicitias, aut aliud impedimentum nequeat ad Sedem Apostolicam pro absolutione venire, potest ab Episcopo absolui, &c.*
3 *Inimicitia capitales quæ, remissiuè.*
4 *Impedimentum iustum ne possit peruenire ad Sedem Apostolicam quis dicatur habere, ostenditur.*
5 *Absoluto ratione articuli mortis, aut alicuius impedimenti tenetur Confessarius iniungere, vt cessante morbo, vel impedimento se præsentet superiori.*

Cap. De cœtero. XI.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panormit. Marian. Socin. Felin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ, par.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 272. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 755. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 34. *cap.* 16. & est post Concil. Lateranen. *par.* 14. *cap.* 13.

2 Probat hic text. quod excommunicatus ob clerici percussionem si propter capitales inimicitias, aut aliud legitimum impedimentum, nequeat pro absolutionis beneficio habere recursum ad Sedem Apostolicam, potest ab Episcopo absolui sub debito iuramenti, vt quamcitò poterit, Romanum Pontificem adeat, mandatum Apostolicum recepturus, ita Henriq. *in summa lib.* 6. *de Pœnitentia cap.* 11. *n.* 5. Zambran. *de casibus in articulo mortis cap.* 4. *dub.* 4. *num.* 14. Soar. *tom.* 4. *disp.* 30. *sect.* 3. *num.* 4. Molin. *de iustitia tom.* 4. *tract.* 3. *disp.* 63. *num.* 2. Sayr. *de censuris lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 38. Bonac. *eod. tract. disp.* 2. *q.* 4. *punct.* 5. *num.* 3. *vers. tertius*, Bellet. *disquisit. clerical. par.* 1. *tit. de fauore clericorum Canonis* §. 3. *num.* 12. *&* 18. Sanch. *in præcepta Decal. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 9. Carol. de Grassis *de effectibus clericalibus, effectu* 9. *num.* 158.

3 *Capitales inimicitias.* Quæ sint, tractant DD. quos retuli supra *ad cap. per tuas*, 32. *num.* 7. *de simonia.*

4 *Vel alias iustas excusationes.* Nota quod iustum impedimentum, quoad hoc censetur habere, qui habet curam animarum, si timet eas ob suam absentiam damnum notabile accepturas; vel qui ad Papam pro absolutione proficisci nequit, nisi vxorem, & filios in extrema, vel magna necessitate relinquat, ita Sayr. *d. cap.* 28. *num.* 38. iustum etiam impedimentum habet is, qui ire non potest, licet mittere valeat pro absolutione, ius enim non cogit ad mittendum alium, sed ad eundum per se ipsum, ita Henriq. *d. lib.* 6. *cap.* 9. *nu.* 7. *& lib.* 13. *cap.* 29. *num.* 3. Vgol. *de censuris Pontif. reseruatis par.* 3. *cap.* 2. *verbo, nisi in mortis articulo*, §. 4. *n.* 1. *vers. item habet locum*, *& de censuris tab.* 1. *cap.* 4. §. 5. *num.* 3. *in fine*, Sanch. *d. cap.* 13. *nu.* 41. Bonac. *d. n.* 3. *vers. aduertunt tamen.*

5 In glos. [Susceptururus.] Nota, quod absoluto ratione articuli mortis, aut cuiusuis impedimenti à quacunque excommunicatione, siuè Iuris, siuè hominis reseruata Pontifici, aut cuicunque inferiori, tenetur Confessarius iniungere, vt cessante morbo, vel eo impedimento, se præsentet Superiori, qui extra eum casum de Iure poterat illum absoluere, & hoc se præsentandi onus est sub iuramento imponendum, non vt iterum is ab excommunicatione absoluatur, quia plenè ab illa absolutus est, sed vt superior conuenientem medicinam adhibeat, satisfactionemq; imponat, si imponendam iudicauerit, vide Henriq. *d. lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 6. Soar. *tom.* 4. *disput.* 30. *sect.* 3. *num.* 6. *& tom.* 5. *disp.* 22. *sect.* 1. *num.* 62. Sanch. *d. cap.* 13. *nu.* 24. *cum seqq.* vbi *num.* 29. reijcit limitationem, quam tradunt DD. nempè non esse iniungendum excommunicato huiusmodi onus se præsentandi, si satisfecit parti, aut cum ea se composuit.

Cap. Ad hæc. XII. *Vrb. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panor. Felin. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 2. Viuia. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 273. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 756. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 1. *sub tit. de rescriptis cap.* 8. & est post Concil. Lateranen. sub Alexand. III. *par.* 50. *cap.* 61.

Suffi-

Sufficienti cautione. Quæ autem dicatur sufficiens cautio dixi ad cap. *ex transmissa, in glos. de restitut. spoliat.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Mulieres ob clerici percussionem excommunicatæ ab Episcopo absolui possunt.*
3 *Senes ob clerici percussionem excommunicati possunt ab Episcopo absolui.*
4 *Infirmi, seu valetudinarij ob clerici percussionem excommunicati possunt à suis Episcopis absolui.*
5 *Membris destitutus pro absolutione excommunicationis ob clerici percussionem Sedem Apostolicam adire non tenetur.*
7 *Absoluendus nemo est ab excommunicatione nisi parti læsæ fuerit prius satisfactum.*
8 *Legatus an possit absoluere excommunicatos ob clerici percussionem, remissiuè.*

Cap. Ea nofcitur. XIII. *Clem. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ, par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 274.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 756.* refertur ab Ant. August. *collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. 18. cap. 1.*

2 *Mulieres.* Notatur ad hoc, quod mulieres ob clerici percussionem excommunicatæ, cuiuscunque conditionis sint, ab Episcopo absolui possunt, vt per DD. citatos *ad cap. mulieres 6. supra hoc tit.*

3 *Senes.* Notatur ad hoc, quod senes ob clerici percussionem excommunicati, possunt ab Episcopo absolui, vt per Syluestr. *in summa verbo absolutio 4. n. 3. vers. decimus*, Bellet. *disquisit. clerical. par. 1. tit. de fauore clericorum Canonis §. 3. n. 26.* Sayr. *de censur. lib. 3. cap. 28. num. 25.* vbi ampliat quamuis fortes sint ad ambulandum, Carol. de Grassis *de effectibus clerical. effectu 9. num. 160.*

4 *Et valetudinarij.* Notatur ad hoc, quod infirmi, seu valetudinarij, aut quacunque impotentia impediti, excommunicati ob clerici percussionem, possunt à suis Episcopis absolui, vt per Syluest. *d. verbo absolutio 4. num. 3. vers. nonus*, Thom. Act. *in tract. de infirmit. par. 2. in verbo absolutio nu. 4. & 5.* Carol. de Grassis *d. effectu 9. num. 163.* Bellet. *d. §. 3. num. 25.* Sayr. *d. cap. 28. num. 24.* id intelligentes si sint infirmi incurabiliter, vel periculosè, vel morbo longo, licet temporali, vel podagra, siuè febre quartana.

5 *Seu membrorum, &c.* Membris destitutus pro absolutione excommunicationis ob clerici percussionem Sedem Apostolicam adire non tenetur, sed potest à suo Episcopo absolui, vt per Sayr *d. cap. 28. num. 32.* Bellet. *d. §. 3. num. 32.* Hieron. de Monte *q. 15. num. 6.* Carol. de Grassis *de effectibus clerical. effectu 9. num. 162.*

6 *Siue pauperes.* Id est paupertate grauatus, quòd Romam accedere nō possit, Sayr *d. cap. 28. num. 23.* Bellet. *d. §. 3. num. 24.* id amplians ad pauperem non mendicantem, sed viuentem ex suo artificio, Carol. de Grassis *d. effectu 9. num. 164.*

7 *Satisfacto iuxta facultates, &c.* Notatur ad hoc, quod absoluendus nemo est ab excommunicatione nisi parti læsæ fuerit prius satisfactum, vt per Hostien. *hic num. 1. &* Abb. *num. 4.* Bellet. *disquisit. cleric. par. 1. tit. de fauore clericorum Canonis §. 4. num. 38.* vbi *num. 39.* resoluit quod si absolutio daretur sine satisfactione teneret.

8 *Vel eius Legato.* An, & quando is, qui iniecit manus in clericum possit absolui à Legato, vide Aud. Gambar. *de officio, & potestate Legati de Latere lib. 1. in rubr. quæ sit differentia inter Legatos, num. 1. & lib. 8. in rubr. de potestate Legati in absolutione ab excommunicatione, à num. 1.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 5. à num. 11.* Cened. *ad Decretum collect. 24. num. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Excommunicatus pro violenta manuum iniectione in clericum occulte vitandus est si sit occultus, si vero publicus, publicè.*
3 *Clericum percutiens, qui dimisso habitu ac tonsura clericali se immiscet enormitatibus, non est excommunicatus.*
4 *Excommunicatus nullus hodie per Extrauagan. Ad euitanda, vitari debet, antequam publice sit denunciatus.*

Cap. Cū non ab homine. XIV.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Henr. Butr. Anch. Panor. Felin. Marian. Soc. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 274.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 756.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. 18. cap. 3.* & altera pars huius Decretalis est in *cap. cū non ab homine, supra de iudicijs.*

2 Probat hic text. excommunicatum pro violenta manuum iniectione in clericos occultè vitandum esse si sit occultus, si verò publicus, publicè, vt per Couar. *in cap. alma mater par. 1. §. 2. num. 3.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 32. num. 57.* Henriq. *in summa lib. 13. de excommun. cap. 5. §. 1. in commen. lit. D. & cap. 6. §. 1.* vbi resoluit, quod si ex sola hominis audita Confessione Sacramentali sciat Confessarius

reum esse denunciatum, non debet illum vitare: at verò si extra Confessionem sciret, licet in hac Vrbe ignota esset illa denunciatio, & probari non posset, vitandus est occultè si non sit periculum scandali, vel damni.

3 *Et enormitatibus, &c.* Notatur ad hoc, quod percutiens clericum, qui dimisso habitu, ac tonsura clericali se immiscet enormitatibus, non est excommunicatus, vt per Rolan. *consil.* 4. *num.* 28 *volum.* 1. & alios citatos per Carol. de Grassis *de effectibus clericalibus effectu* 9. *num.* 212. & per Bellet *disquisit. clerical. par.* 1. *tit. de fauore clericorum Canonis* §. 2. *num.* 41. vbi *nu.* 42. refert dici clericum se immiscere in enormitatibus quando facit seditionem, prælia, aggressiones, & huiusmodi in populo, & *nu.* 45. aduertit, quod quamuis clericus se immiscendo in enormitatibus perdat priuilegium Canonis, non tamen perdit priuilegium fori, quia illud est inductum à Iure positiuo, hoc autem à Iure Diuino.

4 In glos. [Denunciatus.] ibi (*& sic quàm cito scio aliquem excommunicatum, statim debeo vitare, quamuis non sit denunciatus.*) Hodie tamen post Extrauag. *Ad euitanda scandala*, nullus, etiamsi specialiter sit excommunicatus, vitari debet antequam sit publicè denunciatus, vt per Couar. *in cap. alma mater par.* 1. §. 2. *num.* 7. Nauar. *in manuali cap.* 27. *num.* 35. *vers. nota primò*, Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 9. Henriq. *lib.* 13. *cap.* 5. *in princip.* Soar. de Pace *tom.* 1. *temp.* 5. *num.* 72. Sayr. *de censur. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 16. Soar. *eod. tract. disput.* 9. *sect.* 2. *num.* 8. vbi respondent argumento, quo motus post Adrian. Felin. & Medin. à communi recessit Vgol. *de censur. tab.* 1. *cap.* 13. §. 7. *num.* 8. ex verbo, generaliter, quo vtitur prædicta Extrauag. aduertit enim, quod licet in principio loquatur de sententia generali, postea tamen loquens de speciali, requirit quod sit denunciata, seù publicata, & ità recepit vsus, & consuetudo, quæ est optima legum interpres, *cap. cum dilectus, de concessione præb. cum similibus.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Excommunicatus per resipiscentiam sine absolutione non restituitur communium precum Ecclesiæ participationi.*
3 *Excommunicatio non tollitur præcisè per emendationem excommunicati.*
4 *Prælati quilibet inferiores Papa tenentur vitare excommunicatos, perinde ac cæteri.*
5 *Episcopus si participet otiosè cum denunciato à se incurrit minorem excommunicationem.*
6 *Excommunicatus, qui per famam à probis sparsam denunciatus dicitur, vitari debet.*
7 *Excommunicatus in dubio quis censendus est.*
8 *Clericus quandocunque fuerit infamatus à populo tenetur innocentiam suam purgare.*
9 *Absolutio necessaria est ab excommunicatione, quæ lata fuit ad tempus tacitum, vel expressum, & absque ea solemni absolutione minimè tollitur excommunicatio.*
10 *Monasterium potest agere pro iniuria facta monacho.*
11 *Iniuria facta clerico censetur etiam facta Episcopo, & Ecclesiæ.*

Cap. Cum desideres. XV.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Hostien. Henr. Butr. Anch. Panor. Felin. Marian. Socin. Casal. *in annot.* Ximen. Toler. *in concord. vtriusque Iuris cum legib. Castellæ par.* 1. *&* 2. Viui. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 275. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 757. refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 18. *cap.* 4.

2 *Quod nisi absolutionis benefic. etc.* Notatur ad hoc, quod per resipiscentiam sine absolutione excommunicatus non restituitur communium precum Ecclesiæ participationi, quamuis iurauerit se Ecclesiæ obtemperaturum & parti satisfacturum, vt per Sot. *in* 4. *dist.* 22. *q.* 1. *art.* 1. Vgolin. *de censuris tab.* 2. *cap.* 6. *num.* 5. Soar. *eod. tract. disp.* 9. *sect.* 3. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 32. *num.* 11. quicquid dicat Couar. *in cap. alma mater par.* 1. §. 6. *num.* 4.
3 nam excommunicatio non tollitur præcisè per emendationem excommunicati, etiamsi parti, ob cuius læsionem fuit excommunicatus, integrè satisfecerit, aut hæc illi omnem iniuriam remiserit, vt per Aegidium *de Sacramen. & censur. tom.* 2. *disput.* 14. *num* 199.

4 *Nec Episcopus, &c.* Notatur ad hoc, quod quilibet Prælati inferiores Papa, ac etiam ipse Episcopus tenetur vitare excommunicatos, perinde ac cæteri, vt per Abb. *hic num.* 2. Anchar. *nu.* 6. Socin. *nu.* 3. *&* 4. Soar. *d. tom.* 5. *disp.* 15. *sect.* 7. *sub nu.* 4. *vers. quod adeo verum*, Valer. Reginal. *in praxi fori pœniten. lib.* 32. *cap.* 64. Anton. Ricciul. *de iure person. extra gremium Ecclesiæ existen. lib.* 4. *cap.* 44. *num.* 8. si enim Episcopus parti-
5 cipet otiosè cum denunciato à se incurrit minorem excommunicationem, vt per Couar. *in cap. alma mater par.* 1. §. 2. *num.* 2. *&* §. 3. *num.* 5. Henriq. *in summa lib.* 13. *de excommunicatione cap.* 3. §. 4. *lit. N.*

6 *Quod si publica fama, &c.* Notatur ad hoc, quod etiam illi, qui promulgationem denunciationis non audierunt, eum vitare debent, qui per famam à probis sparsam denũciatus dicitur, vt per Cou. *d.* §. 2. *n.* 4. Henriq. *d. lib.* 13. *c.* 6. §. 2. vide dicta *ad c. illud, de clerico excom. minist.* & idẽ Henriq. *d. loco in commen. lit. H.* cum eod. Couar. asserit illum, qui probatur scientiam ex fama, & participauit, non damnari in foro exteriori ad pœnas Iure latas contra participantes, quia audire famam non est scire,

additq;

additque minimè in Conſcientia teneri, ſi illam depoſuit, aut à paucis, præſertim aduerſarijs, auiuit.

7 *Nec alius communicare, &c.* Notatur ad hoc, quod in dubio cenſendus eſt quiſpiam excommunicatus, vt per Sylueſt. *verbo abſolutio* 3. *num.* 14. *dubio* 10. Cordub. *in ſuo quaeſtionar. lib.* 3. *q.* 6. *col.* 2. *verſ. quarto probatur*, Salas 1. 2. *q.* 21. *tract.* 8. *diſp. vnic. ſect.* 5. *nu.* 60. *in ſolut. ad* 4. Et in vtroque foro admittunt, quando non agitur ad pœnam pro delicto infligendam, ſed ſolum vt ſe abſtineat ab omnibus, quæ Iure excommunicatis interdicuntur, vt per Vgol. *de cenſur. tab.* 1. *cap.* 14. *in princip. nu.* 11. & 14. Vega *tom.* 2. *ſummæ cap.* 15. *caſu* 28. Deinde alij tenent hoc procedere in dubio facti, reſoluentes in dubio Iuris hunc non cenſeri excommunicatum, ex quorum numero ſunt Azor *inſtit. moral. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 19. *q.* 10. *in fine*, & *q.* 11. Sayr *in claui Regia lib.* 1. *cap.* 13. *nu.* 23. & 24. Denique in vtroque dubio, & in vtroque foro hunc cenſeri excommunicatum tuetur Vaſquez 1. 2. *q.* 19. *art.* 6. *diſp.* 65. *nu.* 9. & 13. & *diſp.* 66. *cap.* 1.

8 *Se purgauerit.* Notatur ad hoc, quod clericus, quandocunq; fuerit infamatus à populo, tenetur innocentiam ſuam purgare, vt per Duen. *reg.* 299. *limit.* 6.

9 *Niſi forma Eccleſiæ, &c.* Notatur ad hoc, quod abſolutio neceſſaria eſt ab excommunicatione, quæ lata fuit ad tempus tacitum, vel expreſſum, & abſque ea ſolemni abſolutione minime tollitur excommunicatio, vt per Couar. *in cap. alma mater par.* 1. §. 11. *num.* 5. Galleſ. *de obligat. Camer. q.* 37. *num.* 18. Anton. Ricciul. *de Iure perſon. extra gremium Eccleſiæ exiſtentium lib.* 4. *cap.* 65. *nu.* 7. *vbi numeris ſeqq.* ampliat, etiamſi excommunicator, vel excommunicatus ſint mortui, & etiamſi excommunicator velit excommunicatum haberi pro abſoluto. Vtrum autem idem ſit dicendum, quando excommunicatio fuerit lata ſub hoc modo (donec, & quouſque ſatisfecerit) adhuc enim in hoc caſu ſequuta ſatisfactione requiri abſolutionem, alias remanere excommunicationem, tenent gloſ. *verbo donec in clemen.* 1. *de decimis* gloſ. eodem verbo *in clemen. præſenti, de cenſibus*, & plures DD. quos referunt, & ſequuntur Soar. *tom.* 5. *diſp.* 7. *ſect.* 1. *num.* 11. Marc. Alter. *de cenſur. lib.* 4. *diſp.* 1. *pag.* 381. Ricciul. *d. cap.* 65. *num.* 25. quicquid contrarium teneant *gloſ. verbo donec in cap. vlt. de Matrimon. contracto contra interdictum Eccleſiæ*, Alciat. *in cap.* 1. *n.* 6. *de iudicijs*, & Couar. *d. n.* 5. *in fine*, & *num.* 6.

10 *Eccleſia tamen, quā offendit, &c.* Notatur ad hoc, quod monaſterium poteſt agere pro iniuria facta monacho, vt per Farinac. *conſ.* 30. *num.* 27. & ibi Centol. *lit. F.* & *in praxi criminal. par.* 3. *q.* 105. *num.* 295. *cum ſeqq.* Molin. 11 *de iuſtit. tract.* 3. *diſp.* 2. *num.* 7. Et facta iniuria clerico cenſetur etiam facta Epiſcopo, & Eccleſiæ, & per remiſſionem iniuriæ factam ab ipſo clerico non cenſetur remiſſa ea, quæ fuit facta Eccleſiæ, Azeued. *l.* 2. *num.* 153. *tit.* 10. *lib.* 8. *noua recopil.* Farinac. *d. q.* 105. *nu.* 291. & *ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Maſculi antiquitus canebant cum fœminis in choro.*
3 *Monacha rixoſa poteſt expelli.*

Cap. Veniens. XVI.

1 Super hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hoſtien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 276. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 757. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 18. *cap.* 5.

2 *Quadam monialis Eccleſiam ingrediens, &c.* Nam antiquitus maſculi canebant cum fœminis in choro, vt per hunc text. aduertit Steph. Gratian. *diſcept. foren. cap.* 270. *num.* 58.

3 *Coegit eandem, &c.* Notatur ad hoc, quod monacha rixoſa poteſt expelli, vt per Greg *l.* 14. *verbo brauo, tit.* 10. *partit.* 5. Et notatur etiam ad hoc, quod offendens clericum turbantem in actu Diuina Officia, non eſt excommunicatus, quia is talis non facit ſuadente diabolo, vt per Marian. Soc. *in cap. peruenit, num.* 338. *hoc tit.* Decian. *tractat. crimin. lib.* 6. *cap.* 36. *num.* 6. & plures, quos refert, & ſequitur Carol. de Graſſis *de effectibus clericalibus effectu* 9. *num.* 285.

4 Notatur etiam ad hoc, quod eodem tempore cenſura lata in eum valebit, qui in Eccleſia, dum Diuina celebrantur, obſtrepit, atque admonitus non acquieuit, vt per Fr. Emman. *quaeſt. Regul. tom.* 2. *q.* 59. *art.* 2. Indigniſſimum enim facinus eſt quoquomodo cor ciorem, comprecationem, Sacrificium, vel Sacramenti adminiſtrationem perturbare, vt multis Sanctorum Patrum auctoritatibus probat Giſbert. Scheuickau. *de Eccleſiaſticorum vita lib.* 2. *cap.* 44. & vide dicta *ad cap.* 1. *de vita & honeſt. cleric.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Excommunicatus ob leuem percuſſionem clerici ab Epiſcopo abſolui poteſt.*
3 *Iniuria leuis iudicanda eſt arbitrio Epiſcopi.*
4 *Percuſſio leuis quæ dicatur, oſtenditur.*

Cap. Peruenit. XVII.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anch. Panor. Felin. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 276. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 757. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 18. *cap.* 6.

2 Probat hic text. excommunicatum ob leuem clerici percussionem ab Episcopo absolui posse, vt per Viui. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *titul.* 12. *num.* 20. *vers. sed ante, pag.* 196. Gutier. *canonicar. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 11. *cum seqq.* Ioan. Garc. *de nobilit. glos.* 9. *nu.* 40. *cum seqq.* Bellet. *disquisit. clerical. par.* 1. *tit. de fauore clericorum Canon.* §. 5. *num.* 33. optimè Sayr. *de censur. lib.* 3. *cap.* 28. *à princip.* Bonac. *eodem tract. disp.* 2. *quæst.* 4. *punct.* 5. *num.* 2. Carol. de Grassis *de effectibus clerical. effectu* 9. *num.* 173.

3 *Tuæ fratern. arbitrio, &c.* Notatur ad hoc, quod leuis iniuria iudicanda est arbitrio Episcopi, qui ex circunstantijs personarum, locorum, temporum, modi percussionis, & læsionis arbitrari poterit, vt aduertunt Bellet. *d.* §. 3. *num.* 34. Sayr. *d. cap.* 38. *num.* 5.
4 addens communiter leuem censeri percussionem, quæ fit à Magistro, Prælato, Patre, Domino, in discipulum, clericum, filium, aut seruum: vnde Bonac. *d. num.* 4. leuem percussionem regulariter credit esse illam, quæ fit pugno, palma, manu, pede, digito, baculo, vel lapide, quæ nullam carnium maculam reliquit, vel quæ fit absque scissione membri, sine fractione dentis, sine euulsione multorum capillorum, & sine effusione multi sanguinis, nisi ratione loci, vel personæ possit hæc leuis percussio censeri grauiter iniuriosa, veluti si quis manum iniiciat in faciem alicuius grauis personæ, impingendo alapam, aut si in platea, vel coram populi frequentia percutiat.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Clericus scienter, & sponte admittens excommunicatos à Papa ad Diuina cum eis in ijs communicando, est excommunicatus excommunicatione Papæ reseruata.*

Cap. Significauit. XVIII.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusque Iur. cum legibus Castellæ par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 277. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 758. refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 18. *cap.* 7.

2 Probat hic text. quod clericus scienter, & sponte admittens excommunicatos à Papa ad Diuina (Officia scilicet, vel Sacramenta) in ijs cum eis communicando, est excommunicatus excommunicatione Papæ reseruata, vt per Cou. *in cap. alma par.* 1. §. 3. *nu.* 4 Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 6. *q.* 29. *num.* 5. Clar. *lib.* 5. §. *fin. q.* 77. *num.* 18. Sayr. *de censur. lib.* 3. *cap.* 29. *nu.* 5. & 6. Soar. *eod. tract. tom.* 5. *disp.* 22. *sect.* 2. *nu.* 22. nouissimè Iul. Lauor. *de Indulgent. par.* 2. *cap.* 21. *num.* 13. optimè Aegid. *de Coninck de Sacramentis, & censur. tom.* 2. *disp.* 14. *num.* 33. & *n.* 136. Valer. Reginal. *in praxi fori pœniten. lib.* 32. *n.* 94. quamuis Papa non exprimat extendi ad participantes, vt per Henriq. *in summa par.* 2. *lib.* 13. *de excommunic. cap.* 8. §. 2. quinque requirentes ad hoc, vt subeatur prædicta excommunicatio, primum, vt participantes sint clerici: secundum, vt scienter: tertium, vt sponte: quartum, vt in Diuinis participent: quintum, vt cum excommunicatis à Papa.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc text. scribentes.*
2 *Incendiarij excommunicati, & publicati non nisi à Papa absolui possunt.*
3 *Absoluendi potestas cum potestate ligandi non semper coniuncta est.*
4 *Incendiarij Ecclesiarum, seu aliorum locorum religiosorum ipso iure sunt excommunicati.*

Cap. Tua nos. XIX.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr Host. Butr. Anchar. Panor. Felin. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ, part.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pont. pag.* 277. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 758. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 18. *cap.* 8.

2 Probat hic text. incendiarios excommunicatos, & publicatos non nisi à Papa absolui posse, vt per Clar. *lib.* 5. §. *fin. q.* 77. *num.* 19. Farinac. *in praxi crimin. par.* 3. *q.* 110. *nu.* 15. Iul. Lauor. *de Indulgent. par.* 2. *cap.* 21. *num.* 8. Soar. *de censuris tom.* 5. *disp.* 22. *sect.* 2. *num.* 15. latè Sayr. *eod. tract. de censur. lib.* 3. *cap.* 29. *num.* 7. *cum seqq.* vbi *num.* 8. resoluit, quod mulier incendiaria semel denunciata excommunicata, à solo Papa absolui potest, & *num.* 10. quod incendiarij Ecclesiarum denunciati, à Legato Latere regulariter absolui nequeunt, & *num.* 12. quod incendiarij, vt à solo Papa absoluantur, in speciali nomine expresso denuntiari debent, nec sufficit denunciatio generalis.

3 *Ex quo sunt per Ecclesiæ, &c.*

Ergo

Ergo licet potestas absoluendi sit semper coniuncta eum potestate ligandi, non sequitur aliquem in omni casu posse absoluere, in quo potest ligare, vt patet hic in incendiario ab Ordinario nominatim excommunicato, quia à solo Papa absolui potest, vt per Aegidium *de Sacramen. & censur. tom. 2. disp. 13. num. 37. in princ.*

4 In glos. [Publicati.] ibi] (*de incendiarijs Ecclesiarum, &c*) Notatur ad hoc, quod incendiarij Ecclesiarum, seu aliorum locorum religiosorum ipso iure excommunicati sunt, alij verò incendiarij aliorum locorum non ipso iure excommunicati, sed excommunicandi veniunt, vt per Nauar. *in manu. cap. 17. nu. 100.* Salzed. *ad Bernard. cap. 108. in nouiss. impress.* Farinac. *d. q. 110. n. 15.* Et quod consuetudine receptum sit, vt ipso facto excommunicatione censeantur affecti, resoluit Azor *institut. moral. par. 1. lib. 9. cap. 27. q. 11.* quamuis incendiarios tam Ecclesiæ, & loci Sacri, ac religiosi, quàm profani non esse ipso iure excommunicatos asserat Sayr. *d. cap. 29. num. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Legatus de Latere potest absoluere ab excommunicatione, quam quis côtraxit ob violentam manuum iniectionem in clericum, quamuis atrox sit iniuria.*
3 *Legatus de Latere à quibusuis excommunicationibus Papæ reseruatis absoluere potest, nisi dicatur quod à nullo alio, nisi à Papa possit absolui.*

Cap. Ad eminentiam. XX.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. And. Hostien. Butr. Anch. Panor. Felin. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordan. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 277.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 758.* referrur ab Anton. Aug. *collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. 18. cap. 9.*

2 Probat hic text. Legatum de Latere posse absoluere ab excommunicatione, quam quis contraxit, eo quod violentas manus in clericum iniecerit, vt per Azor *institut. moral. par. 2. lib. 5. cap. 32. q. 6.* vbi ampliat, quamuis atrox sit iniuria, vel læsio enormis, veluti, quæ sit in loco publico, vel quæ lædit Abbatem, aut Episcopum, aut cum cæde clerici, vel magna sanguinis effusione.

3 *Vt eos habeas, &c.* Notatur ad hoc, quod Legatus potest absoluere à quibuslibet excommunicationibus Papæ reseruatis, nisi fuerit excommunicatio ita Papæ reseruata, vt in ipsa Constitutione expressè dicatur, vt à nullo alio, nisi à Papa possit absolui, ita Gondis. à Villadiego *in tract. de Legatis q. 13.* Gambar. *in tract. de officio & potest. Legati à Latere lib. 8. §. 3. num. 1. & seq.* quos refert, & sequitur Carol. de Grassis *de effectibus clericalib. effectu 9. num. 185.* Azor *d. q. 6. versicu. Legatus.* Quamuis huiusmodi Legatum absoluere non posse ab alia excommunicatione, cuius absolutio Papæ reseruata est, quàm ab incursa ob clerici percussionem, resoluat Sayr *de censur. lib. 2. cap. 14. nume 10. cum seq.*

4 *Qui à Latere Romani Pont. &c.* Qui sint ostendit Sayr *d. cap. 14. num. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Excommunicatio generalis non ligat nisi subditos proferentis.*
3 *Parochus existens extra diœcesim potest excommunicari ab Episcopo propter non residentiam.*
4 *Extraneus non ligatur censuris latis à superiore loci, in quo pro breui tempore reperitur si lata sint per modum sententiæ.*
5 *Ius commune adiuuare statuendo potest Episcopus.*
6 *Excommunicare, aut suspendere se ipsum, aut superiorem propria auctoritate directè nemo potest.*
7 *Dispositio vniuersalis nõ restringitur ad ea, quæ sunt disponenti impossibilia.*
8 *Statutum domicilij an liget subditos extra territorium delinquentes, ostenditur, & num. 11.*
9 *Excommunicatus nominatim qui dicatur ostenditur.*
10 *Ignorantia an excuset ab excommunicatione.*
12 *Excommunicatio lata ab homine moritur eo mortuo, vel ablato illo ab officio, qui eam tulit.*

j. Cap. A nobis. XXI.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Host. Henric. Butr. Anch. Panor. Mar. Socin. Felin. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusque Iuris cum legib. Castellæ p. 1. & 2.* Viu. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. p. 278.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 758.* refertur ab Anton. August. *collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. 18. cap. 10.*

2 Probat hic tex. generalem excommunicationem non ligare nisi subditos proferentis, vt per Perez *l. 1. glos. 3. pag. 172. tit. 5. lib. 8. Ordin.* Azeued. *l. 1. num. 105. tit. 4. lib. 8. noua recopil.* Bonac. *de censur. disp. 1. quæst. 1. punct. 11. à princip.* vbi *num. 13.* resoluit subditum, qui mutato domicilio furatur extra diœcesim non incurrere censuras latas ab Episcopo diœcesis per modum statuti contra furantes, vel committentes in futurum aliud delictum, & *num. 14.* quod committens furtum extra territorium sui superioris ligatur censuris ab eo superiore latis per modum sententiæ contra furantes, ex differentia inter excommunicationem latam per modum statuti, & per modum sententiæ, quia statutum respicit territorium, seu personas subditas existentes in territorio superioris, sententia verò respicit personam, vt illius contumacia coerceatur, & puniatur, nam extra territorium

Ius dicenti non paretur impune, idest, nulla pœna imponitur non obedienti proprio superiori extra ipsius iurisdictionem, quando scilicet censura lata est per statutum *l. fin. ff. de iurisdict. omnium Iudicum*, Couar. *in cap. alma mater par. 1. §. 10. num. 3.* Soar. *de censur. disp. 5. sect. 4. num. 4.* Salas *de legibus disp. 14. sect. 5. num. 60.* modo re vera existant extra territorium, & simul etiam res, circa quam ipsi delinquunt, sit extra territorium, vt cum supra citatis aduertit Bonac. *d. punct. 11. num. 6. in fine*, & Aegid. *de Sacramen. & censur. tom. 2. disp. 13. num. 61.* Hinc sequitur clericum parochum existentem extra diœcesim posse à proprio Episcopo excommunicari, etiam per statutum, quando non reddit, quamuis enim ipse sit extra diœcesim, tamen actum non residendi consumat in diœcesi, & censetur peccare in illa; prout etiam dicendum videtur in clericis vocatis à proprio Episcopo ad Synodum sub censura, possunt enim ea ligari, quamuis tempore Synodi sint extra diœcesim, vt per Soar. *d. sect. 4. num. 8.* Syluest. *verbo excommunicatio 2. num. 8.* Sayr. *de censur. lib. 1. cap. 7. num. 10.* Bonac. *d. punct. 11. num. 7.* Auila *de censur. par. 2. cap. 3. disp. 2. dub. 2. concl. 3.*

4 Hinc etiam infertur extraneum non ligari censuris latis à superiore loci, in quo pro breui tempore reperitur, si latæ sint per modum sententiæ, quia sententia loquitur incontinenti, & directè fertur in personas subditas re, aut spe, idest, in eos, qui tunc subditi, vel qui nascentur, vel eò transferent domicilium, vt per Sayr. *de censur. lib. 1. cap. 7. nu. 22.* Auila *d. dub. 2. in fin.* Aegid. *d. disp. 13. nu. 58.* Nec obstat, quod eo ipso, quod quis cõmittit aliquod delictum in territorio legem ferentis, etiamsi sit extraneus, ratione delicti eius fori esse censetur *cap. vlt. de foro competenti*, Sayr. *d. cap. 7. nu. 9.* Aegid. *d. disp. 13. nu. 56.* Respondetur enim ad incurrendam censuram prærequiri, vt faciens contra præceptum continens censuram, esset antea subditus, censura enim non fertur nisi in subditos, extraneus autem non erat subditus superiori loci, cuius præceptum non obseruauit, consequenter non ligatur censuris latis à superiore illius loci, ita ex Soar. respondet Bonac. *d. punct. 11. nu. 20. vers. respondeo.*

5 *Quisquis furtum fecerit, &c.* Ergo potest Episcopus statuendo adiuuare Ius commune, apponendo scilicet pœnam, vbi Ius non imponit, vel aggrauando pœnam à Iure impositam, vt per Duen. *reg. 251. in princip.*

6 *Non nisi subditi, &c.* Ergo nemo potest directè excommunicare, suspendere, vel interdicere se ipsum, aut superiorem propria auctoritate, vt per Henriq. *in summa lib. 13. de excomm. cap. 25. §. 3.*

7 *Hac generalis clausula, &c.* Notatur ad hoc, quod dispositio vniuersalis non extenditur ad ea, quæ sunt disponenti impossibilia, vt per Tiraq. *de iure primog. q. 55. num. 1.* Surd. *decis. 233. nu. 13.*

8 *Nisi forte plus, &c.* Ergo generalis sententia ligabit non subditos si Iudex id expresserit, vnde colligunt Doctores statutum domicilij ligare subditos extra territorium delinquentes, vt in præsenti notat Innoc. *post princip.* & resoluit Bartol. *in l. cunctos, nu. 47. C. de summa Trinit.* quo loco ait, quod si statutum subditos extra territorium delinquentes non expresserit ex defectu intentionis non ligabuntur; si vero statutum expresse habeat, vt subditi alibi delinquentes obligentur, tunc secundum tale statutum in foro domicilij poterunt iudicari, & hanc Bart. sententiam probat Socin. *in cap. postulasti nu. 16. de foro compet. & in cons. 302. nu. 4. in fine lib. 2.* Alexand. *cons. 111. nu. 1. lib. 1.* vbi testatur esse communem, Boss. qui plures refert, *tit. de pœnis nu. 19.* Alciat. *in d. l. cunctos nu. 21.* Clar. *in pract. q. 85. nu. 4.* Contrarium tamen, quod immo statutum nunquam obliget delinquentes extra territorium etiamsi id expresserit, probauit glos. celebris ab omnibus recepta *verbo omnimodam in Clem. vni. ad fin. de foro compet.* testatur communem Felin. *hic num. 6.* quamuis incaute confundat sententiam Abb. cum sententia Bart. quæ sunt in opposito contrarie, idẽ contra Bart. probãt Roch. *de consuet. sect. 9. num. 27.* & Doctores, quos refert Grammat. *decis. 26. num. 6.* asserentes Iudicem non posse cognoscere de delicto extra suum territorium perpatrato ob defectum potestatis, qui quidem Doctores citati à Grammatico necessariò sunt intelligendi quando delictum solo statuto domicilij punitur, non vero Iure communi, nam de illo cognoscit etiam Iudex domicilij *ex l. 1. C. vbi de crimine*, sicut etiam cognoscit de crimine prohibito in loco delicti, si in foro domicilij accusetur, *ex d. l. 1.* vnde prædicti Auctores apertè confirmant hanc contrariam sententiam cõtra Bart. prout etiam multi relati à Sylu. *cons. 103. nu. 1.* & Menoch. *cons. 2. num. 103.* qui communem fatentur. Qua retenta opinione non obstat tex. in præsenti, non agit enim de proprijs subditis in alieno territorio delinquentibus, sed de subditis alienis, qui in loco generalis sententiæ aduersus eam delinquunt, quo casu sententia non ligantur, nisi expressam de ipsis mentionem faciat ex defectu intentionis, quoniam generalis sententia plerumque de his fertur, quæ ad proprios subditos tantum pertinent.

9 In glos. [Quisquis.] ibi (*omnes nominatim intelliguntur excommunicati, &c.*) Immo potius dicitur ille nominatim excommunicatus, qui notatur censura expresso nomine proprio, aut aliquot appositis signis, quæ certè, & absque vllo dubio eum, qui excommunicatur, significent, & demonstrent; vt per Couar. *in cap. alma par. 1. §. 2. num. 8.*

10 In glos. [Non nisi, pen.] ibi (*dicas quod benè*

sunt

sunt excommunicati, &c.) Notatur ad hoc, quod efficiens actum sub excommunicatione interdictum lege aliqua noua, qui antiquiori Iure positiuo, aut Diuino, naturali prohibitus erat, ignarus legis nouæ, at conscius illins prohibitionis antiquæ, incurrit illam excommunicationem lege noua latam, siuè ea lata sit Iure communi, siuè Episcopi Constitutione, vt per Couar. *in cap. alma par.* 1. §. 10. *à num.* 9. Sed probabilius est eum ignorantiam excusare ab excommunicatione, prout tenent Clar. *lib.* 5. §. *fin. q.* 83. *vers. secundus est casus*, Iacob. de Graf. *in decis. aureis par.* 1. *lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 21. Fr. Emman. *in summa tom.* 1. *cap.* 77. *num.* 3. Henriq. *in summa lib.* 13. *cap.* 23. §. 2. & plures alij, quos refert, & sequitur Sanch. *de Matrim. lib.* 9. *disp.* 32. *nu.* 9.

11 In ead. glos. ibi *(comprehendit tantum subditos, &c.)* Ex hac glos. iuncto tex. colligit Abb. Panorm. hic *nu.* 9. statutum ligare alienos subditos, qui in loco statuti deliquerunt, quoniam ratione delicti sortitur quis forum non solum vt ibidem iudicetur, sed etiam vt legibus & pœnis illius loci subijciatur, idem colligit Cardin. Zabarel. hic *num.* 2. Anchar. & Felin. *nu.* 5. Bart. communiter receptus *in l. cunctos num.* 21. *C. de summa Trinit.* quamuis longa vtatur distinctione, cuius sententiam ab omnibus recipi testatur ibidem Iaf. *lect.* 1. & 2. *num.* 67. Alex. *nu.* 17. Panorm. *in cap. vlt. de foro comp. num.* 24. & Felin. *num.* 12. Bofs. *in pract. tit. de pœnis num.* 18. refert plures Gramat. *decis.* 26. Menoch. *consil.* 2. *num.* 130. Vide tamen quæ *supra n.* 8.

12 In ead. glos. ibi *(non durat vltra, &c.)* Notatur ad hoc, quod sententia, qua excommunicantur omnes furtum committentes, perit proferentis morte, quia excommunicatio lata ab homine, moritur eo mortuo, vel illo ablato ab officio, qui eam tulit, de quo vide Nauar. *in cap. placuit de Pœniten. distinct.* 6. *num.* 161. Couar. *in cap. cum in officijs num.* 8. *de testamen.* D. Barbos. *in l. diuortio* §. *quod in anno, num.* 20. *ff. soluto Matrimon.* Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap.* 15. *num.* 37. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *q.* 60. *art.* 1. Sanch. *de Matrimon. lib.* 8. *cap.* 28. *nu.* 74.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Excommunicatum ob Ecclesiæ fractionem cum spoliatione post denunciationem solus Papa absoluit.*
3 *Ecclesiarum nomine quæ veniant, ostenditur.*
4 *Inuasores rerum sacrarum, quæ in dominio sunt Ecclesiæ, siue sint mobiles, siue immobiles, sacrilegi sunt.*
5 *Verba, excommunicatos nuncietis, important hic excommunicationem latam.*
6 *Ecclesia potest violentos laicos rerum Ecclesiasticarum occupatores, seu inuasores coercere.*

Cap. Conquesti XXII.
Cælest. iij.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panor. Felin. Marian. Socin. Ximē. Toletan. *in concordant. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ, par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 278. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 750. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 18. *cap.* 11.

2 Probat hic tex. excommunicatos ob Ecclesiæ fractionem cum spoliatione post denunciationem à solo Papa absolui, vt per *Clar. lib.* 5. §. *fin. q.* 77. *num.* 20. Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 2. *q.* 38. *art.* 2. & *q.* 50. *art.* 2. Azor. *instit. moral. par.* 1. *lib.* 9. *cap.* 27. *q.* 12. Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib.* 19. *num.* 6. Nauar. *in manuali cap.* 27. *num.* 94. *vers. octaua*, & notissimè Iul. Lauor. *de Iubilæo, & indulgent. par.* 2. *cap.* 21. *n.* 9. Salz. *ad Bernard. cap.* 90. *in addit. lit. D. in nouiss. impress.* Soar. *tom.* 5. *disp.* 22. *sect.* 2. *à n.* 4. latè, & eleganter Sayr. *de censur. lib.* 3. *cap.* 29. *num.* 13. *cum multis seqq.* aduertens non concurrentibus his duobus, scilicet spoliatione violenta, & effractione, nullam excommunicationem incurri per *cap. vlt. de furtis*, addentes etiam huiusmodi frangentes, & spoliantes ante denunciationem Episcopum posse absoluere, dummodo satisfacere velint iniuriam passis, post denũciationem verò ipso iure excommunicationem incurrere.

3 *Quasdam Ecclesias.* Ecclesiarum nomine veniũt etiā monasteria, hospitalia, & alia loca pia, vt resoluit Sayr. *d. cap.* 29. *num.* 17. & venire Sacristiam, si ipsa sit coniuncta Ecclesiæ, tenent Soar. *tom.* 5. *disp.* 22. *sect.* 2. *num.* 11. & Valer. Regin. *d. num.* 60. De Ecclesia in genere, & quotuplex sit multa eleganter tradit D. Io. Anton. Massob. *in sua praxi habendi concursum ad vacantes parochiales Ecclesias prælud.* 1.

4 *Memoratos sacrilegos.* Ergo inuasores rerũ sacrarum, quæ in dominio sunt Ecclesiæ, siue sint mobiles, siue immobiles, sacrilegi sunt, vt per Decian. *in tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 30. *in princip. & n.* 18. & 20. *cum seqq.* Petr. Greg. *syntagmatum Iuris, lib.* 33. *cap.* 18. *num.* 2. Card. Tusch. *tom.* 7. *lit. S, concl.* 6. *num.* 4

5 *Excommunicatos nuncietis.* Quamuis hęc verba indicent actionem per hominem exercendam, in rigore tamen important excommunicationem latam, Sayr. *d. cap.* 29. *num.* 14. & post illum aduertit Valer. Reginal. *d. num.* 60. *in princip.* vbi etiam resoluit ad id necessarium non esse, vt Ecclesia spolietur omnibus bonis, quæ in ea sunt, vel vt confractio plenè enormis sit, sed sufficit quælibet rapina, vel furtum graue, & quæuis violenta apertio Ecclesiæ facta, siue rũpendo

pendo murum, siue feras confringendo, siue suffodiendo parietem, fenestram vitriam frangendo, vel tectum perforando.

6 *Et faciatis sicut excommunic. etc.* Notatur ad hoc, quod Ecclesia potest violentos laicos rerum ecclesiasticarum occupatores, seu inuasores coercere, vt per Decian. *d. lib. 6. cap. 36. in princip.* Bernard. *in pract. d. cap. 90. num. 1.* vbi Salzed *lit. A. vers. apud Hispanos,* Soar. de Pace *in pract. tom. 1. prælud. 2. n. 19.* Card. Tusch. *tom. 4. lit. I. concl. 445. num. 29. & concl. 446. num. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc text. scribentes.*

2 *Clericus demisso habitu, & tonsura clericali in enormitatibus se immiscens priuilegium Canonis amittit, non autem priuilegium fori.*

3. *Priuilegium Canonis quare facilius perdatur, quàm priuilegium fori, ostenditur.*

Cap. Perpendimus. XXIII.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Host. Henr. Butr. Anchar. Panor. Felin. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 4.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 278.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 759.* refertur ab Anton. August. *collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. 8. cap. 12.*

2 Probat hic tex. clericum demisso habitu, & tonsura clericali in enormitatibus se intromiscentem, priuilegiu n Canonis amittere, vt per Clar. *lib. 5. §. fin. q. 36. num. 23.* Fichar. *tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 6. num 13. vers. Clericus non coniugatus, pag. 172.* latè Carol. de Grassis *de effectibus clerical. effectu 9. num. 312.* Tiraquel. *de pœnis temper. causa 49. num. 36. & 37.* Sayr. *de censur. lib. 3. cap. 27. num. 9. & 10.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib 1. q. 95.* Bellet. *disquisit. clerical. par. 1. tit. de fauore clericorum Canonis, §. 2. num. 41.* vbi *num. 42.* asserit tunc dici clericum se intromiscere in enormitatibus, quando facit seditionem, prælia, aggressiones, & huiusmodi in populo, & *num. 43.* aduertit, quod licet clericus se immiscendo in enormitatibus perdat priuilegium Canonis, non tamen perdit priuilegiū fori: quare hunc tex. non loqui de priuilegio fori meritò asserit Moden. *de iurisdict. par. 4. casu 135. num 5.*

3 Ratio autem quare facilius perdatur priuilegium Canonis, quàm priuilegium fori ea est, quia illud indultum est à Iure positiuo, hoc autem à Iure Diuino, *cap. quamquam de censibus in 6. glos. penult. in cap. si Imperator. 96. dist. nec.* Zabarel. *hic in princip.* Roland. *cons. 4. n. 30. vol. 1.* Socin. *cons. 12. num. 20. vol. 1.* quos refert, & sequitur Bellet. *d. §. 2. num. 44.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc text. scribentes.*

2 *Prælatus suos religiosos per laicum verberans est excommunicatus, nisi fortè necessitas excuset, aut consuetudo.*

3 *Torqueri possunt clerici per manus laicorum sine excommunicationis incursu.*

Cap. Vniuersitatis. XXIV. Celest. iij.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. And. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panor. Marian. Soc. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 279.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 759.* refertur ab Anton. August. *collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. 18. cap. 13.*

2 Probat hic tex. Prælatum religiosum debere suos religiosos per se verberare, si potest, aut si non potest, per aliquem clericum, aut monachū (sub quo comprehenduntur omnes verè religiosi, etiam quos vocant Conuersos, vt contra aliquos benè notat Soar. *tom 5. de censur. disp. 22. sect. 1. num. 42.*) Quare si hoc faciat per laicum (nisi fortè necessitas excuset, vt docet Soar. *d. sect. 1. num. 43.*) tam verberans, quàm mandans erit excommunicatus. Vide Nauar. *cons. 42. sub voc. tit. in antiq. & comment. 3. de Regularib. num. 52.* Soar. de Pace *in pract. par. 3. tom. 1. cap. 3. §. 12. num. 49.* Salzed. ad Bernard. *in pract. cap. 126. lit. E.* Pei a *par. 3. comment. 110. num. 1.* Farinac. *in praxi crimin. q. 41. num. 13.* Aldrete *de religiosa disciplina tuenda, lib. 2. cap. 17. à n. 20.* Fr. Emman. *qq. Regul. tom. 2. q. 19. art. 8.* Cabed. *par. 2. Lusitaniæ decis. 83. num. 8. cum seqq.* nouissimè Aloys. Ricc. *in praxi ecclesiast. decis. 355.* Aegid. de Conink *de Sacram. & censur. tom. 2. disp. 14. num. 190. vers. tertiò,* vbi etiam resoluit, quod etsi tex. hic loquatur de solis Prælatis religiosis, communiter tamen Doctores illum extendunt ad omnes Prælatos Ecclesiasticos, quoad hanc partem, quod non possint suos clericos verberare per laicos. Vbi tamen consuetudo adest (prout est in Gallia) vt clerici per laicos verberentur, Prælati, & verberantes non incidunt in excommunicationem, vt per Fr. Emman. *d. art. 8. in medio,* Soar. *d. disp. 22. sect. 1. nu. 48.* Prax. Episcopal. *par. 1. verbo excommunicationis causa efficiens, §. 8.* vbi resoluit, quod cum hodiè non reperiantur clerici, qui sciant ligare, soluere, & erigere clericum torquendum, possunt

3 Ordinarij locorum torquere eos per manus laicorum, quia ita passim introduxit consuetudo, de quo etiam Clar. *lib. 5. §. fin. q. 64. num. 25.* Sayr *de censur. lib. 3. cap. 27. num. 26.* Aegid. *d. tom. 2. disp. 14. num. 191. in fine,* Denique Fr. Emman. *d. art. 8. vers. aduertendum* dicit dictam castigationem debere esse moderatam, quæ moderatio arbitrio Iudicis relinquitur, & citat Menoch. *de arbitr. casu 364. à num. 11.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Clericus in minoribus constitutus amittit clericale privilegium si miles effectus exerceat arma, & tertiò monitus non resipiscat.*

3 *Clerici in minoribus attento noviori Iure Concilij Trident. si reperiantur sine habitu, & tonsura, amittunt statim privilegium clericale.*

4 *Clerici non possunt spoliari armis per Iudicem secularem, si ea deferant prohibita, vel pro tempore non permisso.*

Cap. In audientia. XXV.

1 SVper hunc tex. scripserũt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henr. Butr. Anchar. Panor. Felin. Mar. Soc. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 280. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 760. refertur ab Anton. Augustin. *Collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 18. *cap.* 14.

2 Probat hic tex. clericum in minoribus constitutũ amittere clericale privilegium si miles effectus exerceat arma, vt per Bellet. *disquit. cleric. par.* 1. *tit. de fauore clericorum Canonis*, §. 2. *nu.* 39. potest enim renunciare privilegio tam fori, quã Canonis si dimittat habitum clericale, & laicaliter viuat, Praxis Episcop. *par.* 1. *verbo clericus*, §. 17. Intellige si tertiò monitus non resipiscat, vt tex. habet, non potest enim sine trina monitione privilegium clericale amitti, Couar. *pract. cap.* 31. *num.* 1. *in princip.* Auend. *de exequend. mandatis, par.* 1. *cap.* 22. *num.* 14. Decian. *in tract. crimin. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 88. Farinac. *in praxi crimin. par.* 1. *q.* 8. *num.* 60. D. Barb. *in l. Titia, num.* 34. & 35. *vers. vnde in hac materia, ad finem, ff. soluto matrim.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. par.* 5. *collect.* 1610. Hodiè post Conc. Trid. *sess.* 24. *de*

3 *reformat. cap.* 6. non requiruntur tales admonitiones, immò si huiusmodi clerici in minoribus constituti, reperiantur sine habitu, & tonsura, amittunt statim privilegium fori, ita Clar. *lib.* 5. §. *fin. q.* 36. *vers. hac autem*, vbi testatur apud suos sic servari, Nauar. *cons. vlt. num.* 6. *sub. tit. de privil.* Decian. *d. cap.* 6. *num.* 88. dicit, quod stantibus concessionibus Pontificum factis Hispaniæ, & Gallorum Regibus possunt Iudices seculares clericos sine illis monitionibus punire, & etiam in terminis Concil. tenet Leli. Zechi. *de Repub. Ecclesiastica, cap.* 19. *de clericis in communi, tit. de clericorum privilegijs quando amittantur num.* 6. dicentes, quod vsus ita recepit. Vnde vt clericus in minoribus fori privilegio potiatur, attendi tempus delicti resoluunt Clar. *d. q.* 36. *num.* 11. Bobadil. *in sua politica lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 34. Curia Philippica *par.* 3. §. 1. *num.* 10.

4 *Arma deponere, &c.* Vtrum autem clerici possint spoliari armis per Iudicem secularem, si ea deferant prohibita, vel tempore non permisso, quæstio est ab aliquibus agitata, in qua illa est verior opinio in hoc casu clericum minimè posse per seculares armis spoliari, observatum fuisse Neapoli in casu occurrenti, & in alijs partibus sub dominio Regis Hispaniarum retulit mihi in hac Curia Reuerendissimus; simul & Doctissimus Marcus Anton. Geuuen. Isernien. Episcopus, cuius anima requiescat in pace, quid tamen de hoc sentiat Doctorum multitudo, si quis scire cupiat, consulat Greg. *l.* 46. *tit.* 6. *partit.* 1. Couar. *variar. lib.* 2. *cap. fin. num. vlt. & pract. cap.* 23. *nu.* 6. Gomez *l.* 45. *Tauri nu.* 48. Cotta *in memorab. verbo armorum vsus*, Clar. *d. q.* 36. *n.* 26. Placa *de delict. lib.* 1. *cap.* 8. Sarmien. *select. cap.* 13. Menoch. *de arbitr. casu* 394. *nu.* 30. *cum seqq.* Salzed. *ad Bernard. in pract. cap.* 58. *vers. sic apud Hispanos, in nouiss. impress.* Auend. *in dictionario, verbo armadura, vers. fin.* Perez *l.* 12. *vers. tum etiam, tit.* 1. *lib.* 4. *Ordin.* & *l.* 2. *vers. quaramus, tit.* 14. *lib.* 2. *eiusdem Ordin.* Mexia *in tract. tassæ panis concl.* 5. *num.* 58. & 60. Soar. de Pace *in pract. tom.* 1. *par.* 8. *cap. unic. num.* 7. & 10. Azeued. *l.* 4. & 6. *nu.* 13. *tit.* 6. *lib.* 6. *nouæ recopil.* Ioan. Garcia *de nobilit. glos.* 9. *num.* 53. Alderan. Mascard. *de general. statut. interpret. concl.* 1. *num.* 242. Bellet. *disquisit. cleric. par.* 1. *tit. de fauore clericorum Canonis* §. 2. *nu.* 38. Camil. Borrel. *in addit. ad Bellug. in speculo Principum, rubr.* 11. §. *dubitatur, verbo armorum, & de Regis Catholici præstantia, cap.* 71. *num.* 45. *cum seqq.* & *de magistratuum edictis lib.* 3. *cap.* 17. *à num.* 41. & *in summa omnium decis. tit.* 43. *de foro competenti, nu.* 136. Sayr. *sub hoc tit. decis.* 45. Decian. *tract. crimin. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 140. & *lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 23. Aloys. Ricci. *in praxi fori Ecclesiast. decis.* 371. *num.* 4. *in* 1. *edit.* aliàs *resolut.* 314. *in* 2. *edit.* Gutier. *pract. lib.* 1. *q.* 12. Gardos. *in praxi Iudicum, verbo clericus, num* 33. *cum seqq.* Farinac. *in praxi crimin. par.* 1. *q.* 8. *nu.* 96. & *par.* 3. *q.* 108. *n.* 21. *cum seqq.* Curiã Philippicã *par.* 3. §. 3. *num.* 9. Bobadil. *in sua politica lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 67. & *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 66. Ignatium del Villar *in sylua respons. lib.* 1. *respons.* 1. *par.* 3. *num.* 9. Modern. *de Iurisdict. par.* 4. *cent.* 1. *casu* 7. Stephan. Gratian. *discept. foren. cap.* 139. *num.* 25. plures ex antiquioribus refert Cened. *ad Decretal. collect.* 7.

Cap. Quod de his. XXVI.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panor. Felin. Marian. Socin. Casal. *in annot.* Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 280. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 760. refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 18. *cap.* 15.

2 De materia huius text. satis dictum est *ad*

cap.

cap. de cætero 11. & *ad cap. ea noscitur*, 13. *supra hoc tit.*

3 *In mortis articulo.* Quis autem dicatur mortis articulus differunt Couar. *in cap. alma mater p. 1. §. 11. num* 8. Soar *tom. 4. disput. 26. sect. 4.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 1. num. 59.* F. Emman. *in explicat Bull. Cruciata § 9. dub. 3.* Bellet. *disquisit. clerical par. 1. tit. de fauore clericorum Canonis §. 3. num. 11.* Franc. Molin. *de ritu nup. lib. 1. comparat.* 78. *nu.* 18. vbi dicit eos in mortis articulo constitutos, qui etsi viuant, & viuere possint, propter mortem tamen, quam secundum verisimilem medicorum peritiam, aut periculum, quod sperant, instantem vident, iam morientes arbitrantur.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Excommunicatus, suspensus, aut interdictus potest iterum ac sæpius ligari alijs censuris, etiam eiusdem rationis.*
3 *Censuras tot quot sunt superiores prohibentes actū, non incurrit contrafaciens, quando superiores prohibentes sub censura habent eandem potestatem, secus si diuersam.*
4 *Excommunicationibus duobus, vel pluribus ligatus potest ab vna absolui sine alijs.*
5 *Absolutio vna non prodest duobus excommunicationibus.*
6 *Dictio, tanquam, est expressiua veritatis.*

Cap. Cum pro causa. XXVII. *Innoc. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io Andr Host. Henric. Butr. Anch. Panor. Felin. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordan. vtriusque Iuris cum legibus Castella par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iur. Pontif. pag* 281. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag* 760. refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 21. cap. 1.*

2 Probat hic tex. semel excommunicatum, suspensum, aut interdictum posse iterum, ac sæpius ligari alijs censuris, non solum diuersæ rationis, sed etiam eiusdem, ita Couar. *in cap. alma mater par. 1. §. 11. num. 3.* Perez *l. 1. tit. 5. lib. 8. Ordin. pag. 480.* Henriq. *in summa lib. 13. cap. 25. §. 4.* Fr. Emman. *in summa tom. 1. cap. 83. nu. 6.* Syluest. *in summa Verbo excommunicatio 1. nu. 10.* Soar. *tom 5. de censur. disp. 5. sect. 2.* Auila *eodem tract. par. 2. cap. 4. disput. vnic. dub. 7.* latè Bonac. *eod. tract. disp. 1. q. 1. punct. 5.* vbi infert ad plura vtilia, quæ apud eum videri possunt.

3 Illud tamen in præsentiarum aduertendum duxi: facientem actum aliquem prohibitum à pluribus sub censura, non incurrit tot censuras, quot sunt superiores prohibentes illum actum sub censura, quando superiores prohibentes habent eandem potestatem, secus vero quando habent diuersam, ita Nauar. *in cap. ita quorundam, de Iudæis, notab. 14.* Vgol. *de censur. tab. 1. cap. 16. §. 3.* Sayr. *eodem tract. lib. 1. cap. 10. num. 11.* Soar. *d. tom. 5. disp. 5. sect. 3. num. 13.* & alij, quos refert Bonac. *d. punct. 5. nu. 11.*

4 *Satisfacere Ecclesiæ suæ pro altera, &c.* Notatur ad hoc, quod duobus, vel pluribus excommunicationibus ligatus potest ab vna absolui sine alijs, vt per Henriq. *d. §. 4. lit. V.* nam vna censura potest auferri alia remanente, S. Thom. *in 4. distinct. 18. q. 18. art. 5.* Vgol. *d. tab. 1. cap. 19. §. 3. num. 10.* Valen. *tom. 4. disp. 8. q. 17. punct. 8.* Soar. *d. tom. 5. disp. 7. sect. 9. nu. 4. & 6.* Vasquez *tract. de excommun. dub. 18. nu. 14.* Sayr *de censur. lib. 2. cap. 21. num. 13.* Bonac. *d. disp. 1. q. 2. punct. 6.* ac proinde vna absolutio, non prodest duobus excommunicationibus, Couar. *variar. lib. 2. cap. 10. num. 8. vers. quartum*, Tiraq. *de retractu tit. 2. §. 2. glos. 1. n. 21.* Perez *d. pag. 180.* Intellige præsertim in absolutione, quæ intenditur extra Confessionem Sacramentalem, non vero in absolutione, quæ conferri solet in Sacramento Pœnitentiæ, in quo solet Confessarius ante Sacramentalem absolutionem præmittere generalem absolutionem censurarum quantum licitè potest, & quantum pœnitens indiget, in quo casu pœnitens quamuis censuram aliquam ex oblitione omiserit, remanet ab omnibus absolutus, modo Confessarius facultatem habeat absoluendi, intendatq; omnes auferre; ita Soar. & alij, quos refert, & sequitur Bonac. *d. punct. 6. num. 3.*

6 In glos. [Tanquam.] ibi (*illud, tanquam, est expressiuum veritatis.*) Vide Cardin. Tusch. *tom. 2. lit. D. concl. 385. num. 2.* quem refero Ego ipse *in Remissionibus de diction. & clausulis, artic. 348. num. 1. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Signa pœnitentiæ probari possunt per vnum testem.*
3 *Excommunicati priuantur Ecclesiæ suffragijs.*
4 *Mortui an possint excommunicari, ostenditur.*
5 *Communicatio etiam in humanis cum excommunicato mortuo non licet.*
6 *Absolutio publica fit recitato prius Psalmo pœnitentiali.*
7 *Excommunicatus absolui potest post mortem.*
8 *Orationes priuatas pro excommunicato ad Deum dirigere licitum est.*
9 *Absoluere ab excommunicatione in articulo mortis nullus alius potest præter Sacerdotem.*

ij. Cap. A nobis. XXVIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io Andr. Host. Henr. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Ximen. Tolet. *in con-*

t concord. vtriusq; Iuris cum legib. Castellæ par. 1. & 2. Viu. in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 281. Alagona in compendio Iuris Canonici pag. 760. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 21. cap. 2.

2 *Pœnitentiæ signa.* Quæ quidem signa probari possunt per vnum testem, vt per Anton. Gabriel. commun. lib. 1. tit. de testibus concl. 1. Mascard. de probat. concl. 12. num. 3.

3 *Nondum tamen habendus, &c.* Notatur ad hoc, quod excommunicati priuantur Ecclesiæ suffragijs, vt per Aegid. de Sacramen. & censur. tom. 2. disput. 14. à num. 36. Nec illorum fiunt participes ante absolutionem. Soar. tom. 5. disput. 9. sect. 3. num. 2. Aegid. d. disp. 14. num. 49.

4 *Nec obstat, &c.* Notatur ad hoc, quod Summus Pontif. siue Ecclesia mortuos potest excommunicare, vt per Roman. sing. 715. & Tabien. in summa verbo, excommunicatio 4. num. 1. Sed verius est mortuos minimè posse excommunicari, quia nullus habet iurisdictionem in defunctum, vt patet ex auctoritate Christi Domini Matthæi 18. quæcunque ligaueris, &c tum quia censura fertur ob contumaciam delinquentis, & ad illius emendationem, solus autem homo viuus est contumax contra Ecclesiam, solusq; potest emendari; defunctus enim cum sit extra Ecclesiam, non potest esse contumax contra ipsam, nec amplius emendari valet, quare ita tenent Couar. in cap. alma mater par. 1. §. 11. num. 8. Nauar. in manuali cap. 34. nu. 32. Vgolin. de censuris tab. 1. cap. 17. §. 2. Soar. tom 5. disput. 5. sect. 1. nn. 1. Vasquez tract. 3. de excommun. dub. 17. num. 6. Azor instit. moral. par. 2. lib. 5. cap. 26. q. 2. Sayr. de censur. lib. 1. cap. 8. Bonac. eod. tractat. disp. 1. quæst. 1. punct. 4. num. 1. latè Mari. Alter. eod. tract. tom. 1. de excommun. lib. 3. disp. 10. cap. 3. Nec obstat, quod Ecclesia potest publicum peccatorem mortuum priuare sepultura, & suffragijs, sicut re ipsa factum fuisse legimus à Diuo Gregorio, qui religiosum quemdam priuauit suffragijs, & sepultura, eo quòd inuenta fuerit apud ipsum pecunia, quia respondetur hoc fieri indirectè, tantummodo præcipiendo viuis ne pro mortuis suffragia ferant, illisque sepulturæ donent; cæteris in contrarium adductis responde cum Mari. Alter. loco proximè citato.

5 *Cui non est communicatum & viuo, &c.* Ergo cum excommunicato mortuo, etiam in humanis communicandum non est, v. g. ipsum lauando, vestiendo, aut Ecclesiasticæ sepulturæ tradendo, vt per Vgol. de censur. tab. 2. cap. 23. in princip. n. 8. Valer. Reginal. in praxi fori pœnit. lib. 32. nu. 85. qui excipiunt illum, qui talem sepelit in loco profano, ne aerem corrumpat, latè Mari. Alter. de censur. tom. 1. de excommun. lib. 1. disput. 10. cap. 6. & 7.

6 *Vt fiat cũ Pœnitentiali Psal. &c.* Notatur ad hoc, quod absolutio publica fit recitato prius Psalmo Pœnitentiali, vt per Nau. in manu. cap. 26. nu. 8. & in cap. 1. de Pœniten. distin. 6. num. 54. Mari. Alter. de censur. tom. 1. de excommun. lib. 4. disp. 7. in fine, aduertentes quemlibet ex Psalmis Pœnitentialibus sufficere.

7 *Vt illius mortui absolutio, &c.* Notatur ad hoc, quod excommunicatus absolui potest post mortem ab Ecclesia, non quidem directè, sed indirectè, quatenus concedic, vt fidelibus liceat cadauer sepelire, & suffragia ferre pro ipso, nam sicut potest post mortem declarare ipsum excommunicatum, vel interdictum propter censuram contractam dum viueret, ita & eodem modo potest declarare ipsum apud Deum esse absolutum, si de ipsius pœnitentia per euidentia signa constiterit, ita Couar. Vasquez, & Bonac. locis proximè citatis, & Henriq. in summa lib. 1. cap. 21. §. 1. in fine, Azor instic. moral. par. 2. lib. 5. cap. 26. q. 3. Cened. ad Decretum collect. 42. num. 2.

8 In glos. [A fidelibus.] ibi (& est dicendum quod non.) Intellige de communibus suffragijs, priuatas vero, & occultas orationes pro excommunicato ad Deum dirigere licitum esse asserit Mari. Alter. de censur. tom. 1. de excommun. lib. 1. disp. 5. cap. 9.

9 In glos. [Non potuerit.] ibi (nunquid à laico potest absolui in articulo mortis, &c.) Notatur ad hoc, quod à vinculo excommunicationis per laicum potest quis in articulo mortis absolui, vt per Guillelm Benedict. in cap. Raynuntius, verbo in extremis, num. 14. Syluest. verbo absolutio 1. num. 8. ad finem. Angel. eod. verbo 3. nu. 39. Verum probabilius est nullum alium præter Sacerdotem posse ab excommunicatione absoluere in eo articulo, vt tenent Soar. d. tom. 5. disput. 7. sect. 7. num. 6. Molin. de iustic. tom. 4. tract. 3. disp. 63. nu. 3. Henriq. lib. 13. de excommun. cap. 27. §. 4. Auila de censuris par. 2. cap. 7. disp. 1. dub. 3. Vasquez tract. de excommun. dub. 18. num. 9. Nugn. in addit. ad 3. par. q. 8. artic. 6. dub. 5. Mari. Alter. de censur. tom. 1. de excommun. lib. 4. disp. 5. cap. 4. vers. ita sentis, Sanch. in præcep. Decalogi lib. 2. cap. 13. num. 13. Bonac. d. disput. 1. q. 3. punct. 3. num. 1. & plures relati à Cened. d. collect. 42. num. 3.

10 Notatur etiam ad hoc, quod excommunicatus ob violentam manuum iniectionem in clericos, qui impedimento laborant adeundi ad Sedem Apostolicam, non solum poterit absolui ab Episcopo, verum etiam, si non adest Episcopus, à quocunque Sacerdote, etiam ab Ordinario nō approbato, si alius inueniri non potest, Polyd. Ripa in tract. de actis in artic. mortis cap. 35. num. 7. Carol. de Grassis de effectibus clerical. effectu 9. nu. 156.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Clericum retinens non ligatum, sed intra parietem inclusum inuite, licet corpus non tangat, excommunicatus est.*
3 *Communicans scienter cum excommunicato maiori excommunicatione in crimine criminoso peccat mortaliter, & maiorem incurrit excommunicationem.*
4 *Participans in crimine criminoso quando incurrat excommunicationem, ostenditur.*
5 *Communicare in crimine dicitur praestans auxilium, consilium, vel fauorem, quo excommunicatus foueri potest in excommunicatione, vel contumacia.*
6 *Loquutio qualibet cum excommunicato prohibetur.*
7 *Salutare excommunicatum quando sit prohibitum, ostenditur.*
8 *Orare simul cum excommunicatis non licet.*
9 *Cibi, & potus sumptio cum excommunicato in eadem mensa prohibetur.*
10 *Absolutio ab excommunicatione ob participationem incursa reseruatur ei, cui complicis excommunicatio est reseruata.*
11 *Absoluere potest Episcopus, siue eius Vicarius subditum à sententia excommunicationis nulli reseruata.*
12 *Parochus suos subditos absoluere potest ab excommunicatione Iuris etiam maiori nemini reseruata.*
13 *Sacerdotis proprij appellatione quis intelligatur, ostenditur.*
14 *Dispensandi tacitè Episcopis, aut caeteris huiusmodi Praelatis facultatem lex concedere censetur, si non exprimat per quem dispensatio facienda sit, sed absolutè dicit dispensandum fore.*

Cap. Nuper. XXIX.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collectar. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric Butr Anchar Felin. Panor. Maria. Soci Aimen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellae, par. 1. & 2.* Vinia. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 282.* Alagona *in compend. Iuris Canonici pag. 760.* refertur ab Ant. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 21. cap. 3.*

2 *Non credimus laicos poenam, &c.*

Notatur ad hoc, quod retinens clericum non ligatum, sed intra parietes inclusum inuitè, licet corpus non tangat, poenam excommunicationis incurrit vt per Decian. *in tract. crim. tom. 2. lib. 7. cap. 10 num. 21.* Farinac. *in praxi crimin. par. 1. q. 27. n. 9. vers. de Iure.*

3 *Sciēter in crimine cōmunicet, &c.*

Notatur ad hoc, quod communicans scienter cū excommunicato maiori excommunicatione in crimine criminoso, pro quo lata est excommunicatio, peccat mortaliter, & maiorem similiter incurrit excommunicationem, vt per Henriq. *in summa lib. 13. cap. 9. §. 1.* Vgol. *de censur. tab. 1. cap. 13. §. 8.* latè Mari. Alter. *eod. tract. tom. 1. de excommunic. lib. 1. disp. 12. cap. 9.* Sayr. *eod. tract. lib. 2. cap. 11. num. 5. cum seqq.* Aula *eodem tract. par. 2. cap 6. disp* 10 Bonac. *eod. tract. disput. 2. q. 2. punct. 6. §. 1 n. 8.* aduertens quinque

4 requiri, vt participans in crimine criminoso praedictam excommunicationem incurrat: primū vt participatio fiat in crimine postquam criminosus excommunicationem contraxit: secundū, vt sit participatio in eodem crimine, propter quod alter fuit excommunicatus: tertium, vt communicans sciat illum, cum quo participat, excommunicatū fuisse ob tale crimen: quartū, vt ille, cum quo participat, sit excommunicatus vitandus, nam post Conc. Constantien. permissum est participare cum excommunicatis toleratis, immo requiritur vt ille, cum quo participat, sit denunciatus excommunicatus: quintū, vt cooperatio non sit adeò leuis, vt pro nihilo habeatur, nam ad incurrēdam maiorem excommunicationem requiritur materia sufficiens ad peccatum mortale.

5 *Et consilium impendendo, &c.*

Notatur ad hoc, quod in crimine dicitur communicare praestans auxilium, consilium, vel fauorem, quo excommunicatus foueri potest in excommunicatione, vel contumacia, ita Anton. Ricciul. *de Iure personarum extra gremium Ecclesiae ex stan. lib. 4. cap. 45. nu. 1.* quod procedit etiamsi recipiens auxilium esset aliter facturus, vt post Abb. Antiq. & Hostien. hic, & Innoc. *num. 4.* Anch. *sub n. 8.* & Butr. *n. 18. ibidem*, quicquid contrarium velle videatur *glos. in verbo consilium, in praesenti*. Quod quidem dupliciter declaratur, primò, vt procedat in auxilio, vel consilio extra iudicium, secus si praestetur in iudicio, quia tale consilium non est reprobatum, Ioan Andr. hic *n. 4.* & Anch. *n. 7.* secundò, vt procedat in auxilio, vel consilio, quod datur directè ad crimen damnatum, secus si daretur in facto, ob quem ille, cui consilium praestatur, non incurrebat in excommunicationem, nam quamuis deinde cōmittat delictum, propter quod incurrit excommunicationem, tamen dans consilium non dicitur communicare in crimine, Abb. antiq. & Host hic, & Butr. *n. 11.* Anch. *sub. n. 8. vers. item intelligo*. Dicitur deinde communicare in crimine, qui participat siue cooperatur in crimine damnato sententia iudiciali, vt per Soar. *tom. 5. disp. 15. sect. 2. num. 7.* & tenere omnes communiter in praesenti asserit Ricciul. *d. cap. 45. n. 4. vbi num. 5.* resoluit communicātem cum excommunicato in crimine ante latam sententiam, non dici communicare in crimine, nec incidere in excommunicationem, & *n. 6.* resoluit clericum carnaliter cognoscētem mulierem excommunicatam propter concubinatum alterius clerici dici in crimine communicare, & *n. 7.* secus resoluit in laico cognoscente mulierem excommunicatam ob concubinatum clerici.

6 *Aut*

6 *Aut alias in oratione.* Notatur ad hoc, quod quælibet loquutio cum excommunicato prohibetur, vt per Couar. *in cap. alma mater par.* 1. §. 2. *n.* 5. Vgol. *de censur. tab.* 2. *cap.* 23. §. 2. Henriq. *in summa lib.* 13. *cap.* 7. §. 3. Soar. *tom.* 5. *disp.* 15. *sect.* 1. Mari. Alter. *de censur. par.* 1. *lib.* 1. *disp.* 10. *cap.* 1. Sayr. *eod. tract. lib.* 2. *cap.* 13. Bonac. *eod. tract. disp.* 2. *q* 2. *punct.* 6. §. 2. *num.* 2. Valer. Reginal. *in praxe fori pœnit. lib.* 32. *num.* 68. latè Ant. Ricciul. *d. lib.* 4. *cap.* 46. qui omnes, & præcipuè duo vltimo loco citati, ampliant procedere siue loquutio palam fiat, siue clam, siue fiat excommunicato respondente, ac colloquente, siue tacente, siue per litteras, aut nuncium.

7 *Vel osculo.* Notatur ad hoc, quod prohibetur omnem honorificam salutationem fieri excommunicato, vt per Nauar. *in manuali cap.* 27. *num.* 19. Bonac. *d.* §. 2. *n.* 4. Anton. Ricciul. *d. cap.* 46. *n.* 11. Dubium est, an hæc salutandi prohibitio debeat intelligi de illa salutatione, quæ fit verbis, an etiam de illa, quæ fit ex simplici actu, prout est detegere caput, & similia? Et quidem Nauar. *d. num.* 19. Auila *de censur. par.* 2. *cap.* 6. *disp.* 9. *dub.* 9. & alij apud Sayr. *d. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 7. & Iacob. de Graff. *in aureis decis. par.* 1. *lib.* 4. *cap.* 12. *n.* 5. ac Ricciul. *d. cap.* 46. *num.* 12. in ea sunt opinione licitum esse salutare, vel resalutate excommunicatum absque verbis, sed contrarium magis communiter sequuntur DD. ac proinde in hoc casu exhibẽtem huiusmodi signa venialiter peccare, & minoris excommunicationis vinculo irretiri docent Henriq. *d. cap.* 7. *n.* 3. Vgol. *de censur. tab.* 2. *cap.* 2. §. 1. *num.* 10. Soar. *tom.* 5. *disp.* 15. *sect.* 1. *sub. n.* 3. Vasquez *de excommun. dub.* 8. *num.* 5.

8 *Aut orando secum.* Notatur ad hoc, quod non licet cũ excommunicatis simul orare, v. g. simul recitando alternatim Horas Canonicas, siue publicè, siue priuatim, aut simul audiendo Sacrum, vt per Aegid. *de Sacram. & censur. tom.* 2. *disp.* 14. *n.* 52. Val. Reginal. *d. lib.* 32. *à n.* 70. Fr. Ludou. Miranda *in manuali Prælatorum, tom.* 2. *q.* 35. *art.* 5. *concl.* 2.

9 *Aut etiam comedendo.* Notatur ad hoc, quod cibi, & potus sumptio cum excommunicato in eadem mensa prohibetur, vt per Auilã *d. disp.* 9. *dub.* 31. Sayr. *d. cap.* 13. *n.* 13. Bonac. *d. punct.* 6. §. 2. *n.* 6. Anton. Ricciul. *d. cap.* 46. *n.* 14. Valer. Reginal. *d. lib.* 32. *n.* 86. vbi intelligit, siue in propria, siue in aliena domo fiat sumptio, non autem in diuersa mensa, quamuis sit in eadem domo, nisi ab eodem vterque esset inuitatus. Limitatur quando casu, & sine vlla relatione vnius ad alterum in eadem mensa quisque suis cibis vtitur, quia illa re vera non potest dici cõmunicatio, ita Ricciul. & Bonac. locis proximè citatis, pari ratione aduertentes, quod licet non debeant cum excommunicato in eodem lecto dormire, cum hoc fieri nequeat citra communionem, & familiaritatem, tamen si hoc accidat casu in hospitio, vbi vnus & idem lectus assignetur nulla præcedente communione, aut societate, erit citra peccatum, quia hoc non fit per modum societatis, aut coniunctionis.

10 *In secundo verò casu, &c.* Notatur ad hoc, quod absolutio ab excommunicatione ob participationem incursa reseruatur ei, cui complicis excommunicatio est reseruata, vt per Couar. *in cap. alma mater, par.* 1. §. 3. *nu.* 5. *vers. secundo loco* Nauar. in *manuali, cap.* 27. *n.* 112. Sayr. *d. cap.* 11. *num.* 9. Bonac. *d. puncto* 6. §. 1. *nu.* 10.

11 *A suo Episcopo.* Notatur ad hoc, quod Episcopus, siue eius Vicarius generalis potest absoluere subditum à sententia excommunicationis nulli tamen reseruatæ, vt per Gutier. *canonic. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 1. Valer. Reginal. *d. lib.* 32. *tract.* 1. *à num.* 152.

12 *Vel à proprio Sacerdote poterit absolutionis, &c.* Notatur ad hoc, quod Parochus potest absoluere suos subditos à sententia excommunicationis, quæ regulariter à Iure infertur, vt per Couar. *in cap. alma mater, par.* 1. §. 12. *nu.* 5. Gutier. *d. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 1. Sed posse Parochum absoluere ab excommunicatione Iuris, etiam maiori nemini reseruata, tenent Henriq. *lib.* 13. *cap.* 28. §. 5. *lit. S*, asserens rationem huius tex. vniuersalem esse, quæ ita conuenit maiori, sicut & minori, Soar. *tom.* 5. *disp.* 7. *sect.* 3. & *sect.* 4. *nu.* 9. Sayr. *lib.* 5. *c.* 15. *n.* 22. Auila *par.* 2. *cap.* 5. *disp.* 1. *dub.* 4. Valer. Reginal. *d. lib.* 32. *tract.* 1. *n.* 154. Bonac.
13 *d. disp.* 1. *q.* 3. *punct.* 1. *num.* 9. Illud tamen aduertendum duxi, quod licet tex. in præsenti asserat absolutionem excommunicationis reseruatæ posse impẽdi à proprio Sacerdote, id etiam intelligitur à proprio Parocho non dum Sacerdote, & ideò tex. in præsenti loquitur de Sacerdote, eò quòd Parochi Sacerdotes communiter sunt, ita Vgolin. *de censur. tab.* 3. *cap.* 4. §. 2. *n.* 2. Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *disp.* 20. *nu.* 3. Valer. Reginal. *d. n.* 154. Verum proprij Sacerdotis appellatione licet strictè loquendo is tantum intelligatur, qui Iurisdictionem Ordinariam habet in foro pœnitentiali, nempè Summus Pontifex vbique, Episcopus in sua diœcesi, & Parochus in sua Parochia, & propterea absolutionem prædictam à præfatis tantum concedendam esse teneant D. Thom. *in addit. ad.* 3. *par. q.* 24. *art.* 1. Martin. Ledesm. *in* 2. 4. *q.* 25. *art.* 2. Sum. Pisana *verbo absolutio*, 1. *n.* 1. alijq; quos refert Sayr. *de censur. lib.* 2. *cap.* 23. *nu.* 5. nihilominus illam à quocunque Sacerdote, approbato tamen ab Ordinario, concedi posse certius credunt Bonac. *d. n.* 9. Campanil. *in diuersorio Iuris Canon. rub.* 12. *cap.* 15. *num.* 10. vbi fundamenta suæ opinionis refert.

14 *Quia tamen conditor Canonis, etc.* Notatur ad hoc, quod quando Ius, licet non ex-

primat, per quem dispensatio facienda sit, exprimit tamen, & absolutè dicit, dispensandum fore, eo ipso, quod denegat dispensationem, censetur tacitè Episcopis, aut cæteris huiusmodi Prælatis concedere facultatem dispensandi, vt per Henriq. *in summa lib.* 14. *cap.* 19. §. 2. *sancta lit.* P. Vgol. *d. tab.* 2. *cap.* 13. §. 1. *nu.* 2. Gutier *d. lib.* 1. *cap.* 3. *nu.* 4. *&* 5. Azor *institut. moral. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 52. *q.* 13. Soar. *de legibus lib.* 6. *cap.* 14. *nu.* 8. Sanch. *de Matrimon. lib.* 3. *disp.* 52. *à nu.* 1. quia illa, quæ Sedes Apostolica sibi non reseruauit, videntur concessa, Specul. *tit. de legat.* §. *nunc ostendendum nu.* 53. Anton. Monach *Bononien. decis.* 28. *n.* 12. & Episcopus in sua diœcesi potest ea omnia, quæ potest Papa in vniuerso, nisi expresse à Iure interdictum sit, Rebuf. *in tract. nomin. q.* 5. *nu.* 31. Perez *l.* 3. *in princip. tit.* 15. *lib.* 8. *Ordin. pag.* 315. Henriq. *in summa lib.* 12. *cap.* 3. §. 2. *in commen. lit.* N.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Communicare cum excommunicato minimè licet, quamuis sit contritus, & paratus satisfacere, ac iurauerit parere mandatis Ecclesiæ.*
3 *Communicare cum excommunicatis quibus personis liceat, remissiuè.*
4 *Communicans cum excommunicatis regulariter venialem tantum, & non mortalem contrahit culpam.*
5 *Participans cum excommunicato à Papa excommunicatione se extendente ad participantes peccat mortaliter, & maiorem excommunicationem incurrit.*
6 *Excommunicatio lata in communicantes non præmissis Iuris monitionibus est nulla.*

Cap. Quod in dubijs. XXX.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panor. Felin. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. Viuia. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 284. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 762. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 21. *cap.* 9.

2 Probat hic tex. in prima eius parte minimè licere communicare cum excommunicato, quamuis sit contritus, & paratus satisfacere, ac iurauerit parere mandatis Ecclesiæ, vt per Abb. *hic nu.* 2. licet enim cesset contumacia, propter quam excommunicatio fuit inflicta, & excommunicatus pœniteat, & sit paratus satisfacere, ac etiam iuramentum præstiterit de parendo mandatis, etiam tunc non erit absolutus, nisi sequatur absolutio actualis, & positiua, vt pluribus ad id citatis Iuribus resoluit Anton. Ricciul. *de Iure person. extra gremium Ecclesiæ existen. lib.* 4. *cap.* 65. *nu.* 11.

3 *Nisi quadam persona, &c.* Quæ autè sint istæ personæ, quibus licet cum excommunicatis communicare, habetur *in cap. quoniam multos* 11. *q.* 3. & referuntur à Bonac. *de censur. disp.* 2. *q.* 2. *punct.* 6. §. 2. *num.* 7. *cum seqq.* & ab Anton. Ricciul. *d. lib.* 4. *cap.* 48. *cum seqq.*

4 *Præsumptuosè participant, &c.* Notatur ad hoc, quod communicans cum excommunicatis regulariter venialem tantum, & non mortalem contrahit culpam, vt per Couar. *in cap. alma mater par.* 1. §. 3. *num.* 7. Sayr. *de censur. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 20.

5 *Secus autem si scienter, &c.* Notatur ad hoc, quod participans cum excommunicato à Papa excommunicatione se extendente ad participantes peccat mortaliter, & per consequens excommunicationem maiorem incurrit, vt per Sayr. *d. cap.* 11. *num.* 16. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 32. *num.* 94. *vers. tertio.*

6 In glos. [Cum moniti.] ibi (*nisi canonica monitione præmissa, aliàs excommunicatio non valet.*) Notatur ad hoc, quod excommunicatio lata in communicantes cum excommunicato non præmissis Iuris monitionibus est nulla ipso iure, vt per Couar. *d.* §. 3. *nu.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc text. scribentes.*
2 *Obligati ad obsequium familiare, quod ante excommunicationem præstabant domino, præstare quoque debent post excommunicationem.*
3 *Vxor potest communicare cum viro suo excommunicato.*
4 *Communicare an teneatur vir cum vxore excommunicata, ostenditur.*
5 *Vxor in quibus casibus non possit communicare cum marito excommunicato, ostenditur.*
6 *Liberi parentibus excommunicatis licite communicare possunt.*
7 *Serui domino excommunicato coguntur communicare.*
8 *Pupillus potest communicare cum tutore excommunicato.*
9 *Subditi respectu iurisdictionis non potest communicare superiori excommunicato, nec è contra.*
10 *Clerici vti subditi non possunt communicare cum Episcopo excommunicato.*
11 *Monachi vti subditi non possunt communicare cum Abbate excommunicato.*
12 *Communicatio cum excommunicato propter necessitatem non solum spiritualem, sed etiam temporalem licita est.*

Cap. Inter alia. XXXI.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henr. Butr.

Butr. Anchiaran. Panormit. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordan. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in ratlonali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 285.* Alagona *in compendio Iuris Canonici, pag. 763.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 21. cap. 4.*

2 *Ante prolationem ipsius obsequio tenerentur.* Notatur ad hoc, quod obligati ad obsequium familiare, munera, & obsequia, quæ ante excommunicationem præstabant dominis; præstare quoque debent post excommunicationem, vt per Couar. *in cap. alma mater par. 1. §. 1. nu. 9.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 6. q. 34.* Aegid. *de Sacramen. & censuris tom. 2. disp. 14. num. 125. cum seqq.*

3 Ex quibus primò infertur vxorem posse communicare cum viro suo excommunicato, quia excommunicatio mariti non priuauit illam iure suo, ac perconsequens non abstulit debitum, quod ei ante excommunicationem præstare tenebatur, hoc enim exigit naturale fœdus, & coniugij necessitas, ita S. Thom. *in 3. par. q. 23. art. 1.* Sot. *in 4. senten. distin. 22. q. 1. art. 4.* Cou. *d. §. 1. sub n. 8.* Petr. de Ledesma *in summa tom. 2. cap. 7. de excommun. casu 2.* Fr. Emman. *in summa tom. 1. cap. 82. nu. 15.* Vgol. *de censur. tab. 2. de excommun. cap. 25. §. 6. num. 1.* Viual. *in candelabro aureo par. 2. de excommun. nu. 100.* Henriq. *in summa lib. 13. de excommun. cap. 22. §. 2.* Soar. *tom. 5. disp. 15. sect. 4.* Felic. *in tract. de societat. cap. 18. nu. 9.* Sanch. *de Matrim. lib. 9. disp. 14. per totam,* Auila *de censur. par. 2. cap. 6. disput. 11. dub. 5.* Bonac. *eod. tract. disput. 2. q. 2. punct. 6. §. 2. à nu. 18.* Paul. Comitol. *d. q. 34. nu. 1. & 2.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 32. nu. 134.* latè Anton. Ricciul. *de iure person. extra gremium Ecclesiæ existen. lib. 4. cap. 48. à princip.* ampliantes, vt procedat non solum quoad coniugalem actum, sed etiam quoad alias actiones, & obsequia, ac denique quoad totam ciuilem, & vsualem communicationem. Vtrum autem sicut vxor tenetur communicare cum viro excommunicato, ita etiam vir teneatur communica-
4 re cum vxore excommunicata? in quo dubio negatiuam partem sequitur *glos. verbo vxores in cap. quoniam multos 11. q. 3.* ibiq; Archid. *nu. 1.* Henric. *hic nu. 5.* Hostien. Goffred. & S. Antonin. & alij, quos refert Ricciul. *d. cap. 48. n. 21. vers. contrarium.* Verum contrarium, immo maritum posse communicare cum vxore excommunicata vitanda in ijs omnibus, in quibus ipsa potest cum marito excommunicato vitando communicare, tenent Couar. *d. §. 1. n. 8.* Nauar. *in manu. cap. 27. nu. 27. vers. humile,* Vgolin. *d. cap. 23. §. 6. nu. 6.* Sanch. *d. disp. 14. nu. 16.* Vasquez *de excommunicatione dub. 9. n. 3.* Bonac. *d. §. 2. nu. 24.* Ricciul. *d. nu. 21.*

5 Excipiuntur tamen aliqui casus, in quibus vxor non potest communicare cum marito excommunicato. Primus est, quando excommunicatio esset lata in causa Matrimonij, de cuius valore lis pendet, tunc enim non est licita inter eos communio, quia excommunicatio est lata ad cohabitationem impediendam, Sanch. *d. dispu. 14. nu. 9.* Vgol. *d. tab. 2. cap. 23. nu. 4. vers. postremò,* Henriq. *d. lib. 13. cap. 22. §. 2.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. par. 1. lib. 4. cap. 13. nu. 7.* Bonac. *d. §. 2. nu. 21.* post S. Antonin. Hostien. Angel. Syluest. Rosel. Armil. Sot. Greg. Lopez, & alios resoluit Ricciul. *d. cap. 48. nu. 42.* Secundus casus est in communicatione in crimine criminoso, hæc enim cum sit mala per se omninò vetita est, adeò vt neque inter coniuges, neque inter alias, quamuis coniunctissimas personas, admittatur, vt tenent *glos. final. in præsenti,* Socin. *nu. 69. vers. item prædicta, & nu. 124. vers. prima hic,* Vgol. *d. §. 6. nu. 4. vers. quarto vxor,* Sanch. *d. disp. 14. nu. 10.* Ricciul. *d. cap. 48. nu. 33.* Tertius casus est in communicatione in Diuinis, illa enim neque vxori, neq; liberis, neque alijs permittitur, vt rectè docent Caiet. *in summa verbo excommunicatio, ad finem;* Armilla *eod. verbo nu. 44.* Bonac. *d. §. 2. nu. 22.* Ricciul. *d. cap. 48. nu. 35.* Quicquid contrarium teneat Nauar. Henriq. & alij, quos refert, & sequitur Sanch. *d. disp. 14. nu. 5.* Quartus casus est, vbi vxor nupsit excommunicato scienter, hoc enim casu non posse vxorem communicare marito tenent Soar. *d. dispu. 15. sect. 4. nu. 6.* Ricciul. *d. cap. 48. nu. 13.* quamuis contrarium teneant Vgol. & alij, quos refert, & sequitur Mar. Alter. *de censur. lib. 1. disp. 15. cap. 2. vers. sed posset,* Sanch. *d. disp. 14. nu. 3.* Quintus casus est, vbi coniuges essent diuortio separati, Bonac. *d. §. 2. nu. 23.* Sanch. *d. disp. 14. nu. 11.* Ricciul. *d. cap. 48. nu. 39.* vbi *nu. 43.* alterum casum refert, quando scilicet vir est excommunicatus ob hæresim, tunc enim neque vxori licebit illi communicare propter subuersionis periculum.

6 Secundò infertur liberos parentibus excommunicatis licitè communicare posse, de quo dicam commodius *ad cap. si verè, infra hoc tit.*

7 Tertiò infertur seruos, & ancillas per excommunicationem domini non priuari eius communicatione, immo cogi domino excommunicato communicare, vt tenent Vgol. *d. cap. 23. §. 8. nu. 1.* Soar. *d. disp. 15. sect. 5. nu. 9.* Anton. Ricciul. *d. lib. 4. cap. 50.* Bonac. *d. §. 2. nu. 25.* vt procedat quocunque titulo serui sint, & etiamsi post excommunicationem domini eius serui fiant, & in alijs famulis conductitiis, veluti nutricibus, laboratoribus, & similibus: limitantes tamen in seruis, in quos habet excommunicatus dominium, alius vero vsumfructum, & in communicatione criminis, ac in communicatione in Diuinis, & in excommunicato propter hæresim. Quod autem supra diximus huiusmodi tertium corolarium procedere etiam in famulis, qui post excommunicationem domini ei inseruire cœperunt, difficultate non caret, Nauar. enim *cap. 27. nu. 27.* Soar. *d. disp. 15.*

sect. 5. nu. 13. ac alij ab eis citati existimant non posse huiusmodi famulos incipere post domini excommunicationem ei inseruire absque necessitate scientes ipsum esse excommunicatum. Sed ampliatio supradicta verior est, quia *d. cap. quoniam multos*, absolutè loquitur, & hanc conditionem non requirit: nec refragatur *tex. in præsenti*, qui videtur se restringere ad illos, qui ante excõmunicationem ex debito tenebantur, quia in hac parte loquitur tantum de ijs, qui tenebantur obsequio familiari, non autem obsequio seruitutis adhærete.

8 Quartò infertur pupillum posse communicare cum tutore excommunicato, quamdiu existit sub illius cura, & tutela, & est commensalis; tutor enim in hoc casu sustinet personam patris: quando verò tutor separatus est à pupillo, nec est cum eo commensalis, potest pupillus communicare solum in ijs, quæ ad tutelæ munus pertinent, ita Soar. *d. sect. 5. sub nu.* 8. *vers. denique & de pupillo* Bonac. *d. §. 2. nu.* 33. Anton. Ricciul. *d. lib. 4. cap.* 51.

9 Quinto infertur subditos respectu iurisdictionis non posse communicare superiori excommunicato, nec è contra; ratio est, quia communicatio cum vassallo non est ità necessaria ad vitam, prout communicatio cum seruis, tum quia superiores respectu iurisdictionis, vt plurimum, sunt Principes, & Magnates, qui non solent excommunicari, nisi crimina sint valdè atrocia, & grauia, in quibus opus est remedio, quo illis tollatur superbiæ, & inobedientiæ fomentum: quare probat corolarium tex. *in cap. non Sanctorum* 15. *q.* 3. Henriq. *d. lib. 13. cap. 7. nu. 4. & cap. 22. n.* 3. Vgol. *d. cap. 23. §. 9.* Soar. *d. disp. 15. sect.* 6. Bonac. *d. §. 2. nu.* 40 Anton.

10 Ricciul. *d. lib. 4. cap. 51. per totum.* immo, & in odium talium excommunicatorum iuramenta, si quæ illis fiunt, relaxantur, & liberantur subditi a iuramento fidelitatis illis præstito, vt per Couar. *in cap. quamuis pactum par. 1. §. 3. nu. 7. vers. 8. & 9. in fine.* Valen. *tom. 3. disp. 6. quæst. 7. punct. 4. §.* 3. Sayr. *in claui Regia lib. 5. cap. 8. n. 7. in fine*, Ex quo subinfertur clericos vti subditos non posse communicare cum Episcopo excommunicato, Couar. *d. par. 1. §. 2. nu.* 2. Vgol. *d. §. 9. n.* 7. Soar. *d. disp. 15. sect.* 7. Bonac. *d. §. 2.*

11 *nu.* 36. Ricciul. *d. cap. 52. nu.* 8. Subinfertur etiam monachos, vti monachos subditos non posse communicare cum Abbate excommunicato, Vgolin. *sub nu. 8. vers. in his tamen*, Soar. *d. sect. 7. nu.* 12. Ricciul. *d. cap. 52. nu.* 9. aduertens, quod si adsit alter titulus, nempè, quia sunt clerici familiares, & seruientes Episcopo, vel Abbati, poterunt communicare in ijs, quæ pertinent ad seruitium, quia tunc communicant subiectionis titulo.

12 *Nisi articulus necessitatis immineat.* Notatur ad hoc, quod licita est communicatio cum excõmunicato propter necessitatem, non solum spiritualem, sed etiam temporalem, siuè pertineat ad victum, siuè ad vestitum, siuè ad habitationem, etiamsi necessitas non sit extrema, sed alia, quam ex consilio tenemur subleuare, ita Vgol. *d. cap. 23. §. 11.* Soar. *d. disp. 15. sect. 3. nu.* 8. Bonac. *d. §. 2. n.* 57. Valer. Reginal. *d. lib. 32. tract. 3. nu.* 124. Anton. Ricciul. *d. lib. 4. cap.* 55. Vnde sequitur eum, qui per metum grauem communicare cogitur cum excommunicato excusari à peccato, censetur enim existere in graui necessitate, nec Ecclesia obligat cum tanto incommodo: ex quo patet à fortiori eũ excusari, qui per vim cogitur Diuinis interesse coram excommunicato, in quo casu aduertendum est eum, qui hoc modo detinetur, non teneri claudere oculos, vel obturare aures, vt tenent Henriq. *d. lib. 13. cap. 13. nu.* 4. Auila *d. disput 15. nu.* 15. Bonac. *d. §. 2. nu.* 62. Quod autem pater excommunicatus ali debeat à filio, tenent Duen. *reg. 68. limit. 10. circa finem*, Surd. *de alimentis tit. 1. q. 19. nu.* 13.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Excommunicatio priuat excommunicatum potestate suscipiendi, vel conferendi Sacramenta.*
3 *Excommunicatus ob percussionem clerici, si Ordines suscipiat deponitur ab illo Ordine, cum quo solus Papa dispensat, cum Religioso tamen, qui id aliquo modo ignoranter fecit, dispensat Prælatus.*
4 *Dispensatio est res maior, & difficilior, quàm absolutio.*
5 *Ordinis Sacramentum iure datur excommunicato, & ab excommunicato quoad characterem, non quoad executionem.*
6 *Rigor opponitur æquitati.*
7 *Professio facta per excommunicatum tenet.*
8 *Ignorantia nõ præsumitur in facto proprio antiquo, si illud sit arduum, & graue.*

Cap. Cum illorum. XXXII.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostien. Henr. Butr. Anchar. Panor. Marian Socin. Felin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cũ legibus Castellæ par. 1. &* 2. Viui. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag.* 286. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 762. refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 21. cap. 5.*

2 *In excommunicatione positi, Ecclesiasticos, &c.* Notatur ad hoc, quod excommunicatio priuat excommunicatum potestate suscipiendi, vel conferendi Sacramenta, vt per Vgol. *de cens. tab. 2. cap. 7. in initio*, Aegid. *de Sacram. & censur. tom. 2. disp. 14. n.* 22. Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 32. n. 1.*

3 *Censemus in perpetuum deponendos, &c.* Notatur ad hoc, quod excommunicatus ob percussionem Clerici, si Ordi-

Ordines suscipit, deponitur ab illo Ordine, cum quo tantum solus Papa dispensat; cum religioso tamen, qui id aliquo modo ignoranter fecit, dispensat Prælatus, vt per Soar. *tom. 5. de censur. disp. 31. sect. 1. nu. 19.* Aegid. *d. tom. 2. disp. 15. num. 41.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 30. num. 188.* Campanil. *in diuersorio Iuris Canon. rub. 11. cap. 15. n. 4. & 5.* Bernard. *in pract. cap. 13.* & Salzed. ibi aduertit hodiè ex Conc. Triden. *sess. 24. de reformat. cap. 6.* siue detur scientia, siue ignorantia Episcopum Iure posse in hac irregularitate dispensare si delictũ occultũ sit, quod tunc erit, quando excommunicatio occulta est, licet celebratio ipsa publica sit.

4 *Dispensandi facultatem, etc.* Notatur ad hoc, quod dispensatio est res maior, & difficilior, quàm absolutio, vt per Henriq. *in summa lib. 14. de irregul. cap. 17. §. 4. in commen. lit. N, in fine.*

5 *Absque mandato Sedis Apostol.* Notatur ad hoc, quod Ordinis Sacramentum iure datur ab excommunicato, & excommunicato quoad characterem, licet non quoad executionem, vt per Couar. *in cap. alma mater, par. 1. §. 6. num. 6.*

6 *Secundum rigorem, vel æquitatem.* Ergò rigor opponitur æquitati, vt per Tiraq. *de retract. tit. 1. §. 35. gloss. 1. n. 21.* & æquitas præfertur rigori, Couar. *in reg. possessor. par. 2. §. 6. à n. 2.* Valasc. *de Iure emphyt. q. 5. n. 4.* Donel. *commentar. Iuris Ciuilis, lib. 23. cap. 2.* Moder. *de iurisdict. par. 4. casu 162. nu. 2. cum seqq.* Morla *in emporio Iuris Ciuilis, par. 1. tit. 1. q. 11. per totam.*

7 *Qui si claustrales, etc.* Notatur ad hoc, quod ingressus, & professio facta per excommunicatum tenet, quia est contractus, inter religionem, & profitentem: ita Innocen. *verbo Præterea,* Henric. *n. 4.* Zabarel. *n. 8.* Felin. *n. 2.* Butr. *nu. 6.* & Socc. *nu. 15.* in præsenti, idem Zabarel. *cons. 46. in fine;* Couar. *de sponsal. par. 2. cap. 6. in initio, n. 3.* Henriq. *in summa, lib. 13. cap. 7. §. 7. in medio;* Aegid. *d. disp. 14. n. 119.* Sayr. *de censur. lib. 2. cap. 9. n. 19.* Campanil. *d. cap. 15. n. 6.* Fr. Emmanu. *quæst. Regul. tom. 2. q. 62. art. 15. vers. quod procedit, & tom. 3. q. 17. art. 14.* Mar. Alter. *de censur. lib. 2. disp. 7. cap. 1. pag. 293.* Anton. Ricciul. *de Iure person. extra gremium Ecclesiæ existen. lib. 4. cap. 41. per totum,* Azor. *instit. moral. par. 1. lib. 10. cap. 3. q. 9.* vbi etiam resoluit, quod huiusmodi excommunicatus receptus, absolui potest à Superiore, siue Abbate. Vtrum autem procedat quando ingressus, aut professio esset facta vigore rescripti impetrati ab excõmunicato? in quo dubio vna sententia tenet nullius esse momenti, quam tuentur Felin. hic *nu. 2. vers. limita,* Calder. *cons. 22. de regular. & cons. 4. de rescriptis,* Soccin. *in cap. sacris, nu. 17. infra hoc tit.* Sayr. *tom. 5. disp. 15. sect. 9. n. 9.* ex ea ratione, quia in tali casu tota professio fundatur super rescripto, cuius cum excommunicatus sit incapax, *cap. 1. de rescrip. in 6.* sequitur, quod sit incapax etiam professionis, arg. *cap. fin. de clerico excommunicato.* Alteram verò opinionem, quod scilicet professio facta per excommunicatum vigore rescripti valeat, tenent Gomez *in d. cap. 1. n. 32.* Couar. *d. n. 3. vers. etiamsi excommunicatus,* Mar. Alter. *d. cap. 1.* Sed prima opinio sicut est receptior, ita & verior, quam etiam sequitur Ricciul. *d. cap. 41. num. 6.* vbi *num. 7.* declarat procedere quando receptio, seu professio fuit facta principaliter vigore rescripti.

8 *Nisi graue fuerit, et notabile factum, &c.* Notatur ad hoc, quod ignorantia non præsumitur in facto proprio antiquo, si illud sit arduum, & graue, vt per Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 23. n. 39.* Mascard. *de probat. concl. 735. nu. 2.* Nec etiam ignorantia facti alieni præsumitur in factis nobilium, seu magnorum virorum, ex Menoch. *d. præsump. 23. num. 80.* Aloys. Ricc. in *collect. decis. par. 4. collect. 824.*

9 In glos. [Mutilationem] ibi (*cum excessus notorius est, &c.*) Vtrũ, & quãdo leuis percussio clerici facta in foro, platea, vel alio loco publico, possit esse enormis propter scandalum, quod oritur ex notorio excessu, vide Marc. Anton. Genuen. *in praxi Curiæ Archiep. Neapol. cap. 80.* Mari. Antonin. *variar. resolut. lib. 3. resolut. 11.*

10 In glos. [Effusionem.] ibi (*Verbum enim effusionis abundantiam significat.*) Ita Tiraquel. *in tract. de iudic. in rebus exiguis, vers. vndecimo, pag. 55.* Vnde statutum loquens de vulnere cum sanguinis effusione non habet locum in vulnere, ex quo modicum sanguinis effunditur, vt per Hippol. *cons. 80. n. 26.* Marc. Ant. Genuen. *d. cap. 80. num. 2.*

11 In glos. [Passus] ibi (*sicut iniuria facta filio patrem contingit, &c.*) Notatur ad hoc, quod pater pro iniuria facta filio agere potest nomine proprio, vide Bellacomb. *tom. 2. commun. opin. lib. 9. tit. 25. n. 140.* latè Farinac. *in praxi crimin. q. 105. à n. 255.* vbi *nu. 258.* cum Surd. *decis. 89. n. 12. ante finem,* resoluit non è contra filium agere posse pro iniuria facta patri, & *n. 259.* li-
12 mitat etiam in filio naturali; vndè patrem remittere posse iniuriam factam filio minori tenẽt Fichar. *tom. 2. commun. opin. lib. 9. tit. 25. n. 141.* Perez. *tit. 11. lib. 1. Ordin. pag. 175.* Clar. *§. fin. q. 58. n. 22.* Bonacos. *commun. crimin. par. 2. verbo pater, fol. 58. verso,* Boer. *decis. 120. n. 1.* Pinel. *in l. 1. C. de bonis mater. par. 3. n. 105.* Mench. *illustrium, cap. 15. n. 8.* Azeued. *l. 8. n. 33. tit. 1. lib. 5. & l. 2. nu. 129. tit. 10. lib. 8. nouæ recopil.* Surd. *decis. 89. n. 12.* Farinac. *in praxi crim. par. 1. q. 14. num. 34. cum seqq. & d. q. 105. n. 257.* Molin. *de iust. tract. 3. disp. 2. nu. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Monialis percutiens Monialem, aut clericum secularē absolui potest per Episcopum, in cuius diœcesi monasteria sita sunt.*
3 *Mulieres cuiuscunque conditionis sint, si inciderint in excommunicationem propter violentam manus iniectionem in clericum ab Episcopo absolui possunt.*

Cap. De Monialibus. XXXIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioann. Andr. Host. Butr. Anchar. Panor. Felin Mar. Socin. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusq; Iuris cum legib. Castellæ p. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 287.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 763.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 21. cap. 6.*

2 Probat hic tex. quod monialis percutiens monialem, aut clericum secularem absolui potest per Episcopum, in cuius diœcesi monasteria sita sunt, vt per Syluest. *verbo absolutio, 4. nu. 3.* Fr. Emman. *in summ. tom. 1. cap. 80. n. 17.* Mar. Alter *de censur tom. 1. de excommun. lib. 3. disp. 7. c. 5. vers. secundo probatur ostest,* Bellet. *disquis. cleric. par. 1. tit. de fauore clericorum Canonis, §. 3. nu. 4.* Bonac. *de censur. disp. 2. q. 4. punct. 5. nu. 3. vers. quamuis.* Mulieres enim cuiuscunque conditio-
3 nis sint, si inciderint in excommunicationem propter violentam manus iniectionem in clericos, possunt absolui ab Episcopo, Tiraq. *l. 10. connubiali gloss. 1. par. 10. n. 33.* Sayr. *de censur. lib. 3. cap. 28. n. 18.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Communicare cum excommunicato nobis licitum est quoties opera excommunicati est necessaria ad nos, vel ad nostra tuenda.*
3 *Communicare in concernentibus seruitium, quod iam persolutum, potest quis cum excommunicato.*
4 *Communicare cum excommunicato licitum nobis est quando contractus est contra illum, ad soluendum scilicet debitum, vel adimplendum promissa.*
5 *Filij parentibus excommunicatis libere communicare possunt, quamuis sint emancipati, naturales, & adoptiui.*
6 *Societatis contractus per superuenientem excommunicationem non dissoluitur.*

Cap. Si vere. XXXIV.

1 SVper hunc tex scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panor. Marian. Socin. Felin. Ximē. Toletan. *in concordant. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ, par. 1. & 2.* Viuia. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificy pag. 287.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 763.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 21. cap. 7.*

2 *Vobis permittimus, vt cum ipsis, &c.* Notatur ad hoc, quod quoties opera excommunicati est necessaria ad nos, vel nostra tuenda, licitum est nobis cum excommunicato communicare, vt per Angel. *verbo excommunicatio, 8. n. 6.* Soar. *tom. 5. de censur. disp. 15. sect. 3. n. 7.* Anton. Ricciul. *de Iure person. extra gremium Ecclesiæ existen. lib. 4. cap. 54. num. 1.* vbi *nu. 3.* hinc infert licitum nobis esse petere consilium à Doctore excommunicato, si ab alio æquè idoneo consilium non speramus, & pari ratione posse in infirmitate vocare medicū, & aromatarium excommunicatum, si illum magis idoneum reputemus, vel de nostra complexione magis informatum.

3 *Maiorem nauli receperint quātitatem, &c.* Notatur ad hoc, quod ille, qui seruitium stipulatus est ab eo, quem ignorabat excommunicatum, vel ab eo, qui post stipulationem excommunicationem contraxit, & totam, vel partem mercedis persoluit, si quantitas soluta nequeat recuperari, poterit illi in concernentibus seruitium communicare, vt per Anton. Ricciul. *d. lib. 4. cap. 53. num. 4.*

4 *Et ab excommunicatis exigi possit, &c.* Notatur ad hoc, quod quando contractus est contra excommunicatum, licitum nobis est ei communicare, ad effectum cogendi illum ad soluendum debitum, & ad implendam promissa in contractu, vt per Couar. *in cap. alma mater par. 1. §. 1. num. 8.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 32. nu. 98.* Aegid. *de Sacramen. & censur. tom. 2. disput. 14. nu. 124. & 129.* Mari. Alter. *de censuris tom. 1. de excommun. lib. 1. cap. 4. vers. probatur.* Ricciul. *d. lib. 4. cap. 32. nu. 29. & cap. 56. à princip.* vbi *nu. 3.* asserit procedere non solum in coactione iudiciali, sed etiam extraiudiciali, adeò vt liceat nobis excommunicatum alloqui, aut illi nunciumi, vel litteras mittere petendo debitum ab eo, nam si licet petere debitum, licita sunt etiam media necessaria, vel vtilia ad illud consequendum, quod quidem in specie censet Soar. *tom. 5. disp. 15. sect. 8. sub nu. 2.*

5 *Præterea si pater fam. domus, &c.* Notatur ad hoc, quod liberi parentibus excommunicatis licitè communicare possunt, vt per Vgolin. *de censur. tab. 1. cap. 23. §. 7.* Couar. *in d. cap. alma mater par. 1. §. 2. nu. 8.* Paul. Comitol *respons. moral. lib. 6. q. 34. nu. 4.* Bonac. *de censur. disp. 2. q. 2. punct. 6. §. 2. nu. 18.* Anton. Ricciul. *d. lib. 4. cap. 19. à princip.* Primò ampliatur, vt procedat etiam in liberis emancipatis, quia dispositio *cap. quoniam multos 11. q. 3.* loquitur

tur simpliciter de liberis, & ideò à nobis debet simpliciter intelligi nô adhibita distinctione, an sint in potestate, vel emancipatisita Vgol. *d.§.7. nu.7.* Mari. Alter. *de censur. tom. 1. disp. 15. lib. 1. cap. 4. in 1. dubit.* sed quamuis hæc opinio procedere possit in ijs, quæ pertinent ad filium, vt filius est, veluti ad obedientiam, & reuerentiam erga patrem, quoad alias vero actiones minimè poterit communicare, præcipuè si habitet extra patris domum, quia tunc non poterit de nouo habitare, & aliàs similes actiones cum patre excommunicato vitando exercere, vt per Soar. *d. sect. 5. nu. 3.* Bonac. *d. §. 2. nu.28.* Paul. Comitol. *d. q. 34. nu. 3.* Ricciul. *d. cap. 49. nu.8.* Secundò ampliatur, vt procedat etiam in liberis naturalibus habitantibus simul cum patre, Vgol. *d. §. 7. sub nu. 7.* Soar. *d. sect. 5. nu. 4.* Mari. Alter. *d. cap. 4. in 1. dubit.* Anton. Ricciul. *d. cap. 49. nu. 11.* Tertio ampliatur, vt procedat etiam in filijs adoptiuis, dummodo sint sub cura parentum, & commensales illius, Vgolin. *d. §. 7. nu. 3.* Soar. *d. sect. 5. nu. 4.* Mari. Alter. *d. c. 4. in 3. dubit.* Quarto ampliatur, vt procedat non solum in filijs, aut liberis, sed etiā in ijs, qui moraliter habentur loco liberorum, cuiusmodi sunt nurus, præuigna, hos enim cum socero, aut vitrico excommunicato, si commensales sint, communicare posse tenent Vgol. *d. §. 7. n. 8.* Soar. *d. sect. 5. nu. 7.* Bonac. *d. §. 2. n. 29.* Anton. Ricciul. *d. cap. 29. nu. 22.* Quinto amplia siuè filij nati sint ante excommunicationē, siuè post, Vgol. *d. nu.* 8. Aegid. *de Sacram. & censur. tom. 2. disp. 14. num. 127.* Anton. Ricciul. *vbi proximè num. 23.* Limita tamen in filijs spiritualibus, vt per Soar. *d. sect. 5. sub nu.* 8. Bonac. *d. §. 2. nu. 34.* Anton. Ricciul. *d. cap. 49. nu.* 20. vbi *nu. 25.* disputat vtrum sicut liberi possunt communicare cum parentibus excommunicatis, sic possent è conuerso parentes communicare cum liberis excommunicatis.

6 In glos. [In excommunicatorū.] Notatur ad hoc, quod cōtractus societatis per superuenientem excommunicationem non dissoluitur, & potest socius non excommunicatus in ijs, quæ pertinent ad societatem, communicare socio excommunicato, vt per Abb. *nu. 10. vers. & circa societatem*, Couar. *in cap. alma mater par. 1. §. 1. num. 8. vers. quibus suffragatur*, Viuā *decis. 99. nu. 15.* Felic. *in tract. de societ. cap. 8. num. 9.* quos refert, & sequitur Anton. Ricciul. *d. lib. 4. cap. 56. num. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc text. scribentes.*
2 *Crimina ne maneant impunita publicè interest.*
3 *Clericus suspectus de fuga potest carcerari, & ab ipso creditore capi si aufugiat cum bonis.*
4 *Prælatus potest iubere suum clericum capi etiam per laicos.*
5 *Clericus in flagranti delicto repertus an possit capi per Iudicem secularem, remissiuè.*

Cap. Vt famæ. XXXV.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Host. Henric. Butr. Anch. Panor. Mar. Socin. Felin. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusq; Iuris cum legib. Castellæ p. 1. & 2.* Viu. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. p. 288.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 764.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 21. cap. 8.*

2 *Publica vtilitatis interfit ne crimina maneant impunita.* Notatur ad hoc, quod publicè interest; & Reipub. expedit, ne crimina maneant impunita, vt per Thom. de Thomas. *in floribus legum reg. 103.* Gramm *decis. 36.* Perez *l. 4. glos. 1. pag. 312. tit. 12. lib. 2. Ordin. & l. 1. glos. 3. pag. 148. in princip. tit. 1 lib. 8.* Azened. *l. 14. nu. 1. tit. 9. lib. 3. noua recopil. & l. 1. nu. 63. tit. 1. lib. 8.* Flamin. *de resign. lib. 14. q. 1. nu. 17.* Bellet. *disquisit. clerical. par. 1. tit. de discep. clericali §. 15. à nu. 86.* Card Tusch. *tom. 2. lit. D. concl. 157.* Cabed. *Lusit. decis. 75. nu. 1. par. 1.* Cardos. *in praxi Iudicum, verbo delictum, nu. 9. & 10.*

3 *Sub arcta custodia detineri, &c.* Notatur ad hoc, quod clericus suspectus de fuga potest carcerari, & ab ipso creditore capi, si aufugiat cum bonis, vt per Marcum Anton. Genuen. *in praxi Archiepiscop. Neapol. cap. 3. nu. 18.* nam vt clericus possit pro crimine personaliter detineri, requiritur quod ipse clericus fugitiuus sit Clar. *lib. 5. §. final. q. 28. nu. 5.*

4 *Laici vero, &c.* Notatur ad hoc, quod Prælatus potest iubere suum clericum capi, etiam per laicos, vt per Aegid. *de Sacramen. & censur. tom. 2. disp. 14. nu. 191.* Et mittens manus violentas in clericum de mandato sui Prælati eum capiendo, non incurrit excommunicationem, Sayr. *de censur. lib. 3. cap. 27. nu. 26.*

5 Per hunc tex. est communis opinio posse secularem Iudicem capere clericum in flagranti delicto repertum, vt ad suum Iudicem ducatur, sic attestantur Anton Gom. *tom. 3. vari. cap. 4. nu. 3.* Auendan. *de exequend. mand. par. 1. cap. 22. nu. 2. vers. item,* Bernard. *in pract. cap. 25. num. 3.* vbi Salzed. *lit. D. in nouiss. edit.* Azeued. *l. 9. n. 4. tit. 3. lib. 1. & l. 5. nu. 9. & 11. tit. 3. lib. 4. noua recopil.* Oliban. *de iure fisci cap. 14. num. 140.* Farinac. *in praxi crimin. par. 1. q. 21. à num. 141.* Camil. Borrel. *in summa omnium decis. tit. 43. n. 126. & de præstantia Regis Catholici cap. 71. num. 183. & 186.* sed intellige cum Campanil. *in diuersorio Iuris Canonici rub. 4. n. 26.* & vide dicta ad *cap. 2. de vita & honest. cleric.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 Ex-

2 *Excommunicatus est qui in clericum volentem manus iniecerit violentas.*
3 *Clericus se ipsum percutiens animo irato, & iniurioso excommunicatus est.*
4 *Canonis priuilegio non potest renunciari.*
5 *Declaratur tex. in præsenti, & nu. 6. & 7.*
8 *Clericum percutiens causa correctionis excommunicationem non incurrit.*
9 *Clericus consentiens in sui percussionem non est ipso facto excommunicatus, sed venit excommunicandus.*
10 *Clericus solum verbaliter depositus gaudet Canonis, & fori priuilegio.*

Cap. Contingit. XXXVI.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. And. Hostien. Butr. Anch. Panor. Felin. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordan. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag.* 288. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 764. refertur ab Anton. Aug. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 21. cap.* 10.

2 Probat hic tex. excommunicatum esse, qui in clericum etiam volẽtem manus iniecerit violẽtas, vt per Franc. Marc. *par. 2. decis.* 882. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 2. differentia* 15. *num.* 3. Soar. *tom. 5. de censur. disput.* 22. *sect.* 1. *num.* 58. Auila *eod. tract. par. 2. cap. 5. disp. 3. dub* 12. Sayr *eod. tract. lib. 3. cap. 26. nu.* 18. Bonac. *eod. tract. disp. 2. q. 4. punct. 2. num.* 1. Carrer. *in practic. crimin. fol.* 92. *n.* 3 Molin. *de Iustit. tom. 4. tract. 3. disp. 51. n.* 3. Decian. *in tract. crimin. lib. 4. cap. 3. num.* 4. Aloys Ricc. *in praxi aurea resolut.* 472. Balthas. Amescua *de potestate in se ipsum lib. 1. cap. 12. num.* 32. Iacob. de Graff. *in decis. aureis par. 1. lib. 2. c. 49. n. 6. & par. 2. lib. 3. c. 5. n.* 29. Carol. de Grassis, *de effect. cleric. effectu* 9. *n.* 77. Gutier. *de iuramen. confirm. par. 1. cap.* 16. *a num.* 53.
3 hinc resoluentes clericum se ipsum percutientem animo irato, & iniurioso excommunicatum esse maiori excommunicatione, quod etiam resoluunt Gutier. *loco citato*, Cened. *ad Decretum collect.* 24 *num.* 13. & *collect.* 29. *num.* 5. Aegid. *d. Sacramen. & censur. tom. 2. disput.* 14. *num.* 179. Francisc. Coriolan. Capuccin. *de casibus reseruatis. §. 2. casu 10. de inaic. Regul. §. 10. num.* 25. Amescua *d. lib. 1. cap. 20. num.* 24 plures, quos refert, & sequitur Carol. de Grassis *d. effectu* 9. *nu.* 82. Bonac. *d. punct.* 2. *num.* 4. vbi intelligit modo clericus percutiat se ex ira, & percussio attingat grauitatem lethalis culpæ. Vnde sequitur maiori excommunicatione ligari eos, qui desperatione, vel tædio vitæ se ipsos percutiunt, aut occidunt, secus verò dicendum de clericis, qui ob mortem parentum, vel amicorum se se alapis percutiunt, aut barbam, vel capillos euellunt, vel de illis, qui causa mortificandæ carnis, aut ex deuotione corpus suum castigant, vt per Molin. *de Iustit. tom. 4. tract. 3. disp.* 51. *num.* 4. Aegid. *d. disput.* 14. *num.* 168. Bonac. *d. punct.* 2. *num. 4. vers. hinc sequitur.*

4 Ratio autem illa est, quia priuilegio Canonis non potest clericus renunciare, cum non tam in fauorem clerici ordinati, quàm in fauorem totius Ordinis clericalis fuerit introductum, tum etiam quia neminem sui ipsius dominum esse, nec membrorum suorum passim Iura clamant *in l. liber homo ff. ad leg. Aquil.* & in hoc tex. cum similibus, quibus Iuribus scriptũ reliquit Guido Papæ *decis.* 278. posse neminem se obligare ad manus amputationem, nisi quid certum fecerit, vel nisi ita fit, vt ille loquitur. Nec obstat, quod volenti, & consentienti non fit iniuria, quia respondetur hoc procedere, quando consentiens consentit in iis, in quibus potest consentire: clericus autem in hoc casu non potest consentire cum priuilegium de non percutiendo clerico sub pœna excommunicationis concessum sit toti Ordini, & statui clericali, cui persona priuata non potest præiudicare, & cedere, & sufficit quod fiat iniuria statui Ecclesiastico, vt excommunicatio huiusmodi incursa censeatur, vt in tex. habetur; ita respondent citati à Bonac. *d. puncto 2. nu. 1. vers. respondeo.*

5 Verum contra supradictam textus conclusionem, eiusque decidendi rationem non leuiter obstat quod *canon ille, si quis suadente*, expresse requirit vt excommunicatio ipso iure incurratur, quod iniectio manuum sit violenta, vt patet ex verbis ipsius Canon. & melius ex *cap. 1. sup. hoc tit.* ibi, quia non potest in ipsis iniectio manuum violenta notari, quæ particula non conuenit percutienti clericum volentem, & consentientem iuxta *reg. scienti*, cum similibus, & fatetur tex. in præsenti, ibi, huiusmodi manuũ iniectio etiamsi non violenta, &c. & magis in decisione, quæ habetur in *vers. de cætero*, &c. quatenus solum prohibet ne de cætero illud fiat, vt clerici se percutiendo laicis subiiciantur, minimè autem percutientibus volentem clericum excommunicatio præscribitur, sed clericos sic se percutioni subijcientes post tempora illius Canon. excommunicandos esse constituit, atque ita ex iis fundamentis non defuerunt plures, qui contra communem sententiam scripserunt, negantes percutientes clericum volentem, excommunicationem illam incurrere, de qua in d. Canon. *si quis suadente*, quod alii ex meis præceptoribus Conimb. probabilem censent ante tex. in præsenti, non ita post illud, quia putant expressè hic probari istos eam excommunicationem incurrere, de qua in d. Canon. *si quis suadente*, dum illius auctoritate factum in Bracharen. Archiepiscopatu damnat, inepta autem esset illius Canoni allegatio, nisi Pontifex intelligeret ad hanc censuram pertinere percussionem clerici iniuriosam, licet violenta non sit. Secundo, quia magis fauet Ordini clericali, in cuius fauorem dixit tex. in præsenti Canon illum fuisse promulgatum. Tertio, quia constantissimo scribentium consensu recepta est huiusmodi tradi-

tio

tio: verumtamen minimè hæc distinctio defendi potest, si enim rationes, quas pro ea considerant, veræ sunt, concludunt nihil de nouo Pontificem hic statuere, sed potius secundum Ius antiquum respondisse, nam si propterea excommunicationem incurrit percutiens clericum volentem, quia priuilegium illius Canon. toti ordini concessum est, non vero in singulorum priuatum fauorem, rectè sequitur secundum Ius antiquum, & ordinarias regulas nihil prodesse consensum priuatorum, vt percutiens excommunicationem euadat, iuxta reg. *d.l. Ius publicum ff. de Iustitia, & iure, & cap. si diligenti, de foro competen.* cum similibus: deinde si Pontifex interpretatur Canon. illum statuere excommunicationem non solum ob percussionem violentam, sed etiam ob iniuriosam frustra inter nouũ Ius, & antiquum fit distinctio, sic denique auctoritas Doctorum, & receptissima sententia persuadere debent, nemo ea tempora distinxerat, vt illi volunt.

6 Quare licet raro, & difficulter à receptis sententijs recedere consueuerim, nunquam tamen in rigore disputationis huic, de qua supra, acquiescere potui, sed semper constanter existimaui, & existimo neque ante, neque post hunc tex. probari Iure nostro quod percutiens clericum volentem, excommunicationem illam ipso iure incurrat, ex prædictis rationibus, neq; contraria argumenta difficilem habent solutionem; Nam illud, quod priuilegijs concessis ratione honestatis, & reuerentiæ personarum ipsi nequeunt renunciare, omissis varijs solutionibus, de quibus D. Barbos. *in l. alia §. eleganter, num. 11. ff. soluto Matrimon.* totum est concedendum, sed ex hoc non infertur ad casum nostrum, nullum enim priuilegium datur clericis quando volentes percutiuntur, cum potius contra solos inijcientes manus violentas concessum fuerit. At aliud vero quod Pontifex videretur inepte cõsiderare verba illius *Canon. si quis suadente*, explicando ad casum percussionis clerici volentis, quasi canon non solum puniat percussionem violentam, sed etiam iniuriosam, frustraq; considerare Canonem editum in fauorem totius ordinis, si casus ipse non pertinet ad censuram eo Canone statutam; Respondetur hæc omnia satis conueniri, & adaptari prohibitioni, de qua hic *in vers. ideo*, nam si percussio violenta non esset, neque etiam iniuriosa nulla prohibitionē opus erat, sed potius actus licitus censeri debuit, quemadmodum Doctores resoluũt de illis, qui causa disciplinæ percutiuntur, vt in *d. cap. 1. sup. hoc tit.* aut causa deuotionis se percutiunt, eo quod pertinet alia ratio, vt idem Canon latus fit in fauorem totius ordinis, nam si solus respiceret fauorem priuatorũ, eadē percussio non redundaret in opprobrium totius ordinis, quia supponimus ipsum non tangere, ergo bene Pontifex ad effectum vt illicita, & prohibita censeatur talis percussio, considerat iniuriam toti ordini illatam, quam singuli suo consensu remittere non possunt, minimè inde sequitur excommunicationē *Canon. si quis suadente*, ipso iure incurrere.

7 Hac igitur resolutione retenta facile etiã defenditur resolutio altera contra cõmunē, quod clericus se ipsum percutiens excommunicationem illam non incurrit, etiam si iniuriosa fiat, vel illicitè, vt tenuit Fab. quem refert, & sequitur Mant. *dial. 125. vers. si seipsum vulneraret*; & ratione illa confirmatur, quod ad excommunicationem illam incurrendam requirit Canon distinctionem personarum inter ipsum percussorem, & percutientem, quod generaliter in omnibus moralibus actionibus pro regula constitutum est *in cap. vlt. de institut. & in cap. debitum, de baptismo*, cum multis alijs.

8 *Tamen iniuriosa videtur.* Ergo sufficit, quod huiusmodi percussio sit iniuriosa ordini clericali, vt aduertit Aegid. *d. disput. 14. num. 168.* ex quo euenit percutientem clericum causa correctionis, excommunicationem non incurrere, vt resoluit Sayr. *d. lib. 3. cap. 27. nu. 11.*

9 *Excommunicetur.* Ergo clericus consentiens in sui percussionem non est ipso facto excommunicatus, sed venit excommunicandus, vt per Nauar. *in manuali cap. 27. num. 77.* Soar. *d. sect. 1. nu. 57.* Bonac. *d. punct. 2. num. 3.* Henriq. *in summa lib. 5. cap. 5. in comment. lit. T.* vbi aduertit, quod si clericus pluribus ictibus cum interuallo notoriè se subijciat, excommunicationem incurrit ipso facto, quia in secundo ictu participat in crimine cum excommunicato notorio.

10 In glos. [Ordinati.] ibi (*item quid de excommunicato deposito si verberetur, an tacidat in Canonem, &c.* Notatur ad hoc, quod clericus solum verbaliter depositus Canonis priuilegio fruitur, vt per Gam. *de Sacramen. prastan. vltimo supplicio damnatis q. 5. num. 21.* Sayr. *de censur. lib. 5. cap. 20. num. 12.* Bonacin. *de censuris disput. 4. puncto vnic. num. 13.* Aloyf. Ricc. *in praxi aurea resolut. 355.* Mar. Alteri. *de censur. tom. 1. de excommun. lib. 2. dispu. 1. cap. 6. vers. & quidem, sic* & eodem modo depositus verbaliter gaudet priuilegio clericali, Roland. *consi. 4. num. 23. vol. 1.* Bellet. *disquisit. clerical. par. 1. tit. de fauore clericorum personali §. 6. nu. 3.* Bonacin. *d. num. 3.* vbi citat Valent. Sayr. Auil. & alios.

Cap. Relatum. XXXVII.

1 SVper hunc tex. scripserũt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henr. Butr. Anchar. Panor. Felin. Mar. Soc. Ximen. Toletan. *in concordantys vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificy pag. 289.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 765.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 21. cap. 11.*

2 Probat hic tex. seruum, qui in fraudem domini manus violentas in clericum iniecit, vt iret Ro-

Romam pro absolutione in domini fraudē, subtrahendo seipsum ab eius obsequio, pro illo tempore, posse, immo debere absolui ab Episcopo, si læsio non sit enormis, ne fraus sua illi patrocinetur in damnum domini, ita Gama *de Sacramen. præstandis ultimo supplicio damnatis, q. 5. nu. 22.* Sic potestati alterius quilibet adstrictus, prout sunt serui, idest mancipia, possunt pro violenta manuū iniectione in clericum ab Episcopo absolui, vt per Bellet. *disquisit. clerical. par. 1. tit. de fauore cleric. Canonis §. 3. nu. 29.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Absolutio necessariò requiritur ad tollendam excommunicationem quamuis excommunicatus pœniteat.*
3 *Ministri Ecclesiæ non debent accipere oblatum ab excommunicato, vt Diuina officia pro ipso faciant.*
4 *Relicta in testamento ab excommunicato ad pias causas an à ministris Ecclesiæ recipi possint, ostenditur.*
5 *Excommunicati priuantur Ecclesiæ suffragijs.*

Cap. Sacris. XXXVIII.

1 Svper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Host. Butr. Anchar. Panor. Felin. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ, part. 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 289.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 765.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 21. cap. 12.* & alia pars est supra *in cap. sacris de sepultur.* & in alio sic incipien. *de his, qua vi.*

2 *Non tamen priusquam absolutionis gratiam, &c.* Notatur ad hoc, quòd absolutio necessariò requiritur ad tollendam excommunicationem, quamuis excommunicatus pœniteat, vt per Couar. *in cap. alma mater par. 1. §. 11. nu. 5.* & plures, quos refert, & sequitur Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existen. lib. 4. cap. 65. num. 7.* vbi *num. 12.* cum Couar. *d. §. 11. sub num. 4.* & Nauar. *in manuali cap. 26. num. 32.* atque alijs, extendit per hunc tex. vt procedat, etiamsi excommunicatus sit mortuus, & moriens ostenderit signa pœnitentiæ, & *num. 21.* pariter per tex. in præsenti extendit, vt procedat, quamuis excommunicatus pœnitens erroris pugnauerit de mandato Ecclesiæ contra alios excommunicatos, & in hoc bello decesserit, non adhuc nisi sequatur absolutio, remanet absolutus.

3 *Vel oblationes, &c.* Notatur ad hoc, quod Ecclesiæ ministri non debent accipere oblatum ab excommunicato, vt Diuina officia pro ipso faciant, vt per Vgol. *de censur. tabul. 2. cap. 9. §. 4.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœniten. lib. 32. num. 14.* ampliantes procedere etiamsi non ille, sed alius pro illo offerat, & etiamsi offerat simpliciter, vel

4 in eleemosynam. Vtrum autem relicta in testamento ab excommunicato ad pias causas ab Ecclesiæ ministris recipi possint? quæstio est ad præsens institutum non contemnenda, in qua resoluendum est, quod quando sint relicta mortuaria, quæ dantur pro anima, vel sub onere celebrandi suffragia, tunc huiusmodi relicta non valent, nec recipienda sunt ab Ecclesia cum pro excommunicato non sit orandum, vt per Innocen. *in cap. cum voluntate, hoc tit. sub nu. 1. vers. mortuaria autem,* vbi Ioan. Andr. *sub num. 4. vers. mortuaria verò,* Abb. *in rubr. de testamen. sub num. 11.* Campeg. *de dote par. 1. q. 47. num. 4.* Quando vero aliquid relinquitur Ecclesiæ simpliciter sine aliquo onere, tunc relictum huiusmodi valet, & potest Ecclesia illud recipere, quia ex parte excommunicati, si potest testari ad vsus profanos, poterit multò magis ad vsus pios: respectu vero Ecclesiæ, cum ea non obligetur ad orandum, potest recipere sine scrupulo, cum possit accipere eleemosynas ab excommunicatis, vt citius Deus eorum corda illustrare dignetur, ità ex Abb. & Franch. resoluit Anton. Ricciul. *d. lib. 4. cap. 58. num. 15. & 16.* vbi *nu. 17.* idem dicendum putat si relictum sit sub onere faciendi aliquod opus pium citra suffragium, veluti si sit relictum Ecclesiæ aliquid ab excommunicato sub onere alendi, seu maritandi puellas, hoc enim est perinde ac si esset relictum pauperibus, quibus excommunicatus relinquere potest.

5 *Vel orationes Domino porrigendæ, &c.* Notatur ad hoc, quod excommunicati priuantur Ecclesiæ suffragijs, vt per Aegid. *de Sacramen. & censur. tom. 2. disp. 14. nu. 36. & 59.* Valer. Reginal. *d. lib. 32. nu. 9.* Vasquez *tom. 4. in 3. par. tract. de excommunic. dub. 2.* Bonacin. *de censuris disp. 2. q. 2. punct. 1. in princip.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Excommunicato dicenti se absolutum non adhibetur fides.*
3 *Absolutio ab excommunicatione an probetur per cedulam Confessarij.*
4 *Excommunicatus qui fuit olim, etiam hodie excommunicatus præsumitur.*
5 *Excommunicatus semel debet semper vitari donec probetur absolutus.*
6 *Excommunicatum quem semel sciui, debeo semper vitare donec de absolutione mihi legitimè constiterit.*
7 *Cardinali asserenti aliquid sibi commissum plena fides adhibetur, licet non ostendat litteras sui mandati.*

Cap.

Cap. Sicut. XXXIX.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. And. Host. Her. Butr. Anchar Panor. Felin. Mar. Socin. Casal. *in annot.* Ximen. Tolet. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 290. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 765. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 21. *cap.* 15.

2 *Super absolutione sua litteras, etc.* Notatur ad hoc, quod non adhibetur fides excommunicato dicenti se absolutum, vt per Mascard. *de probat. concl.* 12. *num.* 1. Sanch. *de Matrimon. lib.* 3. *disp.* 37. *nu.* 2.

3 *Aut alio modo legitime, &c.* Ergo non sufficit probare se esse absolutum ab excommunicatione per cedulā Confessarij, nisi duo testes adsint, qui probent excommunicatum absolutum, & parti satisfecisse, vt per Pr. Emman. *in addit. ad Bullam Cruciatæ* §. 9. *num.* 31. *fol.* 108.

4 *Vt prius habeas, &c.* Notatur ad hoc, quod, qui olim fuit excōmunicatus hodie etiā excōicatus præsumitur, vt per Mascard. *d. concl.* 12. *nu.* 2. & *concl.* 704. *à nu.* 1. Menoch. *de præsump. lib.* 6. *præsump.* 70.
5 *per totā*, Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 4. *collect.* 1117. Et ideo semel excommunicatus semper debet vitari, donec probetur absolutus. Viu. *decis.* 98. Couar. *in cap. alma mater par.* 1. §. 2. *num.* 6. Nauar. *in manu. cap.* 27. *nu.* 36. latè Mar. Alter. *de censur. tom.* 1. *de excommun. lib.* 1. *disp.* 11. *cap.* 3. *vers. sed dubitari*, vbi limitat quando aliquis nō fuit excommunicatus simpliciter, sed sub conditione: vel quando communi opinione ab omnibus reputabatur absolotus, aut esset elapsum aliquod temporis spatium ab ipsa excommunicatione ita longum, vt attenta qualitate personæ præsumendum esset probabiliter illum iam fuisse absolutum.

6 *Et facias euitari.* Notatur ad hoc, quod tenetur vnusquisque euitare illum, quem semel sciuit esse excommunicatum, nisi de absolutione sibi legitimè constiterit, vt per Tiraquel. *de pœnis temper. causa* 31. *nu.* 33.

7 In glos. [Litteras, I.] Notatur ad hoc, quod Cardinali asserenti aliquid sibi commissum plena fides adhibetur, licet non ostendat litteras sui mandati, vt per Mascard. *de probat. concl.* 140. *à princip.* Farinac. *in praxi crimin. par.* 2. *q.* 63. *num.* 55. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Excommunicationis sententia per appellationem non suspenditur.*
3 *Excommunicatio lata post sententiam est nulla.*
4 *Expressio relatiua non sufficit cum quid patenter fieri debet.*
6 *Excommunicatus iniustè debet euitari.*

Cap. Per tuas. XL.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panor. Felin. Marian. Socin. Casal. *in annot.* Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 290. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 765. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 21. *cap.* 14.

2 Probat hic tex. in prima eius parte sententiam excommunicationis per appellationem non suspendi, vt per Capel. Tholos. *decis.* 300. Nauar. *in manuali cap.* 25. *nu.* 120. Maran. *de ordine iudic. par.* 6. *tit. de appellat. num.* 178. Rebuff. *in concordatis tit. de excommunicatis non vitandis vers.* 54. Gutier. *canonic. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 90. & 91. Farinac. *in praxi crimin. q.* 101. *limit.* 13. *num.* 68. multipliciter ampliat, & limitat Anton. Ricciul. *de iure person. extra gremium Ecclesiæ existen. lib.* 4. *cap.* 64. *à princip.* Iudex autem appellationis statim absoluere potest à censura lata per iudicem à quo appellatur, si constiterit sententiam excommunicationis esse iniustam, vt etiam in hoc tex. habetur, prout ex eo colligit Bellet. *disquisit. clerical. par.* 1. *tit. de fauore clericorum Canonis* §. 5. *num.* 20.

3 *Nos igitur credimus, &c.* Notatur ad hoc, quod excommunicatio lata post sententiam est nulla, vt per Couar. *practic. cap.* 25. *num.* 2. *vers. illud tamen*, Ricciul. *d. cap.* 64. *num.* 37. Et qui allegat excommunicationem nullam fuisse, quia lata post appellationem, aut errorem manifestum habere, & petat absolutionem ad cautelam, absoluendus equidem est, non simpliciter, sed ad cautelam, vt per Couar. *in cap. alma mater par.* 1. §. 12. *num.* 7.

4 *Fuisse patenter expressum, &c.* Notatur ad hoc, quod expressio relatiua non sufficit, cum quid patenter fieri debet, vt per Tiraq. *de iure maritis glos.* 7. *num.* 200.

5 *Ad cautelam.* De absolutione ad cautelam latè Anton. Ricciul. *d. lib.* 4. *cap.* 87. *per totum.*

6 *In alijs euitari debet, &c.* Notatur ad hoc, quod iniustè excommunicatus debet euitari, vt per Nauar. *in manu. cap.* 27, *nu.* 2. & 3. Soar. *de censur. disp.* 4. *sect.* 7. *num.* 41. & 43. Bellet. *disquisit. clerical. par.* 1. *tit. de fauore clericorum Canonis* §. 5. *num.* 4.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Communicatio cum excommunicatis etiam per epistolam non est licita.*
3 *Absolutus non videtur excommunicatus si Papa eum salutet, vel cum eo communicet.*
4 *Papa an liceat communicare cum excommunicatis sine causa, remissiuè.*

Cap. Si aliquando XLI.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Host. Henric. Butr. Anch. Panor. Felin. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordant. vtriusque Iuris cum legibus Castella par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iur. Pontif. pag.* 291. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 764. refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 1. sub tit. de rescrip. cap. 2.*

2 *Nostra littera cum salutationis alloquio, &c.* Notatur ad hoc, quod non est licita communicatio cum excommunicatis etiam per epistolam, vt per Cosm. *in pragmat. Sanct. tit. de elect. verbo litteras fol.* 108. Couar. *in cap. alma mater par. 1. §. 2. nu.* 1. Soar. *tom. 5. de censur. disp. 15. sect. 1. sub num.* 2. Anton. Riccíul. *de iure person. extra gremium Ecclesiæ existen. lib. 4. cap. 46. nu. 5.*

3 *Non propter hoc excommunicationis, &c.* Notatur ad hoc, quod excommunicatus non videtur absolutus ab excommunicatione si Papa eum salutet, vel cum eo communicet, vt per Menoch. *de præsump. lib. 2. præsumpt. 20. num.* 38. Vtrum autem
4 Summo Pontifici liceat absque aliqua culpa communicare cum excommunicato sine causa, vide Couar. *d. §. 1. nu. 3.* Vgol. *de censur. tab. 1. cap. 2. §. 2. à num. 2. & tab. 2. cap. 23. §. 12. nu. 3.* Soar. *eod. tract. disp. 7. sect. 9. à num. 15.* Sayr. *eod. tract. lib. 2. cap. 15. nu. 13* Auila *eod. tract. par. 2. cap. 6. disp. 9. dubit. 1. concl. 3. cum seq.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Excommunicatus à pluribus Iudicibus ab eisdem absolui debet.*
3 *Absolutio ab excommunicatione obtenta ex falsa causa est nulla.*
4 *Absolutio vna non prodest duobus excommunicationibus.*

Cap. Officij. XLII.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anch. Panor. Felin. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castella par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag.* 191. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 766. refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 21. cap. 15.* & est pars huius tex. *in cap. officij supra, de pœnitentijs, & remiss.*

2 Multa, quæ ad materiam huius tex. facere possunt, dixi ad *cap. cum pro causa 27. supra hoc tit.* Et circa huius tex. conclusionem quod excommunicatus à pluribus Iudicibus ab eisdem absolui debet, vide Perez *l. 1. vers. decima, pag. 181. tit. 5. lib. 8. Ordin.*

3 In glos. [Excommunicationis;] ibi (*excommunicatus iterum, &c.*) Notatur ad hoc, quod absolutio ab excõmunicatione obtenta ex falsa causa est nulla, nec prodest excommunicato, vt per Perez *l. 1. tit. 5. lib. 8. Ordin. pag.* 181. Cou. *in cap. alma mater par. 1. §. 11. num.* 14. Nauar. *in manuali cap. 27. num.* 38. late Mari. Alter. *de censur. tom. 1. de excommun. lib. 4. disp. 5. cap. 3.* & vide dicta *ad cap. ex parte 5. de offic. Iudicis Ordin.*

4 In ead. glos. ibi (*Sed qualiter, &c.*) Notatur ad hoc, quod vna absolutio non prodest duobus excommunicationibus, vt per Tiraq. *de retractu tit. 2. §. 2. glos. 1. num.* 21. Couar. *variar. lib. 2. cap. 10. num. 8. vers. quartum,* Perez *d. l. 1. pag.* 180.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Prædicatio Verbi Diuini tempore cuiuscunque interdicti licita est.*
3 *Prædicare excommunicatis Verbum Dei licitum est.*
4 *Excommunicato licitum est sacra interesse Concioni.*
5 *Excommunicatus non potest ingredi Ecclesiam tempore, quo Diuina celebrantur.*
6 *Interdicti tempore licitum est administrare Sacramentum Baptismi paruulis & adultis.*
7 *Confirmationis Sacramentum tempore interdicti licitè conferri potest tam paruulis, quàm adultis, tam in Ecclesia interdicta, quàm in loco generaliter interdicto.*

Cap. Responso. XLIII.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Host. Henr. Butr. Anch. Panor. Felin. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legib. Castella par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag.* 292. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 676. refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 21. cap. 16.*

2 *Quibus prædices Verbum Dei, etc.* Notatur ad hoc, quod prædicatio Verbi Diuini tempore cuiuscunque interdicti licita est, vt per Henriq. *in summa lib. 13. de excommun. cap. 44. §. 2.*

§. 2. *vers. quinto*, Vgol. *de censur. tab. 5. cap. 8. in princip. num. 5.* Sayr. *eod. tract. lib. 5. cap. 5. nu. 43.* Prædicare enim non est actus Sacri Ordinis, vt per Nauar. *in manuali cap. 27. num. 65. & consil. 2.*
3 *de temp. ordinat. in antiq.* Prax. Episc. *par. 1. verbo prædicatio* §. 10. remissiuè Sayr. *vbi proximè*. Et ideo licitum est nobis prædicare excommunicatis verbum Dei, vt per Abb. hic *num. 3.* Anton. Ricciul. *de iure personarum lib. 4. cap. 55. nu. 3.*

4 *Apud aliquam Ecclesiam conuocare, &c.* Ergo excommunicato licitum est Sacræ concioni interesse, potestque absque peccato Ecclesiam ingredi ad eam audiendam, vt per Soar. *tom. 5. de censur. disp. 12. sect. 2. num. 4. & 5.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 32. n. 21.* latè Mari. Alter. *de censur. tom. 1. de excommun. lib. 1. dispu. 10. c. 3. col. 2. vers. si quis quærat, lit. C.* vbi respondet obiectis in contrarium, asseritq; S. Augustin. *epist. 187. ad Bonifacium* interdixisse excommunicato introitum Ecclesiæ, ne ibi perciperet Sacramenta, & audiret Diuina Officia, non ad alium finem. Non licet autem excommunicato sine peccato alijs concionari, quia cessat ratio, nam qui alijs concionatur non suam, sed aliorum salutem quærit, in quo casu non est licitum excommunicatis cum alijs communicare, nisi in extrema, aut graui necessitate, Valer. Regin. & Mari. Alter. locis citatis.

5 *Dummodo contra formam, &c.* Notatur ad hoc, quod excommunicatus non potest ingredi Ecclesiam eo tempore, quo Diuina celebrantur, vt per Couar. *in cap. alma mater par. 1. §. 5. nu. 7. col. 3.* Valer. Reginal. *d. lib. 32. num. 21.* Alio vero tempore sine peccato Ecclesiam ingredi potest, & ibi orare, & horas Canonicas recitare solus, & sine Socio, Mari. Alter. *d. disp. 10. cap. 5.*

6 *Præter baptisma paruulorũ, &c.* Quod autem tempore interdicti licitum erat administrare Sacramentum Baptismi paruulis iuxta hunc tex. & etiam adultis iuxta *cap. quoniam, hoc tit. lib. 6.* dixi ad *cap. non est vobis 11. num. 7. de sponsal.* vbi etiam *nu. 8.* de Sacramen. Pœnitentiæ.

7 *Ad Cõfirmationẽ in frontib. &c.* Notatur ad hoc, quod Confirmationis Sacramentum licitè conferri potest tempore interdicti tam paruulis iuxta tex. in præsenti, quàm adultis iuxta *cap. quoniam, hoc tit. lib. 6.* & tam in Ecclesia speciatim interdicta, quàm etiam in interdicti tempore generalis loci, atque etiam solemniter, vt est receptissima omnium scribentium traditio, passim horum Iurium auctoritate adæquantium duo Sacramenta Baptismum, & Confirmationem, ita Couar. *in d. cap. alma mater par. 2. §. 2. vers. idem*, Nauar. *in manu. cap. 7. num. 178.* Tolet. *in summa lib. 2. cap. 53.* Henriq. *in summa lib. 3. de Confirmatione cap. 6. num. 7.* Vgol. *de censur. tab. 5. cap. 7. §. 5.* Sayr. *eod. tract. lib. 5. cap. 7. num. 6.* Auila *eod. tract. par. 5. disp. 4. sect. 1. dub. 4. concl. 2.* Soar. *tom. 3. disp. 26. sect. 1. à num. 7.* Valer. Reginal. *d. lib. 32. tract. 3. nu. 24* Bonac. *de censur. disp. 5. punct. 2. §. 1. n. 4.* Ratio huius decisionis desumi potest *ex d. cap. quoniam*, ibi, propter moræ periculum, quamuis enim hoc Sacramentum regulariter loquendo necessitatis non sit, est tamen complementum Baptismi, per illud enim baptizatos plenè fieri Christianos dicit Vrbanus Pontifex *in princip. distinct. 5.* & alij Sancti Patres, quos refert Henriq. *d. lib. 3. cap. 1. §. 2. iuncta lit. H.* & iuxta sanum sensum contra hæreticos benè explicat Soar. *tom. 3. disp. 34. sect. 2.* non quod prima gratia per Confirmationis Sacramentum conferatur, & ante Confirmationem Baptismus culpam originalem non remitta, qui est peruersus aliquorum Hæreticorum error, sed quia per Confirmationem baptismalis gratia roboratur, & confirmatur ad benè operandum, constanterq; credendum, & Fidem Christianam firmiter confitendum: quia vero ad hoc Sacramentum, sicut & ad Baptismum conferendum, Chrisma necessarium est, & iuxta Ecclesiæ morem in Cœna Domini solum confici potest, & veteri amplius vtendum non est, ideò concesso vsu Baptismi, & Confirmationis tempore interdicti, expediens, & necessarium fuit Chrismatis etiam confectionem concedi, vt ait tex. *in d. cap. quoniam*. Verum tamen est illum, qui dedit causam interdicto, aut qui est speciali & personali interdicto ligatus, non posse ad hoc Sacramentum admitti, nisi prius præstiterit condignam satisfactionem ab Ecclesia præscriptam, vt aduertit Bonac. *d. §. 1. nu. 4.* vbi *nu. 6.* resoluit personaliter interdictum interdicto generali personali, qui causam non dedit interdicto, huiusmodi Sacramentum ministrare posse, non vero illum, qui specialiter interdictus est, vel causam dedit interdicto.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Condemnatus vt debitum coniugale reddat fœminæ, si certo sciat eius vxorem non esse, nequaquam tenetur, nec potest sententia stare.*
3 *Debitum reddere non potest coniux conscius impedimento dirimenti.*
4 *Coniugij ad licitum vsum prius deponẽdus est scrupulus, seù temerarium dubium.*
5 *Debitum petere non potest coniux dubius de valore Matrimonij, tenetur tamen reddere, intellige vt ibi.*

Cap. Inquisitioni. XLIV.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collectar. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Heric. Butr. Anchar. Felin. Panor. Maria.

Soci. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castella, par.* 1. & 2. Viuia. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 293. Alagona *in compend. Iuris Canonici pag.* 767. refertur ab Ant. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 21. *cap.* 17.

2 Probat hic tex. quod condemnatus, vt debitum coniugale reddat fœminæ, si certò sciat eius vxorem non esse, nequaquam tenetur, immo nec potest sententiæ stare, & ita potius propriam scientiam, quàm Iudicis publicam auctoritatem sequi debet, vt per Couar. *lib.* 1. *variar. cap.* 1. *num.* 2. *vers. quintò*, Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *num.* 72.

3 *Quā per carnale cōmerciū, &c.*

Notatur ad hoc, quod consciius coniux impedimēti dirimentis non potest debitum reddere, vt per Sanch. *de Matrim. lib.* 2. *disp.* 39. *num.* 5. Gutier. *eod. tract. cap.* 50. *num.* 4. Aegid. *de Sacramen. & censur. tom.* 2. *disp.* 34. *dub.* 10. *num* 96. Bonac. *de Matrimon. q.* 4. *punct.* 4. *num.* 16. vbi *num.* 17. resoluit coniugem scientem Matrimonium esse inualidum ob impedimentum dirimens non posse reddere debitum coniugi ignoranti impedimentum, seu inualiditatem Matrimonij, etiamsi per excōmunicationem compellatur ab Ecclesia reddere, aut etiamsi sequantur grauissima incommoda, scandala, & vitæ periculum, vt colligitur ex text. in præsenti. Neque obstat excommunicatio, qua compellitur ab Ecclesia reddere, cum iuxta veriorem sententiam huiusmodi excommunicatio non liget coram Deo, ex ea ratione, quia excommunicatio iniusta, quæ nititur falsa præsumptione, non ligat, tum quia excommunicatio supponit peccatum mortale, quod non adest in præsenti, & ita tenent plures, quos refert, & sequitur Gutier. *d. tract. de Matrimon. cap.* 49. *num.* 1. & Bonac. *d. num.* 17. ampliantes hoc verum esse etiamsi Matrimonium sit inualidum ob impedimentum Iure humano inductum, contra Henriq. *in summa lib.* 12. *cap.* 3. *num.* 2. *in commen. lit. K.*

4 *Temeraria credulitatis, &c.*

Notatur ad hoc, quod ad licitum coniugij vsum prius deponendus est scrupulus, seu temerarium dubium explodendum, vt per Sanch. *in præcepta Decal. lib.* 1. *cap.* 10. *nu.* 79.

5 *Debitum quidem reddere potest.*

Notatur ad hoc, quod coniux dubius de valore Matrimonij non potest petere debitum antequā adhibeat debitam diligentiam ad assequendā veritatem, tenetur tamen reddere alteri coniugi petenti, qui non dubitat de Matrimonij validitate, ita Sanch. *lib.* 2. *disp.* 41. *nu.* 42. Bonac. *d. punct.* 4. *num.* 3. Azor *institut. moral. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *q.* 5. Sayr. *in claui Regia lib.* 1. *cap.* 13. *d nu.* 25. Poterit tamen post debitam diligentiam factam, ex qua veritas nondum comperta est, non solum reddere, sed etiam petere, vt resoluunt Sot. *in* 4. *de Iustit. q.* 5. *art. vlt.* Valen. *tom.* 4. *disp.* 10. *q.* 6. *punct.* 2. Valer. Reginal. *d. lib.* 31. *nu.* 299. Aegid. *d. disp.* 34. *dub.* 10. *n.* 105. Sanch. *d. lib.* 2. *disp.* 41. *num.* 46. quicquid dicant Rebel. *de oblig. Iustit. par.* 2. *lib.* 2. *q.* 16. *sect.* 2. *num.* 11. Gutier. *de Matrimon. cap.* 49. *num.* 28. Si verò suboriatur scrupulus ex leuibus indicijs de validitate Matrimonij inter vtrumque coniugem post illud ab ijsdem bona fide contractum, poterit vterque ad inuicem petere, & reddere, ex resolutis per Henriq. *lib.* 11. *cap.* 15. *num.* 13. Sanch. *d. disput.* 41. *n.* 42. Aegid. *d. disp.* 34. *dub.* 10. *n.* 10. Gutier. *d. cap.* 49. *num.* 23. Bonac. *d. punct.* 4. *num.* 2.

ij. Cap. Contingit. XLV.

1 SVper hunc text. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castella par.* 1. & 2. Viui. *in ration. lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 294. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 767.

2 De materia huius tex. & an hodie requiratur trina monitio, vt clericus in minoribus amittat priuilegium fori, vide quæ dixi *ad cap. in audientia* 25. *supra hoc tit.*

3 *Priuilegiū meretur amittere, &c.*

De hoc principio dixi *ad cap. suarum num.* 25. *supra de priuilegijs.*

4 *Frustra legis auxiliū inuocat, &c.*

De hoc principio multos citaui DD. *ad cap. bonæ* 23. *supra de electione.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc text. scribentes.*
2 *Excommunicationis exceptio in qualibet parte litis opponi potest, etiam post conclusum in causa.*
3 *Excommunicatum repellere debet Index ex officio suo, etsi reus nihil dicat, si sit publicè denunciatus.*

Cap. In præsentia. XLVI.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anch. Panor. Felin. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castella, par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 294. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 767. refertur ab Ant. August. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 15. *cap.* 2.

2 In glos. [Irritandum.] ibi (*exceptio excommunicationis in qualibet parte litis opponi potest.*) Ita Ordinatio Regia Lusitanorum *lib.* 3. *tit.* 49. *§.* 2. *in fine.* Soar. de Pace *in pract. tom.* 1. *par.* 4. *tempore* 5. *nu.* 59. Peregr. *de Iure fisci lib.* 3. *tit.* 12. *num.* 14. Muscatel. *in praxi aurea crimin. par.* 3. *glos.*

gloss. Similes num. 2. etiam post conclusum in causa, Surd. *de alimen. tit.* 8. *priuileg.* 83. *num.*4. Amat. Roder. *in sua pract. cap.* 5. *nu.*72.

3 In ead. glos. ibi *(& Iudex ex officio suo, etsi reus nihil dicat, repellere debet excommunicatum .)* Ita etiam disponit Ordinatio Regia Lusitan. *d. tit.* 49. §. 4. *propè finem*, & resoluunt Peregr. *d. tit.* 11. *num.* 16. Sanch. *de Matrimon. lib.* 3. *disput.* 22. *nu.* 36. intellige de publico excommunicato, nam dum non est publicatus, & denunciatus à Iudice, hodie vitandus non est, iuxta Extrauagan. *Ad euitanda* Martini V. Summi Pontif. de qua multa tradunt Perez *l.* 1. *vers. hodie tamen, tit.* 5. *lib.* 8. *Ordin. pag.* 177. Gutier. *canonic. lib.* 1. *cap.* 1. Prax. Episcop. *par.* 1. *verbo excommunicatio* §. 3. Soar. de Pace *d. temp.* 5. *d num.* 70. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *q.* 61. *art.* 2. Azor. *institut. moral. par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 11. Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *q.* 57. *nu.* 12. *& lib.* 6. *q.* 35. Sanch. *in præcepta Decal. lib.* 2. *cap.* 9. *nu.* 5. Cened. *ad Decretum collect.* 19. *nu.* 2. *& ad Decretal. collect.* 42. *num.* 4. Bonacin. *de censur. disp.* 2. *q.* 2. *puncto* 1. §. 1. *nu.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Excommunicatus est dolosè permittens clericum percuti ex quo prohibere potuit, & non prohibuit, intellige vt ibi.*
3 *Agentes, & consentientes pari pœna puniuntur.*
4 *Delicto committendo obuiare tenetur quis si commodè potest absque proprio periculo.*

Cap. Quantæ. XLVII.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 295. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 767. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 15. *cap.* 3.

2 Probat hic tex. excommunicatum esse dolose permittentem clericum percuti, ex quo prohibere poterat, & non prohibuit, vt per Caiet. *verbo excommunicatio* 10. Soar. *tom.* 5. *de censur. disp.* 22. *sect.* 1. *num.* 56. Ludouic. Beja *par.* 1. *casuum conscientiæ casu* 60. Sayr. *in claui Regia lib.* 10. *tract.* 2. *cap.* 14. *num.* 2. *& de censur. lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 24. Alij vero prædictam conclusionem accipiunt eo tantum casu, quo quis tenetur ex iustitia impedire, non ita tamen quando tenetur ex sola charitate obstare, ex quorum numero sunt Nanar. *in manuali cap.* 27. *num.* 78. Henriq. *in summa lib.* 14. *cap.* 12. Molin. *de Iust. tom.* 4. *disp.* 33. *membr.* 5. *num.* 6. Auila *de censur. par.* 2. *cap.* 5. *disp.* 3. *dub.* 8. quos refert, & sequitur Bonac. *de censur. disp.* 2. *q.* 4. *punct.* 3. *num.* 5. sic intelligentes text. in præsenti: sed prior opinio verior, & litteræ tex. magis conformis. Vtrum, & quando ratam habens percussionem clerici incurrat maiorem excommunicationem, vide Soar. *d. sect.* 1. *num.* 55. Molin. *d. disp.* 33. *& eod. tom.* 4. *disp.* 52. *num.* 4. Sayr. *d. cap.* 26. *num.* 52. Bonac. *d. puncto* 3. *nu.* 7.

3 *Fauentes, & consentientes, &c.* Notatur ad hoc, quod agentes, & consentientes pari pœna puniuntur, si consentientes cooperentur ad delictum, saltem præstando auctoritatem, vt per Auiles *ad cap.* 1. *Prætor. nu.* 7. *fol.* 58. *verso.* Flores de Mena *variar. lib.* 2. *q.* 18. *nu.* 41. & alios relatos *ad cap.* 1. *supra de officio delegati.*

4 *Eos delinquentibus fauere, &c.* Notatur ad hoc, quod tenetur quilibet, si possit absque proprio periculo, & commodè id valeat efficere, delicto committendo obuiare, proximumq; ab iniuria defendere, vt per Couar. *in reg. peccatum par.* 2. §. 3. *num.* 4. Perez *l.* 1. *glos.* 1. *pag.* 67. *tit.* 3. *lib.* 1. *Ordin.* Gutier *canon. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 104. *cum seqq.* & latè dixi ad *cap. sicut dignum* §. *illi etiam, sup. de homicidio*, vbi multipliciter explicaui.

5 In glos. [Interpretans.] Circa materiam huius glos. vide dicta in *d.* §. *illi etiam.* Et quatenus dicit pro defensione alterius licitum esse accipere pecuniam, vide Couar. *d.* §. 3. *num.* 4. *vers. hinc profecto*, Farinac. *in praxi crimin. par.* 5. *q.* 125. *num.* 275.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Monitio & citatio præmittenda est ad excommunicationem ferendam.*
3 *Excommunicari quis non potest pro peccato præterito, nisi prius moneatur.*
4 *Monitiones præcedentes excommunicationem debent esse tres, vel vnica, quæ tres complectatur.*
5 *Excommunicatio tenet licet in ea ordo iudiciarius non seruetur.*
6 *Excommunicari absque monitione in quibus casibus quis possit, ostenditur.*
7 *Excommunicationis sententiam non præmissa competenti admonitione in aliquem promulgans, quam pœnam incurrat, ostenditur.*
8 *Absolutio datur absque partis citatione vbi periculum est in mora.*
9 *Excommunicans, vel suspendens aliquem iniustè tenetur ei resarcire damnum, & interesse.*
10 *Excommunicatus iniustè potest iurisdictionem Ecclesiasticam vbiq; exercere.*

Cap. Sacro. XLVIII.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panor. Felin. Marian. Socin. Casal. *in annot.* Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1.

par. 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 295. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 768. desumitur ex Conc. generali Lateranen. sub Innoc. III. *cap.* 27. & refertur ab Ant. August. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 15. *cap.* 5.

2 *Nisi competenti admonitione præmissa.* Notatur ad hoc, quod præmittenda est monitio, & citatio ad excommunicationem ferendam, vt per Couar. *in cap. alma mater par.* 1. §. 9. *n.* 4. Nauar. *in manuali cap.* 27. *num.* 11. *& conf.* 4. *sub hoc tit. num.* 1. *in antiquis*, Tolet. *in summa lib.* 1. *cap.* 9. Gutier. *canonicar. lib.* 2. *cap.* 16. *à princip.* Vgol. *de censur. tab.* 1. *cap.* 18. *à princip.* Soar. *eod. tract. disput.* 3. *sect.* 8. *à princip.* Auila *eod. tract. dispu.* 1. *cap.* 5. *dub.* 7. *cum seqq.* Sayr. *eod. tract. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 14. *& cap.* 12. *num.* 5. Bellet. *disquisit. clerical. par.* 1. *tit. de fauore clericorum Canon.* §. 4. *n.* 17. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *quæst.* 59. *art.* 3. Cardos. *in praxi Iudicum verbo excommunicatio, n.* 3. Farinac.
3 *fragmen. crimin. par.* 1. *lit. E. num.* 18. Et excommunicatio pro culpis præteritis non debet ferri nisi præcedentibus tribus monitionibus cum suis interuallis, vt tenent Miranda *in manuali Prælatorum tom.* 2. *q.* 35. *art.* 3. *concl.* 3. Praxis Episcopalis *par.* 1. *verbo excommunicatio*, non potest enim quis excommunicari pro peccato præterito nisi prius moneatur, *cap. Romana* §. *caueant hoc tit. lib.* 6. Couar. *d.* §. 9. *num.* 4. *&* §. 10. *à n.* 1. Soar. *tom.* 5. *disput.* 4. *sect.* 5. *à num.* 6. Bellet. *d.* §. 4. *num.* 32. & huiusmodi conclusio recte intelligitur quando pro præteritis culpis lata est excommunicationis sententia, secus si pro futuris, quia tunc nulla est necessaria monitio, vt per Innoc. Ioan. Andr. & Anchar. hic, Lap. & alios, quos refert, & sequitur Rẽdina *in promptuario recept. sentent. tit.* 41. *nu.* 11. *tom.* 1. Monitio-
4 nes autem debent esse tres, vel vnica, quæ tres complectatur, *cap. contingit il* 2. *& ibi glos. verbo tertio, supra hoc tit. tex. in præsenti*, Couar. *d.* §. 9. *num.* 5. Bellet. *d.* §. 4. *num.* 21. vbi aduertit, quod in prima monitione, siuè citatione præfigitur terminus ad quid faciendum, siuè ab eo abstinendo: in secunda verò alius terminus ad dicendum, & allegandam causam, quare non debeat excommunicari, seù in excommunicationem comminatam incursus declarari: in tertia denique vt compareat ad videndum, & audiendum se excommunicari, & successiuè excommunicatum declarari, & pro excommunicato publicè denunciari, cædulones decerni, & affigi ad loca solita, & consueta Ciuitatis, &c. quæ quidem monitiones nunquam præsumuntur ex resolutis per Roder. Soar. *allegat.* 13. *nu.* 8. Notandum tamen est, quod illæ tres monitiones, quæ fieri debent in excommunicatione comminatoria, continere debent cõgruum tempus per aliquot dictum interuallum, Felin. *hic num.* 1. *vers. nota, & glos. hic verbo competenti*, Cou *d.* §. 9. *num.* 5. Grauat. *ad Vestr. in pract. Ciuili, lib.* 7. *cap. fin. num.* 29. Sayr. *d. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 32. *&* 33. Bellet. *d.* §. 4. *num.* 39. vbi etiam cum Hostien. dicit huiusmodi tempus, seù interuallum inter monitionem & monitionem esse arbitrarium Iudici An autem hæc monitio fieri debeat personaliter, & non ad domum, vide Bellet. *d.* §. 4. *à num.* 44. Farinac. *d. lit. E. nu.* 19. Et quamuis monitiones prædictæ omissæ fuis-
5 sent, ordoq; excommunicandi iudiciarius non seruetur, tenet tamen excommunicatio, licet nõ sit rectè lata, *glos. hic verbo iusta*, & Felin. *num.* 3. & Abb. *num.* 9. Couar. *d.* §. 9. *num.* 7. Sayr. *d. cap.* 12. *num.* 26. Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 4. *nu.* 4. Gabri. *commun. lib.* 2. *tit. de citat. concl.* 1. *n.* 155. Rendina *in prompt. tit.* 41. *num.* 5. Bellet. *d. tit. de fauore clericor. Canonis* §. 4. *num.* 38. quamuis non desint qui contrariũ teneant, videlicet Vict. *in sum. de excomm. num.* 6. Soar. *de censur. disp.* 3. *sect.* 12. *num.* 3. Sot. *in* 4. *dist.* 22. *q.* 1. *artic.* 2. *concl.* 3. quorum opinio probabilis, & in puncto Iuris verior est, vt dixi *ad cap.* 26. *de appellation.* vbi latè, & ibi dictis adde Mari. Alter. *de censuris tom.* 1. *de excommun. lib.* 3. *disp.* 3. *cap.* 3. 4. *&* 5.

6 Dantur tamen aliqui casus, in quibus excommunicari quis potest absque monitione. Primus est, quando fertur excommunicatio ab Episcopo, non vt Iudex, sed vt pars ad defensionem Iurium Episcopalium, scilicet contra occupantem res Ecclesiæ, siuè turbantem Iura Ecclesiæ, ita Felin. *hic num.* 6. *& in cap. cum sit Romana nu.* 16. *de appellat.* Innocen. *in cap. venerabilis nu.* 3. *&* 4. vbi etiam Abb. *num.* 3. & Butr. *de censibus*, Lap. *allegat.* 73. Secundus quando fertur excommunicatio contra occultantes iniustè bona, & terras Ecclesiæ Romanæ, Host. & Felin. *in cap. cum olim, de iudic.* Tertius quando Iudex Ecclesiasticus præcipit aliquid, quod ad eius officiũ pertinet, si non pareatur potest excommunicare absque alia monitione facienda super emendatione criminis commissi, quia verè ille contumax est, satis enim monet Iudex eo ipso, quod iuste aliquid præcipit, vel prohibet, ita Innocen. *in cap. ex parte nu.* 4. *de verborum significat.* Franch. *in d. cap. Romana* §. *fin.* Auila *de censuris par.* 2. *cap.* 5. *dispu.* 1. *dub.* 10. §. *ex dictis*, Coriolan. Capuccin. *de casibus reseru. par.* 1. *sect.* 1. *art.* 25. *num.* 13. vbi *num.* 12. cum Ludou. Mirand. *in manuali Prælatorum tom.* 2. *q.* 35. *art.* 3. *concl.* 3. idem dicit de excommunicatione lata à Prælatis per modum precepti. Quartus quando periculum est in mora potest quis excommunicari sine monitione, glos. *verbo temerarius in cap. cum medicinalis, hoc tit. lib.* 6. Felin. *hic n.* 4. Nauar. *in cap. cum contingat quinta causa nullitatis, num.* 1. *de rescrip.* Quintus quando delictum est commissum in præsentia Iudicis Felin. *hic num.* 7. *&* 8. Butr. *in cap. ad Apostolica, colum.* 1. *de except.* Sextus quando Iudex excommunicat excommunicatum à Iure, *cap. reprehensibilis, & ibi Abb. num.* 6. *&* 7. *de appellat.* Couar. *d.* §. 9. *num.* 5. *vers. trina verò monitio*. Septimus, quando Prælatus Regularis excommunicat subditum suum, quia illum corrigens non procedit vt

Iudex

Iudex formaliter, Felin *hic num. 7. vers. quintò fallit*, & Lap *d. allegat.* 73. Et aliqua circa hanc materiam babes *ad cap. 26. de appellat.*

7 *Ingressum Ecclesiæ per mēsē, etc.*

Notatur ad hoc, quod præsumens sententiam excommunicationis promulgare in aliquem, nisi competenti admonitione præmissa, & præsentibus personis idoneis, per quas si necessè fuerit probari possit monitio, etiamsi iuste fuerit excommunicationis sententia, interdicti, & ingressus Ecclesiæ per mensem vnum pœnam incurrit, vt per Valer. Reginal. *in praxi fori pœniten. lib. 32. tractatu 3. num. 68. vers. secundò*, vbi etiam aduertit verbum, præsumpserit, de quo in præsenti, indicare quod ad hoc incurrendum requiratur, vt Iudex ex certa scientia, directaq; voluntate agat.

8 *Qui si absq; periculo moræ, &c.*

Notatur ad hoc, quod vbi periculum est in mora absolutio datur absque partis citatione, ita *glos. verbo non relaxes, versic. nisi periculum in cap. 3 de officio Ordinary*, Franch. *in cap. qua fronte 25. de appellat. sub num. 31. vers. & hoc nisi periculum*, vbi etiam Butr. *sub nu. 11.* Imola *num. 9.* ac alij, quos refert, & sequitur Anton. Ricciul. *de iure person. extra gremium Ecclesiæ existen. lib. 4. cap. 70. num. 5.*

9 *Cumque aduersus excommunicatorem, &c.* Notatur ad hoc, quod excommunicans, vel suspendens aliquem iniustè tenetur ei resarcire damnum, & interesse, vt per Perez *titul. 5. lib. 8. Ordin. pag.* 181. Farinac. *d. lit. B. à num.* 42. Sayr *d. lib. 1, cap. 13. num* 16. Monet. *de distribution. quotid. par 2. q. 15. num.* 45. vbi intelligit de expensis litis, & alijs similibus damnis: vel etiam de fructibus, & distributionibus quotidianis, duplex enim actio competere poterit huic iniustè excommunicato, altera contra excommunicantem, & suspendentem iniustè, altera vero contra eos, qui redditus huiusmodi perceperunt, neque enim nouum est plures actiones pro eadem re contra plures personas alicui competere posse, vt constat *ex l. etiam & l. fin. C. si tutor & cur. l. 3. ff eod.* latè Anton. Ricciul. *dict. lib. 4. cap. 14. numer.* 33.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc text. scribentes.*
2 *Excommunicationem incurrunt qui seruari fecerint statuta edita, & consuetudines introductas contra Ecclesiæ libertatem.*
3 *Statutum, quod exceptio excommunicationis opponi non possit, inualidum est.*
4 *Statuta, vel consuetudines facientes seruari contra libertatem Ecclesiasticam sunt excommunicati.*

Cap. Nouerit. XLIX. *Honor. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq Innoc. Collect. Zabarel. Io Andr. Casal. *in annot.* Hostien. Henric. Butr. Anchar. Felin. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castella par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag.* 296. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 766.

2 *Necnon & qui de cætero, &c.*

Excommunicantur omnes hic, qui de cætero seruari fecerint statuta edita, & consuetudines introductas contra Ecclesiæ libertatem, de qua excommunicatione latè Mari Alter. *de censuris tom. 1. lib. 5. disput. 16. cap 4.* vbi aliquas quæstiones ad materiam huius tex. resoluit, & ostendit in quo differat excommunicatio lata in hoc tex. ab excommunicatione Bullæ in Cœna Domini.

3 *Contra Ecclesiæ libertatem, &c.*

Notatur ad hoc, quod non valet statutum, quod exceptio excommunicationis opponi non possit, quia esset contra libertatem Ecclesiasticam, vt per Rebuf. *in tract. except. num.* 208. Quare minus pie exceptio excommunicationis non admittitur apud illos, de quibus Couar. *lib. 1. variar. cap. 18. nu. 5.* Tiraquel. *de retract. tit. 1. §. 1. glos. 9. num. fin.* Rebuf. *vbi proximè num. 207. & in declarat arboris num. 5. & de reprobat. testium num.* 202. Azeued. *l. 2. nu. 8. tit. 8. lib. 4. noua recopil.*

4 *Vel seruata.* Notatur ad hoc, quod facientes seruari statuta, vel consuetudines contra Ecclesiasticam libertatem sunt excommunicati, vt per Nauar. *in manuali cap. 27. num.* 118. Clar. *in 9. fin. q. 77. num.* 28.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes*
2 *Regulares se se percutientes per eorum Prælatos absolui possunt, nisi excessus extiterit enormis.*
3 *Magister, & Fratres Hierosolymitani, si sint Sacerdotes, possunt suos subditos se se percutientes absoluere.*
4 *Absolutio ab excommunicatione quoad forum iudiciale dari potest ab illo, qui iurisdictionem habet, licet presbyter non sit.*
5 *Statutaria dispositio, seu lex municipalis loquens in vxore, habet locum in sponsa.*

Cap. Canonica. L. *Honor. iij.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Marian. Socin. Ximen.

 Tole-

Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castella par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 297. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 769.

2 Probat hic tex. Regulares se se percutientes per eorum Prælatos absolui posse, nisi excessus extiterit enormis, vt per Bellet. *disquisit. cleric. par.* 1. *tit. de fauore clericorum Canonis.* §. 3. *num.* 3.

3 *Nos ergo ad vos, &c.* Notatur ad hoc, quod Magister, & Fratres Hierosolymitani, si sunt Sacerdotes, possunt suos subditos se se percutientes absoluere, vt per Syluest. *in summa verbo absolutio* 4. *nu.* 3. Bellet. *d.* §. 3. *nu.* 6.

4 *Presbyter esse debet.* Intelligitur de absolutione quoad forum pœnitentiale, vt per Couar. *in cap. alma mater par.* 1. §. 11. *num.* 10. nam quoad forum iudiciale dari potest absolutio ab excommunicatione ab illo, qui iurisdictionẽ habet, licet Presbyter non sit, quia excommunicatio est iurisdictionis, Abb. *in cap. ab excommunicato n.* 16. *de rescript.* Bellet. *disquisit. cleric. par.* 1. *tit. de fauore clericorum Canonis* §. 4. *nu.* 54.

5 In glos. [Duximus.] ibi (*intelligendum est de sponsa.*) Notatur ad hoc, quod dispositio statutaria, seu lex municipalis loquens in vxore, habet quoque locum in sponsa, vt per Tiraq. *de iure maritali glos.* 1. *num.* 1. Caldas Pereira *in l. si curatorem, verbo lasis, nu.* 127. *vers. ex quo eleganter.*

Cap. Super eo. L I.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. And. Hostien. Butr. Aneh. Panor. Felin. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordan. vtriusque Iuris cum legibus Castella par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 297. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 770.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc text. scribentes.*
2 *Absolui quis potest ad cautelam, præstita cautione, de parendo mandatis Ecclesiæ, vbi dubitatur de viribus sententia.*
3 *Archiepiscopus potest Episcopum suspendere, interdicere, & excommunicare.*

Cap. Venerabili. LII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Hostien. Butr. Aneh. Felin. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castella par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 297. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 770

2 Probat hic tex. vbi dubitatur de viribus sententiæ posse quem absolui ad cautelam præstita cautione de parendo mandatis Ecclesiæ, vide Anton. Ricciul. *de Iure person. extra gremium Ecclesia existen. lib.* 4. *cap.* 67. *num.* 65. vbi etiam dicit huiusmodi cautione præstita litigandum esse super veritate rei, & si fuerit repertus culpabilis compelletur satisfacere, aliàs absoluetur in totum.

3 *In præfatum Episcopum ab eodẽ Archiepiscopo, &c.* Notatur ad hoc, quod Archiepiscopus potest Episcopum suspendere, interdicere, & excommunicare, vt per Dec. *in cap.* 1. *de iudic. num.* 29 *in* 2. *lect.* Lancel. Conrad. *in templo omnium Iudicum lib.* 2. *cap.* 4. *sub num.* 18. Bottæ, *de synodo par.* 1. *num.* 45. *cum seqq.* Stephan. Quarantã *in summa bullarij, verbo Archiepiscopi auctoritas, num.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Consuetudo, quæ est contra libertatem Ecclesiæ, vel eidem onerosa, non valet.*
3 *Consuetudini vbi reproba quando derogatur, censetur quoque consuetudini futura derogatum.*

Cap. Grauem. LIII.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io Andr. Hostien. Henr. Butr. Aneh. Panor. Felin. Marian. Socin. Casal. *in annot.* Ximen. Tolet. *in concord. vtriusque Iuris cum legib. Castella par.* 1. Viui. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 298. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 770.

2 *Ecclesiastica libertatis, etc.* Notatur ad hoc, quod consuetudo, quæ est contra libertatem Ecclesiasticã, vel eidem onerosa, nõ valet, ita Duen. *reg.* 143. Bero. *cons.* 31. *num.* 12. *vers. præterea, & num.* 17. *vol.* 1. Ioan. Lup. *in tract. de libertate Ecclesiast. q.* 6. *num.* 4. *&* 5. Bellet. *disquisit. clerical. par.* 1. *tit. de exemp. cleric. ab oneribus publicis,* §. 1. *num.* 10. & iterum *tit. de fauore clericorum personali.* §. 3. *num.* 23. aduertens ibi post Couar.

3 *lib.* 3. *var. cap.* 13. *concl.* 4. & Azor. *institut. mor. par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 18. *in fine.* quod quando etiam simpliciter à lege derogatur cõsuetudini vti reprobæ, & malæ, censetur quoque consuetudini futuræ derogatum.

4 In glos. [Priuatos] ibi (*ipso Iure, &c.*) Vide Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur, num.* 33. *C. de reuocandis donat.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes*
2 *Communicare cum excõmunicatis licitum est in ijs, quæ ad eorum correctionem, absolutionem, & salutem animarum pertinent.*

3 Præ-

3 *Prædicator accipere potest necessaria ad sustentationem vitæ, & studiorum suorum.*

4 *Ecclesiæ ministri non debent accipere etiam datum in eleemosynam ab excommunicato.*

5 *Clericum percutiens zelo bono, scilicet correctionis causa, excommunicationem non incurrit.*

6 *Pater absque incursu excommunicationis potest filium clericum verberibus afficere.*

7 *Clerici seniores ex officio, quod habent in Ecclesia, possunt cum moderamine corrigere, & verberare clericos in minoribus Ordinibus constitutos in Ecclesia officium turbantes.*

8 *Magister, vel Prælatus potest corrigere clericum causa correctionis sine periculo excommunicationis.*

Cap. Cum voluntate. LIV. *Greg. ix.*

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panormit. Felin. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ, par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag.* 298. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 770.

2 Probat hic tex. licitum esse communicare cum excommunicatis in his, quæ ad eorum correctionem, absolutionem, & salutem animarum pertinent vt per Conar. *in cap. alma mater, par. 1. §. 1. in fine*, Nauar. *in manuali cap. 10. num. 3.* Anton. Ricciul. *de Iure person. extra gremium Ecclesiæ existen. lib. 4. cap. 55. num. 1.* Mar. Alter. *de censur. tom. 1. de excomm. lib. 1. disp. 9 cap. 1. vers. excommunicatus.*

§. Prædicatores.

3 *Præsertim cũ aliàs nõ valeãt, &c.* Notatur ad hoc, quod Concionator accipere potest necessaria ad sustentationem vitæ, immò & studiorum suorum, si consuetudo habeat, vt per Soar. *tom. 1. de religione, lib. 4. de simonia, cap. 18. n. 23.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 23. num. 216.*

4 *Eleemosynas licitè, &c.* Ergò Ecclesiæ Ministri non debent accipere etiam datum in eleemosynam ab excommunicato, quia in præsenti hoc tanquam priuilegium conceditur Prædicatoribus, vt aduertit Valer. Reginal. *in d. praxi fori pœnit. lib. 32. num.* 14. quod benè explicat Mar. Alter. de censuris, *tom. 1. de excomm. lib. 1. disput. 12. cap. 4. vers. probatur secundo.*

§. Si qui.

5 Probat hic §. percutientem clericum zelo bono, scilicet correctionis causa, excommunicationem non incurrere, vt per Carol. de Grassis *de effectibus clerical. effectu 9 num.* 224. Bellet. *disquisit. clerical. par. 1. tit. de fauore clericorum canonis §. 2. num.* 3. vbi intelligit, dummodò correctio sit moderata, aliàs secus. Vnde patrem
6 absque incursu excommunicationis posse filium
clericum verberibus afficere tenent Menoch. *de
præsump. lib. 5. præsump. 14. num. 6.* Azor. *instit.
moral. par. 2. lib. 2. cap. 21. q. 6.* Aloys. Ricc.
in praxi aurea, resolut. 453. num. 4. Bellet. *d. §. 2.
num. 5.* vbi secus tenet, quando filius est clericus in Sacris. Sic etiam sine periculo excom-
7 municationis clericos seniores ex officio, quod
habent in Ecclesia, posse cum moderamine corrigere clericos in minoribus Ordinibus cõstitutos in Ecclesia officium turbantes, & illos verberare, & expellere tenent hic *glos. verbo in minoribus Ordinibus*, & Host. *num. 7. & 8.* Bart. *in tract. de carcer. nu.* 22. quos refert Bellet. *d. §. 2. num.* 4. Carol. de Grassis *d. effectu 9. n.* 231. Sic
8 etiam Magistrum, vel Prælatum posse percutere
clericum etiam in Sacris constitutum causa correctionis sine periculo excommunicationis tenent Mascard. *de probat. concl. 996. n. 19.* Bellet. *d. §. 2. n. 7.* nam Abbas monachum suum corrigere potest, & debet, vt per Menoch. *de arbitr. casu 364. num. 11. & 12.*

9 In glos. [Causam, in fine] ibi (*& est argum. quod ille, qui gerit, &c.*) ita explicat Bobadil. *in sua politica lib. 1. cap. 12. n. 56.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Clericus carnaliter cognoscens mulierem excommunicatam propter suum concubinatum, vel alterius clerici, aut laici, dicitur in crimine communicare, ac proinde maiori ligatur excommunicatione.*

3 *Communicans cum excommunicato maiori excommunicatione in crimine, propter quod fuit excommunicatus, maiorem incurrit excommunicationem.*

Cap. Si concubinæ. LV.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panor. Felin. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordant. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ, par. 1. & 2.* Viuia. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag.* 300. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 771.

2 Probat hic tex. clericũ carnaliter cognoscentẽ mulierem excommunicatam propter suum concubinatum, vel alterius clerici, dici in crimine communicare, ac proinde maiori ligari excommunicatione, vt per Iul. Lauor. *de Iubilæo, & indulgent. par. 2. cap. 21. num. 14. & 15.* Anton. Ricciul. *de Iure pers. extra gremium Ecclesiæ existẽ. lib. 4. cap. 45. n. 6.* vbi *n.* 8. resoluit clericum si rem habeat cum muliere excommunicata propter concubinatum laici dici communicare in crimine criminoso, ex ea ratione, quia in materia honestatis dispositio loquens de lai-

cis

eis comprehendit etiam clericos, *cap. cum ab omni specie, de vita, & honestate clericorum*:tũ etiam quia in hac materia excommunicatio nititur in causa, nempe in fornicaria coniunctione, quæ
3 operatur, vt extendatur de persona ad personã, glos. *in præsenti*, ibiq; Butr. *n.5*. Quod verè communicans cum excommunicato maiori excommunicatione, vtcunque contingat communicatio, si ea sit in crimine, propter quod alter fuit excommunicatus, maiori ligatur excommunicatione, tenent Couar. *in cap. alma mater, par. 1. §. 3. num. 5.* Nauar. *in manuali cap. 27. n. 32. & n. 112.* Henriq. *in summa lib. 13. cap. 9. in comm. lit. D*, Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 32. n. 96.* qui aduertunt ad talem excommunicationem incurrendam requiri primò, vt quis in crimine participet post ipsam commisso, ac post incursam propter ipsum excommunicationem: secundò vt participet post denunciationem nominatim factam eius, qui illam incurrit: tertiò, vt scienter participet, seu vt sciat factam esse denunciationem.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Absoluere à censuris, & peccatis, & actus iurisdictionis exercere potest minori obstrictus excommunicatione.*
3 *Sententia excommunicationis lata à Iudice, qui sit nominatum excommunicatus, & publicè denunciatus ad præscriptum Concilij Constantien. est nulla.*

Cap. Duobus. LVI.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioann. Andr. Hostien. Henr. Butr. Anch. Panor. Felin. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 300.* Alagóna *in compendio Iuris Canonici pag. 771.*
2 Probat hic tex. obstrictum minoris excommunicationis vinculo posse alios absoluere à censuris & peccatis, & actus iurisdictionis exercere, vt per Vgolin. *de censur. tab. 3. cap. 12.* Sayr. *eod. tract. lib. 2. cap. 23. num. 14.* quos refert, & sequitur Bonacin. *eod. tract. disput. 2. q. 3.*
3 *num. 11.* Sententiam vero excommunicationis latam à Iudice, qui sit nominatum excommunicatus, & publicè denunciatus ad præscriptum Concilij Constantiensis, vel sit publicus clerici percussor, esse nullam, & inualidã tenent D. Tho. *in 4. dist. 18. q. 2. art. 2.* Syluest. *verbo excommunicatio 2. §. 1. casu 2.* Cou. *in cap. alma mater par. 1. §. 11. num. 4.* vide citatos *ad cap. vlt. nu. 3. de ordinatis ab Episcopo*, latè Mari. Alter. *de censur. tom. 1. de excommun. lib. 3. disp. 7. cap. 4* statim in principio, vbi *col. 2. in vers. sed tota*, disputat quando Prælatus est occultè excommunicatus, vel si sit publicè excommunicatus, & denunciatus in alia ciuitate, tamen vbi fungitur officio ignoratur communiter excommunicatio, an tunc temporis si ferat excommunicationis sententiam in aliquem talis excommunicatio sit valida?

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Interdicti tempore licitum est singulis hebdomadis Missarum solemnia celebrare causa renouandi corporis Domini nostri* IESV CHRISTI *pro infirmis, si tamen necessitas vrgeat, non semel, sed pluries in hebdomada.*
3 *Concessio huius tex. in quo differat à concessione cap. alma mater §. adijcimus, hoc tit. lib. 6. ostenditur.*

Cap. Permittimus. LVII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel Io. Andr. Host. Henric Butr. Anch. Panor. Mar. Socin Felin. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusque Iuris cum legib. Castellæ par. 1.* Viu. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. p. 300.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 771.*
2 Probat hic tex. licitum esse singulis hebdomadis interdicti tempore Missarum solemnia celebrare causa conficiendi, seù renouandi corpus Domini nostri IESV CHRISTI, pro infirmis immo ex hac ratione necessitatis pro infirmis, si ea vigeat, non semel, sed pluries in hebdomada licitum est Eucharistiam conficere, vt post. Syluest. notant Nauar. *in manu. cap. 27. nu. 173.* Henriq. *in summa lib. 13. cap. 44. §. 3.* Auila *de censur. par. 5. disp. 4. sect. 2. dub. 1. concl. 3.* Sayr.
3 *eod. tract. lib. 5. cap. 5. num. 6.* benè aduertens errare glos. in præsenti, dum scribit prædictam huius tex. decisionem hodie in nihilo seruire post decisionem tex. *in cap. alma mater §. adijcimus, hoc tit. lib. 6.* quod concedit, vt singulis diebus liceat celebrare cum moderamine, de quo ibi; sed non aduertit glos. concessionem *d. vers. adijcimus*, procedere solum, quando locus generaliter interdicitur, vt ibi notauit *glos* communiter recepta *verbo Ecclesijs*, at verò tex. in præsenti procedit etiam in Ecclesia specialiter interdicta, vt benè, & melius contra glos hic notant Nauar. Henriq. & alij citatis locis Notabis tamen concessionem, de qua hic solum fieri Ecclesiæ ministris, & consequenter alios extraneos clericos, etiam de proprij Parochi licentia ibi ad Missam celebrandam admittendos non esse: insuper solum fieri pro Ecclesijs, in quibus Eucharistia in Sacrario pro infirmis solet seruari, vt benè resoluit Sayr. *d. cap. 5. n. 8. & 9.* contra Henriq. quẽ minimè contrariũ asserere existimo, nam quando Parochus facit per Vicarium, vt Henriq. loquitur, Vicarius ille de numero Ecclesiæ censendus est. Quæ omnia ex prædicta necessitatis ratione similiter procedere in cessatione à Diuinis latè explicat Soar.

tom. 5.

tom.5. de censur. disp. 39. sect. 2. à num. 19. Deinde *per d. §. adijcimus* tempore interdicti generalis loci concessum est, vt singulis diebus in Ecclesijs, & Monasterijs Missæ celebrentur, atque etiam alia Diuina Officia, sicut prius, submissa tamen voce, ianuis clausis, campanis non pulsatis, excommunicatis, & interdictis exclusis. Conceditur postea *in vers. in festiuitatibus*, quod in natali Domini, Paschate, Penthecoste, & Assumptione Beatissime VIRGINIS pulsentur campanæ, & ianuis apertis alta voce Diuina Officia solemniter celebrentur, excommunicatis prorsus exclusis, sed interdictis admissis: in quibus omnibus explicandis vide Nauar. *d. cap. 27. num. 173. cum seqq.* Couar. *in d. cap. alma mater par. 2. §. 4.* Henriq. *d. lib. 13. cap. 46.* Vgol. *de censur. tab. 5. cap. 8. §. 1. cum seqq.* Sayr. *d. cap. 5. à num. 18.* Auila *disp. 4. sect. 2. dub. 2. cum seqq.* Soar. *d. tom. 5. disp. 34. sect. 1. à num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Clericos percutientes qui possint ab Episcopo absolui quales sint, ostenditur.*

3 *Impeditus legitimè iudicatur qui nequit se ipsum præsentare superiori.*

Cap. Quamuis. LVIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Collect. Zabarel. Io. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panor. Felin. Marian. Socin. Ximen. Tolet. & *in concord. vtriusq; Iuris cum legib. Castellæ, part. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 301.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 772.*

2 Recensentur in præsenti quædam personæ, quæ ob violentam manuum iniectionem in clericos absolui possunt ab Episcopo, de quibus supra in hoc tit. varijs in locis mentionem feci: in primis de muliere dixi *ad cap. mulieres 6.* de pueris *ad cap. 1.* de habentibus capitales inimicitias, aliasvè iustas excusationes *ad cap. de cætero 11.* de senibus, valetudinarijs, membris destitutis, & pauperibus *ad cap. ea noscitur 13.* & de constitutis in mortis articulo, *ad cap. de his 26.* qui si conualescant, ita absoluti de nouo non sunt absoluendi, quia cum fuerint semel, & ritè absoluti non erunt de eadem re iterum absoluendi, sed solum in illis casibus vbi ob impedimentum, & causa necessitatis absoluũtur iniuncta pœnitentia, quod si periculum euaserint, accedant ad Sedem Apostolicam, vel ad eum, qui potest illos absoluere, eius mandatum humiliter suscepturi. ita Polyd. Ripa *in tract. de actis in artic. mortis cap. 35. nu. 2.* Carol. de Grassis *de effectibus clericalib. effectu 9. nu. 155.*

3 *Siue quolibet impedimento.* Notatur ad hoc, quod legitimè impeditus iudicatur, qui nequit se ipsum præsentare superiori, vt per Sanch. *in præcepta Decal. lib. 2. cap. 13. num. 14.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*

2 *Excommunicatio simpliciter lata intelligitur de maiori.*

3 *Excommunicatus minori excommunicatione priuatur perceptione Sacramentorum.*

Cap. Siquem. LIX.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Ancharan. Panormit. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordan. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 301.* Alagona *in compendio Iuris Canonici, pag. 772.*

2 Probat hic tex. excommunicationem simpliciter latam intelligi de maiori, vt per Couar. *in cap. alma mater par. 1. §. 8. nu. 5.* Nauar. *in man. cap. 23. nu. 52. & in tract. de datis & prom. not. 4. num. 8.* Henriq. *in summa lib. 13. cap. 2. num. 2.* Cardos. *in praxi Iudicum verbo excommunicatio num. 33.* Soar. *tom. 5. de censur. disp. 8. sect. 3. nu. 3.* Bonac. *eodem tract. disp. 2. q. 1. punct. 2. num. 2.* Anton. de Sousa *in relectione de censuris Bullæ Cœnæ cap. 2. num. 4.* Campanil. *in diuersorio Iuris Canon. rub. 11. cap. 15. num. 1.* Monet. *de distribut. quotidian. par. 2. q. 15. num. 3.* Fr. Ludouic. Miranda *in manu. Prælatorum tom. 2. q. 35. art. 4. concl. 1.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 32. tract. 2. num. 21. vers. at verò,* benè Anton. Ricciul. *de iure personarum lib. 4. cap. 31. num. 34. 35. & 36.*

3 *Quæ à perceptione Sacramentorum, &c.* Notatur ad hoc, quod excommunicatus minori excommunicatione priuatur perceptione Sacramentorum, vt per Soar. *d. tom. 5. disp. 24. sect. 3. num. 3.* Bonac. *d. disp. 2. q. 3. num. 3.* resoluentes non solum ipsum excommunicatum minori excommunicatione peccare mortaliter recipiendo Sacramenta, sed etiam & ministrantem illi grauiter peccare, nisi excusetur ratione ignorantiæ, & scandali, vel alterius mali vitandi.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc text. scribentes.*

2 *Pueri qui in canonem inciderunt sententia promulgata, siue ante, siue post pubertatem possunt à diœcesanis Episcopis absolui.*

3 *Puniuntur qui [illegible]*

4 *Puer doli capax puniri potest.*

Cap. Pueris. LX. & fin.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Marian. Socin. Ximen.

Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 302. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 772.

2 Probat hic tex. pueros, qui in Canonem inciderunt sententiæ promulgatæ, siuè ante, siuè post pubertatem posse à diœcesanis Episcopis absolui, vt per Syluestr. *verbo absolutio* 4. *nu.* 3. *vers. quintus*, Bellet. *disquisit. clerical. par.* 1. *tit. de priuilegio Clericorum Canonis* §. 3. *nu.* 20.

3 *Cum propter defectũ ætatis, &c.* Notatur ad hoc, quod mitius quis punitur ob fragilitatem ætatis, vt per Duen. *regul.* 259. Tiraq. *de pœnis tēp. causa* 7. Gomez *tom.* 3. *variar. cap.* 1. *à num.* 62. Clar. §. *fin. q.* 60. *num.* 3. Cald. Pereira *in l. si curatorem verbo vel aduersarij dolo à nu.* 50. Molin. *de iustit. tom.* 4. *tract.* 3. *disp.* 36. *num.* 6. Aloys. Ricci. *in collect. decis. par.* 5. *collect.* 1845. *& in praxi rerum fori Ecclesiast. decis.* 600. *num.* 1. *in* 1. *edit.*

4 In glos. [Aetatis. 1.] ibi (*doli capacibus.*) Notatur ad hoc, quod puer doli capax puniri potest, vt per Duen. *reg.* 259. *vers. limita tertio*.

De Verborum significatione. Tit. XL.

Vper hanc rubr. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anchar. Panor. Marian. Socin. Petrus de Rauēna *in compendio Iuris Canon.* Io. de Londris *in breuiario Sanctorum Canonum fol.* 184. *verso* Martin. Mesnart. *in epitome Decretal. fol.* 206. *verso*, Goffred. & Hostien. *in summa huius tit.* Alexan. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. sub hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Nouale est ager nunc primum præcisum.*

Cap. Innouate. I.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioann. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusq; Iuris cum legib. Castellæ p.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 302. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 788. desumitur ex D. Hieronymo *super Oseam. cap.* 10. & sunt verba glosæ interlinearis.

2 Dicit hic tex. nouale esse agrum nunc primum præcisum, prout eum refert Moneta *de decimis cap.* 4. *q.* 3. *num.* 59. vbi infert ad illam quæstionem, an & quando de noualibus soluenda sit decima, de quo suo loco dicemus, & quid sit nouale, vide latius *ad cap. quod per nouale* 21. *inf. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Parentum appellatione ascendentes omnes vtriusq; sexus continentur.*
3 *Filiorum appellatione continentur nepotes, quando datur eadem ratio.*
4 *Indicia & coniectura faciunt plenam probationem in ambiguis statutorum.*

Cap. Nam & Rex. II.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panormit. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legib. Castellæ par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 330. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 788. desumitur ex D. Hieronymo *super Danielem cap.* 5. & refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 36. *cap.* 1.

2 Dicit hic tex. parentum appellatione matrē, & patrem, auum, & auiam, ac omnes ascendentes vtriusque sexus contineri, vt per Ferrer. *in constitut. Cathalonia glos.* 1. *num.* 430. non tamen veniunt affines Tiraquel. *de retract. tit.* 1. §. 14.

3 *glos.* 2. *num.* 16. Sic & eodem modo filiorum appellatione continentur nepotes, quando datur eadem ratio, Menoch. *conf.* 197. *à num.* 81. secus ex proprietate sermonis, idem Menoch. *conf.* 328. *n.* 4. & *de præsumpt. lib.* 4. *præsump.* 94. *num.* 1. vbi *à num.* 3. *cum seqq.* refert coniecturas, ex quibus colligitur nepotes non contineri, quod etiam disputat Valasc. *consult.* 140. *per totam*, sic etiam nec ex vsu loquendi Sayr. *in claui Regia lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 6.

4 Notatur etiam tex. ad hoc, quod in obscuris, & ambiguis statutorum, vel cuiuslibet alterius Legalis dispositionis indicia, & coniecturæ faciunt plenam probationem, vt per Mascard. *de probat. concl.* 1124. *num.* 18.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Natus non videtur qui confestim mortuus est.*
3 *Factum non dicitur quod non durat factum.*
4 *Factum non reputatur id, quod non habuit effectum.*

Cap. Nam & ego. III.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panor. Marian. Soc. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 331. Alagona *in cōpend. Iuris Canon. pag.* 788. desumitur ex D. Hieronymo *in parabolis Prouerb. cap.* 4. & refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 36. *cap.* 2.

2 Dici-

2 Dicit hic tex. natum non videri, qui confestim mortuus est, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo susceperit, num. 167. & de inreprimog. q. 3. nu. 12. & de indic. in rebus exiguis, vers.* 83. Sanch. *de Matrimon. lib. 3. disp.* 18. *num.* 6.

Notatur ad hoc, quod factũ non dicitur, quod non durat factum Hieronym. Portoles *in tract. de consortibus & fideicommisso legali cap.* 1. *nu.* 25. Brunor. à Sole *in locis commun. verbo factum n.* 16. Surd. *de alimen. tit.* 7. *q.* 20. *nu.* 9. *cum seqq.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellaria glos.* 63. *num.* 24. *cum seqq.* Steph. Gratian. *discept. forens. cap.* 115. *n.* 33. *& cap.* 132. *num.* 25. *cum seqq.* Farinac. *in praxi crimin. par.* 4. *cons.* 90. *nu.* 72. Menoch. *cons.* 334. *nu.* 19. vbi intelligit, quando actus habet tractum successiuum. Et paria sunt non fieri, vel ita fieri quod non duret factum, Anton. Mo-
4 nach. *Bononien. decis.* 40. *punct.* 7. *num.* 18. Et factum non reputatur id, quod non habuit effectum, Surd. *cons.* 436. *num.* 14.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Dictio, antequam, non semper implicat.*

Cap. Quod dicitur. IIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Collect. Zabarel. Ioann. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusque Iuris cum legib. Castella par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 331. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 388. desumitur ex D. Hieronymo *super Matthaum cap.* 1.

2 Dicit hic tex. dictionem, antequam, non semper implicare, vt refert Octauian. Vulpel. *de praepositiou. & aduerb. seu coniunctionũ significatione in dict. antequam pag.* 11. vbi ex hoc tex. colligit dictiones negantes actum certo tempore non ponere implicatiuè actum alio tempore, & ideò saluari posse testem à pœna falsi, qui dixerit, quod antequam Titius veniret ad prandium filius percussit Sempronium, si probetur Titium ea die ad domum non venisse, refero Ego ipse *in Remiss. de dictionib. & clausul. dict.* 27.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Primogenitus dicitur ille, qui primo natus est, etiamsi eum nullus frater sequatur.*
3 *Regula Cancellaria reseruatio de dignitatibus maioribus, & principalibus locum habet vbi est tantum vna dignitas.*
4 *Dictio, donec, quos effectus habeat, remissiuè.*

Cap. Ioseph. V.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panormit. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legib. Castella par.* 1. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 331. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 788. desumitur ex D. Hieronymo *super Matthaum cap.* 1. & refertur ab Anton. Anguis. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 36. *cap.* 4.

2 Probat hic tex. primogenitum dici illum, qui primo natus est, etiamsi eum nullus frater sequatur, vt per Cosm. *in pragmaticis sanction. in procem. §. in qua quidem; verbo primogenitum, fol. mihi* 17. Tiraq. *de iure primogen. in praefat. num.* 74. *cum seqq. & q.* 1. *num.* 3. *cum seqq. & q.* 3. *in princip. & q.* 34. *n.* 25. Menoch. *cons.* 97. *num.* 51. *& cons.* 328. *num.* 5.

3 In glos. [Mos, in addit.] ibi *(primus enim non solum is intelligitur, qui ante aliquem est, sed etiam is ante quem nullus est.)* Vnde inferes ad illam quaestionem, an reseruatio regulae Cancellariae de dignitatibus maioribus, & principalibus locum habeat, vbi est tantum vna dignitas? in qua pars affirmatiua tenent Simoneta, & Mandos. quos contrà Gomez, & Zerol. tefert, & sequitur Nicol. Garcia *de beneficijs par.* 5. *cap.* 1. *num.* 267. vbi attestatur sic decidisse Rotam in vna *Turritana Archipresbyteratus* 7. *Maij* 1574. cuius principium, quia ad materiam huius textus facit referre operae pretium duxi, & sequitur. Fuit conclusum per omnes dominos, quod regula tertia reseruatoria maiorum dignitatum post Pontificalem in Ecclesia Cathedrali comprehendit Archipresbyteratum, qui est prima dignitas in Cathedrali Ecclesia Turritana, quia licet verbum maiores, quod est comparatiuum, ex sui natura praesupponat positiuum *l.* 1. *vbi DD. ff. de verborum obligat.* tamen ponitur etiam pro positiuo *glos. in l. vnic. verbo melius*, vbi Decius *num.* 53. *C. de eo, quod interest*, Paris. *cons.* 115. *nu.* 14. *volum.* 1. etiamsi essemus in materia stricta, vt dicit Tiraquel. *de iure primogen. q.* 72. *num.* 5. sicut dicitur de verbis, optimus, maximus, supremus, & proximus, quae licet sint superlatiua, & praesupponant etiam positiuum *l. illa verba ff. hoc titul.* tamen ponuntur etiam pro positiuo, & verificantur etiamsi nullus praecedat, vel subsequatur *l. proximus de verborum signific. l.* 1. *§. proximi, vnde cognati*, vt latè per Alciat. *in d. l. proximus*, vbi etiam subdit non seruari de Iure, quod semper requiratur positiuum, & inde infert ad primogenitum, quod dicatur etiamsi is, solus sit filius, de quo etiam per Tiraq. *in d. tract. de primogenit. q.* 1. *num.* 3. *&c.* Haec in dict. decisione.

4 In glos. [Donec.] De hac dictione, & quis sit eius effectus, ac de alijs similibus, quandiu, quousque, vsquequo, vide *Cosm. in pragmaticis sanctionum tit. de collat. §. quod si quis, verbo donec, pag.* 212. Cened. *singul.* 46. *num.* 2. Card. Tusch. *tom.* 2. *lit. D. conclus.* 271. *num.* 2. quos refero Ego ipse *de dictionib. & clausul. dict.* 76. *num.* 1.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Verba sunt intelligenda non secundum quod sonant, sed secundum mentem proferentis.*
3 *Verba debent seruire intentioni, non intentio verbis.*
4 *Verba pendent à mente, non autem mens à verbis.*

Cap. Intelligentia. VI.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castella par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag.* 331. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 789 desumitur ex D Hilario *lib. 4. de Trinitate*, & refertur ab Anton. Augustin. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 36. cap. 5.*

2 Dicit hic text. verba esse intelligenda non secundum quod sonant, sed secundum mentem proferentis, vt per Nauar. *in manu. cap. 23. n.* 38. & *ad cap. humana aures 22. q. 5. n. 10. & 11.* Cosmionum *in pragmaticis sanct. tit. de elect. verbo, mens, pag.* 141. Tiraq. *in l. si vnquam verbo libertis num.* 48. *C. de reuocandis donat.* Surd. *cons.* 431. *num.* 35. Perez *l. 3. glos. 2. pag. 471. tit. 1. lib. 3. Ordin.* Francisc. Sousa *de largit. muner. fund. 3. num.* 19. Gonzales *ad reg. 8. Cancellaria glos.* 48. *num.* 45. Francisc. Molin. *de ritu*
3 *nuptiarum lib. 3. q. 85. num.* 50. Verba, debent inseruire intentioni, non intentio verbis, Tiraq. *in l. si vnquā verbo libertis à n. 47. & de retract. tit. 1. §. 32. glos. 1. n. 34. & 35.* Card. Mātic. *de coniect. vlt. voluntatum lib. 3. tit. 3. n. 9.* Brunor. à Sole *in locis*
4 *commun. verbo verba, nu.* 20. Et verba pendent à mente, non autem mens à verbis, Menoch. *cons.* 97. *num.* 44. Et verba se habent vt corpus, & superficies, ratio autem, ac mens vt spiritus, & anima, Gonzales *dict. glos.* 48. *num.* 56.

Cap. Nihil obstat. VII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. And. Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordan. vtriusque Iuris cum legibus Castella par. 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag.* 331. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 789. desumitur ex D. August. *in libris de consensu Euangelistarum*, refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 36. cap. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
3 *Verborum à proprietate non receditur vbicunque de mente dubitatur.*
4 *Verba in potiori significatu sunt accipienda.*

Cap. Propterea. VIII. Greg.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusq; Iuris cum legibus Castella par. 1. & 2.* Viuian *in rationali lib. 5. Iuris Pōtif. pag.* 332. Alagona *in cōpend. Iuris Canon. pag.* 789. desumitur ex D. Greg *lib. 1. epistola 28. registri*, refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 36. cap. 7.*

2 Vide quæ dixi *ad cap. intelligentia 6. sup. hoc titul.*

3 *Non verbum ex verbo, &c* Vbicunq; vero de mente dubitatur à verborum proprietate non receditur *l. non aliter, in princip. 69. ff. de legatis 3.* Cardos. *in praxi Iudic. verbo verum nu.* 8. Francis. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. comp. 20. nu.* 7. Moneta *de distribut. quotidianis par. 2. q. 11. nu.* 100. & tunc in potiori significatu sunt acci-
4 pienda, & secundum sensum grammaticalem *l. 1. §. qui in perpetuum ff. si ager vectigal.* Menoch. *de præsump. lib. 3. præsumpt. 39. à num.* 8 Surd. *cons.* 230. *num.* 20. Cardin. Tusch. *lit. V. concl* 98. & 101. cum alijs citatis in libello *de principijs vtriusque Iuris lit. V. num.* 13.

Cap. Quamuis. IX.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castella par. 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag.* 332. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 789. desumitur ex D. Isidoro *lib. 10. ethimologiarum*, & refertur ab Ant. August. *collect. 1. Decretal lib. 5. tit. 36. cap. 8.*

2 Refert hic tex. quis propriè sit Præpositus, de quo vide Lancel. Conrad. *in templo omnium Iudicum lib. 2. cap. 10. per totum*, Azor. *instit. moral. par. 2. lib. 2. cap. 18.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Forus non reperitur in masculino genere, quando significat locum Iudicij.*
3 *Causa propriè dicitur ipsum Ius deductū in iudicio.*
4 *Verbum negotiari, & negotiatoris, generalius est verbo mercari, seu mercatoris.*
5 *Iurgium dicitur quasi Iuris guarrium.*
6 *Iudicio in omni tres personæ requiruntur, Index, actor, & reus.*
7 *Serui non possunt esse testes.*
8 *Seruus testis esse potest vbi communi opinione reputatur pro libero, & in exceptis criminibus, vel vbi veritas aliter haberi non potest.*
9 *Fœmina testis esse non potest nisi in defectum probationis.*

10 *Mu-*

10 *Mulieres admodum mutabiles, inconstantes, & variabiles sunt.*

Cap. Forus. X.

1 Super hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innoc Collect. Zabar. Io. Andr. Casal. *in annot.* Host. Henr. Butr. Anchar. Panor. Marian Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cū legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viui. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag.* 332. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 789 desumitur ex D. Isidoro *lib. 18. ethymologiarū cap. 5.* & refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 36. cap. 10.*

2 *Forus.* Apud Latinos Auctores, Thesaurum linguæ latinæ, & Calepinum non reperitur forus in masculino genere, quando significat locum iudicij, vt ex multis comprobo Ego ipse *in meo dictionario Lusitanico latino pag.* 867 quod Bracharæ decimo octauo ætatis meæ anno in lucem edidi; nostri etiam legum professores hoc ipsum aduertunt, tex. hunc referentes, vt videre est apud Cottam *in memorab. verbo, forum,* Parlador. *rerum quotidianarum, lib. 2. cap. fin. par. 2. §. 3. num. 10.*

3 *Causa est dum discutitur, &c.* Notatur ad hoc, quod propriè dicitur causa ipsum ius deductum in iudicio, vt per Marant. *de ordine iudiciorum par. 5. tit. & omnia fiant durante instantia, num. 66.*

4 *Negotium autem in causis, &c.* Notatur ad hoc, quòd verbum negotiari, & negotiatoris generalius est verbo mercari, seu mercatoris, vt per Stracham *de mercat. par. 1. n. 5.*

5 *Iurgiū dicitur quasi Iuris garriū.* Vide Cosm. *in pragmaticis sanctionum, tit. de collat. §. cui rei, verbo Iurgia. fol. 169. verso.*

6 *In omni quoque negotio, &c.* Notatur ad hoc, quod in omni iudicio tres personæ requiruntur Iudex, actor, & reus, vt per Ordinationem Regiam Lusitanorum *lib. 3. tit. 20. in princip.* Perez *ad rubr. tit. 1. glos. 1. vers. quæro, & vers. contra definitionem lib. 3. Ordin. pag. 439. & ad rubr. tit. 11. glos. 1. vers. quæritur vtrum, pag. 669. cod. lib. 3.* Soar. de Pace *d. praxi in princip. tom. 1. annot. 3. per totam,* Stephan. Gratian. *discep. foren. cap. 18. num. 29.* Cardos. *in praxi Iudicum, verbo iudicium, num. 3.* Mendea à Castro *in praxi Lusitana, lib. 1. cap. 1. n. 1.* Ludou. Miranda *de ordine iudiciario, q. 1. art. 1. concl. 3. & art. 2.* Camil. Borrel. *de compromissis, §. 2. glos. 1. n. 54. & in summa omnium decis. tit. 42. de iudicijs, n. 10.* Cæsar. Argel. *de contradictore legitimo, q. 2. n. 28.*

7 *Non seruus.* Notatur ad hoc, quod serui non possunt esse testes, Ordinatio Regia Lusitanorum *lib. 3. tit. 56. §. 3.* apud Castellanos *l. 13. tit. 16. par. 3.* vide Nep. de Monte Albano *de testibus n. 70.* Nel. *n. 23.* Farin. *in praxi crim. q. 55. à nu. 165.* Mascard.

8 *de probat. concl. 1358. à n. 14.* vbi *n. 45.* de liberto. Limita primò non procedere in eo seruo, qui communi opinione reputabatur pro libero, vide Campeg. *de testibus reg. 111. limit. 5.* Mascard. *concl. 1358. n. 17.* Farin. *d. q. 55. n. 169.* Limita secundò vbi veritas haberi non potest, vide Mascard. *d. concl. 1358. n. 18.* Farin. *d. q. 55. n. 172.* Limita tertiò in exceptis criminibus, vide Nell. *de testib. cap. 23. vers. & nisi in criminibus exceptis* Mascar. *d. concl. 1358. n. 19.* Farin. *d. q. 55. nu. 173.* vbi *n. 175.* etiam limitat in seruo, qui actu est liber, & potentia seruus, & *n. 178* in seruo facto libero, qui potest testificari de his, quæ antea vidit de seruitute.

9 *Non fœmina.* Notatur ad hoc, quod fœmina testis esse non potest, quod glos. hic intelligit in criminali causa, de quo vide Clar. *in §. fin. q. 24. num. 2. & 3.* Morl. *in emporio Iuris par. 1. tit. 11. n. 78.* Amat. Roder. *in pract. cap. 9. n. 27.* Soar. *recept sent. lit. M, n. 143.* Mascard. *de probat. concl. 762. num. 1. & concl. 1358. n. 30.* Bonacos. *commun. crimin. verbo mulier, fol. 117. & par. 2. eodem verbo fol. 52.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs. 37. à num. 46.* Martin. Delri. *disquisit. magic. lib. 5. q. 12. pagin. mihi 452.* Farin. *in praxi crimin. q. 59. à princip. & cons. 36. nu. 14. & 16.* Rebuff. *de reprobat. testium num. 354.* Potest tamen in defectum probationis admitti, Alex. Trentacinq. *vari. lib. 2. tit. de testib. resol. 11. num. 3.*

10 *Nam varium, &c.* Notatur ad hoc quod mulieres admodum mutabiles, inconstantes, & variabiles sunt, earumq; consilium inualidum, fragile, & infirmum est, vt per Tiraq. *l. 1. connub. par. 1. glos. 1. n. 70. cum seqq. & l. 9. glos. 1. par. 9. n. 129. cum seqq.* Perez *in rub. tit. 4. glos. 1. pag. 110. lib. 1. Ordin. & l. 1. glos. 1. pag. 86. tit. 2. lib. 5.* Menoch. *de præsump. lib. 6. præs. 37. n. 42.* Azeued. *l. 7. n. 20. tit. 9. lib. 3. nona recop.* Martin. Delri. *disquisit. magic. lib. 5. q. 13. pag. 453.*

Cap. Pactum. XI.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioann. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusq; Iuris cum legib. Castellæ par. 2.* Viu. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 333.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 789.* Desumitur ex D. Isid. *ethymolog. lib. 5. cap. 24.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 36. cap. 11.*

2 Dicit quid sit pactum, & vnde dicatur, de quo vide Mendoc. *in disp. fust lib. 1. cap. 4. nu. 55. & 60.*

3 *Ex pace.* Notatur ad hoc, quod dictio, ex, denotat causam proximam, vt per Tiraq. *in tract. cessante causa, limit. 20. n. 29.* & plures, quos refero *de diction. & clausul. dict. 98. num. 1.*

Cap. Ius dictum. XII.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panor. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ, par.* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 333. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 789. deſumitur ex D. Iſid. *ethymol. lib.* 5. *cap.* 25. & refertur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 36. *cap.* 12.

2 *Iure poſſidetur quod iuſtè, &c.* Nam iuſtè poſſidet, qui auctoritate Iudicis poſſidet, *l. iuſtè poſsidet* 11. *ff. de acquir. poſſeſ.* Iaſ. *in l. clam poſſidere,* §. *qui ad nundinas, n.* 20. *ff. eod. & in l. ſi quis id, quod, n.* 33. *ff. de iuriſd. omniū iud.* Tiraq. *l.* 9. *connub. in princip.* & iuſtè dicitur, & benefieri, quod auctoritate legis fit, Pichard. *in rub. inſt. de inoffic. teſtam. n.* 9. Marc. Anton. Genuen. *in pract. Eccleſ. q.* 46. *n.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc text. ſcribentes.*
2 *Decimæ in bonis Eccleſiæ numerantur.*
3 *Decimæ, oblationes, & primitiæ differunt.*

Cap. Cauſa. XIII. *Paſch.*

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Hoſtien. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ par.* 2. Viuia. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 333. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 789. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 36. *cap.* 13.

2 *Præcipuè numerātur, &c.* Notatur ad hoc, quod decimæ in bonis Eccleſiæ numerantur, vt per Rebuff. *in tract. de decimis, q.* 9. *n.* 9.

3 *Oblationes verò dicimus, &c.* Hæc tria ſcilicet decimæ, oblationes, & primitiæ differunt, quia decimæ ſunt quota pars frugum, & aliorum licitè acquiſitorum debita ex præcepto Eccleſiæ miniſtris. Oblationes autem quicquid Deo, vel Eccleſiæ, eiuſuè miniſtris voluntariè exhibetur regulariter loquendo, at verò primitiæ ſunt ſolùm primæ, quæ naſcuntur fruges, ſeu prima frugum pars, vide Rebuff. *d. tract. de decim. q.* 1. *n.* 17. *cum ſeqq.* Tyndar. *eod. tract. à n.* 84. & alios plures, quos refert Monet. *eod. tract. cap.* 2. *n.* 9.

4 Cætera, quæ hic deſiderari poſſunt, vide *ad cap. ex transmiſſa, ſup. de decimis.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Extremæ Vnctionis miniſter proprius eſt Sacerdos.*
3 *Declaratur auctoritas Iacobi* 5. *inducat presbyteros, &c.*
4 *Annus biſſextus ideò appellatur, quia intercallatur vnus dies, & bis decimus ſexto Kalendas Martij.*
5 *Annus biſſextus ſi ſit in tempore retractus biduo pro vno die cenſendus eſt.*
6 *Vnctionis Extremæ Sacramentum vrgente neceſſitate licitè poteſt à pluribus Sacerdotibus conferri.*
7 *Dies duo in menſe biſſextili pro vno cedunt in fauorabilibus, ſecus in odioſis.*

Cap. Queſiuit. XIV. *Alex. iij.*

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. And. Hoſtien. Henric. Butr. Panor. Mar. Socin. Caſal. *in annot.* Ximen. Tolet. *in concord. vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ par.* 2. Viuianus *in rationali libri* 5. *Iuris Pontificij pag.* 334. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 790. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 36. *cap.* 9. & eſt poſt Concil. Lateranen. ſub Alex. III. *par.* 50. *cap.* 21.

2 *Quod Sacerdos, etc.* Nam proprius miniſter Sacramenti Extremæ Vnctionis eſt Sacerdos, quod nouè definiuit Concil Trid *ſeſſ.* 14. *cap.* 3. *de Extrema Vnctione,* & referunt Henriq. *in ſum. lib.* 3. *cap.* 13. §. 2. Petr. de Ledeſma *in ſum. par.* 1. *tract. de Sacramento Extremæ Vnct. cap.* 5. Prax. Epiſcop. *par.* 1. *verbo Extrema Vnctio,* §. 2. Sayr. *de Sacram. in genere, lib.* 2. *cap.* 2. *q.* 3. *art.* 2. *verſ. de Sacramentis, in med.* Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 3. *q.* 79. *art.* 1. Valer. Reginald. *in praxi fori pænit. lib.* 28. *à num.* 60. Aegid. *de Sacram. tom.* 2. *diſp.* 19. *à num.* 27. Soar. *de Sacram diſp.* 43. *ſect.* 1. *num.* 5. Bonacin. *etiam de Sacram. diſp.* 7. *q. vnic. puncto* 4. *n.* 1. *cum ſeqq.* qui obſeruant non quemlibet Sacerdotem poſſe licitè adminiſtrare hoc Sacramentum, niſi habeat iuriſdictionem, & ab Eccleſia non impediatur, ac propterea grauiter peccare adminiſtrando hoc Sacramentum illum, qui non eſt proprius Sacerdos, vel Parochus, aut qui facultatem non habet à proprio Parocho.

3 *Et etiam ſolus.* Non obſtat locus Iacobi, quinto inducat Presbyteros, &c. quia ſenſus eſt, inducat Presbyteros, ideſt aliquem ex Presbyteris, & vſus Eccleſiæ indicat, & patet à ſimili ex illo *Matth.* 27. vbi dicitur latrones improperaſſe Chriſtum, ideſt vnum ex latronibus, conſtat enim tantummodo duos latrones cum Chriſto fuiſſe Crucifixos, & vnum tantum improperaſſe, vt patet *Lucæ* 23. vide Valer. Reginald. *d. lib.* 28. *num.* 62. Nald. *verbo extrema Vnctio num.* 6. Franciſc. Pitigian. *diſtin.* 23. *q. vni. art.* 3. *verſ quoad caput* 3. & alios apud Bonaci. *d. puncto* 4. *num.* 7. *verſ. neque obſtat.*

§. Pe-

§. Festum.

4 *Vt nec pro bissexto, &c.* Notatur ad hoc, quod ideò appellatur annus bissextus quia intercalatur vnus dies, & bis dicimus sexto Kalendas Martij, vt probat *tex. in l. 3. §. minorem, ff. de minor.* & ibi *glos. verbo intercallatur*, idest de medio tollatur posterior dies kalendarum, de quo Budæ. *in poster. annot. ad Pandectas, pag.* 258. Et in anno bissexto secundum Ius duo dies debent pro vno reputari, & sic quoad annum probationis debent etiam computari pro vno, nam annus probationis non debet esse annus solaris, & naturalis, qui necessariò continet 365. dies, & sex horas, sed debet esse annus ciuilis, & polyticus, cuius dies est 24. horarum, ita Fr. Emman. *qu. ff. Regul. tom.* 3. *q.* 15. *art.* 5.

5 *Nec pro quolibet alio, etc.* Notatur ad hoc, quod si bissextus sit in tempore retractus biduũ pro vno die censendus est, vt per Tiraq. *de retract. lig. §.* 1. *glos.* 10. *n.* 123.

6 In glos. [Etiam solus 1.] ibi (*hoc intellige in necessitate, &c.*) Notatur ad hoc, quod vrgente necessitate Sacramentum Vnctionis licitè potest à pluribus Sacerdotibus conferri, vt per Bonacin. *d. punct.* 4. *n.* 7. vbi intelligit modo vnusquisque vngat independenter ab alio.

7 In glos. [Qui duo] Notatur ad hoc, quod in mense bissextili duo dies pro vno cedunt, secus in odiosis, vt per Sanch. *de Matrim. lib.* 2. *disp.* 24. *num.* 18.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Sententia diffinitiua ferri potest per verbum statuo.*
3 *Dispensatio extenditur ad id, quod cõcedens intendit quoties constat de concedentis intentione.*

Cap. In his. XV. *Cælest. iij.*

1 SVper hunc tex scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellem. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panor. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordant. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ, par.* 1. *&* 2. Vinia. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 335. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 790. refertur ab Anton. Augustin. *Collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 23. *cap. vnic.*

2 Probat hic tex. per verbum statuo posse diffinitiuam sententiam ferri, vt per Cosm. *in pragm. sanct. tit. de elect. cap. sicut, §. quibus hoc verbo statuit, pag.* 77.

3 *Cum non intentio, &c.* Notatur ad hoc, quod quoties constat de concedentis intentione dispensatio extenditur ad id, quod concedens intendit, vt per Sanch. *de Matrim. lib.* 8. *disp.* 1. *num.* 11.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Dictio, sicut, denotat omnimodam similitudinem.*
3 *Beneficia Principum sunt latissimè interpretanda.*
4 *Distributiones non debentur interessentibus si statutum, aut consuetudo Ecclesiæ, vel priuilegium contrarium operetur.*

Cap. Olim. XVI. *Innoc. iij.*

1 SVper hunc text. scripserunt Abb antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Io. Andr Bellem. Host. Butr. Henric. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Casal. *in annot.* Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ, par.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontificij pag.* 790. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 335. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 1. *sub tit. de rescriptis, cap.* 6.

2 *Sicut vni.* Hæc dictio, sicut, denotat omnimodam similitudinem, vt per Tiraq. *de Ineprimog. q.* 40. *nu.* 30. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo dictio, nu.* 29. Card. Thusc. *tom.* 2. *lit. D, concl.* 374 *à n.* 3. & alios, quos refero Ego ipse *de dictionib. & clausul. dict.* 315. *num.* 1.

3 *Cum beneficia Principum sint interpretanda largissimè.* Vide Tiraq. *de nobilit. cap.* 37. *num.* 59. Cotta *in memorab. verbo priuilegia, pag.* 704. Burg. de Pace *cons.* 25. *num.* 7. Menoch. *de præsump. lib.* 3. *præs.* 103. *n.* 31. Sanch. *de Matrim. lib.* 8. *disp.* 1. *num.* 4. Valasc. *consult.* 58. *num.* 11. Cardos. *in praxi Iudicum, verbo beneficium, nu* 67. Moneta *de distribut. quotidianis, par.* 2. *q.* 14. *n.* 6. *&* 39. Si tamen detur tertij præiudicium beneficia Principum strictam recipiunt interpretationem ex resolutis per Pinel. *in l.* 2. *C. de rescindenda vendit. par.* 1. *cap.* 2. *in princip. & num.* 8. Molina *de primog. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 24. Brunor. à Sole *in locis communibus, verbo priuilegium, n.* 15. Caldas Pereira *de nominat. emphyt. q.* 21. *n* 56.

4 *Quod præbendam, &c.* Notatur ad hoc, quod distributiones non debentur præsentibus, siue residentibus in Ecclesia, si consuetudo, aut statutum Ecclesiæ, vel priuilegium contrarium operetur, vt per Cosm. *in pragmat. sanction. par.* 2. *verbo. distributiones, fol.* 114. & vide dicta ad *cap. porro, num.* 13. *in fine de priuilegijs.*

5 In glos. [Manualia] ibi (*fortè quæ dantur singulis diebus, &c.*) De intellectu huius glossæ, & resolutione illius quæst. an absens in seruitio Papæ, vel Episcopi quotidianas lucretur distributiones, vide Monet. *de distrib. quotid. par.* 2. *q.* 9. *num.* 14.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Interdictum generale locale dicitur, quod sub nomine collectiuo vniuersitatis plurium locorum profertur.*
3 *Interdictum speciale locale est quando aliquis particularis locus interdicitur.*
4 *Interdictum vnius parochiæ ciuitatis an sit particulare, ostenditur.*
5 *Portugaliæ Regno an tempore interdicti generalis concedatur Diuinorum celebratio, ianuis clausis, ostenditur.*

Cap. Cum in partibus. XVII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq Innoc. Collect. Zabarel Io. Andr Hott. Butr. Anchar. Panor. Felin. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusq; Iuris cum legib. Castellæ, part.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 315. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 790. refertur ab Anton Aug. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 23. *cap.* 1.

2 Probat hic tex. generale dici interdictum locale, quod sub nomine collectiuo vniuersitatis plurium locorum profertur, ita vt plura loca sub se contineat, quæ scilicet ibi sunt, vel esse possunt, veluti quando interdicitur Regnum, Prouincia, Ciuitas, Villa, seu Castrum, vt per Couar. *in cap. alma mater, par.* 2. §. 1. *nu.* 9. Nauar. *in manuali cap.* 27. *num.* 166. Vgol. *de censur. tab.* 5. *in princip.* Henriq. *in summa lib.* 13. *cap.* 1. §. 3. Tolet. *in summa, lib.* 1. *cap.* 51. *nu.* 5. Monet. *de distribut. quotid. par.* 2. *q.* 16. *num.* 12. Auila *de censur. par.* 5. *disput.* 1. *dub.* 1. *concl.* 2. Soar. *tom.* 5. *disp.* 32. *sect.* 2. *num.* 4. Ludou. Miranda *in manuali Prælatorum, tom.* 1. *q.* 37. *art.* 2. *concl.* 1.
3 Bonac. *de censur. disp.* 5. *punct.* 1. *num.* 5. pariter resoluentes speciale, seu particulare interdictum locale esse quando aliquis particularis locus, veluti Ecclesia D. Petri, interdicitur, vt si plures Ecclesiæ particulares Ciuitatis non nomine collectiuo interdicantur. Vnde infertur meritò recentiores reprehendere Felin. *in cap. sanè, n.* 3. *de officio delegati*, quem sequitur Couar. *d.* §. 1. *n.* 9.
4 qui voluerunt dictum interdictum vnius Parochiæ Ciuitatis, in qua plures sunt, particulare esse, & ideò pro debito pecuniario sine auctoritate Romani Pontificis relaxari posse contra *reg. tex. in extrauag. prouide, de sententia excommunic. inter communes*, quæ prohibet interdictum locale generale ferri pro debito pecuniatio, secundum communem intellectum, vt per Nauar. *d. cap.* 27. *num.* 168. Duenh. *reg.* 253. Soar. *disp.* 36. *sect.* 3. *n.* 8. & solùm contradicere Couar. dum putat procedere etiam in inte. dicto locali particulari testatur Sayr. *lib.* 5. *cap.* 11. *à num.* 17. sed Couar. sequitur Henriq *d. lib.* 13. *cap.* 50. §. 3. Contra eos non obstat, quod Parochia nomen est collectiuum plurium locorum, continet enim locum sacrum, & in vtroque Diuina fieri prohibet, eius interdictum, vt melius considerat Nauar. vbi proximè, Vgolin. *d. cap.* 6. *in princip.* Henriq. *cap.* 51. §. 3. post alios Sayr. *c.* 2. *n.* 9. & latè Soar *disp.* 32. *sect.* 2. *a n.* 5. benè aduertens sine dubio hanc posteriorem sententiam veram esse si parochia sumatur p o toto ipsius ambitu, quamuis prior vera sit, si nomine parochiæ solum ipsius templum intelligatur. Ad arg. verò quod vna parochia ciuitatis non sit vnum totum, sed pars illius, vnde videtur interdictū particulare; respōdetur, quod ad hoc, vt interdictū generale locale dicatur, nō requiritur, quod ciuitas tota interdicatur, sed sufficit, quod totus ambitus alicuius loci interdicatur, siue magnus sit, siue paruus, itaut in nulla eiusdē parte licitum sit celebrare, siue consecrata sit, siue prophana, quod in parochia reperitur, vt diximus. Vnde per contrarium particulare erit interdictum, licet omnes Ecclesiæ Ciuitatis interdicantur, quia non subijcitur interdicto totus ambitus loci, in quo Ecclesiæ sunt, & extra Ecclesias Sacra fieri, vel eis interesse licitum esse, vel in priuato Oratorio, vel Altari portatili, licet alias, vt post Nauar. Cou. Vgolin. Herinq. & plures alios optimè explicat Sayr. *d. cap.* 2. *num.* 13. Auila *d. concl.* 2. *vers. sequitur* 2. ex illa ratione aduertentes sequi idem esse resoluendum, licet interdicantur omnes Ecclesiæ regni, vel mundi, valdèq. adnotandum admonent ad plures effectus, tam *d. extrauag. prouide*, quàm *d. cap. alma*, quàm etiam priuilegiorum ad interessendum Sacris tempore generalis interdicti, iuxta tex. in præsenti.
5 Illud valdè notabile est priuilegium, quod tecenset Card. Tusch. *tom.* 4. *lit. I, concl.* 278. *n.* 6. vt in nostro Regno Portugaliæ concessa sit Diuinorum celebratio tempore interdicti generalis ianuis clausis, &c. putans id expressè probari in hoc tex. arg. sumpto ex superscriptione ibi Colubrien. & alijs Episcopis in regno Portugaliæ constitutis, iuncto princip. tex. in partibus vestris, cum alijs, quæ sequuntur, sed salua pace tanti viri, tex. in præsenti minimè hoc probat, nam in Portugaliæ partibus sæpè diuersa loca interdicto supponi apertè narrat, minimè verò, quod pro toto regno concessum sit, vt tempore interdicti generalis celebrentur Diuina; immò contrarium manifestè supponit, dum significat hanc gratiam aliquibus specialiter fieri in eisdem partibus, illis verbis, cum illi, qui ab Ecclesia Romana decorari priuilegio meruerunt, &c. non est ergo priuilegium generale pro regno, sed singulare pro personis, quæ eo decorari à Sede Apost. meruerunt.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Canonici etiam Regulares veniunt appellatione clericorum in lata significatione.*

Cap.

Cap. Cum tibi. XVIII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Hostien. Henric. Butr. Ancharan. Panormit. Mariau. Socin. Ximen. Toletan. *in concordan. vtriusque Iuris cum legibus Castella par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 336.* Alagona *in compendio Iuris Canonici, pag. 790.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 23. cap. 2.* est pars supra *cap. cum tibi, de testament.*

2 Probat hic tex. clericorum appellatione Canonicos venire, vt per Abb. hic *num. 1. & 3.* Felin. *in cap. non dubium num. 1. de sententia excommun.* Bero. *cons. 3. num. 29. & seqq. volum. 1.* Bursat. *cons. 287. num. 6. volum. 3.* quos refert, & sequitur Bellett. *disquisit. clerical. par. 1. tit. de disciplina clericali § 2. num. 4.* vbi *num. 28.* per tex. *in cap. sedes, de rescrip.* limitat in materia stricta. Quod autem Canonici Regulares D. Augustini veniant appellatione clericorum tenent D. Thom. *2. 2. q. 189. art. 4. in respons. ad 2. argumen.* Port. *cons. 164. num. 23. 88. & 93.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Curatus quilibet iurat Episcopo quod erit illi, suis successoribus, & Sancta Sedi Apostolica fidelis & obediens.*
3 *Cathedralis Ecclesia in odiosis non venit appellatione Ecclesiarum ciuitatis.*
4 *Mandatum de prouidendo habens in aliqua Ecclesiarum ciuitatis, vel diœcesis, non poterit prouidere in Cathedrali.*
5 *Dispensatus à Papa ad beneficia obtinenda non potest habere canonicatum in Cathedrali.*

Cap. Cum clerici. XIX.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Casal. *in annot.* Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castella par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 336.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 791.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 23. cap. 3.*

2 *Iuramentum praestant, &c.* Notatur ad hoc, quod quilibet Curatus iurat Episcopo, quod erit illi, & suis successoribus fidelis, & obediēs, & Sanctæ Sedi Apostolicæ, vt per Rebuf. *in praxi beneficiali tit. requisita in litteris collat. num. 2.*

3 *Ecclesia Cathedralis, &c.* Notatur ad hoc, quod appellatione Ecclesiarum Ciuitatis, aut diœcesis simplicter non includitur Ecclesia Cathedralis, & è contra in odiosis, Felin. *in cap. in nostra corol. 39. n. 40. de rescrip.* Oldrad. *cons. 183.* Couar. *in cap. alma mater par. 2. § 1. num. 4. in fine:* in fauorabilibus verò appellatione quorūcunque beneficiorum venit Cathedralis, Rota *decis. 895. num. 1. lib. 3. par. 3. diuers.* Vndè 4 habens mandatum de prouidendo in aliqua Ecclesiarum ciuitatis, & diœcesis non poterit prouidere in Ecclesia Cathedrali, quia cum propter ipsius honorem, & præeminentiam sit qualificata, sub generalitate beneficiorum non includuntur beneficia consistentia in Ecclesia Cathedrali, Rota *decis. 8. de concess. prabenda in nouis, & decis. 5. & 35. eod. tit. in antiquis*, Gomez *de expect. num. 94. in fine, & num. 95.* 5 Quemadmodum dispensatus à Papa ad beneficia obtinenda non potest habere canonicatum in Cathedrali, nisi aliud exprimatur, *cap. quamuis de prabend. in 6.* Rebuf. *in praxi benef. tit. de dispensat. atatis, vers. in Cathedralibus.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Censura Ecclesiastica appellatione comprehenditur excommunicatio, suspensio, & interdictum.*
3 *Interdictum est censura Ecclesiastica prohibēs vsum quorundam Diuinorum, & Ecclesiasticam sepulturam, qua talia sunt.*
4 *Interdictum, & cessatio à Diuinis differunt.*
5 *Suspensio est censura Ecclesiastica qua alicui clerico, ad aliquod tempus determinatum, vel perpetuò ob culpam à superiore prohibetur sui Ordinis exercitum in totum, vel in partem.*
6 *Excommunicatio quid sit, ostenditur.*

Cap. Quærenti. XX.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusque Iuris cum legib. Castella par. 1. & 2.* Viu. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. par. 336.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 791.* refertur ab Ant. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 23. cap. 4.*

2 Probat hic tex. quod appellatione Ecclesiasticæ censuræ comprehenditur excommunicatio, suspensio, & interdictum, vt per Nauar. *in manuali cap. 27. num. 1.* Henriq. *in summa lib. 13. de Excommunic. cap. 6.* Soar. *de censur. tom. 5. disp. 1. sect. 3.* Auila *eodem tract. par. 1. dispu. 2. dub. 5.* Bonac. *eod. tract. q. 1. punct. 1. nu. 4.* Flamin. *de resignat. lib. 5. q. 6. nu. 69.*

3 *Non solum interdicti.* Interdictum est censura Ecclesiastica prohibens vsum quorundam Diuinorum, & Ecclesiasticam sepulturam, qua talia sunt, vt colliges ex ijs, quæ resoluunt Couar. Nauar. & alij nouiores, quos refert Sayr. *de censur. d. lib. 5. cap. 1. num. 7.* Vgol. *eod. tract. tab. 5. cap. 18. in princip.* Soar. *eod. tract. tom. 5. disp. 32. sect. 1. num. 4.* Auila *eod. tract. par. 5. disput. 1. in princip.* Bonac. *eod. tract. disp. 5. punct. 1. nu. 1.*

num. 1. Valent. *tom.* 4. *dispu.* 7. *q.* 18. *punct.* 2. Monet. *de distribution. quotid. par.* 2. *q.* 16. Vnde cum interdictum sit censura Ecclesiastica, cessatio vero à diuinis non ita, differre inter se
4 tenuerunt Nauar. *d. cap.* 27. *num.* 164. & 168. Henriq. *lib.* 13. *cap.* 52. *in princip. iuncta lit.* Q. Valen. *d. disp.* 7. *q.* 19. *punct.* 1. *in princip.* Iacob. de Graf. *in aureis decis. par.* 1. *lib.* 4. *cap.* 28. *nu.* 2. Sayr. *d. lib.* 5. *cap.* 17. *à num.* 8. Fr. Emmanuel *quæst. Regul. tom.* 2. *quæst.* 115. *art.* 2. Soar. *d. tom.* 5. *dispu.* 39. *à princip.* & *omnino num.* 14. Bonac. *d. tract. de censur. disp.* 6. *punct.* 1. *num.* 4. Moneta *d. q.* 16. contra Sot. *in* 4. *distinct.* 22. *q.* 3. *art.* 1. & Couar. *in cap. alma mater. par.* 2. §. 2. *in princip.* & alios, qui censuram Ecclesiasticam esse contendunt.

5 *Sed suspensionis.* Suspensio est censura Ecclesiastica, qua alicui Clerico (vt clericus est) per aliquod tempus determinatum, vel perpetuò ob culpam à superiore, prohibetur sui Ordinis exercitium in totum, vel in partem, vt per Nauar. *d. cap.* 27. *num.* 151. Sayr. *de censuris lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 13. Vgol. *eod. tract. tab.* 4. *cap.* 10. Henriq. *d. lib.* 13. *cap.* 31. *num.* 2. Valen. *tom.* 4. *disp.* 7. *q.* 18. *nu.* 1. Soar. *d. tom.* 5. *disp.* 25. *sect.* 1. *num.* 2. Auila *in eod. tract. par.* 3. *dispu.* 1. Bonac. *d. tract. disp.* 3. *q.* 6. *punct.* 1. *nu.* 1. Aldret. *de religiosa discip. tuenda lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 3.

6 *Et excommunicationis.* Excommunicatio est censura Ecclesiastica, qua homo baptizatus priuatur aliquibus bonis communibus, videlicet participatione Sacramentorum, communibus Ecclesiæ suffragijs, & consortio fidelium, vt per Nauar. *d. cap.* 27. *num.* 1. Valen. *d. disp.* 7. *q.* 17. *punct.* 1. Soar. *d. tom.* 5. *disp.* 7. *sect.* 1. Vasquez *tom.* 4. *in* 3. *par. tract. de Excommun. dub.* 1. *nu.* 7. Bonac. *eodem tract. de censuris disp.* 2. *q.* 1. *punct.* 1. *num.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Nouale est ager, seu terra nunc primum seu de nouo proscisa, de qua non extat hominum memoria quod aliquando culta fuisset.*
3 *Antiquum dicitur, quod excedit centum annos.*

Cap. Quid per nouale. XXI.

1 SVper hunc text. scripserunt. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panormit. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legib. Castellæ par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 337. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 791. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 23. *cap.* 5.

2 *Nouale intellexerint agrum, &c.* Notatur ad hoc, quod nouale est ager, seu terra nunc primum, seu de nouo proscisa, de qua non extat hominum memoria, quod aliquando culta, seu cultiuata fuit, vt per Bellem. *in clemen. religiosi, num.* 187. *de decimis*, Henric. Canis. *de decimis cap.* 11. *num.* 1. & *in summa Iuris Canon. lib.* 2. *tit.* 26. §. *noualium*, Rebuf. *in l. sylua* 30. §. *noualis, ff. hoc tit. pag.* 181. Mascard. *de probat. concl.* 1106. Petr. Greg. *syntag. Iuris lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 2. Monet. *de decimis cap.* 4. *q.* 3. *num.* 50. Card. Tusch. *tom.* 5. *lit. N. concl.* 115.

3 *De quo non extat memoria, &c.* Notatur ad hoc, quod antiquum dicitur quod excedit centum annos, vt per Sylu. *cons.* 36. *n.* 13. Tiraq. *in l. si vnquam, verbo omnia nu.* 31. Menoch. *de arbitr. casu* 3. Mench. *illustrium cap.* 84. *nu.* 15. Auend. *de exequendis mand. par.* 1. *cap.* 6. *num.* 6. Gutier. *cons.* 1. *num.* 5. Gam. *decis.* 88. *num.* 1. Brunor. à Sole *in compendio resolut. verbo antiquitas* 4.

Cap. Venerabili. XXII.

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anch. Panor. Felin. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ, par.* 1. & 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 337. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 791. refertur ab Ant. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 23. *cap.* 6.

2 *Per matricem Ecclesiam Cathedralem intelligi volumus.* Ergo matrix Ecclesia sumitur pro Cathedrali, vt per Rebuf. *de decimis q.* 6. *num.* 6. & dicitur quasi aliarum ædicularum, & capellarum mater. Azor. *instit. moral. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 12. *q.* 13. & *lib.* 9. *cap.* 3. *q.* 14. *vers. matrix*, Moneta *de decimis cap.* 7. *q.* 2. *num.* 3. Ecclesia, quod sit matrix, intelligi debet secundum subiectam materiam, Abb. hic *num.* 2. & *in cap. vt singula num.* 1. *de officio Archipres.* Rebuf. *d. q.* 6. *num.* 19. & 23. Rota apud Farinac. *decis.* 272. *num.* 2. *par.* 1. *recent.* vbi *numeris seqq.* ostendit quando larga significatione dicatur Ecclesia matrix.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Satisfactio partis in absolutione ab excommunicatione est Iure communi præcepta.*
3 *Absoluere an possit habens facultatem delegatam limitate non satisfacta parte, ostenditur.*
4 *Cautio sufficiens est si pignora, vel fideiussores dentur.*
5 *Absoluendi priuilegium habens cum limitatione satisfactionis an possit absoluere pœnitentē si moraliter non possit satisfacere, ostenditur.*
6 *Sententia diffinitiua non est præceptum executiuum.*
7 *Præceptum Iudicis cum clausula, si censeris te grauatum*

natum compareas, &c. habet ex sui natura vim simplicis citationis.

Cap. Ex parte. XXIII.

1 Super hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioann. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par.* 1. *&* 2. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Iuris Pontif. pag.* 337. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 791. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 23. *cap.* 7.

2 *Absque congrua satisfactione, &c.* Notatur ad hoc, quod satisfactio partis in absolutione ab excommunicatione est forma Iure communi præcepta, vt per Couar. *in cap. alma mater, par.* 1. §. 11. *num.* 11. Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *disp.* 33. *num.* 1. Si autem habens potestatem Ordinariam absoluendi, pœnitêtem absoluat, qui nondum satisfecit parti læsæ, quamuis antea potuerit, validè absoluit, licet grauiter peccet, vt per Nauar. *in manuali, cap.* 27. *n.* 37. Sylú uest. *verb. absolutio,* 3. *n.* 3. Auilá *de censur. par.* 2. *c.* 2. *disp.* 3. *dub.* 9. Bonac. *cod. tract. disp.* 1. *q.* 3. *punct.* 9. *n.* 1.

3 Dubium tamen est in habente facultatem delegatam limitatè, quæ dupliciter potest considerari, primò si priuilegium, vel de legatio limitatè concedatur sub hac forma, non valeat, non possit absoluere, vel non possit dari absolutio, vel nullius sit roboris, aut momenti, tunc satisfactio requiritur, tanquam necessaria conditio, & limitat potestatem, ac iurisdictionem, & in hoc casu nulla est difficultas. In secundo verò, quando dicitur, satisfacta parte, vel nullatenus detur absolutio, controuersia est inter DD. an satisfactio requiratur tanquam conditio necessaria limitans potestatem, in qua satisfactionem requiri tanquam necessariam côditionem, ac proinde inualidam esse absolutionem datam nô satisfacta parte tenent Soar. *tom.* 5. *de censur.* 7. *sect. disp.* 5. *n.* 44. *&* *de legibus, lib.* 5. *cap.* 31. Sayr. *de censur. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 10. Verum in hoc casu satisfactionem non requiri tanquam necessariam conditionem limitantem Iurisdictionem melius tenent Fr. Emman. *in summa cap.* 83. *num.* 4. Auila d. *par.* 2. *cap.* 7. *disp.* 3. *dub.* 9. *concl.* 2. & post Sanch. Bonac. *d. punct.* 9. *num.* 3. vbi respondet ablatiuum absolutum importare conditionem, & formam faciendi aliquid licitè, aut validè, in hoc autem casu verba illa, satisfacta parte, non importare conditionem faciendi validè, sed tantùm licitè, ac proinde validam esse absolutionem datam ante satisfactionem, quamuis non licitè detur.

4 In glos. [sufficiens] ibi (*si pignora, vel fideiussores dentur*) Notatur ad hoc, quòd sufficiens cautio est, si pignora, vel fideiussores dentur, vt per Duen. *reg.* 86. Pinel. *in l.* 1. *Cod. de bonis maternis, par.* 2. *n.* 76. Couar. *lib.* 3. *variar. cap.* 3. *num.* 6. Menoch. *de arbitr. casu.* 142. *n.* 3. Gutier. *in repetit. l. nemo potest, n.* 247. *ff. de legatis* 1. Cenal. *commun. contra communes, q.* 66. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 334. *num.* 4. plures apud Sanch. *de Matrim lib.* 7. *disp.* 18. *à num.* 35. quibus adde Farinac. *in praxi crimin. par.* 1. *q.* 33. *à num.* 43. Stephan. Gratian. *discep. foren. cap.* 147. *num.* 22. Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decis.* 254. *n.* 3. Anton. de Sousa *in relect. de censur. Bulla in Cœna cap.* 23. *disp.* 98. *num.* 1.

5 In glos. [Clausula] ibi (*quid si aliquis ita pauper sit, quod non potest satisfacere &c.*) Vtrum autem Confessarius habens priuilegium absoluendi cû limitatione satisfactionis, possit absoluere pœnitentem si moraliter non possit satisfacere, aut qui non potest satisfacere sine graui damno famæ, vel status, vel bonorum? in quo dubio affirmatiua pars verior, & receptior est, modò creditor non censeat æquale damnum, quia credibile non est superiorem velle obligare pœnitentem ad impossibile, ita contra Sot. *in* 4. *distinct.* 2. *art.* 3. Cordub. *in tractatu de Indulgentijs q.* 43. resoluunt Nauar. *in manuali cap.* 27. *num.* 45. Auila *d. disp.* 3. *dub.* 5. Fr. Emman. *d. cap.* 83. *nu.* 3. Henriq. *in summa lib.* 13. *cap.* 28. §. 1. Vasquez *tract. de excomm. dub.* 20. Soar. *d. tom.* 5. *disp.* 7. *sect.* 5. *num.* 41. Sanch. *in præcep. Decal. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 19. Bonac. *d. punct.* 9. *n.* 4. vbi *num.* 5. aduertit quod quando pœnitens non potest satisfacere, nec absolutio differri potest, Confessarius absoluere potest exhibita à pœnitente ea satisfactione, quam potest exhibere ante absolutionem, exhibendo scilicet pignoratitiam, vel fideiussoriam, vel saltem iuratoriam, quando non potest exhibere pignoratitiam, vel fideiussoriam, simulq; promittendo se satisfacturum prima oblata occasione, modo Côfessarius probabiliter credat pœnitentem oblata satisfactione satisfacturum, *&* *num.* 6. pariter resoluit pœnitentem, qui non potest totam satisfactionem realem exhibere, debere saltem ante absolutionem eam partem satisfactionis exhibere, quam potest præstando pro reliqua parte debitam cautionem, & *num.* 7. tenet cum Auila, & Henriq. locis supra citatis, Confessariû, qui potestatem habet absoluendi sub illa conditione satisfacta parte, posse statim absoluere pœnitentem excommunicatum, qui dedit pecuniam Confessario, vel alteri viro probo, vt commodius restituatur læsæ parti, nam pœnitens hoc modo videtur restituisse.

6 In glos. [Si vero, fin.] ibi (*non hoc faciat sententiando.*) Notatur ad hoc, quod præceptum executiuum non est sententia diffinitiua, vt per Xuar. *in d. l. post rem iudicatam, notab.* 3. *nu.* 2 *col.* 2.

7 In ead. glos. ibi (*coram eo responsurus*) Notatur ad hoc, quod præceptum Iudicis cum clausula, si censeris te grauatum compareas, &c. habet ex sui natura vim simplicis citationis, vt per Vezin. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 7. *tit.* 15. *n.* 91. pag. 279. vbi Viu. *num.* 96. *pag.* 281. Bonacos. *commun. crimin. par.* 1. *verbo præceptum fol.* 135. *verso, & par.* 2. *eod. verbo, fol.* 61. *verso*, Nauar. *consil.* 3.

conſ. 3. de cenſibus, num. 2. in antiquis Spin. *in ſpecul. teſtam. par. 11. rub. n. 42. cum ſeqq.* Bernard. Græux. *ad pract. Camera Imper. lib. 1. concl. 19. conſider. 1.* Et ſi pars non compareat in termino aſſignato poteſt exequi ex Valdeſ. *ad Suarez in d. l. poſt rem iudicatam in explicatione legum Regni notab. 14. verſ. decimuſnonus caſus eſt, pag. 116.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Notorium inducitur, & probatur per acta iudicij.*
3 *Confeſſio facta in iudicio plenè probat etiam abſente parte.*
4 *Notorium eſt, quod nulla tergiuerſationi celari poteſt.*
5 *Reſcriptum Pontificis, & priuilegium Principis probat, & tenet, licet in eo de alio fiat mentio.*
6 *Beneficia ſecularia cõferri poſſunt Regularibus, deficientibus clericis ſecularibus, & è contra.*
7 *Domus alicuius, etiamſi ſteterit per mille annos iuxta domum alterius, non ædificata, benè poterit ædificari.*
8 *Aedificare quis non poterit iuxta fundum, vel areã vicini, ſi ratione talis ædificij fieret ei præiudicium.*
9 *Inſtrumentum publicum, vel priuatum faciens mentionem de alio inſtrumento, non facit fidem, niſi producatur originale.*
10 *Inſtrumentum confirmans facit plenam fidem de inſtrumento narrato, etſi primum inſtrumentum originale non oſtendatur.*
11 *Eccleſia destructa minimè gaudet priuilegijs conceſſis Eccleſiæ.*
12 *Priuilegium non amittitur etiam per centum annos ſi quis non potuit eo vti.*

Cap. Cum olim. XXIV.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innocen. Collectar. Zabarel. Ioan. Andr. Hoſtien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in cõcordantijs vtriuſque Iuris cum legibus Caſtellæ, par. 1. & 2.* Viuia. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 338.* Alagona *in compend. Iuris Canonici pag. 791.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 23. cap. 8.*

2 *Intelligere manifeſtam, &c.* Notatur ad hoc, quod notorium inducitur & probatur per acta iudicij, vt per Tiraq. *de retract. tit. 1. §. 36. gloſ. 2. num. 44.* Maſcard. *de probat. concl. 1101. num. 13. cum ſeqq.* Menoch. *remed. 1. recuper. nu. 232. & de arbitr. caſu 166. num. 6. & conſ. 100. nu. 6.* Decian. *conſ. 18. num. 50. tom. 1.* Farinac. *in praxi crimin. par. 1. q. 9. n. 20. & q. 21. nu. 14.* Mendez à Caſtro *in praxi Luſitana lib. 3. cap. 15. num. 4.* Salon. *2. 2. q. 69. art. 2. controuerſ. 7. in fine,* Aldret. *de religioſa diſciplina tuenda lib. 1. cap. 5. §. 2. n. 10.*

3 *Vel per confeſſionem, &c.* Notatur ad hoc, quod Confeſſio facta in iudicio plenè probat, etiam abſente parte, vt per Duen. *reg. 302. limit. 2.* Maſcard. *concl. 348.* Surd. *deciſ. 309. num. 14.*

4 *Quod nulla poſſit tergiuerſatione celari.* Quale eſt notorium, vt per Menoch. *d. caſu 146. num. 4.* Mench. *illuſtr. cap. 2. num. 11. & cap. 20. num. 23.* Farinac. *d. q. 21. nu. 8.* Aldret. *d. §. 2. nu. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc tex. ſcribentes.*
2 *Conſuetudo vt inducatur non requiritur quod ſit introducta, & obtenta in contradictorio iudicio.*
3 *Priuilegium eſt lex priuata, ſeu Ius ſingulare contra Ius commune indultum.*
4 *Priuilegium dici non poteſt illud, quod nihil ſpecialiter concedit, ſed illud tantum, quod Iure communi conceſſum erat.*

Cap. Abbate. XXV.

1 SVper hunc tex. ſcripſerunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Io. Andr. Caſal. *in annot.* Hoſt. Henr. Butr. Anch. Panor. Mar. Soc. Ximen. Tolet. *in cõcord. vtriuſq; Iuris cũ legib. Caſtellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 338.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 791.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 25. cap. 10.*

2 *Conſuetudo aliqua quaſi contradictorio, &c.* Notatur ad hoc, quod vt inducatur conſuetudo, non requiritur, quod ſit introducta, & obtenta in contradictorio iudicio, vt per Flamin. *de reſignat. benef. lib. 3. q. 6. num. 28.* Ceual. *commun. contra communes q. 358.* Bernard. Græux *ad practic. Cameræ Imper. lib. 2. concl. 31. à num. 117.* Maſcard. *de probat. concluſ. 427. num. 3.* vbi intelligit in actibus iudicialibus, ſecus autem in extraiudicialibus.

3 *Quia cum priuilegium ſit lex priuata, &c.* Priuilegiũ igitur communiter definitur, quod ſit lex priuata, ſeu Ius ſingulare contra Ius commune indultum. *gloſ. in rubr. de reſcrip. lib. 6.* vbi eam ſequuntur omnes, teſte Gomez, & Padil. ibi, Abb. hic *nu. 7.* Medic. *tom. 1. de legibus, & ſtatutis par. 4. q. 33. & de definit. q. 17.* Petr. Greg. *de Iuris arte cap. 7. num. 14.* Henric. Caniſ. *in ſumma Iuris Canon. lib. 1. tit. 2. §. duplex genus placitorum,* Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 1. q. 7.* Azor. *inſtit. moral. tom. 1. lib. 5. cap. 22.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancellariæ gloſ. 35. num. 5. cum ſeqq.*

4 *Niſi aliquid ſpecialiter indulgeret.* Ergo priuilegium dici non poteſt illud, quod nihil ſpecialiter concedit, ſed illud tantum, quod Iure communi conceſſum eſt, vt

per

per *glos in d. rub. de rescrip. lib. 6.* Rebuf. *in praxi tit. differentia inter rescriptum,* Syluest. *in summa verbo priuilegium q. 3.* Viger. *instit. Theologic. cap. 17. §. 2. vers. 2.* Azor. *d. cap. 22. q. 2.* Sed vt responsio pateat ad plures vtriusque Iuris decisiones, in quibus per modum priuilegii, & indulgentiæ conceduntur ea, quæ Iure communi licita, & concessa esse noscuntur, aduertendum est duobus modis posse priuilegium considerari contra Ius commune; vel in substantia, vel secundum modum, vel quoad aliquos particulares effectus: in substantia, quando concedit, vt quis licitè faciat, quod Iure communi sibi prohibitum est, videlicet, vt intestabilis faciat testamentum, ne quis excommunicatum vitet, ne decimas soluat, & similia: secundum modum, quando etsi Iure communi licitus sit actus, qui geritur, modus tamen non ità, veluti, vt milites testari valeant, non seruatis Iuris solemnitatibus, iuxta tit. Digest Cod & Instit. *de militari testamen.* vel etiam, vt sine illis ad pias causas faciat testamentum, iuxta *cap. cum esses, & cap. relatum, de testamentis,* vel inter liberos *l. hac consultissima §. ex imperfecto C. illo tit* Conceditur etiam, quoad aliquos particulares effectus, veluti ad sedandos scrupulos, quia impetrantes putant sibi non licere, quod Iure communi licitum est, notat Nauar. *cons. 3. num. 3. de statu monachorum,* sequuntur Azor. *d. cap. 23. q. 3.* Salas *de legibus disp. 17. sect. 1. num. 4.*

5 *Maximè cum supradictus, &c.* Notatur ad hoc, quod rescriptum Pontif. & priuilegium Principis probat, & tenet, licet in eo de alio fiat mentio, vt per Mascard. *de probat. conclus. 923. nu. 9.* Garcia Gironda *de priuilegiorum, & exemptionum explicat nu. 340.*

6 *His igitur, &c.* Notatur ad hoc, quod beneficia seculari conferri possunt regularibus deficientibus clericis secularibus, & è conuerso, vt per Gonzales *ad reg. 8. Cancellariæ glos. 8 nu. 43.*

7 In glos. [Alciaten. 3.] ibi (*quid enim si vicinus, &c.*) Notatur ad hoc, quod etiamsi domus alicuius steterit per mille annos iuxta domum alterius non ædificata, benè poterit eam ædificare, vt per Duenh. *reg. 33. vers. amplia primo.*

8 Notatur etiam ad hoc, quod non potest quis ædificare iuxta fundum, vel aream vicini, si ratione talis ædificij fieret ei præiudicium, vt per Anton. Gomez *l. 46. Tauri nu. 7. col. 1.*

9 In glos [Fiat.] Notatur ad hoc, quòd instrumentum publicum, vel priuatum faciens mentionem de alio instrumento, non facit fidē, nisi producatur originale, quando instrumentum refertur ab aliquo Tabellione, vel Notario, vel ab alia persona priuata, secus verò si à Principe, vel Lege communi, vel Iudice definitiuè pronunciando, quia tunc benè valet, & tenet, & facit plenam, ac perfectam fidem, vt per Anton. Gomez *l. 1. Tauri nu. 11.*

10 In ead. glos. ibi (*alij probabilius, &c.*) Notatur ad hoc, quod instrumentum confirmans facit plenam fidem de instrumento narrato, etsi primum instrumentum originale non ostendatur, vt per Cosm. *in pragm. Sanct. cap. Sacrosancta, verbo tenor, pag. 63. verso.*

11 In glos. [Donec.] Notatur ad hoc, quod Ecclesia destructa minimè gaudet priuilegijs concessis Ecclesijs, vt per Tiraq. *in tract. cessante causa, par. 1. num. 212. cum seqq. & limit. 30.* Sanch. *de Matrim. lib. 9. disp. 15. num. 37.*

12 In ead glos. ibi (*quia non potest vti illo tempore priuilegio,*) Notatur ad hoc, quod priuilegium non amittitur etiam per centum annos, siquis non potuit eo vti, quia occasio se non obtulit, vt per Rebuf. *in tract. nominat. q. 14. n. 21.* Fr. Emman. *tom. 3. quæst. Regul. q. 51. art. 5. vers. secundo fallit.* Valdes. *ad Xnar. in proœmio fori lit. F. in fine pag. 6.* Mench. *vsufrequen. cap. 2. num. 12.* Valasc. *de Iure enphyt. q. 37. nu. 7. & 8.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 2. concl. 60. consider. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc text. scribentes.*
2 *Salinaria inter regalia connumerantur.*
3 *Pedagium dictum est à pede quod à transeuntibus soluitur.*
4 *Reseruata Principi ratione dignitatis acquiri possunt per inferiorem præscriptione tanti temporis, cuius initium memoriam hominum excedat.*
5 *Regale ius potest præscribi tempore immemoriali.*
6 *Consuetudo tanti temporis, cuius non extat memoria in contrarium, vim priuilegij habet, data capacitate illam inducentis, vel præscribentis.*
7 *Consuetudo immemorialis habet vim tituli.*
8 *Ecclesiæ pertinet de causa viduarum, orphanorum, & pauperum cognoscere.*
9 *Tituli allegatio non est necessaria in præscriptione immemoriali.*

Cap. Super quibusdam. XXVI.

1 SVper hunc tex. scripserūt Abb. antiq. Innoc. Collect Zabarel. Io. And. Casal. *in annot.* Host. Henr. Butr. Anchar. Panor. Mar. Soc. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 338.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 792.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 23. cap. 10.*

2 *Salinaria.* Notatur ad hoc, quod salinarum redditus, & salinaria, seù salinarum vectigal inter regalia connumerantur, vt per Strach. *de mercat. par. 4. nu. 30.* Azeued. *ad l. 31. à nu. 11. tit. 20. lib. 6. noua recopil.* D. Barbos. *in l. diuortio §. si vir. num. 29. ff. solut. Matrim.* Cabed. *Lusit. decis. 53. par. 2.*

3 *Pedagia.* Nota pedagium dictum esse à pede, quod à transeuntibus soluitur, vt per Cassan. *in consuetud. Burgund. rub. 1. §. 4.*

§. 4. verbo in lire imposer e leuer aydes,num.6.fol.30. verso,vbi num.7 asserit, quod pedagium non est seruitus.

4 *A tempore,cuius non erat memoria,etc.* Notatur ad hoc, quod ea,quæ Principi rationæ dignitatis præseruantur acquiri possunt per inferiorem præscriptione tanti temporis cuius initium memoriam hominum excedat,vt per Couar. in reg. possessor par. 2. §. 3 num.8. vers. tertia species, Mascard. de probat. concl. 1371. à num. 23. & concl. 424. num. 4. & concl.1214. num.50 Farin.decis.642.num. 3. in 1. collect. nouiss. Gutier.pract. lib. 3. q. 14. num. 70. quamuis aliter, immò centum annorum spatio tantum præscribi asserat Surd. decis. 1. num. 10.

5 Vnde ius regale posse præscribi te npore immemoriali,docuerunt Perez.de iure fisci, lib. 1. tit.2. num 65. Valasc. de iure emphyt. quest. 8. num. 36. eleganter D. Barb in primatis scholijs ad l. quominus,num. 30.ff. de fluminibus, & ita ius imponendi,seu exigendi gabellas præscribi tempore immemoriali resoluit Farin. in praxi criminal. par.6.qu.st.172.num.92.cum seqq. quicquid aliter velit Cabed. Lusit. decis.65. num. 2. & decis. 109. par. 2.

6 Notatur ad hoc, quod consuetudo tanti temporis,cuius non extat memoria in contrarium vim priuilegij habet, Decian. cons. 85. num. 2. & cons.114. in fine, Rimin.cons.28.num.11.vol.1. Afflict decis.254.num.4.Crauet.cons. 259. vol. 1. Menoch cons.43.nu.7. quod intellige data capacitate illam inducentis, vel præscribentis,Abb. in cap nouit.num.22. de iudicijs, Felin. in cap. audientes num.6.d. præscrip Couar lib.1. variar.c 17. num.6.Mench. lib.2. illustrium cap.89. Nam data

7 capacitate consuetudo immemorialis habet vim tituli,vt per Nata n cons. 154. num. 6. lib. 2. Ioseph. Ludouic. Perusina decis.107. nu 36. Gutier.d.q.14.à num. 21.& q.17.à num.289 Camil. Borrel. cons.3.à nu. 21. centuria 1. Titulus enim præsumitur ex cursu temporis immemorialis, Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt.131. n. 45. & cons.90.nu. 66. & cursus temporis immemorialis vim priuilegij obtinet, idem Menoch. d. pr sumpt. 131. num. 43. & cons. 142. num. 13. Molin. de primog. lib.2. cap.2. num. 19. Mascard. de probat. concl.1214.num. 48. Gutier.d. quæst.14. num. 70.

8 *Item viduis, pupillis, &c.* Notatur ad hoc, quod ad Ecclesiam pertinet cognoscere de causis viduarum,orphanorum,& pauperum, vt per D. Barb in l. 1.par.1.num.40.ff.solut Matrim.

9 In glos. [Non extat] ibi (non sit necesse titulum allegare) Notatur ad hoc,quod in præscriptione immemoriali allegatio tituli non est necessaria,vt per Couar. in reg. possessor.par. 2. §. 3. num.7.col.4. Soar. tom. 2. commun.opin. lib.7.tit.5. num. 58. pag. 239. Menoch. d. præsumpt. 131. num. 26.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Clericus degradatur, & Curiæ secularis traditur in grauioribus, & enormibus delictis.*
3 *Clericus quando Curiæ seculari traditur debet iudex ecclesiasticus intercedere pro eo, quod non moriatur.*
4 *Condemnatio alicuius in perpetuum carcerem cum assignatione quatuor vnciarum panis, & totidem aqua pro potu singulis diebus,est condemnatio ad vltimum supplicium.*

Cap. Nouimus. XXVII.

1 Super hunc tex.scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric.Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen.Toletan.in concordan. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2. Viuian. in rationali lib.5. Iuris Pontif. pag. 339. Alagona in compendio Iuris Canonici pag. 792. refertur ab Anton. August. collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 16. cap. 2.

2 *Vel aliud flagitium graue, &c.* Notatur ad hoc, quod in grauioribus,& enormibus delictis clericus degradatur, & Curiæ seculari traditur, vt per Tiraq. de pœnis temper. causa 49.num.36 & alios, quos citat Gener ad Decretum,collect. 7. num. 1. Quibus autem casibus huiusmodi degradatio, siuè Curiæ seculari traditio fieri debeat, vide Couar variar. lib. 2. cap.20.num.7.Bellet. disquisit.clerical. par. .tit. de fœnore clericorum personali, §.6.nu. 10 & alios plures,quos refero Ego ipse de officio, & potestate Episc.p 3.alleg 110 .à n.11. Latè de degradatione verbali scilicet, & actuali tractant Menoch. de arbitr. casu 415. Bellet. d. §. 10. Ego ipse d.alleg. 110. à princip.

3 *Pro quo debet tamen Ecclesia efficaciter intercedere, etc.* Quando igitur traditur clericus, siue aliquis alius Curiæ seculari, debet iudex Ecclesiasticus intercedere pro eo, quod non moriatur Abb. in cap. cum non ab homine, num. 26. de iudicijs, Bellet. d. §. 10. num. 2. Perez l.3.glos.1 pag. 90.col.2.in princip. & pag.92. vers. sed ist aub.num tit. 4. lib 8. Ordin. vbi dicit, quod nihilominus debet fieri relaxatio Curiæ seculari absque metu irregularitatis, quamuis enim per huiusmodi traditionē sequatur mors, vel mutilatio illa non incurritur, Prax. Episcop. par.1.verbo hæreticus, §.12.

§. Pro illo.

4 *In perpetuum carcerem, etc.* Notatur ad hoc, quod condemnatio alicuius in perpetuum

petuum carcerem cum assignatione quatuor vnciarum panis, & totidem aquæ pro potu singulis diebus est condemnatio ad vltimum supplicium, ita vt si condemnatus moriatur, censendus sit cōdemnans irregularis, vt per Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 22. art. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Possessio Ius est.*
3 *Priuilegium, vel beneficium concedentis ad intentionem recurrendum est.*

Cap. Dilecto. XXVIII. *Honor. iij.*

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viu. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag.* 340. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 793.

2 *Indulgentiam Ius perimere, &c.* Notatur ad hoc, quod possessio ius est, vt per Couar. *in reg. possessor in initio par. 2. nu.* 3. Gom. *l. 45. Tauri à num.* 17. cuius tamen contrarium, nempè quod possessio facti sit, & non Iuris tuentur, Petr. Gregor. *syntagm. Iuris lib. 1. cap. 13. n. 6.* Vacon. *declar. 32. à princip.* Conan. *comment. Iuris Ciuilis lib. 3. cap. 3. à princip.* Donell. *lib. 5. cap. 6. §. si possidere*, Gilchen. *de præscription. p. 2. memb. 3. cap. 1. num.* 19. Peregr. *Variar. lib. 3. num. 2. cum multis seqq.* Intellige prout dixi *ad cap. 6. nu. 4. de concess. peabenda.*

3 In glos. [Intentionis.] Notatur ad hoc, quod recurrendum est ad intentionem concedentis priuilegium, seù beneficium, vt per Tiraquel. *in l. si vnquã, verbo libertis n. 55. C. de reuoc. donat.*

Cap. Cum inter vos. XXIX.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag.* 340. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 793.

2 Probat hic tex. oblationis nomine intelligi quiequid Deo, vel Ecclesiæ, eiusvè ministris voluntariè exhibetur, de quo vide Marian. Socin. *in tract. de oblat. libello* 1. & Troyl. Maluat. *simili tract. ferè per totu*, Moneta *de decimis cap. 2. num. 9. & cap. 3. num.* 2. asserit oblationes, quæ fiunt ad sacrificium subrogatas esse loco quorundam decimarum legis veteris, quas in horreis recondebat, & separabat quisque de populo, vt comederet eas, cum iret in templum Hierusalem acersitis in vestibulo templi Sacerdotibus, & Leuitis ad conuiuium, *Deuter. 12. & 14.* de quo etiam *cap. bis ita 13. q. 1.*

ij. Cap. Ex parte. XXX.

1 SVper hunc text. scripserunt Abbas antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viui. *in ration. lib. 5. Iuris Pontificij pag.* 340. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 793.

2 Probat hic tex. litem diei motam, postquam fuerit contestata, vt per Marant. *de ordine Iudic. par. 5. tit. & omnia fiant ducante instantia, num.* 64. Surd. *de aliment. tit. 1. q. 8. nu. 4.* Cabed. *Lusit. decis. 15. num. 10. par. 2.* Aloys. Ricci. *in praxi fori Ecclesiastici decis. 344. num. 1.* quos refere, & sequitur Parens meus *in commentarijs ad Ordinationem Regiam Lusitanorum lib. 3. titul. 20. §. 7. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Canonica portio non soluitur Episcopo de relictis fabricæ.*
3 *Quarta Episcopalis non detrahitur de relictis personis.*

iij. Cap. Ex parte. XXXI.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Collect. Zabarell. Ioan Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag.* 340. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 793.

2 *Vel ad fabricam, &c.* Notatur ad hoc, quod de relictis fabricæ non soluitur canonica portio Episcopo, aut Ecclesiæ Parochiali, vt per Cosm. *in pragmat. sanct. tit. de elect. verbo fabrica pag. 151. verso*, Rota coram Illustrissimo Seraphino in vna Syracusana quartæ apud Stephan. Quarantã *in summa Bullarij, verbo quarta Episcopalis, vers. secunda difficultas*, vbi citantur Roman. *consil. 233. in princip.* & Capic. *decis. 23. num. 4.* in qua quidem decisione idem Illustrissimus Seraph. quærit an hoc casu debeatur quarta, quando de præsenti non indiget restauratione, & ibi in hæc verba respondet. Nam affirmatiuam tenuerunt Hostien. Ioan. Andr. Anchar. *in d. cap. vlt. de testamen.* vbi Couar. existimat esse magis communem opinionem: contrarium tamen tenuerunt Goffred. Card. Barbatia, & ipse Couar. per tex. *in cap. nobis 2. q. 2.* quia legatum Ecclesiæ non indigente seruandum est in futuram Ecclesiæ refectionem, & restaurationem. Ideò in hoc conflictu attendenda est forma legati: si enim testator vult statim, vel in singulos annos

solus

§. 4. verbo in lire imposer e leuer aydes, num. 6. fol. 30. verso, vbi num. 7 asserit, quod pedagium non est seruitus.

4 *A tempore, cuius non erat memoria, etc.* Notatur ad hoc, quod ea, quæ Principi ratione dignitatis præseruantur acquiri possunt per inferiorem præscriptione tanti temporis cuius initium memoriam hominum excedat, vt per Couar. in reg. possessor par. 2. §. 3 num. 8. vers. tertia species, Mascard. de probat. concl. 1371. à num. 23. & concl. 424. num. 4. & concl. 1214. num. 50 Farin. decis. 642. num. 3. in 1. collect. nouiss. Gutier. pract. lib. 3. q. 14. num. 70. quamuis aliter, immò centum annorum spatio tantum præscribi asserat Surd. decis. 1. num. 10.

5 Vnde ius regale posse præscribi te npore immemoriali, docuerunt Pereg. de iure fisci, lib. 1. tit. 2. num 65. Valasc. de iure emphyt. qu. 8. num. 36. eleganter D. Barb in priuatis scholijs ad l. quominus, num. 30. ff. de fluminibus, & ita ius imponendi seu exigendi gabellas præscribi tempore immemoriali resoluit Farin. in praxi criminal. par. 6. qu. st. 171. num. 92. cum seqq. quicquid aliter velit Cabed. Lusit. decis. 65. num. 2. & decis. 109. par. 2.

6 Notatur ad hoc, quod consuetudo tanti temporis, cuius non extat memoria in contrarium vim priuilegij habet, Decian. cons. 85. num. 2. & cons. 114. in fine, Rimin cons. 28. num. 11. vol. 1. Afflict decis. 254. num. 4. Crauet. cons. 259. vol. 1. Menoch cons. 43. nu. 7. quod intellige data capacitate illam inducentis, vel præscribentis, Abb. in cap nouit, num. 22. de iudicijs, Felin. in cap. audientes num. 6. de præscrip Couar. lib. 1. variar. c 17. num. 6. Mench. lib. 2. illustrium cap. 89. Nam data

7 capacitate consuetudo immemorialis habet vim tituli, vt per Nata n cons. 154. num. 6. lib. 2. Ioseph. Ludouic. Perusina decis. 107. nu 36. Gutier. d. q. 14. à num. 21. & q. 17. à num. 289 Camil. Borrel. cons. 3. à nu. 21. centuria 1. Titulus enim præsumitur ex cursu temporis immemorialis, Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 131. n. 45. & cons. 90. nu. 66. & cursus temporis immemorialis vim priuilegij obtinet, idem Menoch. d. pr sumpt. 131. num. 43. & cons. 142. num. 13. Molin. de primog. lib. 2. cap. 2. num. 19. Mascard. de probat. concl. 1214. num. 48. Gutier. d. quæst. 14. num. 70.

8 *Item viduis, pupillis, &c.* Notatur ad hoc, quod ad Ecclesiam pertinet cognoscere de causis viduarum, orphanorum, & pauperum, vt per D. Barb in l. 1. par. 1. num. 40. ff. solut Matrim.

9 In glos. [Non extat] ibi (non sit necesse titulum allegare) Notatur ad hoc, quod in præscriptione immemoriali allegatio tituli non est necessaria, vt per Couar. in reg. possessor. par. 2. §. 3. num. 7. col. 4. Soar. tom. 2. commun. opin. lib. 7. tit. 5. num. 58. pag. 239. Menoch. d. præsumpt. 131. num. 26.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Clericus degradatur, & Curiæ seculari traditur in grauioribus, & enormibus delictis.*
3 *Clericus quando Curiæ seculari traditur debet iudex ecclesiasticus intercedere pro eo, quod non moriatur.*
4 *Condemnatio alicuius in perpetuum carcerem cum assignatione quatuor vnciarum panis, & totidem aqua pro potu singulis diebus, est condemnatio ad vltimum supplicium.*

Cap. Nouimus. XXVII.

1 Super hunc tex. scripserunt Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. And. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. in concordan. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2. Viuian. in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 339. Alagona in compendio Iuris Canonici pag. 792. refertur ab Anton. August. collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 16. cap. 2.

2 *Vel aliud flagitium graue, &c.* Notatur ad hoc, quod in grauioribus, & enormibus delictis clericus degradatur, & Curiæ seculari traditur, vt per Tiraq. de pœnis temper. causa 49. num. 36 & alios, quos citat Genet. ad Decretum, collect. 7. num. 1. Quibus autem casibus huiusmodi degradatio, siue Curiæ seculari traditio fieri debeat, vide Couar variar. lib. 2. cap. 20. num. 7. Bellet. disquisit. clerical. par. tit. de fauore clericorum personali, §. 6. nu. 10 & alios plures, quos refero Ego ipse de officio, & potestate Episc. p 3. alleg 110 à n. 11. Latè de degradatione verbali scilicet, & actuali tractant Menoch. de arbitr. casu 415. Bellet. d. §. 10. Ego ipse d. allegat. 110. à princip.

3 *Pro quo debet tamen Ecclesia efficaciter intercedere, etc.* Quando igitur traditur clericus, siue aliquis alius Curiæ seculari, debet iudex Ecclesiasticus intercedere pro eo, quod non moriatur Abb. in cap. cum non ab homine, num. 26. de iudicijs, Bellet. d. §. 10. num. 2. Perez l. 3. glos. 1 pag. 90. col. 2. in princip. & pag. 91. vers. sed est dubium tit. 4. lib 8. Ordin. vbi dicit, quod nihilominus debet fieri relaxatio Curiæ seculari absque metu irregularitatis, quamuis enim per huiusmodi traditionē sequatur mors, vel mutilatio illa non incurritur, Piax. Episcop. par. 1. verbo hæretici, §. 12.

§. Pro illo.

4 *In perpetuum carcerem, etc.* Notatur ad hoc, quod condemnatio alicuius in perpetuum

petuum carcerem cum assignatione quatuor unciarum panis, & totidem aquæ pro potu singulis diebus est condemnatio ad ultimum supplicium, ita ut si condemnatus moriatur, censendus sit cōdemnans irregularis, ut per Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 22. art. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Possessio Ius est.*
3 *Priuilegium, vel beneficium concedentis ad intentionem recurrendum est.*

Cap. Dilecto. XXVIII. *Honor. iij.*

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viu. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 340.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 793.*

2 *Indulgentiam Ius perimere, &c.* Notatur ad hoc, quod possessio ius est, ut per Couar. *in reg. possessor in initio par. 2. nu. 3.* Gom. *l. 45. Tauri à num. 17.* cuius tamen contrarium, nempè quod possessio facti sit, & non Iuris tuentur, Petr. Gregor. *syntagm. Iuris lib. 1. cap. 13. n. 6.* Vaeon. *declar. 32. à princip.* Conan. *comment. Iuris Ciuilis lib. 3. cap. 3. à princip.* Donell. *lib. 5. cap. 6. §. si possidere*, Gilchen. *de præscription. p. 2. memb. 3. cap. 1. num. 19.* Peregr. *Variar. lib. 3. num. 2. cum multis seqq.* Intellige prout dixi *ad cap. 6. nu. 4. de concess. prebendæ.*

3 In glos. [Intentionis .] Notatur ad hoc, quod recurrendum est ad intentionem concedentis priuilegium, seu beneficium, ut per Tiraquel. *in l. si vnquā, verbo libertis n. 55. C. de reuoc. donat.*

Cap. Cum inter vos. XXIX.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif. pag. 340.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 793.*

2 Probat hic tex. oblationis nomine intelligi quicquid Deo, vel Ecclesiæ, eiusvè ministris voluntariè exhibetur, de quo vide Marian. Socin. *in tract. de oblat. libello 1.* & Troyl. Maluat. *simili tract. ferè per totū,* Moneta *de decimis cap. 2. num. 9. & cap. 3. num. 2.* asserit oblationes, quæ fiunt ad sacrificium subrogatas esse loco quorumdam decimarum legis veteris, quas in horreis recondebat, & separabat quisque de populo, ut comederet eas, cum iret in templum Hierusalem accersitis in vestibulo templi Sacerdotibus, & Leuitis ad conuiuium, *Deuter. 12. & 14.* de quo etiam *cap. bis ita 13. q. 1.*

ij. Cap. Ex parte. XXX.

1 SVper hunc text. scripserunt Abbas antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viui. *in ration. lib. 5. Iuris Pontificij pag. 340.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 793.*

2 Probat hic tex. litem dici motam, postquam fuerit contestata, ut per Marant. *de ordine Iudic. par. 5. tit. & omnia fiant durante instantia, num. 64.* Surd. *de aliment. tit. 1. q. 8. nu. 4.* Cabed. *Lusit. decis. 15. num. 10. par. 2.* Aloysi. Ricci. *in praxi fori Ecclesiastici decis. 344. num. 1.* quos refert, & sequitur Parens meus *in commentarijs ad Ordinationem Regiam Lusitanorum lib. 3. titul. 20. §. 7. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Canonica portio non soluitur Episcopo de relictis fabricæ.*
3 *Quarta Episcopalis non detrahitur de relictis personis.*

iij. Cap. Ex parte. XXXI.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Tolet. *in concord. vtriusque Iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontificij pag. 340.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag. 793.*

2 *Vel ad fabricam, &c.* Notatur ad hoc, quod de relictis fabricæ non soluitur canonica portio Episcopo, aut Ecclesiæ Parochiali, ut per Cosm. *in pragmat. sanct. tit. de elect. verbo fabricæ pag. 151. verso,* Rota coram Illustrissimo Seraphino in una Syracusana quartæ apud Stephan. Quarantā *in summa Bullarij, verbo quarta Episcopalis, vers. secunda difficultas,* ubi citantur Roman. *consil. 233. in princip.* & Capic. *decis. 23. num. 4.* in qua quidem decisione idem Illustrissimus Seraph. quærit an hoc casu debeatur quarta, quando de præsenti non indiget restauratione, & ibi in hæc verba respondet. Nam affirmatiuam tenuerunt Hostien. Ioan. Andr. Anchar. *in d. cap. vlt. de testamen.* ubi Couar. existimat esse magis communem opinionem: contrarium tamen tenuerunt Goffred. Card. Barbatia, & ipse Couar. per tex. *in cap. nobis 2. q. 2.* quia legatum Ecclesiæ non indigente seruandum est in futuram Ecclesiæ refectionem, & restaurationem. Ideò in hoc conflictu attendenda est forma legati: si enim testator vult statim, vel in singulos annos solus

solus aliquid pro restauratione Ecclesiæ, quæ reparatione non indigeat, tunc seruari poterit communis sententia: si verò legat pro restauratione Ecclesiæ, quoties ea indigebit, tunc contraria sententia erit sequenda, & sub hoc articulo cadunt etiam relicta pro subuentione Ecclesiæ respectu luminarium, ornamentorum, & aliorum ad cultum diuinum pertinentium, ex his namq; non debetur quarta *d. cap. final.* si verò vsus est indeterminatus, & non determinatus perpetuo cultui diuino, tunc debetur quarta tex. *in præsenti & in cap. requisistis, de testamen.*

3 *Vel de his, quæ personis specialis, &c.* Notatur ad hoc, quod de relictis personis non detrahitur quarta Episcopalis, vt per Rot. *in Syracusan. quarta coram Illustrissimo Seraph. in prima difficultate,* apud Steph. Quarant. *d. verbo quarta Episcopalis, vers. circa propositum.*

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Beneficij appellatione largè sumpto vocabulo omnia comprehenduntur beneficia.*
3 *Vicarius Episcopi, cui facultas conferendi beneficia data est, potest etiam beneficia curata, & dignitates conferre.*
4 *Indultum conferendi beneficia alicui à Papa concessum, comprehendit omnia beneficia etiam curata, & dignitates.*

Cap. Tua nobis. XXXII.

1 SVper hunc text. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panormit. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legib. Castellæ par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif.* pag. 339. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 794.*

2 *Præbendæ, & alia beneficia generali beneficiorum nomine continentur.* Notatur ad hoc, quod appellatione beneficij largè sumpto vocabulo omnia comprehenduntur beneficia, tam maiora, quàm minora, præbendæ, & dignitates, &c. *glos. in cap. si gratiosè, verbo beneficia, de rescriptis,* & *in cap. 1. verbo beneficia, de rerum permut. lib. 6.* Abb. *in cap. postulasti, num. 2.* Felin. *num. 4.* & Dec. *num. 12. de rescriptis,* Rebuf. *in praxi tit. quid sit beneficium, num.* 10. Medices *de definit. par. 2. cap. 16. num. 5.* Sahagum *in cap. ad aures num. 3. de rescriptis, & in cap. fin. nu. 20. de sequestr. possess.* optimè Nicol. Garc. *de beneficijs par. 1. cap. 6. num.* 37. Card. Tusch. *lit. B.*
3 *concl.* 19. Vnde Vicarius Episcopi, cui facultas conferendi beneficia data est, potest etiam curata, & dignitates conferre, Cosmas *in pragmat. Sanct. tit. de collat. verbo procuratorem, fol. 248. verso.* Rebuf. *d. tit. quid sit beneficium, num. 11. & in forma Vicariatus, num. 111.* Sbroz. *de officio Vicarij lib. 2. q. 71. & seq.* Card. Tusch. *d. concl. 59. num. 2.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellariæ glos. 6. num. 25.* Azor. *institut. moral. par. 2. lib. 3. cap. 44. q. 7. &* 8. plures per Garc. *d. cap. 6. nu. 40.* Vnde etiam indultum, seù facultas con-
4 ferendi beneficia alicui à Papa concessa comprehendit omnia beneficia, etiam curata, & dignitates, *cap. dudum, de præbendis in 6. & ibi glos. verbo beneficia,* Gonzal. *d. glos. 6. num. 24.* Card. Tusch. *d. concl. 59. nu. 2.* Garcia *d. cap. 6. n. 41.* vbi *num. 44.* refert aliquos contrarium tenentes, quos ibi reprobat.

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur super hunc tex. scribentes.*
2 *Declaratur Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 15.*
3 *Collegiata insignis quæ dicatur.*

Cap. Transmissæ. XXXIII. & vlt. *Greg. ix.*

1 SVper hunc tex. scripserunt Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anch. Panorm. Marian. Socin. Ximen. Toletan. *in concordantijs vtriusque Iuris cum legibus Castellæ, par. 1. & 2.* Viuian. *in rationali lib. 5. Iuris Pontif.* pag. 340. Alagona *in compendio Iuris Canonici pag. 794.*

2 *Vt Canonicorum, & præbendarum numerum, &c.* Hodie ex noua dispositione Concilij Triden. *sess. 24. de reformat. cap. 15.* in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis insignibus, vbi frequentes, adeoq; tenues sunt præbendæ simul cum distributionibus quotidianis, vt sustinendo decenti Canonicorum gradui pro loci, & personarum qualitate non sufficiant, licet Episcopis cum consensu Capituli, vel aliquot simplicia beneficia, non tamen regularia, ijs vnire, vel, si hac ratione prouideri non possit, aliquibus ex ijs suppressis, cum patronorum consensu, si de Iurepatronatus laicorum sint, quarum fructus & prouentus reliquarum præbendarum distributionibus quotidianis applicentur, eas ad pauciorem numerum reducere, ita tamen vt tot supersint, quæ Diuino cultui celebrando, ac dignitati Ecclesiæ commodè valeant respondere; pro cuius decreti declaratione consule Prax. Episcop. *par. 1. verbo beneficia §. 1. vers. 11.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 37. num. 25.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decis. 488. in 1. edit. & resol. 379. num. 4. in 2. edit.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 278. nu. 34.* Monet. *de distribut. quotid. par. 1. q. 5. à num. 26.* vbi refert Sacram Congreg. Concilij censuisse quod si Ecclesiæ non sunt Cathedrales, aut

Col-

Collegiatæ insignis non habeat locum decretum huiusmodi, neç possit Episcopus, aut Vicarius Apostolicus extinguere præbendas, vt augeat distributiones, etiam ad augmentum cul-
3 tus diuini. Quæ autem dicatur Collegiata insignis non satis constat apud Doctores, nam D. Ludonicus Centoflorennis in Sacra Rituum Congregatione, pro Collegiata Ecclesia S. Pauli oppidi Ciuitatis nouæ Firmanæ diœcesis obtinuit illam dici insignem, eo quod oppidum, in quo sita est, insigne reddat numerus quatuor mille habitatorum, hoc est focularium octingentorum viginti, quatuor Regularium, & vnũ Sanctimonialium monasteria ibi existentia, copia peritorum, & nobilium, in quibus qualitatibus decernendis multum Iudicis arbitrio esse deferendum attestantur *glos. verbo copia, in c. statutum, de rescript. lib.* 6. Lap. Specul. Tiraq. & alij apud Menoch. *de arbitr. casu* 158. *num.* 4. & in puncto oppidum Fonseiæ Toletanæ diœcesis esse insigne, quia habebat octingentos municipes consuluit Nan. *sub hoc tit. cons.* 1. refert D. Iaon. Anton. Massobr. *in sua praxi habendi concursum præl.* 2. *dub.* 2. & *in tract. de Synodo Episcopi c.* 4. *dub.* 14. *num.* 9.

De Regulis Iuris. Tit. XLI.

SVper hanc rub. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Anchar. Butr. Henric. Panor. Io. de Londris *in breuiario Sanctorũ Canonũ fol.* 185. Martin. Mesnart. *in epithome Decretal. fol.* 209. *verso*, Petrus de Rauenna *in compendio Iuris Canonici*. Gofred. & Hostien. *in summa huius tit.* Alexand. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. sub hoc titulo*.

Cap. Omnis res. I. *Chrysost.*

1 OMnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur Narbona *de appellat. à Vicario ad Episcopum par.* 1. *num.* 95. Valasc. *cons.* 130. *nu.* 17. Vide eadem solemnitas requiritur in reuocatione actus, quæ in confectione ipsius, Duen. *reg.* 187. *vers.* 18. Cald. Pereira *de potestate elig. c.* 7. *nu.* 13.

Cap. Estote. II.

1 DVbia in meliorem partem sunt interpretanda Aldret. *de Religiosa disciplina tuenda lib.* 2. *c.* 2. *nu.* 23. Franc. Molin. *de rita nupt. lib.* 1. *comp.* 17. *n.* 2. Aloys. Ricc. *in collect. decis. par.* 1. *collect.* 220. vbi multipliciter exemplificat. Farin. *in praxi crimin. par.* 3. *q.* 85. *à num.* 27. vbi limitat. Et in dubio benignior interpretatio est facienda, Thom. de Thomas. *in floribus legum reg.* 154. ac tutior pars eligenda, Sayr. *de censur. lib.* 1. *c.* 16. *nu.* 36. *casu* 1. & *lib.* 6. *c.* 2. *num.* 16. Sanch. *de Matrim. lib.* 2. *disp.* 41. *nu.* 9. Flores de Mena *vari. lib.* 1. *q.* 9. *num.* 18. & citaui plures alios *ad cap. iuuenis nu.* 5. *de sponsalib.*

Cap. Qui scandalizauerit. III.

1 DE Scandali diffinitione, diuisione, eiusque materia vide D. Thom. 2. 2. *q.* 43. D. Antonin. *par.* 3 *tit.* 7. *c.* 4. *à princip.* Doctores *in c.* 2. *de præscript.* vbi Panorm. *nu.* 8. Felin. *à nu.* 2. Cou. *in reg. peccatum par.* 1. *in initio à num.* 3. Nau. *in man. c.* 6. *à nu.* 19. & *c.* 14 *à num.* 28. & *in c. consideret* §. *animaduertere à princip. distin* 5. Iacob. de Graffis *in aureis decis. par.* 1. *lib.* 2. *c.* 68. Flamin. *de resignat. benefic. lib.* 5. *q* 3. *n.* 166. *cum seqq.* Azor. *instit. moral. par.* 2. *lib.* 12. *c.* 16. Farin. *cons.* 30. *nu.* 2. *vbi addit.*

2 Regula hæc est intelligenda de triplici veritate videlicet vitæ, iustitiæ, & doctrinæ, vt per Bonacol. *commun. crimin. par.* 2. *verbo Canon fol.* 8. Sed intelligendam esse de veritate, seu bonitate vitæ, non autem de veritate doctrinæ, & iustitiæ, quæ aliquando omittuntur propter scandalum, asserit Nau. *commento* 3. *de Regularibus nu.* 35.

3 Notatur ad hoc, quod ad scandala vitanda multa sunt concedenda, quæ aliàs non concederentur, vt per Menoch. *cons.* 51. *nu.* 44. Rebuff. *de priuilegijs schol. priuil.* 110. *par.* 2. Lancellot. *de attent. par.* 2. *c.* 4. *ampl.* 21. Flamin. *d. q.* 3. *num.* 166.

Cap. Quod non est. IV.

1 PLura de necessitate cumulat Tiraq. *de retract. lig.* §. 26. *glos.* 1. *nu.* 20. *cum seqq.* Et necessitatis diuisionem vide apud Menoch. *de arbit. casu* 182. *à num.* 19.

2 Notatur hic tex. ad hoc, quod necessitas facit licitum, quod non est licitum in lege, vt per Tiraq. *de pœnis temper. causa* 33. *num.* 3. Ceual. *communium contra communes q. fin. num* 6. *tom.* 4. Cardoso *in praxi Iudicum verbo necessitas nu.* 2. Nam necessitas legi non subiacet vt per Gail. *lib.* 1. *obseruat.* 102. *num.* 8. Plac. *de delictis lib.* 1. *c.* 28. *nu.* 3. Surd. *decis.* 86 *nu* 8. Matienco *l.* 1. *glos.* 21. *tit.* 10. *lib.* 5. *noua Recopil.* Munoz de Eschouar *de ratiocin. administ. c.* 14. *à num.* 10. Ceuall. *d. q. fin. num.* 50. Sanch *de Matrim lib.* 3. *dispu.* 10. *num.* 27. Aloys. Ricci. *in praxi rerum fori Eccles. decis.* 711.

3 Notatur etiam ad hoc, quod ex necessitatis causa potest mutari aliquid de forma assignata, vt per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 60. *nu.* 45.

Cap. Quod latenter. V.

1 NOtatur ad hoc, quod suspectum est, quod clam & secretò fit, vt per Tiraq. *de retract. tit. 2. in præfat. num.* 13. Brunor à Sole *in locis communibus verbo factum* 8. Et occultè actum faciens generalem contra se habet præsumptionem, iuxta Christi Domini auctoritatem *Ioan.* 3. qui malè agit odit lucem, refertur supra *in cap. consuluit de officio deleg. & in c. vni. vers. porrò, vt Ecclesiast. benef.* cum similibus de quibus Tiraq. *de pœnis temp. c.* 11. *nu.* 11. Menoch *de præsump. lib.* 4. *præs.* 12. *n.* 7. Mascard. *de probat. concl.* 815. *num.* 33. Surd. *cons.* 132. *num.* 4. Sicut à contrario ea, quæ in conspectu aliorum, & palam fiunt, sunt ab omni sinistra suspicione aliena *l. non existimo, vers. & multum refert, ff. de administr. tutor. l. cum ipse tutor* 5. *fuit quæsitum*, & ibi Rip. *ff. de contrah. empt.* Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *cent.* 3. *casu* 244. *à princip.*

Cap. Defleat. IX.

1 NOtatur ad hoc, quod reus omnium factus est, qui mortaliter peccauit transgrediendo vnicum præceptum, vt per Tiraq. *de iudicio in rebus exiguis vers.* 57. *pag.* 93. Sayr. *in claui Regia lib.* 2. *c.* 7. *num.* 2. Et omnis virtus detrimentum patitur ab vno vitio, Cosm. *in pragm. Sanct. tit. de collat. verbo virtutum, pag.* 188.

Cap. Quamuis. X.

1 NOtatur ad hoc, quod pastor tenetur inquirere, & habere curam de ouibus suis vt per Cosm. *in pragm. Sanct. in procem. verbo non agnoscunt pag.* 34. *verso*, Auiles *ad c.* 1. *Prætorum nu.* 10. *fol.* 61. *verso.*

Cap. Indignum. X. & fin. *Luc. iij.*

1 PRobat hic tex. pro rebus spiritualibus homagium, seu iuramentum illicitum esse præstare, quod tanquàm simoniacum reprobatur in *c. ex diligenti* 17. *de simonia*; intelligenon quidem de iuramento cuiuscunque fidelitatis, sed illius tantum, quo quis tanquàm vassallus tenetur suas operas alteri, velut domino suo, præstare, cui ex vi prædicti iuramenti manet obligatus ad prædictas operas, quoties oportuerit, exhibendas, *c. de forma, vers. sed quia*, 22. *q.* 5. Id enim importat homagium, de quo in præsenti tex. & *in d c. ex diligenti*, iuncta *glos.* vbi iura similia citat, *verbo homoque in Clem. pastoralis, de re iudic.* optimè Abb. *in d. c. ex diligenti num.* 4. Guid. Papæ *decis.* 39. *cum seq.* Cassan. *in consuet. Burgund. rub.* 3. §. 3. *glos.* 2. Soar. *de Relig. lib.* 1. *de iuramen. c.* 13. *num.* 24. vbi tractat quid sit homagium, & an per illud iuramentum inducatur; Vnde cum hoc ius vassalitij solis dominis temporalibus, non vero Ecclesiasticis Prælatis debeatur *c. esto subiectus*, ibi, sciens se esse Sacerdotes non dominos, & ibi, neque vt dominantes in cleris, 95. dist. rectè sit, quod velut munus indebiti obsequij nequeat pro beneficio sine simonia præstari, iux. *cap. cum essent, de simonia*; secus de iuramento fidelitatis clericorum ad suos Prælatos dicendum est, quod ad solam obedientiam, & tanquam patribus, & pastoribus debitam obstringit, optimè Abb. *d. num.* 4. Non obstat *c. grauem* 15. *sup. de excessib. prælat.* vbi clerici fidem præstiti homagij, ac debitam reuerentiam suo Episcopo denegantes grauissime puniuntur, sic planè significans licitum esse clericis homagium præstare Prælatis Ecclesiasticis. Respondetur enim cum *glos.* ibi communiter recepta *verbo homagy*, & Abb. *d. num.* 4. tex. procedere in homagio latè sumpto, prout fidelitatem, & obedientiam Episcopis debitam importat.

FINIS.

INDEX

INDEX LEGALIS AVTHORVM MATERIAS EX PROFESSO TRACTANTIVM,

Ex Bibliotheca

ILL.[MI] ET REV.[MI] D. IOANNIS BAPTISTÆ COCCINI Rotæ Decani, & Sacræ Pœnitentiariæ Regentis.

Collectore Felice Contelorio I. V. & Sacræ Theologiæ Doctore, & in Romana Curia Aduocato.

T. Tomum, P. Partem, F. Folium indicat nouorum tractatuum Venetijs 1584. impreſſorum.

A

Ap-

Materias ex professo tractantium.

B

C

Dia-

Materias ex professo tractantium.

Aegidii Tomasii, tom. 12. fol. 110
Collectis, & æstimo, V. Aestimo.
Collegio Cardinalium, V. Cardinalibus.
Collectio, & compilario priuilegiorum Mendicantium. *Emanuelis Roderici, Incerti.*
Collectio veterum Legum, 12. tabularum. *Antonij Contij.*
Collegium politicum. *Christiani Lubentali.*
Collegium iuridicopolyticum. *Ioannis Henslers.*
Commendatione Ecclesiarum. *Francisci Torrentis.*
Commendis Beneficiorum, *Thomæ Campegij, t. 15. p. 2. f. 536*
Communitatum, siuè ciuitatum legatis Papæ, Regum, & Principum. *Petri Rebuffi.*
Commissionibus vtriusque Signaturæ. *Io: Baptistæ Marchesani. Quintiliani Mandosij.*
Commissionibus, & commissarijs. *Rutgeri Rulant.*
Communes conclusiones &c. *Iosephi Ludouici.*
Communes opiniones contra communes. *Hieronymi Ceuallos.*
Communes opiniones: *Francisci Turzani. Iodoci Damhouderij. Laurentij Kyrchouy. Michaelis Crassi. Maccagnani de Azzoguidis. Antonij Mariæ Corrasij, t. 2. f. 222 Francisci Viuij. Baptistæ Villalobos. Matthæi Iurisconsulti. Iulij Clari. Joannis Fickardi. Ioannis Belloni. Emanuelis Soarez.*
Communes conclusiones. *Nicolai Caluoli. Pauli Granuty.*
Comœdijs, & bacchanalibus. *Fructuosi Bisbè in lingua Hispanica.*
Commercijs illicitis, V. Vsuris.
Commercijs, & cambijs. *Sigismundi Scacciæ.*
Commissarijs. *Iacobi de Arena, tom. 8. p. 1. fol. 194. Rutgeri Rulant.*
Communes criminales opiniones vsu recepta. *Hippolyti Bonacossæ.*
Commutationibus vltimarum voluntatum. *Ioannis Petri Monetæ.*
Compensationibus. *Sebastiani Medices, t. 6. p. 1. f. 258. Tindari, t. 6. p. 2. f. 250*
Competentia fori. V. Iudicijs.
Compreheńsorium feudale. *Ioannis Rainaudi.*
Compromissis, & arbitris. V. Arbitris. *Camilli Borrelli.*
Compromissis inter coniunctos, & de exceptioni. *Marci Antonij Blanci, t. 13. p. 1. fol. 138.*
Compromissi oppositione, & eius forma. *Iacobi Butrigarij, t. 3. p. 1. f. 106*
Compulsorijs litteris. *Guidonis Papæ, tom. 3. p. 2. f. 70*
Computationibus, & ratiocinijs administratorum. *Francisci Muñoz de Escobar.*
Concessione feudi. *Petri de Gregorio Messanensis.*
Concilio. *Dominici Iacobatij, t. 13. p. 1. f. 190 Reginaldi Poli. Marci Mantuæ, t. 13. p. 1. 182. Nicolai Heremitanni.*
Concilij, & Papæ authoritate. V. authoritate. *Iacobi Nauclanti. B. Io: a Capistrano. Nicolai Archiepiscopi Jadrensis.*
Concilij, & Papæ potestate. *Joannis Francisci Poggij. Ioannis Hieronymi Albani.*
Concilij actis approbandis per Papam. *Iacobi Nauclanti.*
Concilio œcumenico. *Clementis Mariliani Card. de Aracali.*
Concilij generalis celebrandi modo. *Guilielmi Durandi, t. 13. p. 1. f. 154*
Concilij celebrandi ordine. *S. Isidori.*
Concilio Prouinciali. *Stephani Quaranta.*
Concilij Basileæ translatione. *Cataldini de Boncompagnis, t. 13. p. 1. f. 15*
Concilio, & potestate Ecclesiastica, & prima Orbis Sede. *Cypriani Beneti.*
Conciliorum authoritate. *Thomæ Campegij, t. 13. p. 1. f. 398*
Concilio, & parlamenti præeminentia. *Ioannis Montaigne, t. 16. f. 272*
Concilij, & parlamentorum Galliæ authoritate. *Nicolai Boerij.*
Concordia, & titulorum recapitulatio. *Gregorij Primaticij.*
Concubinarijs publicis. *Bermundi Chaueronij, t. 11. p. 1. f. 145*
Conditione furtiua. *Antonij Mercatoris.*
Conditionalibus, & modis impossibilibus. *Pauli Duran. nunc Rotæ Auditoris.*
Conditionibus, & demonstrationibus. *Leandri Galganetti.*
Conditionibus. *Philiberti Bruselij.*
Confessionibus. *Lanfranci ab Oriano, tom. 4. fol. 47*
Confessione. *Vincentij Mancini.*
Confessarijs sollicitantibus. *Roderici a Cunha.*
Confessariorum iuridica potestate. *Claudij Soleri.*
Confœderatione, pace, & conuentionibus Principum. *Ioannis Lupi, t. 16. f. 303. Martini Garati. t. 16. f. 302*

Con-

Con-

D

De-

Dis-

F

Fide

Materias ex professo tractantium.

Ieiu-

Materias ex professo tractantium.

I

Iu-

Iuriſ-

Mone-

N

O

Offi-

P

Po-

Potestate iuridica Confessariorum. *Claudii Soleri.*

Potestate, iure, & officio Baronum. *Ioannis Francisci Capiblanci.*

Potestate Legati. *Joannis Brunelli, tom. 13. p.2.f.230*

Potestate Legati à Latere. *Nicolai Boerij, t.13 p.2.f.242*

Potestate legis humanæ, præsertim Ecclesiasticæ. *Gregory de Valentia.*

Potestate legis pœnalis. *Alphonsi à Castro.*

Potestate Papæ. *Bartholomæi de Spina, tom. 13. part. 1. fol. 24. Hieronymi Albani, tom. 13. part. 1. fol. 66. Petri Albinsani, tom. 13. p. 1. f. 130. Antonij Poli.*

Potestate Papali, & Regali. *Ioannis Parisiensis. Heruei. Innominati.*

Potestate Papæ supra Concilium. *Pauli Fabulotti.*

Potestate Papæ, & Concilij. *Beati Ioannis à Capistrano, tom. 13. part. 1. fol. 32. Ioannis Francisci Pogij. Ioannes Hieronymi Albani.*

Potestate Patria. V. Patria.

Potestate Pontificis. *Gasparis Contareni. Thomæ Caietani. Thomæ Jllirici.*

Speculum in quo demonstratur potestas Summi Pontificis. *Christophori Silnestrani.*

Pontificij Iuris Sanctuarium, in quo de potestate Pontificis in temporalibus disputatur. *Odoardi Vvestoni.*

Potestate Proregis. *Ioannis Francisci à Ponte.*

Potestate procuratoris, & defensoris in causis criminalibus. *Ioannis Antonij Rubei, t.11.p. 1. f. 201*

Potestate Principis sæcularis, seù ad l. Princeps. ff. de legibus, *Francisci Topij.*

Potestate Principis absoluta. *Ludouici Rodolphini.*

Potestate Regia. *Antonij Corsetti, t. 16 f. 130*

Potestate sæculari super Ecclesijs, seu Ecclesiasticis personis. *Bernardi Laurentij, tom. 16. f. 301. Stephani Aufrerij, tom. 11. p.1. f.329. & tom.16. f.286*

Potestate Summi Pontificis in temporalibus. *Roberti Bellarmini.*

Potestate suprema Romani Pontificis in Ecclesiam. *Andreæ Duuallij.*

Practicabilia Ecclesiastica. *Marci Antonii Genuensis.*

Practicabilium Iudiciorum tractatus. *Bernardi Rocchæ.*

Practica criminalis instrumentaria. *Ioannis Pauli Galsery.*

Practica forensis. *Nicolai Vigelij.*

Practica seu praxis Iudiciorum. *Ioannis Baptistæ Asinii. Ioannis Baptistæ Caballini*, seu Actuarium practicæ Ciuilis. *Iulii Clari, Crim cum addit. Ioannis Montealegre. Ioannis Millei, Crimin. Ioannis Petri de Ferrarijs Ciuil. Joannis Emerici Crimin. Ioannis Andr. Ciuil. Ioannis de Arnono. Petri Follerij Crimin. Petri Racchæ Ciuil. Prosperi Farinacij Crimin. Marci Antonii Blanchi. Mansueri. Antonij Olibani. Alexandri Sciattini. Abbatis Panormitani. Lanfranci de Oriano cum apostilla* Benedict. *Vadi. Ludouici a Peguera, Crim. Roberti Marantæ. Barracini. Baldi cum apostilla. Celsi Vgonis. Claudii de Baltandier. Flaminij Cartarij, Crim. Francisci Casoni. Dionysij Gothofredi, Ciuil. Hippolyti de Marsilijs, Crimin. Octauiani Vestry, Ciuil.*

Practica Iuris. *Ioannis Barberii.*

Practica, & Agon iudicialium. *Bartholomæi Brunasii.*

Practica Lusitaniæ. *Emmanuelis Mendez.*

Practica de Notarios. *Diego de Ribera.* In lingua Hispanica, *Jean Papon.* In lingua Gallica.

Practica della Santa Inquisitione, ò sacro Arsenale. *Incerti.*

Practica magnæ Curiæ Vicariæ. *Nuntii Tartaglia.*

Practica numerorum, mensurarum, & Aluionis. *Antonii Mariæ Vicecomitis.*

Practica practicarum seù summa. *Nicolai Carbonis.*

Practica super ritu Regni Siciliæ. *Mariani Maringi.*

Practica terminorum Rotæ. *Incerti Authoris.*

Practicæ Conclusiones. *Illustrissimi Cardinalis Tuschi.*

Practicæ Conclusiones de testibus. *Rodulphi Volemari.*

Practicæ obseruationes. *Harthmanni Harthmanni. Pauli Matthiæ Vvinheri. Bernardini Vvtinseri. Christophori Schvvmanni.*

Practicæ quæstiones. *Didaci Couarruuias. Joannis Gutierez. Flores Diaz de Mena. Julij Cæsaris Ruginelli. Nicolai Perenotti. Petri à Syria.*

Q

Quæ-

Radix

R

Materias ex professo tractantium.

Præ-

Secu-

Materias ex professo tractantium.

V

Velita-

F I N I S.

INDEX

INDEX RERVM, ET VERBORVM,

Quæ continentur in his duobus Tomis Collectan. super quinque priores Decretalium libros.

Primus Tomus continet libros Primum, Secundum, & Tertium. Secundus verò tomus Quartum, & Quintum.

Lector igitur aduertat, quod vbi in hoc Indice de Primo, Secundo, & Tertio libris fit mentio allegata pagina, intelligitur de illa, quæ extat in Primo Tomo, vbi verò de Quarto, & Quinto libris agitur ad Secundum Tomum recurrendum est, & hoc ne in hoc copiosissimo Indice Tomus Primus, & Secundus sæpius repeteretur, vbi hac breui admonitione tàm prolixæ consuli posset repetitioni.

A

Collectan. in quinque libros Decretal.

ANNE-

Argu-

B

Bene-

Collectan. in quinque libros Decretal.

in

CAR-

Collectan. in quinque libros Decretal.

Chri-

Cle-

det

Collectan. in quinque libros Decretal.

Collectan. in quinque libros Decretal.

Deli-

Dubijs

Electio

Electus

Emphy-

Epi-

Epi-

Excom-

Collectan. in quinque libros Decretal.

F

Falsi-

FAETVS

G

talis accipere quandiù dos ei non soluitur, sed etiam ab alio quocunque extraneo, lib.5.t.19.c.16.n.4.p.284.
GENERI per speciem derogatur, lib.1.t.3.c.1.n.8.p.31
Generis appellatione non comprehenditur species in materia odiosa vbicunque species habet aliquam qualitatem plusquam genus, lib.1.t.3.c.15.n.6.p.44
GENERANDI potentia in dubio præsumitur, & qui allegat contrarium debet probare, lib.4.t.15.c.2.n.3.p.81
Generandi potentia secundum Iuris præsumptionem terminatur in homine in anno sexagesimo, ibid.n.7.p.82
Generandi terminus vltimus in fœminis est annus quinquagesimus, ibid. n. 8
GENTIS coadunatio non est punibilis, nisi facta dolosè, & appensatè ad malum. lib.5 t.12.c.6.n.13.p.234
GESTA per excõmunicatum denunciatum siue notorium clerici percussorem, pertinentia ad iurisdictionem sunt prorsus nulla, lib.3 t.49.c.7.n.9.
Gesta per falsum procuratorem, vel reuocatum possunt per dominum rata haberi, si antea pars non opponat de falsitate mandati, lib.1.t.38.c.4.n.7.p.308
Gesta per electum, qui in quieta fuit administratione Prælaturæ permittente Papa sunt valida, etiamsi postea minus idoneus fuerit repertus, & ob hoc repulsus, lib.1.t.6.c.44 n.5. p.134
Gesta per priuatum ipso iure administratione publica, beneficij, muneris & officio quo funguntur, valent ante criminis declarationem concurrente communi errore populi, vel maioris partis, lib.1.t.6.c 54.n.4 p.138
GRÆCI Sacerdotes vtentes matrimonio ante Ordines initio minimè peccant, lib.3.t.1.c.13.n.7.p.709
Græci in minoribus Ordinibus contrahentes possunt post coniugium ad sacros Ordines ascendere, & matrimonio antea contracto vti, lib.3.t.3.c.6.n.3.p.720
Græci à Latinis ordinandi non sunt, nec è contra, lib.1.t.11.c.9 n.2.& c.11.n.2. p.167
GRASSATOR viarum ad Ecclesiam cõfugiens illius immunitate non gaudet lib.3.t.49.c.6.n.44
GRATIFICATIO quandemum inducitur quando quis confert beneficium in illum ad quem debebat necessariò peruenire, lib.3.t.5.c.9.n.5.p.739
GRATIA Apost. cum scandalo non est exequenda, lib.3.t.5.c.6.n.2.p.737
Gratia quãdo est nulla ipso iure, ipso quoque iure datio executoris, & eius iurisdictio nulla est, lib.1.t.3.c.19.n.1.p.49
Gratias pares si duo habuerint, ille præfertur, qui præuenit in præsentatione suæ gratiæ coram Iudice executore, lib.1.t.3 c.30.n.2.p.71
Gratia in Baptismo producta nõ solum remittit peccatum originale, sed etiam actuale, omnemque pœnam peccatis debitam, nõ tamen pœnalitates, lib.3.t.42.c.3.n.8.p.1080
Gratia ampla fecunda non faciens mentionem de prima limitata est subreptitia, lib.2 t.26.c 19.n.4.p.603
Gratia morte concedentis etiam re integra nõ expirat, lib.1.t.19.c.19. n.5.p.238
GRAVAMEN vbi reparari non potest in definitiua, licita est appellatio ab interlocutoria, etiamsi grauamen possit reparari, sed non ex toto, vel magna cum difficultate, seu præiudicio partis, lib.2.t.28.c.60 n.15 p.606
Grauamen quando habet tractum successiuum potest à sententia interlocutoria illud inducente appellari, ibid.n.21
Grauaminis timor idem operatur quod ipsum grauamen, lib.2.t.28.c.1.n.2 p.397
GRAVATVS si religionem ingrediatur animo fraudandi substitutum, succ.ssio nõ excludetur, lib.4.t.19.c.8.n.7.p.474
Grauatus si inductus fit ad religionem suasionibus, et blanditiis Monachorum, tunc Monasterium nulla huius profectus bona consequitur, ibid.
GVTTÆ sanguinis Christi si commisceatur vinum in fumosa quantitate an maneat semper illa gutta sanguinis sub particula vini eam an, & quid faciendum de illo vino, ostenditur lib.3.t.41.c.6.n.10.p.1066

H

HABILIS iudicandus est, qui talis reperitur tempore præsentationis, & non prodest habilitas si superueniat, lib.1.t.36.c.6.n.8.p.298
HABITARE si nul cum Iudæis, siue Saracenis prohibitum est, lib.5.t.6.c.5.n.2.p.188
HABITATIO fidelis cum infideli quando poterit fine esse contumelia creatoris, quo tempore permissa, ostenditur lib.4. t.19. c.8.n.o. p.120
HABITVS Clericorum quis proprio dicatur, ostenditur lib.3.t.1.c.15.n.12.p.707
Habitus solus susceptus sine professione monastica expressa, vel tacita, Monachum non facit, lib. 3. t.31. c. 13. n. 2. p. 945
Habitum deferens nouitiorum, & professorum communem per annum integrum in exitu anni professus tacitè censetur, lib 3. t.31.c 22.n.2. p.958.
Habitus nouitiorum ab habitu professorum aliquando distinguitur manifestè, vel occulte, lib. 3. t.31. c.23. n.6. p.919
Habitum Religionis falsò, seu fictè portans, Religiosus nõ fit, lib.5.t.33.c 11.n 30. p.366
Habitum Religionis, aut Cruciem falsò portantes puniendi sunt, ibid.n.22. p.365
HÆREDITATE vendita, in qua consistit iuspatronatus, illud transit in emptorem, lib.3.t.38.c.7.n.5.p.1018
Hæreditatis iacentis curator potest præsentare ad beneficium in iurispatronatus dictæ hæreditatis, lib. 3. t. 38. c. 7.n.6
Hæredes sua auctoritate absque superioris consensu possunt facere concordiam de alternis vicibus præsentando Rectorem, lib.3.t.30.c.1.n.14.p.1014
Hæres tenetur, & cogitur exonerare conscientiam defuncti, lib.5.t.17.c.5.n.2.p 264
Hæres absque iusta causa per tempus notabile differens exequi defuncti voluntatem grauiter peccat, ibid. n.3.
Hæres plenè iure mutuatus, etiam in viusfructu institutus intelligitur, lib t.26.c.24 n.3 p.111
Hæres sciienter præsentur legatum contra legatarium, qui per trig nta annos illud non petijt, lib. 2. t. 26. c. 20. n.13 p.605
Hæres expressa defuncti iura sibi legitimè incumbentia monitus non adimplens intra tempus à iure statutum, priuatur ipso iure emolumento etiam prælegatorum sibi competente ex hæreditate, videlicet testamento eiusdem defuncti, lib.3.t.34 c.6.n.8.p.987
Hæres non potest, præscriptionẽ continuare, quando defunctus fuit in mala fide, lib.2.t.26.c 20.n. 10. p.604
Hæres, qui iussa testatoris non ad impleuit circa pia, etiam legitima priuatur. lib.3 t.26 c.6.n.11.p.892
Hæredes tenentur satisfacere pro delicto defuncti, lib. 3. t.28.c.14.n.4. p.913
Hæredes conueniuntur ex maleficio defuncti, licèt inde nihil ad eos peruenerit, ibid. n.5.
Hæres non potest venire contra factum defuncti, lib.3.t.26. c.1.n.10 p.885
Hæres, & legatarij priuantur ipso iure emolumento testamenti, si defuncti voluntatem non adimpleuerit statuto, tempore facta admonitione, lib.3.t.26 c.6.n.5. p.891
Hæredes plures in iurepatronatus, omnes sunt patroni in solidum, nam præsertim ius, non diuiditur inter illos pro portionibus hæreditarijs, sed in solidum, & æqualiter ad eos pertineat, lib.3.t.38.c.1.n.3.p.1013
Hæredes vassalli, qui in sua vita iurauit, tenentur domino fidelitatem iurare, lib.2.t 24.c.14.n.6. p 505
Hæredes iurantis non tenentur sub pœna periurij ad obseruantiam contractus ratione iuramenti, ibid.n.8
Hæredes domini directi, qui in vita non declarauit se velle, quod emphyteuta incurrat in commissum, non possunt hanc declarationem facere, lib.3.t.18.c.4.n.122.p.845

Homi-

INI-

latum

Collectan. in quinque libros Decretal.

Irre-

Iudæi

Collectan. in quinque libros Decretal.

Iudæi sunt incapaces cuiuscunq; iurisdictionis, & potestati inter Christianos, lib. 5. t. 6. c. 16. n. 2. p. 196

Iudæo, vel infideli inter Christianos officium publicum committens debet ne dum puniri, sed dicitur sacrilegium committere, ibid. n. 3

Iudæus est prorsus incapax cuiuscunque iurisdictionis, & potestatis tam ordinariæ, quam delegatæ inter Christianos, lib. 5. t. 6. c. 18. n. 2. p. 197

Iudæi repelluntur ab oneribus, & honoribus publicis, ibidem nu. 3

Iudæi seruus Christianus quomodo emendus, lib. 5. t. 6. c. 19. n 3. p 198

Iudæi de terris, quas colunt, tenentur decimas soluere, lib. 3 t. 30 c. 16. n. 2. p. 923

Iudæi decimas personales non soluunt, ibid. n. 4

Iudæus, vel Maurus testis esse non potest in causis Christianorum, lib. 2. t. 20. c. 21. n. 2. p 503

Iudæi, & infideles gaudent Ecclesiastica immunitate, lib. 3. t. 49. c. 6. n. 50 p. 1108

Iudæi habent in filios suis patriæ potestatis, lib. 3. t. 33. c. 2. n. 4. p 900

IVDICES, & executores non impediti, vt ex vi clausulæ, quod si non omnes possint procedere sine collega impedito, non sufficit existere impedimentum a parte rei, lib. 1. t. 3. cap. 13. n. 4. p. 43

Iudex siue sit excommunicatus à principio, siue medio tempore, semper actus per ipsum factus est nullus, lib. 1 t. 3. c. 13. n. 3. p. 43

Iudex potest esse imperitus, dummodo requirat assessores, lib. 1. t. 3. c. 13. n 7. p. 43

Iudicis arbitrio relinquitur qui debeant dici maiores, quiq; minores, lib. 1. t. 5. c. 15. n. 14. p. 45

Iudex debet esse pronior ad absoluendum, quàm ad condemnandum, lib. 1. t. 3. c. 24 n. 4. p. 54

Iudex postquam diffinitiuè pronuntiauit, auditur in causa appellationis, nullitatis, seu retractationis sententiæ, itaut assistere, & se pro illius defensione opponere possit, lib. 1. t. 3. c. 26. n. 3. p. 56

Iudex potest cognoscere, & videre vtrum sibi competat iurisdictio, etiam quando pars ei aliquid opponit, quod concludit illum omnino carere iurisdictione in ea causa, lib. 1. t. 3. c. 33. n. 4. p. 63

Iudex, qui non est virtute rescripti, condemnat in expensis, lib. 1. t. 3. c. 43. n. 9. p. 70

Iudex tenetur condemnare victum victori in expensis, si petitæ fuerint, lib. 1. t. 3. c. 43. n. 10. p. 70

Iudex virtute clausulæ, ius ex iustitiam administrari, potest condemnare victum in expensis parte non petente, lib. 1 t. 3. c. 43. n. 11. p. 70

Iudex, qui omisit condemnationem expensarum casu, quo teneretur reum in illis condemnare, non videtur eum ab illis absoluere, lib. 1. t. 3. c. 43. n. 12. p. 70

Iudex Ecclesiasticus inquirere tenetur de qualitate, & idoneitate personæ eligendæ, lib. 1. t. 6. c. 19. n. 7. p. 104

Iudex semper præsumitur iudicasse prout de Iure, lib. 1. t 6. c. 24. n. 7. p. 109

Iudex, qui iudicauit in prima instantia, dicitur suspectus in causa appellationis, lib. 1. t. 6. c. 24. n. 22. p. 113

Iudex, qui in prima instantia fuit, non potest esse aduocatus in secunda, ibid n. 23. p. 114

Iudicis mandatum, & sententia iusta præsumitur, lib. 1. t. 9. c. 6. n. 2. p. 153

Iudex præsumitur iudicare prout de Iure debebat, ibid. n. 3. p. 153

Iudex si promittat impunitatem delinquenti si veritatem confiteatur, an ea patefacta teneatur illum punire, remissiuè lib. 1. t. 9. c. 7. n. 4. p. 154

Iudicis arbitrio relinquitur quod dicatur modicum vitium, lib. 1. t. 20. c. 2. n. 7. p. 202

Iudex Ecclesiasticus vbicunque est negligens in administratione rerum Ecclesiæ, deponendus est, lib. 1, t. 23. c. 3. num. 4. p. 213

Iudices quando sunt duo, vel plures in aliqua causa deputati, vnus non potest sine alio procedere, nec aliquid facere, quod de iure sit validum, lib. 1. t. 29. c. 21. n. 2. pag. 240

Iudices delegati si plures sint, vnus sine alio iudicare non potest, ibid. n 3. p. 240

Iudex, qui se vult excusare, debet suam excusationem exponere, ibid. n. 5. p. 240

Iudices vbi plures dati sunt cum clausula, quod si non omnes &c. valebit sententia lata per duos iudices de consensu partium, ibid. n. 6. p. 240

Iudex termini quando diem certum præfiniuit, non tamen horam, citatus tenetur comparere ea hora, in qua pro tribunali sedere, & ius reddere solet, lib. 1. t. 29. c. 24. n. 3. p. 282

Iudex matutino, vespere, & meridie iudicare potest, ibid. n 7. p. 242

Iudicare est onus, lib. 1. t. 29. c. 28. n. 3. p. 246

Iudici asserenti subesse causam necessariam absentiæ fides adhibetur ad delegationis validitatem, ibid. n. 5. p. 245

Iudex debet iudicare secundum allegata, & probata, etiam contra propriam conscientiam, nisi sit supremus iudex superiorem non recognoscens, ibid. n. 17. p. 243. & eod. lib. 1. t. 31. c. 1. n. 9. p. 263

Iudici male exequenti violenter resisti potest, lib. 1. t. 29. c. 29. n. 4. p. 247

Iudex dari non potest ab alio, quàm à Principe minor annis 18. etiamsi partes consentiant, lib. 1. t. 29. c. 41. nu. 6. p. 255

Iudex ex mera officij sui necessitate potest procedere ad crimina corrigenda, lib. 1. t. 31. c. 1. n. 6. p. 264

Iudices Ordinarij Ecclesiastici possunt auxilium brachij secularis inuocare, ibid. n. 7. p. 264

Iudex Ecclesiasticus zelo correctionis, & punitionis aliquando, vel statuto, vel sententia quædam delicta punire potest pecuniaria pœna, vbi illa magis timeretur, lib. 1. t. 31. c. 13. n. 15. p. 274

Iudex Ecclesiasticus, & secularis mutuo sibi præstare tenentur auxilium in exequendis mandatis, & sententiis, lib. 1. t. 31. c. 14. n. 6. p. 275

Iudex potest supplere de iure quæ desunt aduocatis, lib. 1. t. 32. c. 2. n. 3. p. 279

Iudex potest condemnare partem in fructibus, interesse, & expensis, licet non petantur, saltem ex clausula, ius, & iustitiam &c. ibid. n. 4. p. 279

Iudex non iudicat super non petitis, ibid. n. 5

Iudex inferior potest differre executionem sententiæ Principis, qua condemnauit aliquem iracundia motus, aut ob vindictam non seruato Iuris ordine, lib. 1. t. 33. c. 2. n. 13. pag. 282

Iudex an, & quando salua conscientia possit partes litigantes reducere ad concordiam, remissiuè lib. 1. t. 36. c. 11. num. 3. p. 301

Iudex potest pœnam minuere ex bono, & æquo, vbi causa aliqua id suadeat, ibid. n. 6. p. 302

Iudex secularis solus est competens ad pœnam sanguinis imponendam pro adulterio, quoad alias verò pœnas crimen adulterij est mixti fori, lib. 1. t. 38. c. 5. n. 2 p. 308

Iudex Ecclesiasticus solus est competens ad cognoscendum de adulterio vt ratione illius diuortium celebretur, ibidem n. 4. p. 309

Iudex contra ipsum actum potest testificari, lib. 1. t. 43. c. 2. n. 7. p. 332

Iudex similem causam habens est suspectus, lib. 2. t. 1. c. 18. num. 2. p. 357

Iudices seculares personas Ecclesiasticas condemnare, vel iudicare non debent, lib. 2. t. 2. c. 2. n. 2. p 361

Iudex Ecclesiasticus iudicare potest Laicos tam ciuiliter quàm criminaliter, vbi habet dominium temporale, lib. 2. t. 2. c. 9. n. 2. p. 367

Iudex Ecclesiasticus potest se immiscere seculari iurisdictioni ratione connexitatis, lib. 2. t. 2. c. 10. n. 7. p. 369

Iudex

Iudex

Iura-

titulo

stare

M

obstat

 homi-

Mona-

Collectan. in quinque libros Decretal.

alia

Ordi-

P

PA-

Pec-

iuris

eam

Pro-

Q

R

Religio

Rescri-

Reſi-

Salaria

Sen-

Seque-

SOLEM-

Testa-

Testibus

Tran-

tactum

Collectan. in quinque libros Decretal.

Vsura

FINIS. LAVS DEO.

REGESTVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.
Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll.

Omnes ſunt Terniones, præter T t, Quaternio, & L ll, Duernio.

ROMAE, Ex Typographia Cam. Apoſtolica. M. DC. XXVI. Superiorum permiſſu.